










MAGISTRI MICHAELIS DE PAlacio Granatẽſis, in Salmãticenſi academia, Sacræ Theologię Philoſophiæq́; profeſſoris, Canonici Legionenſis ac Ciuitatenſis, in tres libros Ariſtotelis de anima Commentarij, vnà cum quæſtionibus in locos obſcuriores ſubtiliſſimis.

AD ILLVSTRISSIMVM AC Reuerendiſſimum D. D. Franciſcum Manriquium de Lara Epiſcopum Salmanticenſem.

SALMANTICÆ.
Excudebat Ioannes à Canoua.
M. V. LVII.



ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO DOMINO D. FRANCISCO MANRRIQVIO DE LARA,

Salmanticensi Episcopo, Regioq; consiliario, Magister Michael de Palacio, Legionensis, Ciuitatensisq; Canonicus. P. fœlici.



VMANAE VITAE COMMODIVS AESTImo nihil (Antistes clarissime) quàm quòd ij, qui vita hac fluxa atq; labili fruimur, illa semper studia meditemur, vnde nõ solùm qui simul atq; nos vitalis huius auræ beneficio potiuntur, emolumentũ vtcunq; hauriant, verùm etiã & hi qui post nostra secula venturi sunt, cõmodi nõnihil cõuehere possint. Tantò enim nostra hęc solicitudo diuinior erit, quantò futuris, nedum præsentibus prospicere curat. Hocque vt sedulò præstemus ipsa quã aspicimus rerũ natura, non segniter admonet. Et vt hoc efficiat potẽtissimis nescio quibus stimulis agitur. Maximè verò bruta animãtia huius rei testimonium præferunt clarissimũ, quæ etiam si mentis sint asimbola, tantisper dum futuris prouidẽt, mentis opus præferunt. Quis enim nescit quantã generandæ soboli operã impendunt? stata tempora coitus, marium atq; fœminarum amicos naturæ congressus, quàm inuiolatè obseruẽt, quis ignorat? Et inter naturæ germana opera, hoc vnũ est germanissimũ genitoribus similem excutere prolem. Perpetua nanq; generationum serie, posteritatis cõmodis legitimè consulitur, interitus dãna resarciuntur, seminisq; & vteri fæcunditate, rerum vetustas & viuẽtium omniũ sensim labascens seculum resarcitur. Et noua edita proles collabẽtis vitæ detrimenta cõpensat. Atq; ob eam causam prudentissimus ille orbis sator Deus, hanc mirabilẽ rebus industriã indidit: vt viuentia, quæ interitus labem pati coguntur, ęternitatis tamen nonnullum vigorem, perpetuo prolis ordine sibi cõciliarent. Iam verò si bruta tãta posteritatis cura solicitãtur, quid ꝙ nos homines eadem, & multò arctiùs cura solicitemur? non vnicè corporis bona curantes (quod brutorum est) verùm etiã ad altiora, quæ sunt mentis bona, nostram operã conferentes. Nam si hoc vnũ curandũ nobis esset nostri corporis noua prole reparare ruinas, ecquid dignius aut excelsius in nobis micaret, quã in cæteris, quæ hoc quoq; muneris assequũtur? Vbi illud diuinũ esset quod intra nos gerimus? Si præterea corporis nostri lapsus sunt reparandi, quid non & mentis reparentur? Habet vtiq; mens suas ruinas, propriosque sibi deflet nonnunquam lapsus, quando & bonarum artium, integræ scientiæ, optimæq; sapientiæ detrimẽta sentit. An non hæc deflenda, quæ sunt humani animi vita,

preciosaq; suppellex, infinitus immarcescibilisq; thesaurus? At verò ea sæpe est temporum malitia, rerumq; humanarũ strages, atq; varietas, quæ hæc optima animi bona funestis iniuriis afficiant. Quas quotusq; sapiens est, qui non vehementer doleat, quando præclarissima multa literarum monumenta corruisse videat? Chronica historiographorũ legimus, temporũ annalia voluimus, vbi complura illustriũ virorum opuscula produtũr, quorum præter nomina, vestigij aliud restat nihil. Huic ergo miserabili cladi qua ratione cõmodius mederi possumus, quàm si priscorum autorum ruinas nouorum diligentia restituamus? Hæc sunt (præsul ornatissime) quæ me vt hos cõmentarios ederem & in turbam philosophorũ mitterẽ, impulerunt, quò philosophiæ studiosi qui hoc temporis naturalibus discendis insudant disciplinis, in procinctu habeãt Aristotelis de anima traditiones, quosdáq; de anima nõ vulgatos autores ab obliuionis iniuria defenderẽ. Tibi autẽ vt has primitias nostras offerrẽ: effecit, cùm tuorũ stemmatũ claritas, & nataliũ antiquitas, tùm maximè tua in me singularis beneuolẽtia. Quãquã hæc nõ tãti apud me sunt, quãti animi tui cõstans vigor, iudiciiq; tui prouida dexteritas, morũ tuorũ suauitas & incredibilis erga omnes etiam infimæ sortis homines amor. Episcopali enim cùm munere fulgeas pastoris functiones nõ fastuoso supercilio administras, sed oues tibi creditas miro amore prosequeris. Nõ tibi assentator sum, nõ fallax palpo, nõ placidus adulator, quę apud te ipse vidi, hęc verbo prędico, hæc calamo chartis mãdo. Augeat in te dominus Iesus Christus charismatum dona & vberrimis illorum semper augearis incrementis: vt qui iam in culmen ecclesiastici honoris prouectus es, gregibus tuis, quos cælesti alendos pabulo accepisti, tanto sanctimoniæ præcellas honore, quanto armentarij suis armentis præferuntur. Hanc que interim meam nouam prolem, benignis (vt cætera mea) fauoribus prosequere, vt quæ tui nominis obmunita præsidiis, ex tenebris in lucẽ profertur, inuidorum iniurias tua authoritate freta repellat. Sunt enim qui hoc veterno nunquam non torquẽtur morbo, hacque miserabili vicientur labe, vt quęque bona queq; incorrupta, apud alios aduerterint, plusquã canino corrodant dente. Quos ego diuinis atque tuis fretus auxiliis non formido. Vtinam spes de te mihi concepta me nõ fallat, neque fallet. Tanta est enim nominis tui claritas, muneris tui magnitudo, morũ tuorum sinceritas, vt etiam preter spem multum honoris, & famæ obuenturum mihi semper crediderim.

Vale, & me, vt soles, ama.

MAGISTER MICHAEL DE PALACIO LEGIONENSIS ET CIuitatensis Canonicus, candidis lectoribus.



CVM DISPVTATIONIBVS QVIBVSDAM OLIM libros Aristote. de Anima tres exercuissem, Lectores candidissimi, & illas quidem nudas, citraq; cōmentarij lucem, chartis (pictura prima quod dici solet & velut in vmbris agens) mandassem, illas quidem apud me longo temporis silentio reprimebā nesciens quid noui desiderij nouus mihi allaturus esset dies. Nūc verò vt ingenuè fatear, typis eas cōmittere animus non erat, nisi vestrarū precū authoritas, amorisq; vestri efficacia tanta apud me esset, quæ ad hoc laboris subeūdū stimularet, vestrāq; inire gratiā hoc nouo officij genere nouè & opulētius sperarem. Hæc me non spōte currentē, ad velocē cursum impulerunt. Cæterū orbatas cōmentarijs disputationes (simul atq; hoc vobis obsequij exhibere animo insedit) in lucem edere non institui. Verùm cōmentariis disputationes adieci, vt libris de Anima Aristo. vberiorem lucem donarem. Etenim Aristo. nunquam non tenebricosus est. Porrò autem de intellectu agens, nescias quid velit, neq; quid certi statuat, nisi illud summo & incomparabili labore exquisieris. Ne ergo in peripatetica doctrina alucinemur omnes intendendi sunt nerui, quos etiam si omnes Aristotelici libri desiderant, libri autem, qui de anima ab ipso inscribuntur, illos planè impensius poscunt. Quippe quæ de anima est institutio, maioris precij est, cæteris naturalis doctrinæ institutionibus. Hæc enim quantum atq; quale sit, hominis conditi, diuinum opificium demonstrat. Id quod philosophi, vt quoddam naturæ miraculum attentissimè suspexerunt. Neque alijs verbis Mercurius ille Trismegistus huius tāti tanq; venerabilis opificij magnitudinē exagerauit, quàm istis quæ subiungam, hominem vocans mortalem Deum, soliusq; mortis interstitio hominē à Deo discreuit. Deus enim Mercurio huic immortale est homo: homo verò mortalis Deus. Cæteræ præter hāc disciplinæ physicæ extra hominem vagantur. Hæc sola quæ de anima est, hominem totius naturæ spectaculum, diligentissimè scrutatur, quæ inquam hominis anima sit, si æterna est, an interitui obnoxia, quæ huius animæ vires, quæ operatio, quæ perfectio, quale huic corpus aptandum, cuiusq; sint proprietates, quæ instrumenta quæ corporis viuentis sit complexio, solicitè exquirit. Et nihil demum naturalis philosophiæ tam orthodoxæ famulatur fidei, quā hæc de anima ardua, & præexcelsa inquisitio. At verò, vt causas huius nostri instituti opulentius vobis exponam. Cum Salmanticæ ego agerē, & hæc qualia, qualia sunt cōmentaria nostra, stipendio publico & professione docerem, discipuli nostri quorum id temporis & frequentissima erat turba, & non modica cele ritas, quæ nos dictabamus, sedula illi cura auiditateq; incredibili chartis excipiebant. Quamobrē summis à me efflagitabant precibus, vt quæ ego in gymnasio, Salmantino tradebam, in publicam omnium philosophiæ initiatorum euulgarem vtilitatem. Verum ne votis ardentissimis ipsorum annuerem, vel hoc vnum morabatur, quòd exactis iam seculis viri in philosophia illustres, huic operi operā haud quanquam contēnendam indulserant. Quibus super addere quicquam actum agere, aut Penelopes telam retexere, multi nostræ ætatis superciliosi philosophi iudicabunt. Sub hæc id quoq; eo tempore detinebat, ne discipulorum preces absoluerē, theologica studia quæ statis lectionibus quotidiæ me distringebant. Quare tantum non suppetebat ocij, quantum scribendis & recognoscendis cōmentarijs istis necessarium arbitrabar. Quare & desperata mihi iam res hæc erat, ab eaque etiam quam longissimè abhorrebam. Negociorum enim meorum quæ ab hoc opere summè distrahebant, nullum credebam finem. Adde tædia quoque quæ scholasticorum frequentia, magistris conciliat, reponēda aliquando, sperabam nunquam. At verò emortua iam hoc edendi opus spes, nonnihil in me reuixit, post quam à tumultuosis studiis, Christi gratia me subduxit, quando ex academia Salmāticensi, vbi annis vndecim & ingenuas artes, sacrāq; Theologiā, diligētia summa, summoq; discipulorum meorum profectu, profitebar, in ecclesiam vrbis regiæ Legionēsis cathedrariam, seu pōtificiam, vtibi essem à sacris concionibus à clarissimo eiusdem ecclesiæ capitulo vocatus, electus, atq; institutus canonicus sum. Et apud Legionenses cum agerem hæc commentaria claboraui. Modico autem tempore interiecto valetudine mea illud poscente ad Ciuitatensem ecclesiam vocatus sum & canonicus eidem ecclesiæ signatus, vt sacros illi venerandæ ecclesiæ codices interpretarer. Quorum & Legionensium & Ciuitatensium Canonicorum gratia atque beneficio mihi ocium (cuius inopia tenebar) concessum impensius est. Quod nactus vt liceret si voluissem nostros vulgare in lucem labores, diu tamen apud me cogitare cœpi, an multorum desiderijs mihi obsequendum esset: vt

cōmentarijs

cōmentarijs istis nostris typo cudendis operam nauarem. Et vtrinq; cogebar angustijs: vt cuderem typis, discipulorum improbæ preces efficiebant quæ non ludicra suadebant, sed rem valde seriam multæq; frugis contendebant. Vt typis non cuderem, multa interuertebant. Præsertim lectorum quorundam liuor fastuosumq; ingenium, quorum supercilium præclarè sæpè dicta plusquam ferina animositate, proculcat, & liuido ore polluit. Quæ doctè & libratè autores recens scribūt, nihil efferunt: aut turbis scholasticorum cōmendant. At si qua forte, vel labecula minima codicem nuper vulgatum aspersum aduerterint, pro compitis, pro suggestibus, plusquam Stentorea voce inclamant, oblatrant, eleuantq;, non aliud sanè agentes, quam publicis inuidere bonis, & alienis insidiari vigilijs. Quos ego obiter admonitos velim ne iniquo iudicio in aliena ruant, sinant in alieno ludere corio. Et quæ gratis offeruntur, æqui, boniq; consulant: meminerintq; quod vetus prouerbium celebrat, donatitij equi dentes non aspiciendos. In medijs igitur harum procellarum æstibus constitutus liuidorum lectorum non formidare caninos decreui latratus: & obloquētium obmurmurationes neglexi, certò sciēs superciliosis istis hominibus nihil facturum satis, nisi illud solum quod miseram illorum auxerit mentem. Publici boni habenda iam mihi ratio: obgāniant inimici, medij ringantur licèt. Discipulorum meorū, beneuolorumq; lectorum pluris æstimāda est cōmoditas, quàm horum vultus toruus & insania peruicax. Fateor equidē clarissimos quosdam viros, quos tulit antiquitas, dignissima illis in libris de anima elaborasse cōmentaria: quibus tamen nouis meis editionibus nihil detractum iri censeo. Noua enim non eò excuduntur, quò antiquorum autoritas exauthoretur. Imò noua cōmentaria veterum memorias illustrant, & à situ & carie quibus opprimuntur, recentiorum autorum diligētia vindicat. Scio sanè neq; me latuit vnquam in antiquorum philosophorū libris ceu in venis quibusdam optimæ philosophiæ aurum delitescere: & velut sub arenis antiqui sermonis, philosophicas latitare gemmas. At verò non parui sudoris est, & has venas exquirere, exquisitasq; refodere, vt quæq; preciosa quæ auarè condunt, vsibus nostris seruiant. Neque exigui studij est repurgare vetustorum philosophorum gemmas, vt sordibus errorum excussis liberum nobis vsum præstent. Videant isti, qui noua damnant opuscula, sese neq; naturæ legibus cōuenire, artiumque omnium consuetudines funditus euertere. Quando si natura noua opera respuisset, orbis totus labasceret, cuius quotidianæ hominum atq; viuentium vniuersorum ruinæ nouis semper partibus reparantur, & pristinos rerum lapsus, noua sobole natura recompensat. Naturæq; mirabilem hanc, sagacemq; industriam ars secuta, non simplici contenta est artificio: nisi nouis inuentis semper abundet. Nouas enim quotidie miramur imagines, noua ædificia, noua & nusquam visa machinamenta. Neq; ars pictoria solum, aut ædificatoria, aut fabrilis, in noua semper inuēta aspirant, quin & artes vilissimæ quæque idem sapere, hocque idem nouitatis emulari laborant. Sartores vestes per singulas fere hebdomadas nouo fabrefactas ingenio componunt: & vetus vestium componendarū ingenium noua horum diligentia fastidit, vt iam tantus sit vestium apparatus, quantus neq; nominare liceat. Coqui miros in cibis exquirunt sapores: insueta antiquis hominibus alimentorum præparant condimenta & quæ cibaria olim in maximo erant habita precio, iam nihili ducuntur, adeò culinaria ars in nouam ciborum pompam excreuit. Hæc isti nouorum operum censores non taxant, quasi verò sapientibus non liceat quod natura probat, quod ars recipit, quod pictores in vsu habent, quod domificatoribus nemo prohibet, quod deniq; sartoribus, coquis, pistoribus & alijs infimæ notæ artificibus leges & reipublicæ & procerum iura permittunt. Ad hæc Aristotelē, à nouis scribendis libris, antiqua scripta (quæ multa id temporis erant) non perterruerunt. Perindeq; physicum est aggressus negocium, ac si à maioribus suis nihil de re physica traditum esset, ab Anaxagora inquam, ab Empedocle, Democrito, à Leucipo à Parmenide à Melisso à Platone & ab alijs qui Aristotelis seculo nomine & authoritate florebant. Homerus rursum (si poetarum meminisse iuuat) in poesi (Platone testante) diuinus, & poetici nominis claritate toto orbe celeberrimus. At verò Homerici nominis claritas, posteriores poetas, à nouis canendis & scribendis carminibus non continuit. Quod si Aristotelem obieceris, veterem correxisse philosophiam, & illam quasi errantem in vias certas, absolutamq; methodum, conduxisse, posteriores rursum poetas, qui post Homeri secula vixerunt, carminis gloria adeò resplenduisse, vt veterum gloriam æquarent, ea propter Aristoteli atq; poetis illis, vicio nemo est qui vertat, si multa suæ doctrinæ monumenta in posteros transmiserint. Nos sanè hoc libera fronte fatemur. Atqui non æqua atq; isti causa, vetusta de anima argumento nouā expositionem instituimus. Sed hoc solum studij nobis est, & instituti, philosophorum antiquas de anima traditiones, & eas tum difficillimas, tum varijs sparsas codicibus, & noue forsitan interpretari, & in vnius voluminis summam cogere. Vt cuiuis & eas legere, & intelligere, ad manum sit. Quæ studij nostri ratio, tanto cōmendabilior, quāto non paucis, neq; de media plebe philosophis (post Aristotelē)

in

in vsu fuit. Hoc enim argumenti genus (quod de anima est) tale ac tantum est censendum, vt lucubrationes veteres amet, & nouas nihil fastidiat: imò vehementer amplexetur. Qua in re sudatum est à summis illis peripateticis ab Alexadro, Simplicio, Themistio, Philopono, Ammonio, Marino, Auerroe, Auicena, Alfarabio. Post hos, nostrates quoq; philosophi Albertus Magnus, Diuus Thomas, Aegidius Romanus, Burleus, Buridanus, Paulus Venetus, Ioannes Gandensis, Cassiodorus, Marcellus, Nyphus, Caietanus Cardinalis, Caietanus Thienensis, Albertus Saxo, quo ad illis licuit rem hanc de anima prosequuti sunt. Horum tamen quidam ipsa Aristotelis verba lucidiore, & comptiore stilo, transferre curarunt: Aristotelis volumen parophrasi quadã contexentes, vt Themistius, & Albertus, alij verò ipsas Aristotelis sententias breuiter (dictione peripatetica neglecta) explicare studuerunt, vt Aphorismi Auicenici de anima legenti indicant. Alij disputationes in hos de anima libros multas exercuerũt, literam Aristotelis neq; à limine (quod aiunt) salutantes. vt Gandensis, Apollinarius, Albertus saxo, Caietanus vterq; & alij quorũ numerus ingens est. Ego verò vtrinq; complexus sum: & cõmentarijs peripateticũ sermonem elucidare statui: & nodosas multisq; mæandris quæstionum obditas disputationes, quantum meæ tulerunt vires extricare volui. Et vt verbis sapientissimi Salomonis vtar, nouissimus omnium euigilaui, & quasi is qui colligit acinos post vindemiatores, in benedictione Dei speraui, & quasi is qui vindemiat meum repleui torcular. Quamobrem fauente CHRISTI gratia futurum spero, vt multa, quæ hactenus in abditissimis delituêre tenebris, nouis nostris Cõmentariis à tenebrarũ iniuria eripiãtur: & in luce plurimã asserãtur. Hoc nanq; nouorũ authorũ labor, atq; industria præstat, scholasticorũ locupletare ingenia: & prompta reddere illa quæ difficultatis põdere miseras discipulorũ mentes premebant: Vt enim terra salebrosa: & lapidibus obruta, aratroq; infesta, si illam semel atq; iterum humana diligentia excoluerit, sensim repurgabitur, & aratri patiens reddetur, & squallore, & ac sterilitate natiuis depositis, noua fructibus feracitate gaudebit, ita propè modũ cùm physicæ musæ arduæ sint, & debilia ingenia refugiant, has tamen repetiti expositorum libri, indefessaq; in nouis cudendis Commentariis autorum opera, & mitiores, & plausibiliores philosophiæ studiosis efficit. Non igitur obiurgandi sumus, sed laudibus efferendi, qui laboribus nostris vniuersis prodesse volumus, tantoq; oportet nostram hanc diligentiam ab omni reprehensione vacare, quantò non solum, quæ alij antè nos, verùm multò vberiore calamo, quæ illi intermiserunt, nos persequuti sumus. Nanq; vniuersa quæ Græci, quæ Arabes, quæ Latini, de anima dictitarunt, illa in medium profero, & inuicem confero: Salomonis enim præcepta teneo, Sapientiam (ait ille) omnium antiquorum exquiret sapiens, & narrationem virorum nominatorũ conseruabit. Porrò quæ germana in illis, & incorrupta censeo, illa recipio: cætera respuo, & si quæ fortassis (quæ est humana negligentia) isti ad amussim non expresserunt, fœcundiore absoluere numero tento ex theologico dogmate non pauca interim permisceo: quippe theologia vniuersarum veritatum sacratissima est magistra. Neq; potui me ne hoc facerem continere, nam res hæc de anima illud auide poscebat. Superest autem de stilo & scribendi modo nonnihil præmonere, illum à me non sperandum florentissimum, & nitidissimum, quem vtiq; philosophorum libri non amant: oratorum enim flores non physici sunt pensi, sed oratorij: lusimus in re hac aliquando, verum modò, non est cur vernantes rhetorum huc vocemus loquendi phrases. Philosophia enim veritatis est amantior, quam exquisitissimi sermonis. Emaculatus enim excultusq; sermo dignus est laude, at probatissima veritas (cui acquirendæ philosophi incũbunt) multò dignior est, quæ laudetur. Oratoria facultas istis delibuta incedit pigmentis, verborum lenocinio humana inescat ingenia: Philosophia verò simplici veritatis amictu contenta, picta verba contemnit. Etenim quod petulantes, & lasciuas puellas commendat, comptissimis crinibus torquere capillos, stibio, cærusa, minio vultus infarcire, nitidissimis & fulgentissimis vestibus se in turbas mittere: quo salaces impudicosq; iuuenes in libidinis amores inflamment, hoc vtiq; grauissimas nõ decet Matronas: quibus vicio & iusta ratione verteretur, si vel fucarent facies, aut alios adulescentularum ornatus amarent. Qua quoq; causa Philosophia nostra honestimæ instar fœminæ, picta verba cothurnatosq; sermones, luxuriãtemq; floribus oratorum campos neglegit. Hæc sanè illis Philosophia relinquit, quibus sermonis prima cura est. Nobis autem non sermonis, sed veritatis præcipuum est studium veritati sermonem cum D. Hilario & Cicerone non sermoni veritatem subdimus. Si propria nobis in numerato essent vocabula, illis planè esset tẽdum. Atq; hæc in Philosophia sæpiculè desiderantur, nouas in philosophia excogitare voces, criminis nullius est, vt septuaginta interpretes nouam (citra notam) vocem illam εὐλογίαν (autore Hieronymo) finxerunt, quam, quod Hæbreis est bene placitum græcis extulerunt. In quem locum innumera essent cõuehenda si locus & tempus admonuissent. Porrò autem hinc mihi considera, quanta laude ij prosequendi sunt, qui verbis,

bis, non ex medio philosophorum triuio, sed ex latinissimorum officina petitis, rem physicam, atq; dialecticam egerunt. Quorum nonnullos hæc nostra tulit ætas, qui philosophiam nihili ducunt, nisi Tullianis verbis ornatam viderint, & pro luce tenebras in Aristotelem effuderunt. Satis sit Aristoteli malitia sua (vt vtar euangelico verbo) quare nihil opus facto illum ornatissimo sermone grauissimum philosophis reddere. Valeant igitur homi nū quorūdā, delicatissimæ aures, quæ voces has mediatè, immediatè, formaliter, essentialiter, realiter, intētionali ter, quiditatiue personaliter, materialiter, & aliarū quarū farrago non modica est, apud philosophos, vt sordidas ferre nequeunt. Quas vtiq; dialecticorum, & philosophorū, & theologorū, Scholæ cōcrepant, & vt suo negotio accommodissimas, amant. Iam vero finem mihi dicendi imposuissem nisi aduertēdum mihi esset, in cuiusdam ho minis arrogantiam, ne dicam turgidam petulantiam, qui nuper opusculum erratis plerisq; multis scatens, in lu cem edidit vbi non veram, sed portētosam philosophiam tradidit. Quod cum officij gratia, vt castigarem à me efflagitasset, ego quoq; lubens illi annuissem, extemporarias quasdam censuras in hominis libello adnotaui. Ille autem officij immemor, quæcunq; ego ex tempore & in vmbra, in opusculo illo aduerti, in publicum spectacu lū emisit, & me imprudēte calcographo excudēda cōmisit, & ampulosum apologeticū, censuris meis obiecit, vt de dormiēte gloriosum referret trophæū. Quā rē simul atq; resciui vehemēter indolui, quod facinus ausus fuisset homo ille, quod lege nulla licebat castigatiūculas meas citra lineā & liturā, imò rudes & crudas in scholasticorū pōpā efferre. Huius igitur turpe facinus emēdare studens: & quod tūc ludens in re physica feci, mō serio faciendū duxi. Nō quò animus mihi adsit, autoris huius in hoc nostro opere mōstra referre, quale illud. Bruta orbata esse sensu, aut materiā primā nusquā esse, & id genus permulta, quæ memorare piget: indigna .n. sunt quæ memorē tur, & quæ perpetuæ obliuioni mandentur dignissima. Iustius enim æstimo me facturum veram Aristotelis de anima philosophiam explicare, quam indomitorum ingeniorum paradoxa, & incredibilia inuenta reprehen dere. Neque enim exigui negotij est idoneum se quemlibet Aristotelis interpretem præstare, quin summi negocij illu[d] duxerim. Ingenij enim non tardas vires hoc opus poscit voluminaque Aristotelis non segniter lustrasse, legi timus qui sit interpres desiderat. Rursum & quod huius philosophi moris est in loquendo proprij ve dialecti gnarus sit iustamque lancem manu teneat: ad quam singula librando veram philosophiam depromat. Sunt & aliæ leges Aristotelis interpretibus obseruandæ, quas qui nosse cupit, apud Simplicium cathegorias Aristotelis enarrantem inueniet. Huic rei quæ tantæ molis est operam nostram quoad licuerit impendemus, cætera valere interim sinemus. Priusquam autem in suum vmbilicum orationem deducam respondere obijcientibus mihi cogor, cur in exponendo Aristotele Boetianam æditionem selegimus, Argyropyli Bizantij interpretatione prætermissa. Quibus ego faciam satis: si semel admonuero Boetij translationem literæ Græcæ æquabiliorem esse, quam quæ Argyropyli est. Est sane Argyropylus lucidior, at multa vertens potius agit paraphrastem, quam inter pretem. Durus est Boetius interpres fateor, at æquo ferendus animo: quippe qui ad verbum Aristotelem Græcū Latinum fecit. Vtriusque interpretis versionem tantum non inserui: veritus autem ne libri huius magnitudo plus iusto incresceret, ab ea re abstinui etiam si cum loci alicuius in Aristotele difficultas illud exigit, vtranque æditio nem profero, vt vtriusque collatione verior sensus eruatur. Reliquum est, ô lectores candidissimi, vt hæc nostra monimēta manu diurna pariterque nocturna versetis, nihil iā vobis deinceps opus multos de hac re codices volue re. Nam quæ Græci autores obscurissimè, quæ Arabes barbarissimè, quæ Latini neque exactè neque cultè de ani mæ hoc negocio scriptis mandarunt, hæc nos quantum materiæ huius iura desiderabant, quantumque nostri in genij portio exilis donabat, cultè quidem, quantum philosophiæ grauitas, atque maiestas permittebat, vberrimè vero, quantum laboris nostri facultas concedebat vestro omnium profectui elaborauimus, omnemque quoad potui mus lapidem mouimus vt numeris omnibus suis rem hāc absolueremus. Quod equidem si præstitimus, Deo opti mo Maximoque grates agendæ, vobis atque mihi gratulandum. Mihi quidem quod rē non vulgarem perfecerim, vobis vero, quod profundissima Aristotelis de anima sensa citra immensos la bores haurietis. Sin pro votis meis res hæc non cesserit, veniā dabitis, illud vul gati prouerbij animo voluentes, in magnis voluisse sat est.

VALETE.

INDEX RERVM MAXIME NOTABILIVM QVAE HIsce tribus libris de anima continentur ordine Alphabetico digestus.



INDEX.

D

E

FINIS

MAGISTRI MICHAELIS DE PALACIO GRANATENSIS

Philosophi, atq; Theologi, Canonici Legionensis Præcursoriæ quæstiones in tres libros Aristo. de Anima.

Quæstio prima, Quis scopus horum librorum.



NCONSULtè me facturũ putaui, si ex abrupto codicẽ Aristot. attingerẽ, nihil que in locum exordij præmitterẽ. Quãobrẽ tres dubitationes, operis huius initio prefigere institui, quæ velut præludia quedã Lectorũ animos exerceant & Aristo. assequendo, quasi viã substernant. Quarum prima est, Quis scopus sit horũ trium librorum Aristotelis, qui de anima inscribuntur: an anima sit, an animatum. Quę secundum occupabit locũ, quæstio erit: quis ordo huius de anima cõtemplationis ad vniuersas alias physicas disciplinas. Postrema an humana anima sit negocij physici, & cum aliis animabus cõmunẽ habeat tractatum, an deniq; sit illi pro suæ naturæ dignitate seligendus locus, quò de ipsa apta instituatur disputatio. Nunc igitur enarrationis seriem, prosequamur.

Dubitatiões tres. *Prima dub.* *Secunda.* *Tertia.*

Prima dubitatio non nihil continet quod illius lucẽ & veritatẽ tenebris inuoluit. Quòd enim animatum horum librorũ sit scopus (quem Dialectici subiectum appellant) hinc colligitur potissimum, ꝙ illud sit subiectum in qualibet scientia, cuius proprietates & operationes in ea sciẽtia considerantur. Tale aũt est animatum corpus, cuius sunt operationes omnes vitæ primò, vt primo huius, Aristo. tex. 64. tradidit. hominis est intelligere, & non animæ, texere quoq; & ædificare. Et demũ eo autore, Si actiones sunt suppositorum, nulla anima est suppositũ, (vt nos latiùs lib. 3. elucidabimus) & ipsum viuens suppositum est. Omnis igitur operatio vitę, est animati, & non animæ. Non ergo anima est horũ librorum scopus, sed viuens corpus. Antecedens colligitur primo Posterio. text. 22. seu. cap. 4. &. 5. Secundò hoc ipsum argumento altero connectamus. Anima hic definitur, per corp⁹: est enim actus corporis physici, & organici, in potentia vitã habentis. Partes autem sunt notiores & priores definito: corpus ergo viuẽs præexigitur notioni animę, & erit notius anima. Quare subiectum erit, corpus animatum, & non ipsa anima: quia hæc ipso animato longè occultior est. Atque in scientia nihil notius subiecto. 2. lib. Poster. cap. 1.

Argu. 1. *Argu. 2.*

In diuersum verò est Aristo. locus, qui cap. 1. libr. de sensu, & sensili, ait in hæc verba. Quoniam autem de anima secundùm seipsam determinatum est priùs, & de virtutum qualibet secũdùm partem ipsius, consequens est facere determinationem de animalibus, & vitam habentibus. Est ergo horum librorum, anima sola subiectum, & non viuens. Asserit enim Arist. se in istis libris de Anima secundùm se ipsam absoluisse negocium. Non igitur de viuente est hîc præcipua habenda ratio.

Argu. contra præcedẽtia.

Huic quæstioni placuit non nihil adhibere operæ: nõ quòd sit operosa: quia promptam habet resolutionem: Sed vt hæc legitimam paret ad ventura Commentaria introductionem. In hac igitur questione non nulli cum Paulo Veneto in Cõm. tertio huius libri primi de Anima, crediderũt & animam & animatum esse huius libri & reliquorum de anima subiectum, quod sibi collatione quadã: persuase-

Quæsti. resolutio.

perſuaſerunt. Etenim in prædicamento quolibet, ſunt duo genera generaliſsima: vt, quantum quantitas, quale qualitas, ad aliquid relatio, & ſic alia in eundē modum. Et in ſciētiis geminū eſt ſubiectum: vt, phyſica inſtitutio & mobile ſibi vendicat in materiale obiectū, & huius formā in formale. Et ſenſus vniuerſi duplicibus fruūtur obiectis. Viſus videt lapidem: & quia per colorē videt ambo ſūt viſilia & lapis & color: & audit⁹ ſonatiuū & ſonus: & odor ac odoriferū obiecta ſunt olfactus. Quamobrem & hęc de anima inquiſitio duo ſpectabit, & animatū vt materiale obiectū, & animam, ſeu formam obiecti.

Huic tamen aſſertioni refragor, illam enim credo non eſſe Peripateticam, ſed longè à via certa declinare, Quod vt ita ſentiam, plurimùm me mouet nuper citatus locus Ariſtotelis in libro de ſenſu & ſenſili. In his enim libris, de anima ſecundùm ſe ipſam habetur ratio: nō ergo de viuente, aut animato: vt de ſubiecto, nec materiali, neq; formali. Et hic locus neruos ſibi colligit maiores ſi obſeruamus Ariſto. iſtis libris animam definiuiſſe, non animatū corpus. Operationes animæ hîc tradūtur, vt animæ ſunt. Sunt enim quędam operationes animæ quas commemorabitur Cōmentator in procemio horum librorum, quæ cùm ab anima capiāt initium in corpus finiuntur, vt memorari & reminiſci. Aliæ verò, quæ à corpore profectę in animā concluduntur, vt ſonus atque vigilia. Hæc enim à vaporibus fumigātibus cerebrū verſus fiunt, quos anima colligens ſomnū, in mēbra laſſa immittit: eoſdem verò excutiens, torpedinem ſomni ſoluit. Vapor autē à corpore exhalatur. Anima namq; per ſe, ideſt ſolitaria, non exhalat. Hæ autem functiones communes ſunt, & animæ & corpori: vnde & illi animati ſunt. quas Ariſtot. in ſelectos repoſuit libros. Nam de Memoria, & de reminiſcētia, de Somno & vigilia, de Reſpiratione, de Morte & vita, de Iuuentute & ſenecta: & id genus, quæ cōmunes ſunt affectiones animæ cū corpore, & ſunt vincti totius, ꝓpriis libris tradidit Ariſt. Iſtis aūt libris nō hos cōmunes affectus ſpeciatim exquirit: ſed quid aut qualis ſit anima, quę eius potētiæ & operationes, quodq; illius propriū eſt ſubiectū; vt in procemij cōmentario mōſtrabitur. Nō ergo obiectū horū librorum eſt animatum, ſed anima ſecundùm ſuam naturā. Habet enim anima propria quædam naturâ ſibi vendicata, vt quod ſit principium operationū vitæ, etiam ſi habeat in corpore vitaliū functionē: non tamē à corpore, ſed corpus ab anima. Quòd ſit rurſum forma & actus vitæ prim⁹, habet in corpore, ſed non à corpore. Habere præterea vires, vt vim audiēdi, videndi, & id genus, animæ eſt nō corporis. Alia verò ſunt quæ habet anima non ſolū in corpore, ſed per corpus: vt, ipſam exercitationē operationū ſuarum: vt, mouere progreſsiuo motu, habet à contubernio corporis. Motus enim, qui lationis eſt, in corpore eſt. Et ſanè ipſa ſecūdùm ſe, eſt huius motus principiū: tamen ꝙ operi mandetur facultas hæc motiua à corpore eſt: vt, tertius de anima liber docebit. Rurſumq; videre, audire, olfacere, & id genus aſſequitur anima in corpore, & per corpus. Oculus enim qui videndi facultate præditus eſt, corpus eſt: & ſubmoto oculo, anima tenebris obducitur. Itidē de aliis ſenſibus, exiſtimandum eſt. Huius autē rei ne te fallat oratio. Aio enim animā ex ſe habere principium videndi, audiēdi, odorandi, tāgendi, guſtandi: harum verò operationum exercitationem à corpore. Ariſt. autem iſtis libris de anima, ea eſt cōplexus, quę animæ erant, nō quæ animati corporis: Idcirco dixit ſe abſoluiſſe de anima tractatum, ſecundùm ſe ipſam. De exercitatione verò operationum: vt, de modo vidēdi, odorādi, &c. pauca hîc attigit, eaq; remiſit in librum prænotatum de ſenſu, & ſenſili. Vbi ſpeciatim obiecta ſenſuū proſequitur, ideſt, quę ſit generatio coloris, quę odoris. Nā de generatione ſoni, (quia non tātum forſitan poſcebat negocium) obiter in Secūdo de anima, cauſam expediuit. Et prudētiſsimè in hac ſe geſsit re Ariſt. In libris enim hiſce de anima, de natura & viribus animæ, deq; harū viriū operationibus generatim, diſſeruit, ideſt, confuſam prçſtitit notionem. De obiectis verò vbi loqtur, cauſas obiectorū non reddidit: vt, quę cauſa ſit coloris,

Operationes animæ.

Ordo Ariſt. in lib. de anima.

Autor clarius mētem ſuam aperit

loris, quæ saporis. &c. Hæc enim referenda erãt in libros alios, vbi non de anima secundùm se ipsam, sed vt à corpore instrumenta assequitur propriis muneribus obeundis, formanda erat noua institutio.

Ad primũ argumen. ¶Primo argumẽto dicamus, operationes animæ esse distinguẽdas aut secundũ originẽ, aut secundũ exercitationẽ. Secundũ originem non sunt viuẽtis corporis: sed ipsius animæ q̃ dixit Arist. esse principium viuendi, sentiendi. secũdùm locum mouendi, & intelligendi, secundùm verò exercitationem sunt totius animati corporis. Et sic est audiẽdus locus illatus, Actiones sunt suppositorũ non secũdùm originem, nam sic animæ sunt & formę. Sed secũdùm exercitationẽ, anima & corpus simul facultate funguntur vitæ. In his autem libris agit de operationibus animę secũdùm originẽ. Ideò non est horum librorum subiectũ animatum corpus. In aliis verò libris de sensu & sensili: de Memoria & reminiscentia. &c. de operationibus animæ traditur secundùm illarũ exercitium. Ideo illìc magis de animatis, quàm, hîc, texitur narratio.

Ad. 2. argu. Ad postremum dicendum est animam definiri per corpus organicũ. Quia corpus hoc, est animæ propriũ subiectum. Hæc autem definitio per posteriora est, non per priora animæ. Siquidem, quòd corpus sit organicum, & potentia vitam habeat, animæ est munus. Quapropter etiam si animatum (quod nostræ notionis est) priùs noscatur, q̃ anima: quia animata sunt, quæ primùm se sensibus nostris obiiciunt: tamen secundùm rei naturam, anima est notior animato corpore, quia est animatorum formalis causa. Hæc responsio pauca quidem in se verba complectitur, sed fœta est, quam etiã dilucidiùs sequens aperiet oratio.

Quæstio secunda quis ordo horum librorum.

Secunda dubitatio. Ecundo loco quæ fuit proposita dubitatio, grauior est, q̃ quæ recẽns est absoluta: quia doctores grauissimi in ordine huius libri in varias distrahũtur sententias multaq; ab illis vltrò citroq;. proferuntur, quæ animũ suspẽdunt, ne facilè in alterutram partem inclinemur. Et pri-

Auerroës. mùm Arabes proferamus. Auerroës in Cõmentatione ad primum Metheor. librũ, in decẽ ferme scidit vniuersum philosophiæ globum. Et primam sectionem physico auditui dedit. Secundam, libris de Cælo & mundo. Tertiam, libro de ortu & interitu. Quartã, Metheoris. Quintam, Mineralibus. Sextam, vegetalibus. Septimã, animalibus, & partibus eorũ. Octauã, animæ eiusq; potestatibus. Nonam functionibus animæ particulatim acceptis. In qua re libri, qui Parua naturalia inscribuntur: vt, de Sensu & sensili, de Somno & vigilia, insudant. Decima verò sectio est libelli de Animalium motu. Huius autem ratio hęc est, ꝙ ea sit naturę series, vt vniuersalis institutio prior sit particulari. Quare libri octo Physicorum, qui in vniuersum de motu & mobili cõsiderant primas sibi præripiunt partes. Nã in cæteris libris, quæ in illis octo vniuersali notione tradũtur, specialiùs exquiruntur. Rursum, quæ incorruptibilia sunt, priorẽ sibi poscũt tractatum, quàm quæ corruptionib⁹ subiecta sunt. Quare libri de cælestibus orbibus pręcedunt reliquis philosophiæ libris, qui de rebus fluxis & mortalibus tractant. Et quia simplex est prius cõpositis, libri de generatione, & corruptione, vbi præcipua elementorum ratio habetur, priùs traduntur, q̃ reliqui, qui in cõpositione istorũ corporum versantur. Adde, ꝙ imperfecta priùs eduntur à natura, q̃ perfecta. Idcirco liber de Metheorologicis impressionibus, qui de mixtis imperfectis: vt, sunt grando, nix, glacies, & procellarũ spiritus, tradunt notionem: priores sunt libris Mineraliũ, vt aurum & argentum, & id genus metalla: quæ etiam mixta sunt perfecta. Et inter mixta perfecta: qualia sunt animalia omnia atq; viuẽtia: similiter imperfectiora ꝓcedũt secundum naturæ ordinem, perfectioribus. Quare primùm de vegetalibus. Et cùm cõpositoria sint, notiora simplicioribus, primũ sibi vendicãt locũ animalia, in doctrinæ ordine, q̃ anima. &c. Cætera ꝓ otiũ cuiq; facilè supputare licebit.

Ordo librorũ Aristo.

Est ergo secundũ Arabis huius placitũ hic de anima liber ordine inter philosophicos libros Octauus. Et prior est historia animalium, & notio illorũ huic operi præsi-

Liber de anima Octauus inter philo. lib.

præfigenda. Cũ hoc quoq; sentit Alexã. Peripateticus in eosdẽ Metheo. Cõmenta. libros de aïa, succedere, & nõ esse præferendos libris de animalibus. Atque in enarratione ad libros de anima, hæc habuit verba. Quare, si ea quæ cõmodè & aptè de animæ substãtia proferũtur, cõtradictionibus implicare nolimus, primo loco, ipse possidẽtis animam corporis apparatus contẽplandus est:& internarum virium, externarũq; partium, cũ ipso venustatis, & pulchritudinis concẽtus, lex, & dispositio cõquirẽda est. Si simul enim hæc ipsa speculati fuerimus &c. & quãtùm horũ verborũ oratio prætexit, colligit argumẽto hoc primum de partibus animalium, quas vocat apparatum animalium: vt, sunt oculi, aures, manus, nasus, & id genus. De istis inquã agendum, primùm, q̃ de anima. Alioqui frequens erit philosophantibus de anima lapsus: & tractãtibus animæ operationes, hærendum erit nõ semel, nisi primùm in absoluto nobis sint corporalia instrumenta, quibus anima operationes suas exercet. Vt enim exactè quis nõ poterit visionis naturã exquirere, nisi primùm oculi naturã nouerit, quæ sit oculi compositio, quæ substãtia & quæ offendunt, quéve iuuant oculi qualitatem. Et horum philosophia argumẽta habet, quæ suffragentur sic opinantibus, eandemq; sententiã tuentibus. Effecta enim sunt corpora animarum: nam anima est principium corporis, vt finis, vt forma, & vt efficiẽs, quẽadmodum in proœmio de anima clariùs patebit. Ergo primum de animatis corporibus: vt, de effectis, quàm de animabus: quia hæ sunt causæ. Physicus enim ab effectis orditur doctrinam: vt, proœmiũ Metaphysicũ docet. Accedit eòdem in primo Physico. traditum ab Arist. totũ esse notius partibus, & à notioribus in occultiora esse nobis innatã viam. Animal autem totum est, anima verò pars. Primũ ergo de animalibus: posteriùs de anima. At verò, in diuersam sentẽtiam pleraq;. multa clamãt argumenta. In proœmio Physi. Cõmenta. tradidit simpliciora docẽda antèquã composita. Sed anima est simplicior corpore. Et. 1. Physi. c. 7. materiã cognoscendam per formã dixit Arist. ergo corpus per animã: & animal, quod est animę subiectum, per animã. Et D. Boëtius in secũda editione super. 1. lib. Periher. vniuersale essentiale docẽdum primũ, q̃ minùs vniuersale voluit. Vt etiã priùs animalis notio tradẽda est quàm hominis. Tamen in alio genere, totius partes sunt excutiendæ, & discẽda est illarũ natura, ante quã totum. Quare in animę notione erudiẽdi priùs sumus, q̃ animalium hauriamus doctrinã. Quia cũ vniuersalis prioritas obseruanda sit. (Arist. iubẽte) in doctrinis: in libris autem de anima vniuersalissimæ rationes de anima & animaliũ naturis tradũtur, erit hic liber præponẽdus alijs. Cũ priore harum opinatione Alexãdri & Auerrois (qui scientiam de animalibus præponebant sciẽtiæ de anima) Augustinus Niphus in Commenta. cõsensit propriis argumẽtis illud agens, & Auerroëm sibi vocans in patrociniũ. *Augu st. Niphi argumẽta.* Primo Phy. Cõment. 3. si nos (ait) ageremus res naturales, tũc causæ essent nobis notiores. Sed quia rerum naturaliũ non sumus autores: idcirco effectus notiores sunt. Iã colligit, si nos faceremus animata, esset anima nobis notior: Cùm autem nõ faciam⁹, animatũ erit notius. Quare priorem de animalibus, q̃ de anima, philosophiæ iura poscunt tractatũ. Secũdum affert argumẽtum Alioqui, si hæc est prior doctrina, q̃ quæ est de animalibus: ergo prior est horũ librorũ doctrina, q̃ quę de Cælo & Mũdo est: id q̃d nullus philosophorũ ausus fuit asserere. Etenim Cælum est animatum corpus, vt Cõm. in. c. penul. de substantia orbis tradidit. Quare est animal quoddã. Prælibãda ergo esset hæc, quæ de anima institutio est, anteq̃ de animalibus cælestibus esset agẽdum. *Argu. 2.* Tertiò, similiora sunt mixta animalibus, q̃ animæ: ergo post tractatũ mineraliũ, legitimo ordine annectendus est liber de animalibus. *Argu. 3.* Quartò. 6. Meta. in prin. Principiũ illud est, vnde quis facilè discet. Sed hæc scientia difficilima est, & quæ de animalibus, est promptior: ergo hæc prior. *Argu. 4.* Quintò. Auerroës. Cõm. 30. 12. primę philosophię ait Arist. primùm tractasse de corporib⁹ cęlestibus, dein de motoribus & animabus cælorũ. Primùm ergo de animatis, dein de animabus. Postremò hic idem *Argu. 5.*

Cõm.

Comm. expresso sermone ita credidit de anima. 2. lib. Cōm. 108. Librum de aīa esse ab Arist. posteriùs conscriptum, q̃ libros de animalib⁹. Quare quæ in libro de animalibus de sensorio tactus nō probè scripserat, in libro de anima retractasse, vt in loco indicato monstratur. In quorum etiam fauorem ego induco Arist. Septimo Meta. Comm. 9. Forma (ait) est min⁹ manifesta, q̃ totum. Ergo animatum est notius anima. Et rursum, idem. 7. primæ philosophiæ lib. ferè in principio tradidit ordinē doctrinæ sæpe initium facere à minùs nótis, & minùs veris secundū se: nobis autē notioribus & verioribus, vt in bonis elegantissimo exemplo rem mōstrat. Lex enim est vt homines ad ea, quę sunt honesta bona ducat: à bonis tñ nō secundū se incipit, sed secundū quid bonis: vt sunt pœnæ delictorum: leges enim minantur exilium, verbera, carceres, violantibus leges. Ecce, vt non à bonis perfectis leges incipiunt, sed à bonis imperfectis: vt, sunt pœnæ, & vtilia bona: vt sunt virtutū prēmia, quæ sæpe pollicentur legum latores, vt infirmi mortalium animi prouocentur. Sic scientiæ nō à prioribus, sed à posterioribus institutiones suas molliuntur: ergo prior doctrinæ ordine scientia est animalium, & si animal posterius sit anima ipsa.

Argum. autor.

De quæstione ergo quid censendum sit, iam aperiamus: credimus librorum de anima doctrinam priùs tradendam, quàm doctrinam de animalium naturis, & partibus: hoc est aduersus Alexandrū & Auerroē & eorum asseclas, multis tamen aliis assertū grauissimis autoribus. Etenim Theophrastus librum de anima in quinto loco, connumerat inter naturales libros, nō octauo vt Auerroes. vnde colligitur esse priùs tradendum: indicat tamen locum Theophrasti Themistius in Paraphrasi ad tertium de anima. ca. 39. Auicena quoq; lib. naturalium. 6. c. 1. hos libros præponit libro de animalibus, & in. 6. ordine locat. Quos colligit esse priores: quoniā notitia animæ plus iuuat notionē corporis, q̃ contra. Et Albertus Magnus, in summa de ho. q. 1. cū Anicena multis facit. Actus enim est prior potentia ratione, & tempore & natura. 9. Meta. tex. 13. ergo anima est prior corpore secundum rationem doctrinæ. Rursum scientia de principio prior est quam scientia principiati: anima autem est principium. Adde. Anima est præstātior corpore: opportunum est igitur, vt illius sciētia prior sit. & hic autor in lib. de histo. animali. in prin. argumēto alio cōfecit hāc rem. Corpus enim viuens habet organa, & formationem ab anima. Quòd si anima est causa corpori viuēti, vt sit: & species animati suscipit ab anima: vnde oculus mortuus, nō est oculus: legitimus est ordo, si prior de aīa texatur narratio q̃ de corpore. Cum Alberto Magno & Auicena multa Latinorū turba consentit vt Aegidius, Paulus, & pleriq; alij, quos meminisse nō iuuat, & nisi fallor, qui velit sapere cū Aristo, ita credet necessario: siquidem in libro de partibus animali. expresso sermone in traditionibus doctrinalibus, cōmunia dixit esse præmittenda particularibus: & hoc in negotio animatorum putat obseruandū. Cum igitur omnia animata sibi consentiant generali ratione inhabēdo animam primū hoc expediēdum est anteq̃ ad animata descendatur: alioqui in tractanda quauis animalis specie esset repetenda eadem de anima traditio: id quod subabsurdum esset & prolixum: vt ait inibi. Qua quoq; ductus ratione D. Tho. in Cōm. hunc librum cæteris, qui de animatorū sunt naturis, credit anteponendum. Sanè, vt is ordo qui alias ponitur, ab Arist. primum vniuersalia denarrare deinde in species descendere, hic quoq; inuiolatus perseueret acturus de anima libus. Primum quæ cōmunis sit animalium ratio, idest, quid aīa sit &c. & qualis, & alia quę animæ sunt, cōplectendo.

Resolutio.

Themistius.

Lib. 1. cap. 1.

¶ Argumētis Niphi & nostris satisfaciamus. Et primò dicendū est, nostris quidē sensibus priorē esse notionem animatorum, q̃ animæ. Nā quo ad nos, quæ sunt cōpositiora, sunt maioris & prioris notionis, q̃ ea, quæ simpliciora sunt. At verò, etiā si priùs sentiamus animata, imò & intelligamus, q̃ animam: istud sanè est notione confusa, & adumbrata: notione tamen exacta & perfecta, non possumus assequi animata corpora: nisi primùm assequuti fuerim⁹ animā. Id quod indicauit Boetius loco indicato, scilicet

Resolutio argum. Niphi.

totum exactè percipi non posse, nisi partibus notis. Quamobrem cùm sit sciētia exacta notio rerum, fieri nō potest, nos scientiam habere viuentium, nisi primū de anima sermonem faciamus (quæ est animalium optima pars) illisq; speciē, & operationem, esse, & vitam tribuens. Annuimus igitur Auerroi, viuentia nos nō facere. Atq; propterea primùm viuētia cognoscimus, quàm vitam, quæ anima est: vt, priùs iustum, quàm iustitiam: & bonum, quàm bonitatem: & cōcreta, quàm abstracta, quia sunt cōposita: At hoc sanè verū est secundum cōfusam notionem: nam qui vellit iustū nosse perfectè, per notionem iustitiæ cognoscet. Est enim is iustus, qui habet habitum iustitiæ & iustitia est habitus, quo & iusta operamur, & iusti sumus. Sic in præsentia legitimum callē ingressus est Aristo. antequā de animalibus traderet de anima præmittens sermonem. ¶Argumēto secundo dicito, Totū esse subnixum falso fundamento. Cælum enim non est viuens, neq; habet animam secundū vnā & eandem rationem, qua nostratia animalia: sed secundum aliam longè differentem. Intelligentia enim appellatur anima cæli, nō quod cælo det esse viuēs, sed quia motum illi tribuit. Quare liber de anima non est præponendus libro de cælo: quia cælum nō est propriè animal, sed solùm secundum quādam trāslationem, vt nos dicemus latius in. 2. de anima. Quod ergo supponit Niphus, negādum est. ¶Tertio argumēto, Similitudo hic non est quærenda: nam si similitudo quæritur, quæ similitudo inter cælestes globos, & mundi elemēta: vt post libros de cælo sequātur libri de Generatione? Donemus igitur mineralia, quia cōpositiora, similiora animalib⁹, quàm animæ: & subinde negemus collectionem, ergo post scientiam de mineralibus, subdenda est doctrina de animalibus. ¶Argumenti quarti erit responsio Arist. primū de cælis, deinde intelligentiis: quia cælum non est viuens propriè, sed est mobile à cælesti intelligentia: & primum de mobili, quàm de motore. Nam per naturam mobilis, & motū eius, inuestigat Aristo. naturam motoris: vt, ex æternitate cælestis motus, æternitatē motoris assequeretur verbū Auerrois non conuincit, quanq̄ posteriùs liber de anima literis mādaretur nō subinde est postrem⁹ ordine doctrinæ. Sed quid tandem locus ille veri habeat, ipse indicabit. ¶Ad nostra, autem quæ adiecimus, respondemus, formam esse minùs manifestam, q̄ totum notione confusa, secundū quam, quod primum venit in humanam notionem, est ipsum totum cōpositum. At verò notione exacta primū oportet formę habere rationem, q̄ totius: vt vnitatis, priusquā numeri: & priùs pūcti q̄ lineæ &c. quia totius notio ex partibus depēdet. Ad secundū dic esse verissimū Aristo. verbum, ordinē doctrinæ nō esse perpetuò consentaneū ordini naturæ. Nam Aristote. prius in. 3. de Anima dedit de intellectu doctrinam quàm de intelligibili: tamen naturæ ordo de intelligibili priùs tractare postulat quam de intellectu: quia obiecta priora actibus & actus potētiis. Cæterum orsus est ab intellectu quia hic nobis notior erat, & q̄a intelligibilia à mētis operatione à sensibilibus repurgata cōcretionibus, habēt quod sint intelligibilia. At verò quādo commodè vterq; ordo ferri potest conandum est maximè, vt ordo doctrinæ, ordinē naturæ sequatur. At libri de physico auditu non solùm ordine doctrinæ: sed & ordine naturæ præponūtur vniuersis libris, qui de re physica titulum habent, Itidem in præsentia ordinem naturæ si spectamus, Anima primas partes habet. Est enim forma & actus: & q̄a hîc ordo ferri potest cum ordine doctrinæ (vt satis infirmitas argumētorum diuersæ opinationis demonstrat) dicamus libros hos de anima priores amare partes & doctrinæ, & naturæ: posteriores verò libros reliquos de animalibus & animalium apparatu, mēbrorumq; officio, & pompa succedere. Scio Arist. dixisse hūc librum seruire plurimùm naturæ negocio: in procemio enim alia horum librorum denarrans cōmoda, & hoc intermiscuit scientiæ de natura esse vtilē. Vnde forsitan cogitabis hūc librum præponēdum libris, qui physicam disciplinā tradūt. Porrò cessabit fallētia omnis, si aduerteris librum de anima deq; intellectu differentem. Cuius intellectus lumē oīa

principia

Marginal notes: *Ad argu. 1.* (beside "ma præmittens sermonem. ¶Argumēto"); *Ad. 3.* (beside "dum est. ¶Tertio argumēto"); *Ad. 4.* (beside "da est doctrina de animalibus. ¶Argu-"); *Ad argum. autor.* (beside "cus ille veri habeat ... ¶Ad nostra")

principia omniũ ſcientiarum parit, quæ lumini intellectus noſtri ſubnixa ſunt. Quare non ſolùm ſcientiæ phyſicæ, ſed & omnib⁹ diſciplinis vtilis eſt hic liber, vt ſatis ſuperque ipſum magnificat Ariſto. in procemio, quo loco vberius, textum illatum elucidabimus.

Ad argum. pro Auerroe. ¶Poſtremũ erit, argumẽta, quę primũ in ſuffragium Auerrois fecimus, exoluere. Et vtiq; primò non negamus effectus, quo ad nos eſſe priores cauſis quãdoq;, doctrinę ordine tamen. Secũdum autem ordinem naturæ, quem doctrina de anima obſeruat, cauſa eſt prior effectis. Alio qui quid Ariſtot. primùm de obiectis, q̃ de operationibus in hoc nos inſtituiſſet libro, niſi cauſa ordine doctrinæ præeſſet effectis? Obiecta enim ſunt cauſę operationum effectrices, vt color viſionis.

Ad. 2. Obiectio. ¶Secundò argu. dicendum iudico, totũ quo ad nos, notius eſſe, nõ ſecundum naturæ ordinẽ, vt prædiximus. Subclamat aliquis. Scientia hæc de anima Ariſt. tradente, eſt difficillima: & res animæ ſunt in penetralibus naturæ abditiſsimæ, vt nimia philoſophorũ varietas de animæ natura facile iudicat, quanti negotij ſit & ſudoris de anima inquiſitio. Sed à facilioribus ordiẽdam eſſe doctrinã quis ignorat? Animalium hiſtoria igitur præponẽda eſſet hiſtorię de anima. *Dilutio obiectionis.* ¶Aduertas tamen amice, obſecro, qui hæc lectitas, duo eſſe in animæ natura, & illã eſſe notiſsimam, & occultiſsimam. Animam nãq; ſe habere quis neſcit? Sed quid anima ſit, aut qualis naturæ ſit particeps, multa ingenia fregit. Tãta eſt huius quęſtionis tamq; rigens aſperitas: vt diuinitatis afferamus collationem, ſi humana diuinis ſunt conferenda, nihil notius Deo, vt Auguſtin⁹ audeat dicere facilio rem eſſe de diuinitate notionẽ, q̃ rerum creatarũ, ſcilicet, ſuper Geneſim ad litteram. cap. 14. *Lib. 18.* & nihil occultius Deo. Paulus enim habitare Deum lucem inacceſſam, ſpiritu Dei dictante, ſcripſit: & ad Roma. 9. incõprehenſibilia Dei iudicia, & inueſtigabiles vias Domini tradidit. Etenim ſi proprietates, perfectiones, cõſilia, prouidẽtięq; operationes, origines, relationes, & id genus cogites in Deo, qs immẽſam tranaret diuinitatis abiſſum? Sic animã eſſe viuẽtium vitam, ſubſtantiam, vitalium operationũ originẽ, nullus tam rudis eſt, qui nõ calleat. Sed mitte rogo manum in intima animæ latibula, & ſinus abditiſsimos volue, tũc dices profectò, quàm verè pronũtiauerit Ariſto. animæ ſciẽtiam eſſe occultiſsimam. Iam verò in libris de anima Ariſt. generatim de anima docuit, & de potentiis, de operationibus, de obiectis, traditiones vniuerſales ſcripſit. Reliqua quę ſpecialiora erant, in alios libros repoſuit, vt ſupradictum eſt. Sine iſtis traditionibus autem vniuerſalib⁹, libri de animalibus ad plenum aſſequi non poſſunt. Quare opportun⁹ eſt ordo, vt hic liber reliquis qui animalium hiſtoriam texunt præcedat. Si autem ſunt philoſophię totius octo ſectiones, an decẽ, vt enarrauimus, non nos vexet. Neq; res tanta eſt, quæ, huic propoſito ſit neceſſaria. Mihi ſatis arrident illæ decẽ ſectiones, etiam ſi Gręcis & Latinis. 8. quanquam Ariſt. opera non gaudemus omnium illarum ſectionum. Nam temporum iniuria interciderunt libri Ariſt. de Metalaribus, ſeu mineralibus: quem tamen ſuffecit Alberti Magni labor, & Georgij Agricolæ, qui mea ſentẽtia pulchrè & diligenter eſt rẽ aſſequutus. Librum de plantis habemus ab Ariſt. etiam non certò. Pleriq; enim credunt eſſe Theophraſti: ſed ſtilus Ariſto. pręfert: & alius eſt is, qui pręnotatur Theophraſti ab eo, q inter opera Ariſt. recenſetur. ¶Atqui, vt finẽ dicẽdi faciamus, *Dubitatio.* in quæſtione hac obiter ſubrepit ſcrupulus, vter horũ librorũ ſit prior, is qui de vegetalib⁹ eſt, an is qui de animalibus. Etenim Auerroes, Albert⁹, D. Th. & Latinorum ſchola, librum de vegetalibus præmiſerunt. Nam vniuerſaliora, priora ſunt ordine doctrinæ. Nunc verò anima vegetalis eſt prior, ideſt, vniuerſalior aliis animalibus. 2. de anima. Cõm. & text. 34. Alexãder refragatur ordinem eſſe diuerſum concedens: quia animalia ſunt notiora nobis plantis & Ariſtotel. lib. de longi. & bre. vitæ ad finem de iis, inquit, quæ de plantis determinabitur & 2. Phyſi. tex. 8. colligens naturam agere gratia finis, primũ in animalibus colligit demũ in plãtis. Verùm plantæ ſunt notiores ex ſe, & promptiores vt cognoſcantur, quàm animalia: quia ſimplicio-

res sunt, quàm animalia. Aristo. enim. 3. de anima. c. penult, simplices vocat plãtas. Causa est, quia non sunt ornatæ tot organis, vt animalia. Quare de illis primò disputãdum, quàm de animalibus, & si integer hic ordo cõstitisset in Arist. ita hic ordo ostenderetur. Sed, vt diximus, multa interciderunt. Quòd verò liber de longitu. & breui. vitæ. dicit, non probat: quanquam enim dicat determinabitur de plantis: non tamen ait, an 1. de animalibus: quia de animæ operationibus aut effectibus communibus liber ille est, vt diximus: & quanquã quædam animalia notiora quibusdam plantis, pleraq; sunt occultiora. Exemplum autem de. 2. phy. prolatũ non te cogat, quia quod ad manum magis erat illud priùs exposuit. Neq; res hæc est sacratioris alicuius mysterij.

Quæstio tertia, an humana anima sit negotij Physici.

3. *Præcursoria quæstio.*



IAM in tertiam nos sensim deducti sumus disputationem. An de aïa inquisitio sit physico opportuna: an maiores poscat vires, quã quę physicorum sunt, quales metaphysicorũ iudicantur. Grandiuscula quæstio est hæc, quia docti viri in eam vt in lapidem offensionis impegerunt plura miscẽtes, & pauca resoluẽtes. Est ergo argumentum colligẽs animam non esse physici negocij. Primum enim anima est sublimior, quàm tota naturæ latitudo. Anima enim non est repagulis naturæ coercita, vt vel vrat vt ignis, refrigeret vt aqua, pręceps ruat vt lapis, & id genus innumera. Imò limites hos excutiẽs in pleraq; multa se fundit opera: anima plãtalis auget, nutrit, generat, dilatat se in ramos, in radices surgit, alimẽta coquit, retinet, expellit, & excreat alimentorum superflua & alia huius generis opera excercet. Anima autem sensitiua hæc omnia & maiori dignitate vigens alia addit, videt, audit, olfacit, tangit, imaginatur. Sed de intellectiua quid est vt cõmemorem, cũ ipsa liberæ sit facultatis, & motus, vt nullus eam appellare naturam cõmodè queat? Porrò physicus in negocio naturæ vnicè incũbit. Nõ ergo de anima physico mãdanda est disputatio. Simplicius quoq;. 2. Physi. tex. 18. animã negat esse naturã. Quòd si contẽdas alias aïas esse naturalis negocij, quid dicem⁹ de aïa intellectiua, quæ diuina quædam forma est? Secundò de gene. ani. cap. 3. animam esse foraneã & non de gremio materiæ erutam, vt cæteræ animæ, Arist. scripsit. & 12. Meta. tex. 13. se in posterũ pollicetur de anima intellectiua habiturum sermonem. Remittenda est igitur Metaphysico, de anima rationali disputatio, ne physicus de causa cognoscẽs in falcẽ alienã manum mittat & 6. Meta. tex. 2. præscribens naturalem considerationem, Physici tantũ esse de formis illic tradere, ait, quę non possunt reperiri sine materia & 2. lib. de Cælo tex. 1. in eadem perstat sentẽtia. Anima autem intellectiua separabilis est, vt nũc postulamus nobis concedi. Id quod in 3. de Anima libro sufficiẽter adiuuãte Christo ꝓbabitur, ergo aïa rationalis nõ est huius cõsiderationis physicæ.

1. *Argu.*

¶ At in diuersam partẽ est primũ Arist. hic non excepisse animã intellectiuam, quando definiuit animã esse actũ corporis physici & organici. *Argumẽta in diuersam partem quæstionis.*

¶ Adde. 2. physi. tex. 26. ea, inquit, esse à physico assumẽda, quæ tametsi sunt secundum speciẽ separabilia, sunt tamẽ in materia: talis est anima intellectiua: quæ tamen verba Cõm. elucidãs ait, animã intellectiuã esse terminũ physicæ cõsiderationis. Altius enim nõ se potest tollere physicus, q̃ si consideret de anima intellectiua. Quòd verò sublimius est hoc Metaphysicorũ est, nõ physicorum. Et alibi in Cõmen. de partibus animalium animã rationalẽ physicæ cẽset esse prouinciæ. Est enim vltima formarũ, quæ animaliũ sunt. Est sanè suprema animarũ, & infima intelligẽtiarum. *2. Argumẽ.*

¶ Rursum anima intellectiua est anima corporis, & est forma primum cõiuncta materiæ, antequã separetur. Igitur physicus illam spectat. *3. Argumẽ.*

¶ Hanc quæstionẽ mouit Arist. 1. lib. de partibus anima cap. 1. si sciẽtiæ naturalis intersit de omni anima aut tali agere. & in procemio hoc physici esse de omni aut tali anima exquirere dixit rem suspensam & incertam relinquens, & in primo physicorũ in fine solas illas formas esse physicæ considerationis voluit: quæ *Resolutio quæstionis.*

quæ oriuntur & occidunt, at anima intellectiua non occidit. At Themistius in præfatione ad libros Physicorum quantum verba loquuntur, scientiam de anima nõ credit esse physicam: sed alterius generis scientiam: triplices enim formas discernit. Quasdam docuit materiæ & motui coniunctas vt forma ignis, aquæ &c. has physicus contẽplatur: alias putat & materiam & motum transcendere vt substantiæ separatæ. Has supramundanus philosophus, id est, Metaphysicus. Alias censuit medias, quæ ex parte iunguntur materiæ, & ex parte materiam excutiunt. Et hæ sunt mathematicæ. Nam mathematica de circulo & quadrato considerat, quæ in singularibus sunt connexa materiæ secundũ propriam rationem, à materia physica sunt aliena. Et talem dixit esse scientiam de anima. Nam anima ex parte iungitur sensibus & motui, secũdum intellectum potestatis, qui phantasmate vtitur. ex alia parte purissime est notionis, sensilibus aut phantasmatibus non miscetur. Agens enim intellectus Themistio autore liber ab istis phantasmatibus est. In eandem sententiam leges cum Themistio Simplicium in eodem loco, imò idem proœmium est quod Themistij, & Simplicij, eadem omnino verba idemque orationis contextus, vt facilè sit iudicare esse vnius ipsorum proprium, & & alteri assutum. Demum secũdum hos, scientia de anima non est pars naturalis philosophiæ, sed inter mathematicas cõnumeratur. Et si bene expendisti verba: quæ prius indicata sunt: non hoc de omni anima, sed de intellectiua opinatũ est. Nam cæteræ animæ prorsus materia sunt obrutæ: neque habent potẽtiam separatam, à materia. Quare nihil colligit illas esse medias, inter physicas & metaphysicas, considerationes. Porrò, anima intellectiua habet intellectum possibilem, versantem phãtasmata: habet agentem, qui phantasmata excutit, tanta est eius puritas, secundum Themistium. Hac ratiõe est anima intellectiua in quodam interstitio, naturalium formarum, & supramũdanarum: vt sunt intelligentiæ. Quare nihil video, quod potuerit cogere Themistium, ne enarraret libros

Triplices formæ Themistij.

Anima intellectiua & intelligẽtiæ.

de anima inter libros naturales: quos ibi numerat, Physicen, De cælo & mundo, De generatione & corruptione, De metheoris, De animalibus, De plantis, De metallis. Librorum verò de anima nullam fecit mentionem. Etenim si intellectiua ex parte separata est: quia agẽte intellectu pollet, num vegetalis aut sensitiua sunt huiusmodi vt de consideratione physica expellantur? Auerroës autem, de quo iam supra sermonem fecimus, scientiam de anima physicam esse & non mathematicam arbitratur. Ego verò qua ratione ipse sibi constet nõ video. Enimuero si intellectiua anima, vt ipse libro.3.de Anima Commento.5. adstruere nititur, est intelligẽtia separata: & motor quidam nobis coniunctus, non essentia, sed operatione, veluti intelligentia qua cælestis globus agitur. Quo pacto igitur anima intellectiua ad physicam contemplationem pertinebit? Siquidem physica cõtemplatio de formis coniunctis tractat nõ aũt de his quæ separatæ sunt. Ipse verò nõ secũdùm essentiam existimat esse animam intellectiuam: nisi fortè velit ad physicam contemplationem animã intellectiuam referre, quia motrix est humani orbis; id est, humani generis. Hæc autem in præsentiarum missa faciamus: nam suo loco sermonem de his instituimus.

Cõtra Auerroëm.

¶Rursus Alexander in Commẽ. ad Metheo. animam ad physicam contemplationem reuocauit. At ego cogitatione assequi nõ possum, quid sibi velint Themistius & Simplicius, cùm scientiam de anima inter mathematicas disciplinas referant: quandoquidem mathematicæ disciplinæ de accidentibus tractant, de figuris, de numeris, de consonantiis: vna sola est de substantia, quæ cælum versat 12. Metaphysi. tex. & Comm. 44. Et hæc non quid cælum aut quid astrum docet: sed tantùm de motu & astrorum situ, cõiũctione, & significatiõe tractat: vt, astrologia. At verò quid sit anima, quæ eius potentiæ, quod eius sit subiectum, nihil omnino ad mathematicum spectat. Neq; vllus vnquã mathematicorũ hoc sui iuris esse dixit: sed ad philosophos ea re mittunt. Enumera mathematicas disciplinas: Geometriam, Arithmeticam,

Contra Simpli. & Themisti.

 Musicam,

Musicam, perspectiuã astrologiam, vbi de anima est inquisitio? nisi velis illam esse numerum aut harmoniam, tunc dicito illam esse musicorum. At verò Aristo. planè negat numerum harmonicum esse animam: aut quantitatem, aut accidens aliud. Quãobrem arbitror sapientes hoc loco disceptasse verbo: neq; Themistiũ, aut Simpliciũ, & qui hos sectatur Philoponus: in principio libri de generatione credidisse, scientiã de anima esse propriè mathematicã: sed secundum similitudinem. Quæ enim propriè mathematicæ, medium sunt sortitæ locum, inter scientias physicas: vt Arist. in. 1. Meta. cap. 6. ex Plato. dogmate dixit, nosq; in Cõm. procemi. docebimus. Sic quoq; scientia de anima, medium quodãmodo habet locum inter formas purè materiales, quales sunt formæ elementorum, & mixtorum inanimatorum: & formas supramũdanas, quibus cum materia nihil commertij est: vt, sunt formæ separatæ. Anima ergo in interstitio harum formarum est: quæuis enim anima etiã plantarum, superat materiæ conditionẽ: quippe plãtę se augẽt & nutriunt & in multa se fundũt opera: quæ formæ aliæ materiæ deditissimę prestare nõ possunt. Sed arctatæ sunt ad vni⁹ generis opus, vt elementorum natura satis ostendit: & mixtorum. Cùm ergo in plantis, tam varij generis aduertamus opera: inde colligimus illas formas, quas plantis concedimus, non esse ita rudes & cõcretas materiæ, vt sunt aliæ formæ elemẽtariæ. Indeq; Simplicius loco indicato. 2. Physi. tex. 19. sibi suasit, non esse animam naturam. At verò, hæc plãtalis anima, in animarum genere infimæ notę est: & magis materiæ obnoxia. Quare eleuatior est anima sensitiua quia potẽs est suscipere peregrinas formas, quales sunt species rerum sine materia: ideoq; est à materia repurgatior. Intellectiua verò quia etiã vniuersales species suscipit omniũ animarũ, à materia est repurgatissima. verũ quia omnes animæ sunt actus corporum, ideò materiam non excutiunt à cõmertio suo, vt conueniat hoc saltẽ cũ formis materialibus. Cũ immaterialib⁹ autẽ & spiritualibus intelligẽtiis eò cõueniunt, quò à materia vna queq; in suo gradu nonnihil discedit vt in libri serie elucidabitur. Hæc est sanè mea sentẽtia si illã recipere vultis, causa, ꝙ mathematicã dixerint sciẽtiam de aĩa, Themisti⁹, Simplicius, Philoponus, locis illatis: & in numero librorum naturalium illam non retulerint. Et quia facilis erat negocij illud patefacere, in anima intellectiua, rẽ fecerunt perspicuam: ipsam esse in colliminio spiritualium & materialium formarum. Arist. autem in lib. 1. de partibus Anima. cap. 1. quãdam esse animam abstractam à materia confitetur, cuius non interest physici cõsiderare: alioqui de vniuersis formis tractaret physicus. Hic enim de coniunctis formis contemplatur, si addas abstractas quid superest, quod physico sit subtrahendum? Hanc verò animam à materia seiunctam intellectiuam esse docet. & hanc non esse naturam ait hoc colligens argumento. Natura enim est principium motus. Sed intellectiuum non est motus principium, nam multa mouentur secundum locũ quibus negatur intellectus, vt bruta & elementa. Rursum aliud adiecit argumentum, natura est quæ operatur gratia alterius, nãq; operationes naturales in aliud, vt in finem disponuntur. At intellectiuum potius finis est quam gratia finis, non ergo intellectiuum est natura. Illam igitur animã solã qua animal est naturale ens versandum ab eo qui de natura cõsiderat, docuit Arist. Quod si quis audiens hæc verba Arist. illa non de anima humana crediderit intellecta: sed de anima mundana, quæ intellectiua est, cũ Themistio. in. 1. lib. Paraphra. cap. 24. ex qua aĩa, ceu ex fonte deriuantur animæ particulares: quę animæ non est natura, sed notior est totius principium & illam vocat mundi animam: quia non potuit aliter intelligere originem animalium spõtinorum Themistius, nisi ab illa anima originem traherent: in quem inuehitur Cõm. 7. lib. 1. philosophiæ text. 31. & falsitas huius placiti suo loco demõstrabitur. Quare locus illatus grandẽ offert difficultatem quæ est illa anima quæ nõ est natura. Auerroes enim anima mundi reiecta intelligentiam, quandam introduxit. 3. de Anima Commentator. 5. quæ nõ erat essentia hominis, sed illi assistens

Sciẽtiam de anima nõ esse mathema.

Anima sensitiua.

Intellectiua.

Ad. 1.

Argu. 2.

sistens & hæc non est natura, sicquē motus principium, sed intellectionis: fortas sis persuasus verbo Arist. dicētis quandam esse animam, quæ nō est natura, sed hoc non esse peripateticum Tertius de Anima docebit. In præsentia autē locus Arist. de anima intellectiua est audiendus, quæ cum duos status habeat, & in corpore & extra corpus: nam nos in tertio secundum doctrinam peripateticam illam superesse corpori demōstrabimus. Vt ergo corpore deposito, ipsa est superuiuens, sic aliena est à physico: sed metaphysici est. Est enim substātia spiritualis nihil cōmercij habēs cū corpore. & optimè collegit Peripateticū argumētum, si anima sic separata, esset de cōtēplatiōe physica, physic⁹ oēs vniuersi formas versaret, neq; esset necessaria scientia metaphysica. Nā qua ratione has animas separatas, & omnes intelligentias in suā tractationem vocaret? quod falsum est. Anima igitur secūdum hanc rationem non est natura, quia non est principium corporis motus, aut quietis. At verò anima intellectiua, vt est materiæ coniūcta, sic est physicæ speculatiōis. Physicus enim definit per materiam & motum secundo phy. tex. 21. neque est quod mireris animam vnam in duas referendam disciplinas physicam & metaphy. Nam intelligentia cæli motrix, quanquam anima, abstractior est à corpore: vt motrix tñ physici est: vt separata, est metaphysici. imò vna res in naturali philosophia ad duos ptinet libros, vt elemēta in libros de cælo, & in libros de generatione, referuntur ab Arist. illic vt simplicia sūt: hic verò vt corruptibilia, & generabilia, miscibilia, & alternabilia vt Simplicius est autor, in præfatione physicæ Aristot. Et sanior est hęc philosophia, quàm animā illam mundi concedere cum Themistio. quæ sit formatrix animarum sub cęlo viuentium, & de illa anima Aristo. audire: aut cum Auerroe intelligētiam assistentē hominibus credere esse animā intellectiuam. Quod verò Aristo. secreuit animas quasdam dicēs esse naturas, aliā minimè: nō ideo fecit, ꝙ crediderit animam plātalem & brutatalem esse ita propriè naturas, vt sunt formæ elementorū: non hoc credebat. Sciebat enim animā quāli bet esse natura potentiorē, quia natura determinata est ad vnū. 9. Meta. non anima quæ varias habet operationes, vt supradiximus, & apertiùs infrà subdemus. Sed eo dixit animas plātarum & brutorum esse, naturas: quia quadam naturæ necessitate proprias præstant operationes, vt plantæ necessario aluntur, augentur, & bruta se mouēt. Anima autem intellectiua vt intellectiua est, libera est, quare necessitate naturæ nō comprimitur. Vnde rectè naturam illam esse negauit Arist. Quare non solū, vt est à corpore seiūcta, non est natura: quin etiam in corpore cōsistens, vt libertate gaudet in operationibus exercēdis, nō est natura, neq; scientiæ naturalis interest illam ea ratione scire. Quanquam vt viuificat & mouet humanū corp⁹. physici interest. Primò iā argu. respōdeamus animā non esse naturam vt nos quoq; infra colligemus, est tamen media inter naturā, & id quod est supra naturā, vt explicuimus: & media sapiūt extremum vt rubeus color & albedinē sapit & nigredinē. Qua ratione anima & naturam sapit, & id qđ supra naturam: quale est quod à materia separatū est vt angelus. Quare est physici negocij anima, & metaphysici. Verū quia in genere animarū quædā sunt quę multū inclinant in extremum naturę, vt anima plantalis & sensitiua, quæ non separabiles sunt à materia, & generationē & corruptionē aliarum formarū necessario sequūtur & necessario operantur, quæ sunt naturę proprietates. Quare harum nihil metaphysicus. Anima verò intellectiua, quia separabilis est illā sibi arripit Metaphysicus sub hac ratiōe, quāquam nō legamus librū aliquem Arist. metaphysicū qui de hac consideret. Vt verò ipsa coniūcta est materiæ, est physici: secūdum quod asseruimus. Loci autē Aristo. quos retulimus Cōmen. difficultatem exoluunt si bene aduertas, quæ in quæstione hac diximus. Perit enim omnis difficultas, si duos animæ stat⁹ diligenter cōsideres. Alias hic quæstiones attexere neglexi. Has enim sufficere censui in isagogem librorum de anima: quæ restant enim quæstiones in procœmio Physicorum, legitimam habent sedem. Literam Arist. excutiamus.

Duo status animæ intellectiuæ.

Secundo de anima. ca. 2.

Ad. 1. argu.

Michaelis

MAGISTRI MICHAELIS DE PALACIO GRANATENSIS

Philosophi, atque Theologi, Canonici Legionensis, In librum primum Aristote. de Anima. Commentarij longè doctissimi.

CAP. I.

Aristo. quatuor honorificos titulos huius scientiæ ponit. Dein. 12. dubia annectit. Postremò multa de operationibus & definitionibus animæ tractat.

Tex. 1. Onorum & honorabilium notitiam opinãtes: magis autem alteram altera, aut secundùm certitudinem, aut ex eo quòd, & meliorum, & mirabiliorum est: propter vtraq; hæc, animæ historiam rationabiliter, vtiq; in primis ponemus.

¶Tantis laudibus effert Aristo, inquisitionem de anima, quãtis nusquam aliã philosophiæ partem. Nũquam enim (si bene memini) excellentiam doctrinæ physicę: vel magnitudinem dogmatum, vel difficultatem rerum tractandarum, vel commoditatem disserendorum cæteris philosophiæ libris præposuit Aristo. Vnde mirari & altius apud me perpendere cogor, quæ fuerit tantæ nouitatis causa: vt tãtus Philosophus mutaret stilum, & oratorio dicendi genere rẽ physicam tractaret. Mihi verò cogitanti nulla alia potior causa visa est, quàm quòd horum librorum tanta sit, tamq; magnifica doctrina, vt à nemine cæterorũ philosophorum ita explorata & elaborata fuerit, vt ab Aristotel. Cæteri enim de natura interpretes in reb⁹ aliis physicis cæcutiebant. In hac verò de anima re velut cæci & stupidi scripserunt. Quamobrem Aristoteles multis encomiis prouehit hos de Anima libros: quia recõditissimã & multi pretij cõdunt doctrinã. Dignitatem igitur rei de anima edocturus, opulentissimo proœmio id assequitur, dicens, *Bonorum & honorabilium*. Quib⁹ quidem verbis collatione quadã scientiarum, demonstrat rationem excellentiæ, qua vna scientia alteri præferenda est. Est autem duplex prælationis ratio: aut quia vna scientia certiorem alia obseruat methodum aut quòd dignitate rei tractandæ, siue subiecti altitudine excellit. Quorum exempla ex Cõmentatore tibi sumito. Geometria præstat Astrologiæ, certitudine processus: nam Geometria, certiores habet demõstrationes, q̃ Astrologia. Hæc enim quia motus variosq; syderũ cursus versat, nõ est tam fixæ, & cõstantis probationis, q̃ Geometria, quæ abstrahens à motu, & materia physica, fixas & certissimas colligit demõstrationes. Verũ Astrologia Geometriã superat subiecti nobilitate. Corpus enim cæleste dignissimũ est magnitudinũ. Et in vniuersum tres excellẽtiæ sunt gradus, quibus vna sciẽtia alteram superat, aut certitudine demõstrationis, aut subiectæ rei pręstantia, aut vtroq;. Et postremò hoc modo, Metaphysica omnes superat naturales & morales scientias & mathematicas. Et scientia de anima cũctas superat physicas, quia anima est nobilissima formarũ. Sermo autẽ Arist. hic est, *Bonorum & honorabilium notitiam opinantes.* Idest notio rerum est de numero bonorum & honorabilium quæ est prima huius. cap. cõclusio. Vna autẽ notio alteri præest, aut euidẽtia notionis, aut magnitudine rei, quæ tractatur. Ioann. Grammaticus, hunc enarrans locum ait fuisse peripateticum morem familiarem Aristoteli, notiones rerũ extollere. Quare

Duplex prælationis ratio.

re primã philoſophiam aggrediens, Oẽs homines naturaliter ſcire deſiderant, cepit dicere. Signũ verò eſt ipſa ſenſuũ dilectio. Et phyſicam doctrinã exordiẽs, Omnem notionẽ à principiis, cauſis & elemẽtis progreſſum in concluſiones facere, tradidit. Et præter hæc in Analyticis poſterioribus, Omnem doctrinam, & omnem diſciplinam, & artem, ex præexiſtente notione ſibi initium facere, in procemio docuit. Vide, q̃ freques mẽtio ſcientiæ & notionis apud Ariſt. eſt in librorũ exordiis. Porrò autem aliorum librorũ exordiis miſsis initialem propoſitionẽ tractemus libri hui⁹ de anima, Sciẽtiam eſſe honorabilem ab obiecto. Cui opponũt nonnulli quod dixit Cõm. in primo de partibus animal. ad finem ſciẽtiam vel artẽ plus apparere in materia viliore, q̃ præſtãtiore: & Cõm. 18. 12. Metaphy. mirabiliorẽ ait ſciẽtiam operantis ex luto aliquid quàm ex auro. Vnde videtur cõfectum iri, ſubiectũ dignius, non commendare ſciẽtiam: nam artifex qui imaginem formoſiſsimã ex cæra vel ex alia vili materia cõfecerit, commẽdatur amplius quã qui ex auro obrizo eandem imaginem cõfeciſſet. Ille enim non adiuuatur à materia: hic verò plurimum in modum. at verò certò ſtatuendum eſt cũ Ariſt. dignitatem ſubiecti digniorem facere ſciẽtiam: vnde metaphyſica, quia de nobiliſsimis eſt, de ſeparatis, ſcilicet, à materia & motu, vt ſunt Deus & angeli, ideo & ipſa præſtat cunctis phyſicis ſcientiis Ariſtot. in. 6. 1. philoſophiæ lib. tex. 6. ſcientiã vnã nobiliorem eſſe altera, quia melioris eſt generis ſubiecti: per genus (ſuo more) intelligens rem ipſam ſubiectam. Quod verò cõmendamus artificum operam in materia viliſsima, nõ ex eo eſt, quia de viliori materia eſt: ſed quia, vt diximus, ingenium artificis à vili parum iuuatur materia. Siquidẽ imago aurea pluris æſtimabitur, quã cærea ex parte materiæ, quanq̃ ſit ſculpturæ eiuſdem formæ. In verbis autem Ariſto. dicẽtis notitiam eſſe de bonorum numero, & honorabiliũ, aduertamus Ioãnem Grammaticum (qui cognomẽto Philopon⁹, ab indefeſſo ſtudio appellat⁹ eſt.) Ille inquã, notitiam & ſcientiam differre eſt arbitratus: Notitia enim notionẽ craſsiorem & rudiorem ſignificat, vt notio rei cõfuſa. Scientiã autem notionem exactam, & ſuis numeris abſolutã ſignificare dixit. Et ſit ſanè hoc, modò neceſſarium non eſſe putemus. Nam notitia etiam ad ſciẽtias profundit ſuam ſignificationem: nam modò per notitiam, ſciẽtiam. Ariſt. ſignificatam voluit. Hæc autem notio, quam dicit eſſe bonorum & honorabilium, non omnis notio eſt. Sũt enim notiones, quæ honorem non promerentur vt notio ſenſuum non eſt honorabilis: quia brutorum: & ſola intellectualis notitia, eſt honore digna. Quanquam omnis notitia, etiam ſenſus bona eſt, non tamen eſt bona: & honorabilis. Neque omnis notio intellectus digna eſt, quæ honoretur: ſed quæ difficilium: nam viliſsimorum notio, nõ eſt afficienda honore: vt ꝙ noueris ſcarabeum, aut ranam, nõ te honore proſequemur: quia hæc prõptam habent notionem. & Rurſum quædam, quæ verè ſunt difficilia & mirabilia, quæ potius vituperanda, quàm honorãda ſunt: vt, quæ Magi præſtigioſè faciũt, vt turbis imponãt circulationibus ſuis, homines trãſferendo ad magna interualla locorũ modico tẽpore, aut homines ad formas brutorũ tranſformãdo. Quare magos, veneficos, circulatores, præſtigioſos, diuinatores nõ honoramus, ſed vituperamus: quia illorum notiones, & artes ſunt quidem de rebus difficilibus: tamẽ neq; bonis, neq; honeſtis, ſed turpibus aut ludicris. Quare in hos aduerterũt omnia iura & 26. q. 5. multa in eos iaculantur capitula. Sciẽtiæ autem, quæ bonorũ ſunt, ſunt bonæ & honorabiles: vtiq; bonę, ꝙ perficiunt intellectum. Quare, vt mentis humanæ perfectiones ſunt appetibiles & bonę: vt, Muſica, Geometria, Philoſophia: honorabiles aũt, qa virtutes ſũt animi, & propter ſe amãdæ. Simplicius autẽ in Cõm. inter bonũ & honorabile diſtinxit. Bonũ etenim eſt, quod Amabile: honorabile verò excellẽtiam boni ſignificat. Vtrumq; autem horum in ſcientiis reperies: nam 6. Ethi. c. 3. ſciẽtias inter mentis virtutes collocat. Quare & ſunt bonæ, & ſunt honorabiles: qa bona mẽtis ſunt. Obſerua autem Ariſt. diſtinxiſſe bonum, in cõmodum delectabile, & honeſtum Ethico. 1. cap. 8.

Propoſitio princip. huius lib.

Notitia etiã ſcientiam ſignificat.

Boni & honorab. differentia.

cap.8. Quæ tria non secernuntur secundùm substãtiam:sed secundùm accidentarias differentias. Scientia enim de qua præsens vertitur sermo, est vtilis, delectationeq; affert, atq; honesta est. Vtilis quidem, quia in gratiam hominis est. Scientia enim hominem ornat, & ab erroribus purgat: actiua est, dirigit in scopum humanæ vitæ, qui est æterna Dei contẽplatio. Quanta verò voluptate scientiæ proprios possessores afficiant, vel hoc sit argumẽto, ꝙ Arist. 2. Rhetorico. delectationem ex conuenientia boni cùm appetitur proficisci voluit. Nihil autem cõuenientius humanæ voluntati, si recte sit affecta, q̃ scientias possidere. Quanta autem sit scientiæ honestas. 1. Rheto. ca. 9. & 4. Ethi. cap. 3. virtutis præmiũ est honor, qui tantus ac talis est, vt illum præposuerit sapiens Salomon sap. 7. cunctis regnis & sedibus, tantaq; scientiarũ vtilitas est vt diuitias nihil dixerit esse in comparatione illarum. ¶ Aduersum hæc autem colligere placet pauca, scientiam probantia nõ esse de numero honorabilium. Primò Ethico. cap. 12. discreta sunt hæc duo, laudabile & honorabile: hoc volens esse, quod maximè bonum est, vt deus & beatitudo: Laudabilia verò, quę vsibus nostris sunt admodũ accomoda, vt equi agilitas laudatur propter accelerem cursum. Iam verò, scientia non est de maximis bonis. Nam maxima bona non sunt gratia alterius. Sed scientia omnis est saltem gratia fœlicitatis assequendę. Et rursum quæramus, si hoc verbum Peripateticum in omnes scientias se fundat, vt etiam practicæ sciẽtiæ, qualis est philosophia moralis, & medica facultas, sint de numero honorabilium. Nam istę, quia non discũtur propter se, sed alterius gratia, videntur esse laudabiles, & nõ honorabiles. Etenim de philosophia morali nunquã non cõfitetur Aris. 2. Ethi. c. 2. & 10. c. 9. philosophiã moralẽ esse gratia operatiõis. De medica autem facultate, ꝙ habeat institutum fine autore, experimento patet. Soluentur autem hæc vniuersa, si cogitamus Arist. 1. Ethico. capit. 12. dixisse quædam esse bona honorabilia, & maiora omni laude, vt Deus & diuina beatitudo: alia laudanda & non honorãda, quę duplicis generis esse voluit. Quędã laudabilia sunt, quia egregiè alicui vsui seruiunt, vt iustus homo propter actionem iustam: & agilis homo laudatur propter cursum. Alia verò laudãtur, quia affecta sunt singulari quadã qualitate: vt, robustus homo, propter robur. Hæc & alia id genus laudanda dixit, quia minora sunt bona, & nõ sunt optima bona, vt fœlicitas atq; diuina, & heroica omnia, quorum claritas in promptu est & laude non egent sed honore. Iustum hominẽ dixit laudabilem, non quia non sit honorandus, sed ꝙ non est de optimis bonis, laudem sibi poscit priùs, quàm honorem. Et in libro magnorum Moralium cap. 2. eãdem tradens distinctionem apertiùs confitetur virtutem esse honorabile bonum & laudabile. Sunt ergo quædam bona media inter optima bona, quæ sunt diuina, & honorẽ exigunt magis quàm laudem: & bona corporis, quæ laude sunt magis quam honore prosequenda. Et honorandæ quidem & laudandæ sunt scientiæ & virtutes, quia sunt mentis bona, & mentẽ nobilitant. vnde honor est exhibitio reuerentiæ in testimoniũ virtutis, laudabiles verò sunt quia hominibꝰ seruiũt, vt maxima bona consequãtur. Nam per virtutes animi itur ad astra, vt Plato. dixit. Vt nos Christiani per gratiam Iesu Christi, & Dei charitatẽ diffusam in cordibus nostris, habendos nos credimus. Honora (ait Sapiens) medicum, quia illum creauit altissimus. Imò & artifices mæchanicos honoramus, maximè si excellunt arte: vt, egregium pictorem, aut domificatorem: quia quanquam ars nõ sit scientia, est tamen notio bonorum & difficilium. Scio. D. Tho. mecũ pugnare, qui in Cõment. huius loci, practicas sciẽtias honorabiles esse negat, & multò minùs concedit artes esse honorabiles. Sed hoc verum non esse in tãto gradu honoris vt theoricæ. Scientiæ enim theoricæ maximè sunt de numero bonorũ, & honorabilium. Nam hæ sunt gratia sui, vt 3. de anima liber vberrimè docebit. Cõtemplatiuus enim siue theoricus intellectus est contemplationis gratia. Itaque est gratia sui. Sed actiuus, veluti degenerans ab intellectus celsitudine, actionibus extraneis se immiscet. Sunt igitur

Argu. quòd scientia non sit de nu. hono.

Bonorum diuisio.

Diuus. Tho.

igitur in primo gradu honorabilia bona Deus & diuina. In secũdo verò sunt sciẽtiæ theoricæ, Metaphysica, Physica, Mathematica. &c. Dein verò actiuæ sciẽtię. Postremò artes, quæ q̃a factiuę sũt & nõ actiuę, minoris honoris sunt, quã actiuę. Quarũ discrimẽ te docebit de aĩa postremus liber. Reuocat in dubiũ Philopon⁹, nũ sola notio veri sit prosequẽda honore, an etiam notio falsi? Et secundũ Platonẽ sentit notionẽ falsi æquè esse honore dignã atq; notionẽ mali: non vt noxij simus, sed vt noxia auertere sciam⁹. Alioqui venefica ars & præstigiosa vituperãda est, & cæterę artes, quæ & falsorum & malorũ sunt. Cæterũ cognoscere falsa, laudis & honoris est: vt, ars Elenchorum, quæ tẽdiculas sophisticas detegit & mẽtẽ à deceptoriis cauillis liberat, bona est. Vt ars etiã medicorum, quæ venena nouit, quo venænatis hominibus, præsentaneis remediis subueniat.

Liquet ꝑ hæc vt scientia sit bona & de numero honorãdorum id quod Aristot. præmisit scientiã de anima nobilissimã physicarũ omniũ & illud collegit obiecti dignitate. Verùm si obiectũ pendis, nobilior est scientia animalium, q̃ hæc, quãtò nobilius est totũ sua parte: Animal autẽ totum est, anima verò est pars. Et scientia vegetalium est nobilior, q̃ scientia de anima vegetatiua. ¶Secũdò. Scientia de Cælo & Mũdo, saltẽ quantũ illius partis est, quæ duob⁹ primis libris est cõprehensa, longè antestat huic sciẽtiæ: quia Cælum est dignius istis omnibus inferioribus. Et missam facito animam intellectiuam, cætera non sunt Cælo cõferenda. Quia. 8. Physi. in prin. Motum Cæli vitalem dixit Arist. quia vniuersis rebus sibi subiectis vitam pręstat. Quare scientia de Cælo, est nobilior, q̃ sit scientia de anima, aut animaliũ. Imò inter physicas, vt videtur primatum gerit. ¶Tertiò. Si obiecti est habẽda ratio, vt de nobilitate scientiarũ dijudicetur, quanta erit Metaphysi. nobilitas? Prorsus vilissimam illam iudicabis, quæ de, esse, vt ens, tractat. vt. 6. liber Metaphy. tibi indicabit. At esse, est omnium rerũ gradus infimus. Numera, & videbis esse, viuere, sentire, & intelligere. Posteriores horum primis sunt nobiliores, & primus gradus erit vilissimus.

Argu. 1. cõtra huius scientiæ digni. *Argu. 2.* *Argu. 3.*

Rursum, quid est, quod ait Arist. scientiam hanc esse certissimã aliarum? Quanta est certitudo in re difficillima, qualis est, testante Aristo. res hæc de anima? Nã quæ admodum dubia sunt, vt erunt certissima? talia verò sunt, quæ dificillima sunt. Adde Cõmentatorem, hanc scientiam certitudine prætulisse Mathematicis disciplinis, quæ cõmentatio totam hanc rem obtenebrauit. Etenim Aristo. Mathematicas sciẽtias. Meta. 2. lib. text. 16. in primo gradu locat certitudinis: naturales autem in posteriorẽ gradum remisit. Quid ꝙ scientia de anima ab operationibus colligit potẽtias. At Mathematicæ scientiæ per causas & elementa, seu principia, in cõclusiones procedũt. Est autem longè maior certitudo, quæ per causas, quàm quæ per effectus. Mathe. ergo sunt certiores q̃ physicæ oẽs.

Argu. 1. cõtra certitu. *Argu. 2.* *Argu. 3.*

Argumenta exoluamus. Primò dico, de anima geminam esse cõsiderationem: Altera quidẽ est, vt ipsa est totius corporis forma, illiusq; vita, & operationũ vitalium fons & principiũ. Et hæc cõsideratio physica est. Alia consideratio, animæ, vt ipsa est totius viuentis pars: & in toto subsistens, & hæc potiùs est metaphysica cõsideratio, quàm physica. Si ergo animã consideres, vt est forma: dans esse & motũ corpori, ipsa est perfectior viuente ipso, cui donat esse: nam viuẽs ab anima habet vitam. Vt autem ipsa consideratur metaphysicè totum viuens est nobilius, quàm sit anima: quia totum partium perfectiones excedit. Sicque, scientia de anima præstabilior est, quàm scientia de animalibus, secũdum considerationem physicam, non tamen metaphysicam. Quam ob causam scientia hæc obiecti dignitate, omnibus scientiis animalium antecellit.

Solutio argu.

Argumento secundo. Sciẽtiam de anima nobiliorem esse scientia de Cælo: quia vel Cælum est viuens, vt multi de sententia Aristo. credunt: & tũc quãdoquidẽ hoc libro fit vniuersalis traditio de omni anima, etiam comprehendetur anima Cæli. Alioqui vbi de anima Cæli tractatum reperies apud Aristote. si hîc non agitur de anima mortalium & immortalium Cælorum? Qua ergo ratione anima

ad Argu. 2.

anima animalib' præstat: quia illis perfectio est: ita & anima cæli, cælo pręstat: Et hęc sciētia est nobilior illa, quę de cælo est. Quod si cælum non est viuēs, (id quod nos credimus, & ꝓprio loco monstrabimus) in vniuersum vita est melior re non viuente vt anima melior cælo. Quāquam Simplicius sciētiam de cælo digniorem credat hac sciētia de anima: sed ab re vt patuit. Nihil moremur, si culex est cælo nobilior. Sat nobis, si simpliciter sermonem habeamus, viuens esse præstantius nō viuēte. Vndecūq; igitur rē spectes, certū habeto, scientiā de anima esse meliorē dignitate obiecti, vniuersis physicis disciplinis. Occinet aliqs nobis. Si dignitas obiecti metitur scientiæ nobilitatem, quæ ergo sunt eiusdem cōmunionis in obiecto, erūt æqualis dignitatis. Id quod falsum esse, est in prōptu. Nam sciētia præstabilior est fide humana, & opiniōe. Et hæc sæpe sunt eiusdem obiecti, vt est, qui sciat cælum esse incorruptibile: alter credit, quia sic audiuit loquentes Astrologos & philosophos. Alter opinatur probabilibus ductus coniecturis. Et idē obiectū cælūest: & habitus isti plurimū dignitate distāt, vt patet. ¶Paulus Venetus, persuasus argumento isto propositionē Aristotelis cēsuit limitandā, in scientiis totalibus, non particularibus, vocās particulares habitum vnius cōclusionis, vel alterius: totales verò totam collectionem habituum. Et in istis, dixit verissimū dignitatē obiecti digniorem facere sciētiam, in habitibus particularibus negat. At verò nescio quî sic dixerit, quando audit Arist. loquentē diuersos habitus diuersorum esse obiectorum. 2. de Anima in hæc verba, Scinditur in ipsas res sciētia tex. 38. ergo sciētia dignioris est obiecti, quàm opinio: & quā fides humana. Expende enim duplex obiectum, quod materiæ est, & quod formæ. Habent ergo illi tres habitus vnum obiectum materiale, idest, propositionem illam, Cælum est incorruptibile: sed formale, discrepans est. Nam sciētia illā nouit propositionē per medium necessariū: fides per autoritatem contingentem: opinio per rationem suasoriam. Et hæc diuersa media, sunt diuersæ rationes obiectorū

Obiectio.

Eliditur Paulus Venetus.

formaliter. Alioqui si hoc nō obseruas, dices Metaphysicā & theologiam paris esse nobilitatis: quia ambæ circa Deū versātur. Sed quia sub eminētiori ratione Theologia sciētia Deum atq; diuina exquirit, quàm Metaphysica, hac sanè ratione ipsa est præstantior Metaphysica. Quando ergo Aristo. docet nobilitatem obiecti scientiam nobilitare, nō de quouis obiecto rē intelligas: sed formali. Hoc vnum est, vnde nobilitas est dimetienda, non materiale.

Argumento tertio responde, esse, vel ens gemina expendendum esse consideratione. Altera quidem est, vt est rerum perfectio, alia verò vt est prima omniū ratio & fundamentum omnium rerum. Si primo modo cōsideretur, esse, sic sane ipsum esse, perfectiorem habet rationē, quàm cætera cuncta. quicquid enim perfectum est, perfectionem sibi cōciliat ab esse. Substantia omnis & natura eò perfecta est, quo est. Quandoquidem, nihil perfectum est, nisi qđ actu est. Quæ enim potentia sunt, nō sunt perfecta: vt rosa, quæ in potentia est, non est perfecta rosa. Perfectio igitur est ab actu essendi, vt D. Tho. in. 1. p. Sum. Theologi. q. 4. art. 1. tradidit ipsum, esse, esse omnium perfectissimum. Comparatur enim ad omnia vt actus. Nihil enim habet actualitatē, nisi in quantùm est. Vnde ipsum, esse, est actualitas omniū rerum, & etiā ipsarum formarum. Vnde non comparatur ad alia sicut recipiens & receptum: sed magis sicut receptum & recipiens. Cùm enim dico, esse hominis vel equi, vel cuiuscunq; alterius, ipsum, esse, consideratur, vt formale & receptum, non autem illud, cui competit, esse. Hæc ille respondens. 3. argumē. Quæ verba facilè docent ipsum, esse, cōsideratum, vt actum & rerū perfectionē, perfectiorem habere rationem, quàm res omnes, quæ ab, esse, perficiuntur. Et diuina scriptura exodi. 3. cap. hoc insinuans, Deum appellat, esse, eum qui est: vt, Deum omnem perfectionem comprehendere tradat. Si verò secūdùm alteram rationem cōsideretur ipsum, esse, quatenus præsupponitur ad omnia, & habet rationem quādam communem: nihil enim viuit nisi primò sit, nec sentit, nec intelligit. sic sanè est velu

Responsio. Argum. 3.

Esse geminā consideratione habet.

3. Argu. dilutio.

ti recipiens,& veluti in potentia ad rerũ perfectiones:nam esse perficitur à vita,à sensu,à motu,ab intellectu.Et inter omnes perfectiones perfectio essendi prior est cæteris.Hæc distinctio argumentum soluit. Etenim prima philosophia de esse,considerat vt,esse, est actus, & perfectio rerum, vt sextus liber indicat Metaphysi. Hæc enim substãtias, & accidẽtia exquirit, quatenus sunt, & quomodo sunt,& qualia sunt:quæ sunt ratiões vniuersalissimę.Vnde lib.1.Physi.paulò ante calcem lib.hęc habet Arist.verba.De principio verò formali,vtrùm vnum sit, an plura, & quod nam sit, aut quæ sunt, primæ philosophiæ diligenter exquisiteq; officium est determinare,ac pertractare.Significãs hoc sermone Metaphysici interesse disserere de,esse,aut de vnitate,aut multitudine formarũ, quæ sunt proprietates ipsius, esse,vt perfectio rei. Quia vnum & plura non consequuntur esse,vt in potentia est, sed vt in actu est. Secundum igitur doctrinam hanc Metaphysica est omniũ sciẽtiarum princeps, excepta vna Theologia, cui vniuersæ scientię famulantur.Metaphysica enim esse rerum pertractat, vt esse,est actus & perfectio rerum,& in omni natura & forma receptũ.Vnde argumentum fallitur: sumit enim collectio ipsum, esse, vt est commune quoddam fundamentum rerum:quãquam Paulus Venetus persuasus argumenti vi credidit scientiam Metaphysicam præstare huic sciẽtiæ de anima,& aliis scientiis, non propter obiectum primum scientiæ,quod est ens:sed quia.12.liber Metaphy. de Deo & angelis exquisitè docet,quæ præstant omnibus animabus.Paulus enim rem certam putauit esse,minùs communia perfectiora esse communioribus:vt, homo perfectior est animali,quare anima perfectior erit quàm ens,& sciẽtia de anima,ex parte subiecti proprij sibi, quod est anima, dignior esset quã Metaphysica, nisi duodecimus liber de diuinis consideraret. Rursus Scot.in.4. Senten.dist.&.q. primis.ens putat esse omnium perfectissimum,quia communissimũ.At verò veritatis scopũ nõ attigit hac in re Paul.Metaphysica etenim duplici iure est scientiarũ nobilissima:&quia tractat de,esse,

Theologiæ præstantia.

vt est rerum perfectio & actus:vt, Nicolaus Peripateticus dixit apud Auerro. 11.Metaphy.Cõm.44.& rursum quia substantias separatas speculatur. Argumentum verò Pauli distinguẽdum est. Quædam enim sunt magis cõmunia, quæ solùm sunt in potẽtia ad minùs cõmunia: vt, animal in potentia est ad esse hominis, & quodlibet genus ad esse speciei. Alia verò sunt cõmuniora,quæ & si considerentur nonnũquam vt in potẽtia ad minùs cõmunia,nonnũquàm tamen cõsiderantur, vt actus: vt diximus de ipso esse, quod potest considerari vt prius & vt posterius naturis ipsis rerũ: vt prius quàm homo,& sic est imperfectius homine:aut vt posterius homine,& sic est perfectio hominis. Antichristus enim, qui est homo possibilis, imperfectus homo est:quia nõ est,simul atq; fuerit,perfect⁹ homo erit.Regula ergo Pauli Veneti,& dialecticorũ multorum,qui crediderunt, qđ cõmunius est imperfectius esse, ꝗ quod specialius est fallit. Et hoc obseruato:qa in hac re periti viri lapsi sunt.¶Argumẽtis secũdo loco adiectis, quæ infirmabãt certitudinem huius scientię superest facere satis. Et dicẽdum primò inualidam esse collectionẽ,Sciẽtia de anima est difficilima,ergo incertissima. Est enim difficultas quædã ex natura rei scibilis: vt, dialectica, quæ cùm verset entia ratiõis, quæ minutissima sunt entia,hac ratione ægerrimè sunt scibilia, & paruæ notionis. Alia est difficultas ex parte ingenij nostri,& non vitio rei scibilis:vt,diuina omnia hac ratione difficilem habẽt notionem,vt Arist.lib.1.de parti.animaliũ. c.5.docuit.Sic ergo diceret aliquis,scientiam de anima suapte natura esse certissimam naturaliũ omniũ. Si verò dubiis premitur nõ est illius vitium, sed nostri ingenij. Verùm solutio hæc quæ Ioãnis grãmatici est,argumẽti vires non frãgit: quippe, sciẽtia hæc de anima certissima prædicatur ab Auerroẽ in Cõment. non solùm secũdum se, sed etiam nobis:quãdoquidem illã maioris certitudinis esse censuit,quàm sint mathematicæ sciẽtiæ. Nunc verò mathematicæ scientiæ certissimæ sunt secundum se & nobis. etenim Arist.1.Poste.c.23.scientiam demõstrantem propter quid & quia, certiorẽ dicit,

Ad argument. Pauli distinctio.

Ad argu.2.

quàm eam quæ solū alterum horum demonstrat, seu propter quid, seu quia mathematicæ disciplinę vtrumq; simul demonstrāt. Quare si scientia de anima est certior istis, sciētia de anima erit certissima etiam nobis. In re ista non est exilis authorum vexatio, vt elucidēt, vt scientia de anima certitudine prępolleat. Nā quidam Auerroisticis placitis deditissimi tanti faciunt huius scientiæ certitudinem, vt maiorem eā credāt, quàm eam, quæ est mathematicarum: è quorum numero est Alber. Mag. Paul. Venet. & alij infra referendi. Paul. autem rem hoc pacto interpretatur, scientiam hanc de anima certiorē esse mathematicis, quia firmiorib⁹ fulta est principiis. Et quanquā mathematicæ scientiæ nobis sint certiores, tamē propter firmitatē principiorū, scientia de aīa certior est, secundùm naturā suā. Hoc autē inuolutas habet sententias. Quærēdum enim esset à Paulo, cur sciētia de aīa firmiora habeat principia, quàm mathematica. Nam si principia mathematicorum principiis huius libri conferas, vtique longè manifestiora credas & firmiora, quā hæc. Facito tibi periculum. Quædā Geometriæ principia, in mediū expromamus. Linea est, punctus est, à puncto in pūctum lineam ducere. Huius vero scientiæ alia capito. Anima est, anima est substātia, anima est viuentis altera pars: vtiq; prioris generis principia firmiora videtur, quā hæc, quæ secundo digessimus loco. Nullus est, quē lateat hæc veritas à pūcto in pūctum lineā ducere. Aut hoc manifestissimum totū est maius parte sua, si ab ęqualibus æqualia demas, quæ restant, sunt æqualia. Cæterum multos latuit animā esse substantiam, credētes esse vel qualitatem vel quātitatem, vt primus hic liber indicabit. Quin etiam ea cæcitate obducti alij, vt ipsam animam negassent. Quod si cogitabat Paulus eò certiora principia huius sciētiæ, quia de substantia animæ sunt: mathematicorū verò de accidētibus, hoc à vero aberrat. Colligerē etiā scientiā de cælo esse certiorē, quā scientiam mathematicorū, id quod nullus duxit concedēdum. Albertus autem cuius dudū memineram pro Commētatore propugnās verbum illius benignè

Qualiter sciētia d anima certior est mathematica.

exponens, ait sciētiam de anima esse certiorem mathematicis: quod mathematicæ sciētiæ ab hac hauriūt principiorum suorum certā notionem. Nam istis libris de intellectu est traditio. Intellectus autem noster est principiorum vniuersorū parens & fidus magister. Quòd si obloqueris Metaphysicam quoque haurire principia ab intellectu: quare malè est ab Auerroe excepta Metaphysica, quā vnam præpollere voluit certitudine sciētiæ de anima. Respōdetur Metaphysicā de æterno Dei lumine exquisitè scrutari, qui est parēs & primus nostri luminis autor. Quare certior est quàm sciētia de anima. Porrò autem etiā si hoc modò argumentū hoc deuitemus: quid dicemus, si quis nouo Albertum feriat iaculo? Ait enim alius, solus liber tertius de Anima erit certior cunctis naturalibus sciētiis, qui de intellectu agit: tamē primus & secundus, vt erunt certiores? Arist. autem in vniuersum dixit sciētiam hanc præstare certitudine. Adde aduersum Auerroē Aristotelem agere qui primo poste. tex. 42. tradidit certiorē sciētiam esse abstractiorem: at verò mathematicā abstractiorem esse scientia de anima qui hæsitat, docebitur in. 6. Meta. tex. 2. Mathematicus enim non considerat materiā & motum: physico vtrūq; est familiare. Quāobrem alius exposuit sciētiam de anima præpollere certitudine mathematicæ, quātùm nostra fert notio: nō tamen simpliciter. Nam mathematicæ simpliciter primas tenent certitudinis partes. Sic Thienensis philosophatur, cæterum inconsultè. Nam mathematicæ etiā, quod nostræ est notionis, notiora habēt principia, quàm hæc de anima scientia: quēadmodum paulò antè disserebatur. Alij verò, vt Burleus, quem sequutus est Caietanus, propositionem Auerrois temperarunt: illam sub distinctione legentes, vel collectiuè nō diuisiuè. Sicq; hæc propositio, Scientia de anima superat mathematicas disciplinas dignitate obiecti, & certitudine methodi, hūc edit sensum. Hæc duo si simul sumas, obiectum & methodum: superant Mathematicam scientiā: quia si vincitur sciētia de anima methodo mathematico, magis vincit obiecto, quod est anima, quę præstat cūctis mathe-

Respōs. argu. pro Auerro.

Burleus.
Caietanus.

mathematicis. Quia ergo plus vincit dignitate obiecti, q̃ vincatur certitudine methodi, ideo illis duobus collectis superare dixit Cōmentator. Commētatio autem ista Burleo relinquatur: nā erudita non est, neq; germana primo autori. Aegidius Romanus huius loci Cōmentario planā intelligentiam aduexit loci Arist. scopulos Arabicos vitans. Aristo. enim nō prætulit hāc sciētiam de anima mathematicis: quapropter sufficit dupli ci scientiā de anima cōmendare nomine: & q̄ naturaliū sciētiarum dignißimo sit potita obiecto, quod est anima (quæ est vltimus naturalis sciētiæ limes) & q̄ certißimam habet viam supra omnes naturales scientias. Nam nihil certius homini, q̃ animam habere, quā & in se ipso experitur, & D. Tho. hanc quoq; cōmentationem est amplexus, verbo cōmentatoris relicto. Et ego planè mittēdum censuissem, nisi Ioānem quoq; Grāmaticum in eandē ire sentētiam legissem. Duoq; tradidit documēta, quæ Peripatetico cōuenire credit, quæ doceant vtra scientia altera certior. Primū documentum. Illa est certior sciētia, quæ alterius principia demōstrat, vt Geometria certior hac causa quā Astrologia, & naturalis sciētia est certior quā medica disciplina. Alterum documentū. Illa scientia est certior, quæ de immaterialiori tractat: iā verò hæc de anima sciētia nō est certior aliis naturalibus scientiis, q̄ demōstret aliarum sciētiarū principia: sed certior est omnibus aliis vna excepta metaphysica, quia de rebus purioribus tractat. nēpè, de intellectu, & hoc vno nomine etiā mathematicas certitudine, superat. At verò Metaphysica, quā primam philosophiā sæpe appellauimus, de purioribus contēplatur, q̃ sit humana mens: nam mēs diuina, & angelicæ mētes puriores sunt nostrâ, eaq; causa prima philosophia certißmæ est methodi, propter secundum documētum, quod simul atq; primū collecta videntur à Philopono ex. 1. Posterio. text. 42. At verò neque Ioannis Grammatici tam quadrans est interpretatio, q̃ quæ mētem nutātem firmare queat. Est enim ad manum feruens obiectio: nam etiam si sit intellectus noster à materia liber: naturalis tamē philosophus intellectū, vt

Sciētia de anima dupli ci commēda tur nomine.

1. Documentum Ioannis Gramma.

2. Documen.

Argum. aduersus Ioan. Gramma.

corpori coniūctum & mole corporis oppressum, sibi arripit considerādum. Si ergo sub ratione materiæ intellectus pertinet ad prouinciā naturalis scientiæ: eius immaterialitas certitudinē tantam huic scientiæ nō conciliat, quātam Philoponus putat. Accedit quoq; huic: nam etiā si anima rationalis sit spiritualis, & abstractæ naturæ, cæteræ animæ non sunt huiusmodi. Quare nō probat documentum, scientiam de anima omni ex parte certiorem esse: id quod nos contēdimus, Simplicius verò, confert hanc sciētiam de anima sciētiæ de cælo. Et hoc solo nomine dixit sciētiam de anima esse certiorem: quia animalia sunt nobis viciniora, quàm cælestes globi, significans hoc sermone scientiam hanc de anima non esse certiorem omnibus aliis physicis scientiis, secundū naturā suam, sed solùm quo ad nos. Atqui Arist. hanc sciētiam dixit in primis ponēdā, nihil restrictionis addens: imò si cælum est, viuens est, vt Simplicio placuit. Sciētia aūt de aīa est secūdum se certior, q̃ scientia de quouis animato: nā scientia principiorū, est secundum se notior: anima verò est principiū animatorum, vt hîc tradidit Aristoteles. ¶ Omnibus ergo istis excußis quærēda est Cōmentatio, quæ rem hanc elucidet. Et ego quidem, si demōstrationes mathematicas conferā demōstrationibus, quæ sunt huius libri, credo dubio pcul illas certiores istis: quia Arist. non dixit hanc scientiam de anima esse cūctis certiorē, alioqui secū pugnasset. 2. metaphy. text. 6. vbi certißimas mathematicas credit. At verò si res conferamus rebus, vt animam conferamus numeris, figuris, & id genus mathematicis, certior est scientia de aīa mathematicis istis entibus, quippe anima & eius operatiōes, sunt nobis intrinsecæ, & intraneā habētia certitudinē. At verò mathematica entia sunt extra nos, & hoc sit satis in fauorē Cōmentatoris: quia Arist. textus hoc non indiget. Iam ergo per hæc argumētum absoluamus, scientia de anima est difficillima fatēdum & itidē certißima. Nā est difficillima, nō quātum ad animæ notiōem & operationū suarum notitiā, quia hæc quilibet nouit, se habere animā, & operationibus vitæ potiri: quare certißimū

Refellitur Simplicius.

Quæst. absol.

Resolutio. argu. 1.

est animã esse. Cæterũ difficultas vniuersa est in discernendis operationibus, & animæ potentiis, vt diximus supra, & Deũ esse difficillimæ notionis & certissimæ, ex Diuus Augusti. *Argu. postr.* Argumento postremo aliam non addamus solutionem, quia satis in eo soluẽdo sudatum est. Literã Arist. explicemus. *Expositio literæ.* *Bonorũ & honorabilium notitiã opinãtes.* Idest, rerum notitia est bona & honorabilis. Bona, quia oẽs homines appetũt scire. Honorabilis, quia digna, quæ honoretur. Argiropylus sciẽtiam trãstulit non notitiam: vt euidẽtiorem redderet literam. *Notio. et sciẽtiæ discrimẽ.* Sed quia non solũ notio scientifica est bona, & honore digna, sed etiam sunt notiones alię artiũ, quæ non sunt sciẽtificæ, quę etiam honore donãtur vt summus pictor aut citharedus, vt iã prædiximus. Propterea germaniùs trãstulit Boetius notitiã, quia notitia fusioris est significãtiæ, q̃ scientia. Vt Ioã. Grãmatic⁹ dixit. Et qđ sequitur. *Magis autẽ alterã altera.* Idest honore vna sciẽtia alteri pręest, ex altera duarũ causarũ: aut quia meliorem materiam cõsiderat, aut quia habet certiorẽ methodũ. Et propter hæc duo hæc sciẽtia de anima inter naturales primum habet locum. *Quæstio.* Quærit quispiam inter hæc duo vtrùm præstabilius, & magis scientiam cõmendãs, sit dignitas materiæ, an certitudo eorum, quę tractãtur, seu modi tractandi? Et responsio est. Primũ præponendum secũdo, nã de summa diuinitate, deq; diuinis exiliter & probabiliter quædam nosse iucundius est, quã multa de rebus naturalibus etiam certissimis capere argumentis vt Arist. ait in primo libro de partibus animali. cap. 5. quia hæc ad manũ habentur, neq; multi facimus illa nosse: illa verò, quæ suprema sunt, cùm lõgissimè absint ab humana notiõe, multi honoris & mirę voluptatis est, ea assequi humana notitia. Quòd verò historiã de anima Arist. dixerit & non sciẽtiam, eò dictũ puta, vt *Historiã de anima cur dixerit Arist.* S. Tho. exposuit, quia libris istis nõ peruentum est ab Arist. ad vltimã & exactissimam de anima notionẽ. Id quod historiæ propriũ est non omnia tradere, sed quæ magis necessaria ad monimentum gestorũ. Etenim Aristo. his libris de substãtia animæ intellectiuæ, & eius immortalitate non est multa complexus: vnde interpretes satis vagãtur sine duce in exquirendis illis. Quòd verò ait in primis esse ponendam hanc sciẽtiam, non sit erroris fomentũ, vt credat insipienter aliquis prælibandam esse sciẽtiam de anima ante alias sciẽtias, id quod falsum esse supra exposuimus, sed in primis est, dignitatis & honoris autoritate, quãquam prior est hæc assequenda scientia, quàm de animatis: vt, præcursoriæ docuerunt quæstiones.

¶ Videtur autem & ad veritatem omnem, cognitio ipsius multùm conferre: maximè autem ad naturam: est enim tanquam principiũ animalium. *Text. 2.*

¶ Quod Arist. hoc textu secũdo, tradere instituit, est horũ librorũ de anima summa cõmoda referre, quãq; ad omnẽ scientiam, vtilis sit, de anima notio, maximè verò ad naturam, id est, plus emolumẽti affert ad veritates naturales callendas, q̃ ad cæteras disciplinas. Locũ autem hũc scitè Cõmentator elucidauit. Commenta. 2. tria denarrans, huius sciẽtiæ in cæteras per discendas iuuamẽta. *Commenta. 2.* Atqui horum primum est, naturalem scientiam, à scientia hac de anima (quę pars eius est) plurimùm ornari, & nobilitari: *1. Iuuamen.* quando libri isti de intellectu exquirũt, qui in vicino loco est substãtiarum illarũ, quæ supremæ sunt, quas intelligentias vulgato verbo vocitamus. Moralis autem philosophia, mirũ est quãtam sibi opẽ à scientia de anima mutuetur: nã cũ beatitudo, Ethicorum. 10. c. 7. & 8. in contẽplatione Dei & intelligentiarum consistat, scientia de anima exquisitè quid sit ipsa mentis contemplatio docet. vt. 3. de anima demõstrabit. Hoc autem secũdum iuuamẽtum, disertiùs inuenias apud Aristo. *2. Iuuamen.* Ethi. 1. c. 13. & 1. magnorũ morali. c. 4. de virtute, inquit, qui cõsiderare debet: vt aliquã animæ cognitionẽ habeat, opus est. Etenim cũ virtutes in intellectuales & morales diducãtur: illæ sunt intellectuales, quibus intellectus instructus vera semper dicit: vt, sunt sapientia, intellectus, scientia, prudentia, ars, quas refert, sextus Ethi. liber. c. 3. Hæ autẽ quæ morales dicuntur, sunt in appetitu: siue intellectiuo,

intellectiuo, vt iustitia, quę est in volūtate: aut sunt, in appetitu sensitiuo, vt tēperātia in concupiscibili &c. Libri verò de aīa, qđ sit intellectus, quid volūtas, quid ve concupiscibilis, & irascibilis solicitè mōstrant. Hac ratione, philosophiæ morali isti libri opitulātur non parum. Iam

3. Iuua. postremum iuuamētum est, quod in oēs sciētias se fundit, oēs sciētias ab hac suorū principiorum notionē suscipere. Hoc autē accepit Cōmentator, à Themistio.

Themi. 1. cap. Paraphra. Cuius hæc sunt verba, Aliæ scientiæ ab hac scientia suam constantiā, & certitudinē reponunt. Quæ sic habeto. Intellectus est, qui vniuersa principia, sua intima illustrat luce: etenim principium hoc. Totum est maius parte sua, lumine mētis perspicuū redditur, & ita de reliquis, vnde brutis vt intellect⁹ expertibus principia sciētiarum ignota

Corolla. sunt. Colligere licebit scientiam de anima, Metaphysicę prestare operā: etenim Metaphysicorum principia, vt quodlibet est, aut non est: in rebus est distinctio, & id genus, in luce intellectus manifestantur: de quo tamen libris de anima, multa fit inquisitio. Adde tertiò istis libris cùm agatur de intellectu, qui gradus summus est ad illas exutissimas substantias assequendas, iure optimo hæc sciētia de anima, methaphisi. conferens

Philopo. est. Et hoc est quod Philoponus in Commen. dixit, sciētiam hanc theologiæ conferre: more peripa. per theologiam, metaphysicam subaudiēs. Quid plura? summatim dicamus, omnibus sciētiis nulla excepta, sciētia de aīa vtilis est. Est enim omnibus sciētiis cōmunis: abstrahere à singularibus vniuersalia de quibus solū scientia est. At verò hæc vna scientia est, quæ abstractiōes huiusmodi docet. Præter hęc, si emolumēta alia scire desideras medica facultas plurimum in modū ab

Per theolo. metha. intelligitur.

Medica ars. hac iuuatur. Etenim morb⁹, & sanitas, vita, & mors, iuuenta, atq; senecta, & id genus alia: quæ medicus cōsiderat, viuētis corporis sunt affectiones, quæ ab anima in corpus deriuantur, etiam si medicus sub alia ratione hæc exquirat, atq; philosophus. Cæterùm origo medicæ consi-

Dialectica. derationis in anima habet initium. Dialectica autem huius sciētiæ ope non destituitur: nam dialecticus suas intentiones primas, atq; secundas cōponere, atq; discernere nesciet: nisi primum, vel tantillum quæ sit intellectus agentis virtus libauerit. Neq; Grāmatica quod mireris

Grāmatica. Retorica. amplius, neque Retorica huius scientiæ priuantur emolumento: Hæc enim affectus animæ excitat, aut cōprimit: odiū, amorē, audaciam, timorem, & id genus. Illa verò vocū significātiam exquirens, ab animæ ratione non est aliena. Voces enim mentis conceptus, atq; appetitus affectiones exprimunt: vt. 1. lib. periher. docet. Hinc iam disce Peripateticorum verborū intelligētiam. Videtur, inquit, & ad veritatem omnem, cognitio ipsius animæ multum conferre. Vbi expendere libet: Aristo. non dixisse ad scientiam omnem, sed latiori vocabulo veritatem dixit: vt non solùm scientiis, sed etiā artibus, & veritati cuilibet perquirendæ, hanc sciētiam insinuaret plurimùm præstare operæ: vt ex his quæ diximus facilè sublucet. Forsitā dubitabis, quare sciētia hæc maximè conducat scientię naturali? id quod Arist. hoc tex. tradidit. Est autē responsio in litera: iuuamentū esse, quia anima est principium viuentium, quorum magna ratio in scientia naturali habetur. Est ergo necessarium sciētiā de anima libare: si naturalem scientiam corporum viuentium assequi contendimus. Cōmentator verò (vt prædiximus) vniuersæ scientię naturali, & non solùm huic parti, quæ de viuentibus est, hanc scientiam præstare operam dixit: quia totam naturalem philosophiam pars de anima ornat, & nobilitat. Porrò autem hoc potiùs est ornare q̄ iuuare. Quamobrem naturalem sciētiam maximè iuuat: quia egregia pars, naturalis scientiæ quæ de viuentibus est, citra sciētiam de anima disci nō potest. ¶ Placet hęc argumētis quibusdam exercere. Et primò si

Argum. 1. scientia hæc de anima omnes iuuat disciplinas: ergo hæc ante omnes alias prælibāda est. Id quod scholarū ritus non admittit, neq; etiā librorū peripateticorū series permittit. Etenim scientia hæc de anima inter naturales libros sextum occupat locū (vt prædictum est in præcursoriis quæstionibus) si ergo alij libri naturalis philosophiæ sunt priores libris istis quo pacto libri de anima philoso-

phiæ cōducent? Et augetur hoc argumē tum. Quæ enim aliis libris philosophiæ naturalis traduntur, plurimū istis libris de anima inseruiunt: potiùs ergo alij libri huic conducūt, q̄ contrà, scientia de anima illis opem cōferat. Antecedēs prōptam habet collectionem. Etenim scientia hæc de anima, à libro physicæ auscultationis rationē materię & formæ capit. à libris de cælo & mundo, rationem corporis simplicis, atq; cōpositi: alioqui vt caperemus animā non esse formā corporis simplicis: sed cōpositi, nisi primùm libri de cælo in ratione simplicis, & compositi corporis nos instituerēt? A libris autē de ortu, atq; interitu rationē nutritionis, auctionis, & imminutionis, & reliquorū sibi arripit. A libris metheorologicis, doctrinā digestionū, quæ sunt opera vitæ, accipit. Quòd si liber hic à libris naturalis philosophiæ, suarū notionum pendētia habet principia, fortassis mirabitur quispiam Arist. dicere, sciētiam de anima maximè naturali scientiæ vtilem esse. In gratiam horū aduertas vnū esse huius sciētiæ vniuersale vniuersis scientiis emolumētum (vt cōmonuimus) & id est, principia omniū scientiarum, lumine intellectus (cuius hæc sciētia meminit) illustrari. Itēq; omnis abstractio, quę scientiis in primis est necessaria, ab intellectu fit: & vt fiat libri de anima docent. Quāobrem nulla est sciētiarum, quę vel portiūculam tenuē huius scientię de anima, non sibi vsurpet. Etenim (vt minora proferamus,) Dialecticus cùm à magistro intentiones cōponere hominis, aut equi instituitur, nōne hoc aliquid huius sciētiæ est? vtiq;. Cum Rhetor de affectibus disserit, in animę negocio se exercet. Quando vocū significātias rimatur Gramaticus nihil ab animæ operatione abhorret, & sic de aliis. ¶ Argu. 1. respondetur non esse necessariū libros de anima, prælibare ante reliquos libros. Etenim cæteræ scientię non subalternātur scientiæ de anima, quia quāquam ab intellectu (de quo maxima habetur ratio in sciētia de anima) vniuersarū sciētiarum principia illustrantur, tamen ab hac sciētia, neq; mathematicus, neq; metaphysicus, & cæteri suorum principiorū, quæ runt demostrationes: quod ad subalternationem est necessariū. Cæterùm huic sciētiæ de anima, libri de historia animaliū de sensu, atq; sensili, de somno, & vigilia, de insomniis & huius notæ alij, quos recenti vocabulo parua naturalia philosophi appellāt: his libris de anima subalternātur. Quippe sciētia hęc generales quasdam de aīa, deq; eius functionibus rationes inuulgat. Prænotati autē libri particulares habent traditiones, aut potētiarum, aut operationū animæ, quæ quidem generalibus illis necessariā cōnexionem habēt. Argum. 2. respondetur, verba Arist. scientiam hāc philosophiæ naturali vehemēter operam subministrare, nō de omnibus libris naturalis philosophiæ, esse audienda, sed de libris posterioribus, & libros de aīa consequētibus, vt sunt parua naturalia, & libri de animalibus, qui optimā, & suauissimam portionem philosophiæ sibi vendicant. Istis demū maximè cōducūt libri de anima: hoc dixerim, exceptis generalibus cōmoditatibus, de quibus superior sermo meminit. Quapropter Arist. colligēs huius sciētiæ cōmoditatem grādem esse ad philosophiā naturalē subdit, est enim subaudi aīa, tanq̄ principiū animalium: facilè insinuās scientiæ animaliū, & viuentiū hanc scientiam plurimū cōferre. Est autem anima principiū animalium interprete Philopono, & efficiens: operationes enim vniuersæ animaliū ab anima proficiscuntur. Est rursum formale principium, quia anima animali, anima le esse (vt ita loquar) animali donatur. Est rursum anima principiū finale: nam corpus in gratiam animæ est: quę omnia suis locis infra vberiùs tradentur.

Corroboratio argumenti. — *Summa solutionis.* — *Responsio ad primum.* — *Argu. 2. solutio.*

¶ Quærimus autem cōtemplari, & cognoscere naturam ipsius & substantiam: postea quæcunq; accidunt circa ipsam. Quorum alia quidem propriæ passiones videntur, alia autem communes, & animalibus propter illam inesse. Text. 3.

¶ Exposuit huius sciētiæ dignitatem, & primatū, certitudinem, & cōmoditatem: hoc iam loco ordinē & seriem rerū tractandarū edocturus accedit. Atq; ordo hic

hic est naturam, & substātiam ipsius animam exquirere: deinde verò accidentia animæ, idest, eius operationes contemplari: duarum quædam propriæ animæ sunt: alias verò cum corpore communes habet. text. autem hic non habet in propatulo quid velit: sed recōditam habet intelligentiam distributio peripatetica, animę operationū, ait enim quasdam esse proprias animæ alias verò cōmunes cum corpore. Commentator etenim geminam inuexit loci huius expositionem. Quarum altera est, operationē propriam animæ eam vocare Arist. quæ citra corporea instrumenta celebratur: (qualis est intellectus) ea verò cōmunis operatio, quæ per corpus exercetur ab anima, vt concupiscentia boni, odiumq; mali non sine affectione corporis animali contingit. Cor namq; aut se dilatat in desiderio, aut se constringit in odio, aut abominatiōe, quę vniuersa affectus sunt corporis. Altera demum expositio hæc est, propriam operationem esse animæ: quæ ab ipsa anima primum habet ortū, etiam si in corpore compleatur, vt videre, audire, & id genus cætera. Illas verò Arist. cōmunes vocat operationes, quæ primùm à corpore progrediūtur, etiam si in anima absoluantur: vt somnus, atq; vigilia. Somnus enim à vapore, (qui corporis est primū, idest, ligās communem sensum) in mēbra animalis immittitur: quo discusso, digestione cōpleta, animal vigilia potitur. Somnus ergo atq; vigilia, etiam si a corpore progrediantur, tamen sine anima non perficiuntur. Harū expositionū hæc quæ posterior est, Aristo. nō videtur amica. Etenim si propter ea somnus & vigilia sunt cōmunes animæ, & corpori, ꝙ à corpore capiunt initiū, & ab anima consummationem: ęqua postulat ratio, vt videre, & audire, & id genus operationes sint cōmunes animę, & corpori. Esto enim ab anima progrediātur, in corpore tamen absoluūtur. Et secundò contra Auerroem colligamus: quia sermo hic Aristo. de proprio. 4. modo est subintelligendus: ergo eas vocat proprias, animæ operationes, quæ solius animæ sunt sine corporis cōmertio quales nō sunt videre aut alię sensiones. Prior autem expositio liquida non est

Duplex commenta. expositio.

Somnus vnde fit.

Refellitur Auerroes.

Propriæ animæ operationes quæ.

in via peripatetica, quādo quidem, intellectio etiam communicat cum corpore, pendet enim à phantasmate humana intellectio. 3. de anima tex. 31. tradente qui cap. 7. scribitur. Vbi ergo hæc operatio, quæ sit animę solius & à corpore, abhorrens? Neq; facit satis id quod Aegidius refugiens argumentum istud, dixit: scilicet, humanū intellectum tantisper dum in corpore est, egere phantasmate, at verò hoc sibi accidentariū est quia corporis pondere grauatur: tamen perse liber est à phantasmate, vnde intelligendi actio est animæ solius perse si vertatur sermo, quāquā corporis societate depressa nullā habeat propriam sibi omnino operationem. Cæterum quantę hoc sit veritatis nescio, hoc vnū scio, Aristotelē negaturum intellectum humanum per accidēs vti phantasmate, quippe proprius noster intelligendi modus est: phantasmate seu imaginibus sensibilib9 vtētes: intelligibilēs rimari formas. Nā quē ritum intelligendi sibi obseruent animæ separatę, Aristoteles ignorat. Quare ego saniorē arbitror philosophiā, intellectū nostrū tantisper dū in corpore viget, egere phantasmate, nam operatio rei consequitur esse rei. Intellectus igitur dum est in corpore, in functionibus, suis egebit adminiculo corporis, non equidem per accidens, & velut extra naturā suā: imò perse & secundum naturam suam, phantasmate vtetur, saltem in intelligendis formis sensibilibus. Sed de hac re fusi9 in 3. lib. Porrò autem aduerto cū posteriore commētatione Auerrois consentire Philoponum in Commenta. Themistiū cap. 3. paraphraseos, & D. Th. in huius loci commentatione, qui omnes contemplationem, actionem menti propriā, cōfitētur. At verò delectari tristari, & id genus affectus, videre quoq; audire alięq; sensiones cōmunes sunt aīæ cū corpore. Quia si voluptas afficit animam, itidēq; corpus afficit: delectatio enim etiam in corpore est: vt dolor & tristitia, non solū animā, sed & corpus perfundunt. At verò contēplatio & intellectio, non est corporis: corpus nāq; non contēplatur, aīa est vna quæ contemplatur, & intelligit. Porrò occinet quispiam horum cōmentationi obsistens, contemplationem & actionem

Argu. I.

Philoponus Themistius. S. Tho. cum Auerroes.

actionem intelligendi esse totius cōpositi, id est hominis: qui cū corpore atq; anima cōstet, necesse est omnes operatiōes hominis cum corpore cōmunicare. Hoc sanè argumentum cum priore rem hanc difficilem reddunt. Cæterum argumenti primi secūdum Græcorum sentētiam, quam latius. 3. libro sequemur, hæc dilutio est: intellectum humanum suprema & spiritualia, vt Deum seu angelos intelligere sine phantasmate: & contēplationes diuinorum esse citra phantasmatum vmbras: at intellectus intelligēs hæc sensilia phantasmate eget. Quàobrem prior harum, quæ sunt actiones intelligendi, est propria menti: quia corporis nulla se immiscet vmbra: reliqua verò nō est propria, quia corporea rerū sensilium simulacra se in illa intelligendi actione immiscēt. Verūtamē quia hæc sentētia, habet offensionem (etiam si grauissimis sit autoribus fulcita) ob hāc causam sat in præsentia sit si argumenti vires eneruemus, actionem intelligēdi esse propriam animæ intellectiuæ, & ꝙ nullo instrumento corporeo anima intellectiua actionē intelligendi, meditatur, & quod intellectio in sola anima excipitur. Sensiones autem, nō solum in anima, sed in corpore: vt visio, auditio, in organo corporeo excipiuntur, itēq; delectatio, tristitia, & id genus. & Aristo. sui interpres in libro de somno & vigilia. cap. 1. sentire, ait, nō esse proprium animæ, neq; corporis, sed totius coniuncti ex anima & corpore: qa cuius est potentia, eius est actio. Quare sentiendi potestas est totius & animæ & corporis, sicut & ipsa sensio. Anima enim per se sentire non potest, neq; corpus per se, nisi vtrūq; iunxeris. & demū si anima immortalis est: (vt reuera est) operatio intelligendi, est animæ propria quia illà citra corporis adminiculū, fungi potest, & corpore deposito libertate spirituum potietur, & tunc erit sibi naturale citra phantasmatis operam intelligere: quia statu fruitur spirituali, vt modò est sibi quoq; natiuum, phantasmate vti quia corporis forma est. Itaq; secundum statuum varietatem, ipsa quoque modū intelligendi variat. & ambo hæc sibi per se congruunt: & phantasmate egere, & à phantasmate esse liberam & assertam: quia variis potitur statibus, & esse corpori addictam, & esse à corporis molestiis liberam. Id quod si expendisset Aegidius, neutiquā intellectū, dum hic agitur, per accidens vti phātasmate dixisset: vt prædiximus, & libro. 3. opulētius differemus. Vnum interim nos non prætereat D. Augus. lib. 2. super Genesim ad literā cap. 12. vsum fuisse hac diuisione peripatetica operationum animæ propriarum & communium. Dicit enim delectationē spiritualem esse solius spiritus, carnalem vero (quæ cū spirituali pugnat) esse vtriusq; & spiritus & corporis. Est ergo delectatio spiritualis ꝓpria animę intellectiuæ, quia in ipsa sola est: corpus enim spiritualia nescit: delectatio autem sensualis (quam carnalē dixit August.) est cōmunis animæ & corpori. Colligas, obsecro, sensiones oēs, & sensuales affectus, non in sola excipi anima (vt multi malè cēsent) visionem: exempli gratia non esse in organo corporeo, sed in sola anima quomodo philosophatur Adamus in prolo. Senten. q. 2. fragili ductus argumēto. colligit enim si visio est in anima & in corporeo organo, esset vnum accidēs, duo occupans subiecta: id qđ vniuersa damnat philosophia. Hoc tamen leue est argumentum: quia putat vim visiuam & organum videndi esse duo subiecta, visionis: id quod plenū est errore. Etenim anima, seu vis animæ visoria, & ipsum organū siue instrumentum visionis, sunt vnū visionis subiectum. Etenim ipsa videndi facultas, est tanquam actus, & forma: ipsum tamen organū. est vt potentia, & materia: nunc autem materia & forma vnum conflant subiectum. Quare etiam si visio sit in anima & organo, non duo occupat subiecta: sed vnū solum afficit, itidēq; de aliis sensionibus dicito. Intellectū igitur arbitror locum Aristo. quasdam passiones esse proprias animę alias verò cōmunes, & cur ita vocitentur, & vocem passionis producere hîc licebit, etiam in operationes animæ: nam operatio est animæ quædā affectio, est enim intelligere qđdam pati. 3. de anima text. 2. seu. cap. 4. aduertit tamen hoc loco Philoponus: geminum esse passionum seu affectuum genus. Altera est affectio, quę perficit, vt cæli

Argu. 2.

Actio intelligendi propria animæ intellectiuæ.

August.

Adamus refellitur.

Diuisio passionis.

cæli illuminatio, intelligendi actio atq; volendi: altera verò est, quæ corrumpit: quæ germanius passio appellatur: at operationes animæ, vt intelligere, velle, & sentire per se perficiunt & non oblædunt, etiam si affectus partis appetitiuæ (vt timor, audacia, tristitia, gaudium) noxij sunt sæpe. De quibus in.3. Nūc nobis sufficiat vocem passionis in omnia hæc esse producendam. Restat demum scrupulus vnus circa locum istum. *Collisio Aristo.* Aristoteles hîc ait quærendam esse primùm animæ naturam, dein accidentia. Et hūc ordinem ipse violat, in.2. de anima text. 33. quo loco, primùm operationes & accidentia inuestigat, vt animæ substantiā exploratam habeat. Porrò hęc sit respōsio, si accidentia & animæ operationes quæruntur: hoc sanè est, in gratiam animæ. Cuius inuestigatio est prima secundum intentionem, quia totus accidentium animæ apparatus eò exquiritur, vt animæ substantia inueniatur: quemadmodum si medicus primum medicamenta iubeat exercēda ægroto, Tamen quia hæc in gratiam sanitatis sunt, sanitas est quæ primò quæritur.

Text. 4. ¶Penitus autē & omnino difficillimorū est accipere aliquam fidē de ipsa. Cùm enim sit quæstio cōmunis & multis aliis (Dico autem eam quæ circa substantiam, & eā quæ quid est) fortasis alicui videbitur vna quædam methodus esse de omnibus, de quib⁹ volumus cognoscere substantiam, sicut & eorum, quæ secundum accidens propriorum demonstrationem. Quare quærendum vtiq; erit methodum istam

¶Docuerat Arist. tria, de aīa ægregia, & sciētiam eius plurimū præstare cæteris, & certissimæ esse methodi, multi deniq; esse cōmodi, adiecit.4. hoc tex.4. scientiam de anima esse de numero difficillimorum, esseq; multi laboris, aliquā fidē, idest, notionem certam de ipsa accipere. Sunt etenim multa dubia quæ hanc sciētiam difficilem reddunt. & primùm sanè dub. est: quis modus in inuestigandis diffinitionibus sit obseruādus. *Modus inuestigandæ dofinitionis.* Etenim cū diffinitio sit sciētię principiū: primus labor, ad sciētias penetrādas est diffinitionis inuestigatio. Atque labor hic est, an vna norma in cūctis rebus definiēdis sit tenenda: an pro diuersitate rerū, diuersæ vię tradendarū sint definitionū. Etenim res hęc obscura est. Placet autem anteq reliqua dubia annumerem⁹, literā Arist. interpretari & contexere. Ait ergo *Penitus autem & omnino difficilimorum accipere aliquam fidem de ipsa.* Vbi expendas oportet Aristo. non dixisse, scientiam de anima esse omnium scientiarum difficillimam: sed de numero esse difficillimorū: nanq; metaphysica disciplina difficultatis primum tenet gradum: quippe quæ de abditissimis & à nostris sensibus longissimè semotis contēplatur, qualia sunt, & deus & intelligentiæ, Quod verò inquit difficillimum esse accipere fidem de anima: *Fidei & sciētiæ discrimē.* quidam per fidem subaudiūt scientiam: verùm isti abutūtur voce fidei: (in schola namq; peripatetica fides longè distat à sciētia.) Quamobrē per fidem certam notionem intelligo. Etenim etiam si de anima plantali euidentem & apertam, & non quæ fidei est, sed quę scientiæ, tradiderit rationem Arist. de anima tamen intellectiua non admodū euidentem sed obscurā de ea & implexam posteris reliquit doctrinā: qa traditio de intellectu difficillima est subdit. *Cum enim sit quæst. communis & multis aliis.* *1. Dubium.* Id est, quæstio vt est inuestiganda rei essentia, non est propria huic scientiæ, sed est communis sciētiis aliis. Quòd verò ait. Dico autem eam quæ circa substantiam, & eam quæ quid est. Sermo hic significat exquirere substantiam rei, & quod quid est ipsius, esse de numero difficillimorum. *Fortassis alicui videbitur.* Id est, quorundam est fortè opinatio, vnam esse methodum inuestigādarum diffinitionum essentialium: vt vna est demonstratio, quæ propria quæ sunt secundū accidens demonstrat, Aduertit Philoponus proprias passiones vt risibile disciplinabile, accidentia non esse: sed secundum accidens, quippe accidentia ea propriè sunt quæ substantiæ contingunt: & contra substantiam

tiam diuiduntur: vt album, & musicum. Propriæ autem passiones, quippe quæ substantiã consequuntur vt capax disciplinæ, hominis est consequium. Propterea Aristot. hoc loco proprias passiones subindicans, illas proprias secũdum accidens vocat: at verò non inpromptu est locum hunc enodare: vt demonstratio vna omnes proprias passiones subiecti vnius demonstrare poterit: quoniam flebile, risibile, disciplinabile, diuersis colligũtur demonstrationibus de homine. Singula enim propriarum passionũ, propriam sibi vendicãt causam: per quã demonstretur. vt capax disciplinæ, intellectum in causa habet: risibile verò admiratiuum nouorum bonorum: vt flebile malorum. Mala enim, quæ nobis nolentibus accidũt: hæc sunt fleus causa.

❡Paulus Venetus, dubiũ hoc excutiẽs, credit: omnes proprios affectus eiusdem subiecti, esse reducendos in vnam demõstrationem, vt si colligas, omne animal rationale, est disciplinabile, risibile &c. sed omnis homo, est huiusmodi: ergo omnis homo est, disciplinabilis &c. & demũ omnes istæ ptopriæ passiones, reducũtur in vnã (quæ est disciplinæ capax) ex qua cæteræ profluũt. Hoc sanè modo intellectum voluit Aristo. vnam esse demonstrationem: quæ proprios demonstrat affectus. Ego verò, (quod pace ipsi⁹ dictum velim) illi nõ assentio: nam quã colligit, vt demonstrationem, non est demonstratio: illa enim non per proprias causas ducitur, sed per communes. Nãq; animal rationale non est causa propria, risibilitatis, aut flebilitatis, sed est communis affectibus homini propriis. Quare arbitror dicẽdum, verba Arist. vnã in quam esse demonstrationem quæ colligit proprios rei affectus, de definitione esse subaudienda. Etenim definitio est, per quã demonstrãtur affectus, propter quid. Siquidem essentiã rei proprij consequuntur affectus: quã ob causam definitio quæ essentiam continet, via est ad colligendos rei proprios affectus. neque mireris si per vocẽ demonstrationis, definitionẽ intelligamus, quippe hoc Aristo. est familiare. primò posteri. tex. 23. Iã ergo peripatetica dubitatio, prõpta est, vtrum vna sit methodus inuestigandarum definitionum: vt vna est methodus, vt demonstretur proprij affect⁹, scilicet, definitionem essentialem exquirere.

Paulus refellitur.

Nota hæc.

❡Commẽtator Auerroes hunc tractans locum, de inuestigandis definitionibus, tres retulit sententias. Piorẽ Hippocrati adscripsit, demonstratione esse definitiones exquirendas. Alterã verò Platoni tribuit, diuisione esse definitionum inueniendarũ methodũ. Deniq; postremam dixit esse Arist. compositione esse definitiões colligẽdas. ❡At verò (vt interim de Hippocrate taceam) Platonica est philosophia, per diuisiones, definitiones explorare: Plato namq; in Sophista, (idest in lib. de Ente) sic docuit, vt Auerroes dixit, & artẽ piscatoriã longo ambitu sermonis, per multasq; artium diuisiones procedens, demũ definit esse artem acquirendi pisces. Et in dialogo de Regno idem tradidit: & definit ciuile, siue regnandi artem, esse quę voluntariè ducit homines, multis itidẽ artium vtẽs diductionibus. Et rursum aliam methodum colligendarum definitionũ docuit, per exempla. Et hunc inuestigandæ definitionis modum, probatũ Aristo. video: qui in. 2. post. c. 10. diuisiõe generis in species & differentias definitiones colligẽdas censuit: vt exemplo ternarij numeri manifestat. Cuius, si tentamus definitionem inuenire, diuisione vtendum nobis est: hac ratione, ternarius est ens, vel substantia, vel accidens: est sanè accidens, non qualitas, non relatio &c. diuidẽdo. Est ergo quantitas. Hæc autem gemina est, continua aut discreta: ternarius cõtinua non est, quare discreta quæ est numerus, ternarius igitur numerus. en tibi genus. Numerus aũt aut pàr, aut impar, ternarius non est par, est igitur impar. Rursum impar quidã primus & incompositus alter, secundus & cõpositus: ternarius non est compositus, quia ex duobus non componitur numeris: est ergo primus & impar, & incompositus.

Tres sententiæ de inuestiganda definitione.

❡Præter hæc Hippocrati consentiẽtem legimus Aristote. per demonstrationem esse definitionẽ colligendã. Primò enim Posterio. tex. 23. quandam esse definitionẽ, quæ sit definitionis conclusio aperto sermone docuit, & .2. libro de aĩa definitio altera animæ per alterã demõstratur.

Quæ

Quæ vniuersa si quis expenderit: forsitã secum cogitabit Aristo. ab Hippocrate, & Platone nihil dissentire, iniuriaque reprehensos ab Auerroe. ¶Latens est in re hac fallẽtia nõ exigua. Aliud est enim per diuisiones definitiones colligere, aliud aũt syllogismo diuisorio definitiones esse sufficientes demõstrare. Primũ enim horũ Arist. recipit, postremũ aũt facilè reijcit. Secũdus enim poste. lib. text. 4. definitionẽ de suo definito demõstrari non posse per syllogismũ diuisorium tradidit. Etenim tentet quispiam definitionem hanc, animal rationale, de suo definito de modo prædicto demonstrare, sic colliget. Omne animal aut est rationale aut irrationale: omnis homo est animal igitur aut rationale, aut irrationale: sed nihil quod est homo, est animal irrationale: ergo omnis homo est animal rationale. Hic ꝓcessus nõ est demõstratorius, neq; hæc syllogistica diuisio definitionẽ esse exactã demonstrat: petit nãq; principium in subsumptiõe, nihil quod est homo, est animal irrationale: hoc enim nisi detur ab aduersario, probandũ superest. ¶At verò quod Cõmenta. & post ipsum S. Th. in Cõmentario, & alij interpretes dixerunt, viã peripateticã inuestigandæ definitionis esse per cõpositionem intellectũ voluerunt, compositionẽ differentiæ vltimæ cum genere proximo definitionem exactè cõflare: quia illa duo sunt exquirenda volẽti idoneas cõstruere definitiones. Cæterũ neutiq̃ negãdum per diuisiones, (vt cõmonuimus) esse definitiones inquirẽdas. Qua in re Arist. & Plato. cõsentire sibi aduerto: tantũ abest vt dissideãt. & quanq̃ Cõmenta. hos duos philosophos inuicẽ discrepare credat: & suę opinionis habeat sequaces, ego ei assentire non possum. Nãq; vt Arist. diuidit genera in species & differentias, & dein cõponit genus propriũ cũ differentia propria, hæc Platonis est ars locis citatis. Cũ quo facit qđ D. Boœtius in libro Diuisionũ scripsit in eodem versari hæc duo, definitionis, scilicet & diuisionis rationẽ. Quo loco regulã docuit, vt diuisiõe generis in differẽtias quæratur definitio. Genus (ait) sumito & diducito per differẽtias, q̃ si differentia. Primò capta sit æqualis cũ genere speciei, definitione habes: sin verò nõ est æqualis, adhuc partiẽdæ differẽtiæ, quousq; æqualẽ offẽdas cũ specie, vt in exẽplo ꝓdicto de ternario, aduertere licebit. ¶Scio Philoponũ nõ lõgè abesse ab Auerrois opinione. Enarrat enim tres fuisse de inuestigãda definitione, sentẽtias. Vna est quæ demonstratione, alia quæ diuisione, postrema quæ per viã indicatiuã definitiones colligebat. Arbitror per viã indicatiuã, intellectam voluisse, quam vocant interpretes nostri, compositionem. Porrò, vt pace tãtorum philosophorum dixerim, nequeo tres has vias discernere: quia cũ diuisio generis in suas differẽtias &c. sit ad componẽdas differẽtias cum genere, quî secernemus diuisionẽ à cõpositione? quippe diuisio est ad cõpositionem, vt in terminũ & finem proruens. Quanquã (vt prædixi) diuisorius syllogismus nihil probet definitiones: vt Aristo. in. 2. Priorũ. c. 7. dixit, quãdo per diuisionem ignota expromere nitimur, principium petitur & qđ erat probãdum assumitur, tanquam probatũ. Petitio autem principij viã doctrinæ tollit. vnde Arist. Elencho. 1. doctrinales (ait) disputationes, sunt quæ ex propriis cuiusq; disciplinæ, & non quæ ex his quæ respõdenti videntur, syllogizant. Quapropter per diuisionem definitionem probare nõ est doctrinalis methodus, quia ex his quæ respondens donat, necessariò procedit. Quãobrem neq; via illa, cuius Aristot. meminit poste. 2. tex. 17. quæ colorẽ habet vtcũq; ad colligendas definitiones, exacta est: quæ est hypotetica. Vt si velit quispiam ægritudinis definitionem colligere: & hoc vtatur argumento, si definitio sanitatis est humorum debita tẽperies, ægritudinis erit definitio, humorum discrasia siue inæqualitas. At verò sanitatis definitio est quam prædiximus: ergo & ægritudinis erit prædicta. Itidem & alio exemplo. Si albi definitio est disgregans & obtundens visum, nigri erit definitio congregãs & reficiẽs visum &c. secundũ prioris exẽpli formam. Hæc autem via nõ est methodica neq; doctrinalis (quippe principium petit) postulat enim à respondente vt sibi donet sanitatẽ aut album modis prioribus definiri. Quam ob causam nulla est methodus, quæ definitiones

Commẽtato. defensio.

Plato. & Aristo. concordia.

Philoponus expenditur.

Autoris censura.

Responsio argu. pro Hippocrate.

tiones demõstret: sed vt sciẽtiarum principia recipiendæ sunt: quod verò in suffragium Hippocratis, colligebamus definitionem esse demonstrandam, promptam habet responsionem: concedimus enim quandam definitionem aliam demonstrare, vt definitio quædam de anima aliam demõstrat: videlicet, ꝙ est principium vitæ &c. est actus corporis organici &c. anima est vitæ principium: ergo anima est actus corporis physici, organici in potentia vitam habentis. Hæc demõstratio tamen non demonstrat, hãc definitionem, anima est actus corporis &c. esse definitionẽ animæ: sed hoc vnũ animam esse actum corporis.

Text. 5. ¶ Si autem non est vna quædam & communis methodus de eo qđ quid est, adhuc difficilior fit ipsa negociatio: oportebit enim accipere circa vnumquodq; quis modus. Si autem manifestum sit vtrũ demonstratio aliqua sit, aut diuisio, aut etiã aliqua alia methodus: adhuc multas habet dubitationes & errores, ex quibus oportet quærere. Alia enim aliorũ principia, sicut numerorum & planorum.

Sciẽtia ꝙ sit de genere difficillimorũ.

¶ Persistit, vt palã faciat scientiam hanc esse de genere difficillimorum. Nam vel est vna methodus exquirendæ definitionis, aut plures. Si vna est, hanc quærere oportet, si verò sunt plures methodi, vt ipsum quod quid est, inueniatur: adhuc difficilior est negotiatio. Etenim oportebit circa vnũquodq; .i. singulas rerũ species, singulis methodis vti. Si autẽ manifestũ est methodũ exquirẽdę definitiõis esse demonstrationẽ, aut diuisionẽ difficultatẽ hæc non minuũt, sed augent: etenim secundũ rerũ varietatem, variãtur demõstrationis principia. Quãdoquidẽ aliis mathematicus, atq; phisicus, vtẽtur principiis. Rursum in diuidẽdis generibus, multi sunt errores. Sępe enim latẽt differentiæ essentiales: & accidentia propria, substantiales credimus differẽtias. Quanquam enim diuisione vel demonstratiõe assequendam censeat quispiam definitionem: cùm diuersarum rerum diuersa sint principia, vt, alia sunt principia planorum, id est, superficierũ (vt Argirop. transtulit) alia numerorum, nã superficierum principia sunt lineæ at numerorũ vnitates. Quare cùm quæuis definitio essentialis ꝓpriis subsistat principiis, & proprio genere, & propria differentia (quę duo, in quauis specie consequi est operosissimũ) subinde & summi sudoris erit animæ exactã indagare definitionem. ¶ Diuus autem Tho. in Commentario, summã difficultatis de animæ definitione, in tria succinxit capita. Primum, circa animæ substãtiam est, idest, quod genus sibi vẽdicet anima: an illud sit substãtia, an accidẽs. Alterũ verò est, de differẽtiis propriis quæ cõplent definitiones: quales sunt animæ differentiæ. Postremũ, quæ animæ accidẽtia seu operationes, nam hæ ad perquirẽdam substantiam maximopere conducunt. Cæterum hæc vniuersa iam tractanda sunt.

Thomas.

Tex. 6. ¶ Primum autem fortassis necessarium est diuidere, in quo generũ & quid sit. Dico autem, vtrũ hoc aliquid & substantia sit, an qualitas, an quantitas, aut etiam quoddam aliud diuisorũ prædicamẽtorum. Adhuc autẽ vtrùm eorum quæ in potẽtia sunt, an magis entelechia quædam sit. Differt enim non parum aliquid.

Dubium. 2.

¶ Exacto dubio primo in alterũ conuertit Arist. stilum. Quòd, inquam, sit animę genus, an substãtia, an qualitas. Et ne notam dubitationis prætereamus (fortassis) notandam hanc dixerũt interpretes: illam nõ vacare mysterio certò putãtes. Et primũ Albertus Magnus, huius particulæ cõmentationem adhibuit: eò dictũ fortassis, quo aĩa non est in genere directè vt species, & indiuidua, sed solũ indirectè & reductiuè, (quod vocãt) vt punctus quia lineæ est principium in prædicamento quãtitatis reponitur. itidẽ vnitas quia numeri principium. Iam verò anima est generis principium, siquidem

Albertus.

est

est viuetis principium, vt supra dixerat Arist. Quare ipsa reducenda est in substantiæ prædicamentum. *Aegidius.* Aegidius autẽ Romanus aliud censuit latuisse secretũ: videlicet, animã non habere definitionẽ propriam ex propriis cõstantem principiis: sed definiendã per additamenta, id est per corpus, quod est animæ subiectũ. vnde & Arist. animã definit per corpus. *Paulus.* Quãobrẽ quia per propriã sibi definitionem, non est anima definienda, idcirco sub voce dubia quærit genus animæ Aristo. Paulus Venetus planè dissẽtit ab Aegidio, credens animam propria gaudere definitione, & proprio genere & propria differẽtia cõstante. Et argumentũ, quod hoc colligit nõ est pœnitẽdum. Etenim 2. Poster. c. 10. definit accidentia non per subiectũ (id quod per additamẽtum vocamus) sed propriis definitionibus: vt, si definias, binarium est numerus par primus, ternarium autẽ, est numerus impar primus. Quòd si hæc quæ accidẽtariam sortiuntur rationem, propriis constãt definitionibus quid ni constabit anima?

Disceditur à citantis autoribus. ¶Cæterum, quod huius rei est, hæc interpretamẽta qui volet recipiat: mihi planè particula adiecta videtur, quòd de genere animæ plurima erat philosophorũ id temporis cõtrouersia. Quidã substantiam, vt qui ignẽ crediderunt, alij quantitatem, vt qui numerũ cum Xenocrate illã esse tradiderũt. de qua re infra & sermo erit, aut dicit fortassis veluti hæsitãs si diuisione, animæ genus captãdum sit; quia rem hãc non decreuerat, si diuisionis Methodus recipienda sit. *Adhuc autẽ*

3. *Dubium.* *vtrùm eorum.* Hoc tertio instituit dubium, cum genera quædam in potentia, quędã actu, dubitatione dignum, si anima est in *Philoponi expositio.* potentia, an actu. In quo tractando dubio expositores nõ sibi bene conueniũt. Etenim Philoponus, per actũ & potentiã, spiritualem substãtiam, & corporeã subaudit: vt dubij Aristotelici hic efferatur sensus, an anima sit corporea, an incorporea. Aduertit hic autor quædã esse potentia, vt materia: alia verò actus, vt spirituales substantiæ, & inter hæc diuisionis extrema, sunt media, vt alia sunt simul in potentia & in actu, quæ neque act⁹ sunt, neq; potẽtia sunt, sed vtriusq;, & actus, & potentiæ fruũtur participio. Et hæc sunt generabilia omnia, quæ in potẽtia sunt: quia ex materia, at in actu, quia ex forma concinnãtur. In materia autem prima, est potẽtia pura, angeli & Deus puri actus. Hoc autore neq; solùm generabilia hæc, quæ cernimus, sunt in potentia, quin etiam & in cælestibus, potentiam reperias: non ad formã, quia cælum ingenerabile, sed ad motum. At verò in spiritualibus illis substãtiis, nullã permisit potentiã Philoponus. *Reprehensio Philoponi.* Cõmentator autem Auerroes occinit huic sciẽtię hic enim 3. libro de anima Cõmen. 14. facilè & verè cõfitetur in omnibus angelis (quos Philosophi intelligentias vocitant) esse potentiam. Vnus est qui excipitur beatus & solus potẽs deus, qui ita actus est, vt omnẽ depellat potẽtiam. Et idem autor 12. metaphi. Cõmen. text. 39. sibi quoq; cõstans, angelum, qui intelligit plura se nobiliora, (vt angelus infimus, cognoscit oẽs angelos supremos,) illum fatetur esse cæteris angelis cõpositiorem. Quod si angelis compositio conceditur, quis potẽtiam, & actum in eis esse negabit? Et tanto magis hæc Auerrois est amplectenda sentẽtia, quãtò theologis est probatissima, qui angelos, & compositos ex esse & essentia, & ex genere & differentia, & compositos ex subiecto & accidente, non verentur cõcedere. At verò vbi hæc sunt, & actus & potẽtia necessariò inuenientur. Etenim essentia, genus, subiectũ, hæc velut in potẽtia sunt, at esse, differentia, accidens velut actus. Quanquam igitur Philopono donemus angelos non esse in potẽtia ad interitũ, & ortũ, vt generabilia & corruptibilia: tamen sunt in potentia ad alia, siue illud sit ad nouam perfectionẽ, quam possunt habere, siue ad esse accidentis, alicuius alterius, curamus nihil. Et mea quidem *Colligitur angelos esse in potentia.* sententia, hoc firma ratione probari potest: nam in angelis est dignitatis & perfectionis ordo, etiam vestigia peripatetica amplectentes hoc fateri debent. Nam angelus, qui mouet orbem inferiorem, orbem superiorem mouere non potest. Vnde colligere licet, in angelis nobilitatis ordinem esse concedendum, vt quidam sint nobiliores & potentiores, alij verò inualidiores & imperfectiores. Imperfectio autem ipsa est potẽtialitas quædam.

quędã:nam quę imperfecta sunt, potentiam habent, vt perficiãtur, angeli ergo omnes, si in Deum gloriosum referãtur, in potentia sunt, omnes enim Deo collati imperfecti sunt, rursumq; inuicem inferiores collati superioribus sunt in potentia, quippe minùs participant actus, & perfectionis diuinæ inferiores, quàm superiores. Id quod sacer Diony. li. de cęlesti Hierar. magnificis tradidit verbis asserens angelos inferiores purgari, illuminari & perfici à superiorib⁹. Solus igitur Deus simplicissimus est & purissimus actus, liber ab omni compositione, siue quãtitatiua, quæ est ex partibus integrantibus: vt, linea cõponitur ex partibus suis: Siue à compositione materię, & formę, siue à cõpositione quæ est naturę & suppositi: siue à cõpositione ex esse & essentia, siue generis, & differẽtiæ, siue subiecti & accidentis. Angeli autem nõ sunt liberi ab omnibus istis sex generibus compositionis (quarum meminit. S. Tho. 1. p. q. 3. ar. 7.) quippe vt Cõmenta. dixit compositionẽ habent angeli, etiã si cõmentator non explicuerit, quale genus compositionis angelis conueniat. Et quidem res hæc in peripatetica via satis obscura est, quę tamen non est huius loci. Interim tamen angelos cõponi ex genere & differẽtia crediderim. Et rursum accidentis habere cõpositionẽ & ex esse & essentia, repugnantibus mihi philosophis non paucis, hanc sentẽtiam amplector: cuius rei disputationẽ in aliud tempus transmitto. Porrò autẽ si theologicè res hæc tractanda modò esset, nullius ferè esset negocij, compositiones has angelis tribuere. Angeli enim secundùm dogma theologicũ, ex natura sua liberi sũt arbitrij, & in creationis suæ primordio, vertibiles, & in bonum & in malũ. Vbi autẽ vertibilitas est, ibi necessariò & potentia: quia quod vertibile est mutabile est: quod verò mutabile, in potentia est physico. 3. tex. 11. præterea angeli in creationis principio susceperũt inditas species, quæ sunt accidentis formæ, ipsos perficientes. Sed de istis alibi. D. Tho. legere poteris si libuerit de re ista. p. 1. q. 9. art. vltimo. ¶Iam verò in Philoponum regrediamur, qui nobis, vt hęc omnia loqueremur occasionẽ prestitit. Philoponus negat corruptibilia esse actum, sed solum spiritualia: nos dicimus secũdùm doctrinam peripateticam, corruptibilia nõ solùm esse in actu, vt ipse fatetur, sed etiam esse actus. Quod facilè Aristo. nos docet, dicens. Anima est actus corporis physici, & organici. At verò animę plantarum & brutorum corruptibiles sunt: quanquam animæ non sunt actus puri, sunt tñ actus imperfecti, qui in potentia sunt ad operatiões: id quod egregiè insinuat verbis suis in text. hoc. 6. Dubitat enim an anima sit potẽtia an endelechia quædã, idest, actus, quidã. Nõ enim hæsitat an sit actus aĩa: sed an actus quidã vt insinuaret animã nõ esse actũ perfectissimũ, vt deus: neq; de hac reuertẽdam esse disputationem. Sed quod vertitur in dubium, est an sit actus quidã imperfectus, vt cæteræ formæ. Expendit autem hoc Simplicius in commenta, huius ob causam dictã, animã esse endelechiam, non simpliciter, sed quandam ab Arist. appellatam esse. ¶Hactenus excussimus quãtum veritatis Philoponi expositio haberet: nunc verò quid alij interpretes super loco isto scripserint audiamus. Aegidius Romanus, & Paulus Venetus, quos philosophorum nõ modica turba est sequuta, per actum & potentiam duas differentias entis, intellectas voluerũt. Aristoteles enim physicorũ. 3. tex. 56. distribuit ens in actum & potẽtiam, quædam tradens esse actu, alia potentia. Horũ autem cõmentatio habet autorẽ Auerroẽ, qui Cõmen. 6. lib. 9. metaphi. actũ & potentiã, esse differentias entis valde oppositas asseruit. Hæc autem oppositio, quã inuicẽ habẽt actus & potẽtia, nõ est contradictionis, vt inter hominem & nõ hominem: quippe contradictio est eorum, quæ mutuò sũmopere pugnãt: actus autem & potentia de eadem re dicuntur. 3. physicorum. text. 15. Etenim quod mouetur, actu est, & itidem potentia. Siquidem quod mouetur, partem formæ aut loci iam retinet, ob quam in actu est. Sed quia partem adhuc restat acquirere, æqua ratione in potentia est: vt, in aqua quæ incalescit, promptum est exemplũ, aut in animali quod mouetur. Rursum actus & potentia non opponuntur contraria oppositione, eadem ratione, qua

Sacer. Dionysius.

Compositionis genera. 6.

Angelos cõponi ex genere & differentia.

Regressio in Philoponum.

2. *Auerrois & latinorũ expositio.*

qua dudum diximus de contradictione. Cōtraria enim inuicē se pellūt, id quod actui & potentiæ nō congruit. Rursum neq; opponūtur priuatiuè, etenim priuatio nihil cōstituit: potentia autē & actus principia sunt omniū rerum, saltē generabilium & corruptibiliū. Fatentur ergo isti actū & potentiā esse opposita secundum relationem, vt pater & filius. Quæ duo etiā si ad idē relata secū pugnent: tamen ad diuersa si referātur, conueniunt. Idem est pater & filius secundum varias relationes. Hoc sanè modo intellectū volunt Auerrois verbum, Actum & potentiam esse differentias entis valde oppositas. Addunt tamen non esse differentias essentiales, vt rationale & irrationale, qa hæc in eodem non possunt cōsistere. At verò actus, & potētia in eodem non pugnāt (vt prædiximus) idcirco potius modos rerum esse dicūt, actum & potētiam quàm essentiales differentias. Est ergo quæstionis. 3. quā hic text⁹ protulit, hæc intelligere, an anima sit d̄ numero eorū, quæ sunt in potentia: an sit actus quidā, quippe cùm actus & potentia sint differentię entis, necessariò anima aut erit in potentia aut actus. ¶ Verū pace Aegidij & Pauli dixerim, actus & potentia, non opponuntur secundum relationem. Aristoteles. enim. 9. Metaphi. text. 13. actum ait esse priorem potētia. At verò relatiua sunt simul natura: vt, prædicamentū, ad aliquid, Dialecticos docet. Prǽter hoc relatiua se mutuò finiunt: pater est animal, quod genuit sibi simile in natura: filius est animal genitum ab animali sibi natura simili. Atqui Aristo. autore loco indicato, potentia finitur per actum, tamen actus nō finitur per potentiam: vt, visum si finias, per visionem finies: est videndi inquam principium. At visionem si finias, nihil necesse per visum finire: sed si hoc modo dixeris, visio est sensilis notitia colorum, rectā construxisti finitionem. Quamobrem non sunt propriè relatiua actus & potentia. Quod si quis asserat in defensionē Aegidiū, & Paulū, non de propria relatiōe habuisse sermonē, sed de impropria: hic meminerit impropriè relatiua nō esse valde opposita, qualia credit Auerroēs esse actum & potentiam. Dn̄s Caietanus in aliā diuertit

Auerrois verba declarantur.

Contra Aegidium & Paulum.

Caietani expositio.

viā, putat siquidē in elucidatione huius loci actū & potentiam, esse opposita priuatiuè. Quādoquidem potentia præfert imperfectionem, quod est enim in potētia nondum perfectū est, sed perfici potest. Actus autem est iā ipsa absolutio & perfectio rei. Nūc autem perfectū & imperfectum sunt opposita, secundū priuationem, quia imperfectū est, vt priuatio, & perfectū est, velut habitus. Sicq; actus & potentia sunt in omnibus prædicamētis. Nam species specialissimæ perfectæ sunt, & idcirco in actu. At verò subalternæ sunt imperfectę, & in potentia: vt, homo perfectior est, q̄ animal. Quòd si hoc liberè permittimus, dubij peripatetici hic erit sensus. Si anima sit de genere perfectorū an imperfectorū. & sensum hūc, etiā si permisissem, actū & potentiā esse priuatiuè pugnātia, minimè permittam: quia quæ verè sunt priuatiuè opposita, pugnāt in eodem, vt cæcū & videns. Sed perfectū & imperfectum in diuersa relata non inuicem pugnāt. Eadem res si ad nobiliorē cōferatur, est imperfecta: si ad viliorē perfecta: vt, ad angelū si cōferatur, homo vilis est. Fateor vtiq; imperfectū & perfectū esse vtcūq; priuatiuè pugnantia: non tamen propriè. Hîc autem propriam oppositionem quærimus. Cōmentator enim dixit esse valde opposita actū & potentiā, & quod valde est tale, nō est impropriè tale: vt, quod est valde albū, neutiq; est impropriè albū. Cernis lector optime, in quantas nos Auerrois sermo, detrudit angustias: videlicet, actum & potentiam esse differentias valde oppositas? Græca commentaria Philoponi & Simplicij, planiorem inuexerunt expositionem: per actum & potentiam spiritualem substantiam, & corpoream, vt Philoponus: aut formam, & materiā: vt. Simplicius: vt sensus hic sit, an anima sit spiritualis an corporea, vel an sit materia an sit forma. Et rè vera me nō fugit actum & potentiam, formā & materiam, non semel apud Aristotelem significare, vt Alexander peripateticus. 9. Metaphysi. abūdè persequitur tamen in hoc loco vel significare spiritum & corpus, aut materiam & formam videtur admodum longè abhorrere à veritate peripatetica.

Refellitur Caietanus.

Alexan. de significatiōe actus & potentiæ.

¶ Quare

Dubij.3. declaratio.

¶Quare aduertas oportet Arist. 9. Metaphy. in principio, prędicaměta distinxisse secundũ actũ & potentiam: vt, substãtia quædã secundum actum dicatur, alia secundum potẽtiam. Itidem de qualitate & aliis prædicamentis. Cuius rei excẽpla non sunt difficilia. Est rosa actu, quæ verno tempore rubet: & est rosa potẽtia, quæ brumali tempore in rosarij virtute continetur. Est sciẽtią actu, quam habet consummatus philosophus: & est potentia, quæ pueri, est, aut eius qui literas nõ nouit. Et sic singula aduertere poterit quilibet. Quæsierat igitur Aristo. dubio proximo, an anima sit substãtia, an qualitas: opportunè tertio loco in dubium vocat, an sit substantia in potẽtia, an sit substantia actu. Aut si qualitas est, an in potentia, an in actu, itidem & in aliis. Et sensum hũc esse iudico Auerrois, quem S. Tho. attigit, (Etiam si breuissimè) in Commen. Quòd verò Cõmen. dixit actũ & potentiã esse valde opposita, planissimè intelligas sermonem distare: scilicet, plurimùm inter potentiam & actum: vt, distat plurimũ inter rosam quę in potentia adhuc iacet, & rosam quæ est actu. Etenim illa nondum rosa est, hęc autem rosa est. Et hæc distantia est, vt inter id quod est simpliciter tale, & secundum quid tale. Etenim rosa, quæ est in potentia, est rosa secundum quandam rationem, idest, rosa potestate: quæ verò actu est rosa, simpliciter est rosa: talis est oppositio inter actum & potentiã. ¶Cæterũ cùm in omnibus oppositis, quę opponuntur, sunt simpliciter talia, aut non talia: vt, contradictio est inter illud quod est simpliciter homo (exempli gratia) & quod simpliciter non homo. Et contrarietas, inter illud, quod est album simpliciter & nigrum simpliciter. Tu quoque cætera exempla adhibito. At verò, quæ distant secũdum actum, & potẽtiam, non sunt ambo simpliciter talia. Nam rosa, quæ est in potentia, est rosa secundum quid (vti prædictum est.) Hac sanè ratione non sunt de genere istorum oppositorum. Quod verò dicuntur valde opposita, sic accipito, idest, valde distant esse in potentia tale, & in actu. Et hæc bene considera, quia in hac re oscitant interpretes. Nunc particulam textus elucidemus. *Differt enim parum aliqua.* Idest, non est modica distantia inter hęc duo, vel quod anima sit in potentia, vel quod ipsa sit in actu.

Actum & potentiã esse oppositaquid

Obserua diligentissime.

¶Considerãdum autem, & si partibilis sit, an impartibilis: & vtrùm sit similis speciei omnis anima, an non. Si autem non similis speciei, vtrùm specie differat, an genere. Nũc enim dicentes & quærentes de anima, De humana solùm videntur intendere. Text. 7.

¶Auerroës Cõmen. 7. hoc dubiũ (quod quartum est) Platonicum insinuare dogma credidit. Plato. enim: vt, autor est Galenus in libro, cuius inscriptio est, Quòd mores animi, tẽperaturas corporum sequantur, secundum Platonicam doctrinam tres dixit esse species animæ: in iecore vnam, in corde aliam, postremam in capite. Lege caput. 3. illius libri. Cicero autem, Platonis sentẽtiam hanc retulit lib. Tusculanarum Quęstio. primo in hæc verba. Plato triplicem finxit animam, cuius principatum, idest, rationẽ, in capite sicut in arce posuit: & duas partes separare voluit, iram, & cupiditatem, quas locis disclusit. Irã in pectore, cupiditatem subter præcordia locauit. Hęc ille. Quæ, vt nos luce donemus, hũc horum verborum eruamus sensum. Rationalis anima (Platone autore) in capite residẽs est: vt, optima anima, optimũ vendicet sibi locum. Anima sensitiua, in corde prẹsidens est. Cor enim appetitus animalis fons est, & origo. Vegetiua verò anima, epatis siue iecoris est. Quia in iecore credidit Plato esse vitalium operationum: vt, nutritionis, & auctionis, principium. ¶Platonici huius dogmatis defensio, quam contendunt multi, hæc est, Platonem intelligẽdum non de substantia animæ, vt tres sint animæ secundum substantiam in homine diuisę: sed solùm secundum operationem: vt, mentis operatio in capite fulgeat: sensus verò in corde: vegetatiuæ autẽ animę in hepate. Sed qualis qualis hæc defensio sit, eam negligamus in præsentia, cum Aristotele interim credentes, primo de

4. Arist. dubium.

De animarũ partitiõe Plato. dogma.

Cicero.

anima.tex.90.tres esse animas (apud Platonem) in homine, secũdum substantiã, locis diuersis disclusas, idest, in capite, in corde, & hepate. *Et vtrũ sit similis.* Hoc quintũ dubiũ est, quod quęrit de vnitate animarum secũdum speciem, neq; ab re quæsitum puta. Etenim pleriq; philosophorum omnes animas, easdem specie censuerunt: quin etiam numero, vt, animam vnã homini & bruto & plantæ tribuerẽt, nisi quod in homine, optimo temperamẽto humanæ complexionis, subseruiente anima rationalis operationes intelligendi atq; volendi exercebat. In plantis autẽ obruta anima terrena plantæ complexione, illas operationes præstare non poterat, sed solum nutritionẽ, auctionẽ, generationem, & id genus operationes, itidem de brutis. Itaq; animarũ nullam differentiam, isti admittebant: sed propter varias corporũ differentias, anima vna varia præstabat opera. De re tamen hac opulentior erit in .2. huius sermo. Iusta ergo est Aristo. dubitatio, si animæ vniuersæ, speciei habeant similitudinem. *Si autem non similis.* Hoc est .6. dubium quod Arist. proponit, an concessa animarum diuersitate secundum speciem, (id quod verissimum est) nõ enim anima rationalis, & brutorũ animæ atq; plantarum vnam speciei assequuntur rationem. Iam ergo si specie differunt in dubiũ reuocatur si differunt specie atoma, id est, specialissima solùm, vt homo, & equus (si tamen anima est horũ proximum genus) an genere quoq; differant animæ vt homo & lapis? *Nunc enim dicentes & quærentes.* Hoc dixit Platonem sub indicãs, & alios veteres philosophos, & poëtas, qui animam rationalem memorantes, de cæteris animabus plantarum & brutorum modicam rationem habuerunt, etiã si Plato de omnibus meminit (vt diximus) rationalem concedens capiti humano, sensitiuam cordi &c. Imò, vt diximus, vnam animam rationalem, cunctis viuẽtibus, brutis & plantis adesse solùm putauerunt. Atqui secundum hoc nulla prorsus esset dubitatio: si animæ sunt specie similes. ¶ Porrò illud in quæstionem Aristoteles vocat, vt rem certam faciat. Hic tamen locus Arist. tacitam continet antiquorum reprehẽsionem: quippe, inutilem rem de anima tradiderunt: arctantes sermonem in animã solum rationalem, cæteras animas negligentes. Philosophia enim quę de anima est in omnes se fundit animas.

Dubium. Aristo. 5.

Error philosophorum.

Dubium. 6.

¶ Cauendum autem est, vt non lateat vtrũ vna ratio ipsius est, sicut animalis, an secũdum vnumquodq; altera, vt equi, canis, hominis, Dei. Animal autem vniuersale, aut nihil est, aut posterius, similiter autem & si quod commune aliud prædicetur. Text. 8.

¶ Paulus Venetus negligẽter locũ hunc aduertit, exposuit enim rationẽ esse duplicem & cõplexam, quæ definitio est, & incõplexam, quæ est natura rei: vt, humanitas est ratio hominis incomplexa, at animal rationale, complexa est hominis ratio. Vnde putat Aristo. verba hæc de ratione incomplexa esse subaudienda: vt, hic sit sensus. An aĩa habeat vnam naturam, an plures. Atqui hęc dubitatio est quinta, quam iam proposuit Aristo. Nam qui quærit speciei vnitatem, naturę quoq; vnitatem exquirit. Quamobrẽ, hæc est septima dubitatio, si anima sit donãda definitione vna, (hic enim per rationem subaudi definitionem) vt, genus, an vt, species specialissima. Cui interpretationi ipse literæ cõtextus impẽsè fauet. Cauendum (inquit) est, vt non lateat vtrùm vna ratio ipsius animæ, id est, sit sicut animalis, quod nomen generis est. an secundum vnumquodq;, idest, vnamquanque speciem altera, vt equi, canis, hominis &c. quæ specierum nomina sunt. in huius loci gratiam in mẽtem reuocemus oportet, id quod scriptum est physico. 7. text. 31. in genere latere æquiuocationes. quod sanè eô dictum putã quo genus, in multas longè diuersas descendit species. Quare non est tantæ vnitatis genus, quantę species specialissima: neq; definitio generis, vt animalis tam vna est, quam est definitio hominis sub quo contenta indiuidua in naturæ perfectione variãt nihil. Dubitatio igitur hæc est, si definitio animæ sit vna vt definitio generis: sub quo latẽt æquiuocationes

Dubium. 7.

uocationes,id est,species diuersæ, an sit vna maiori vnitate, qua gaudet rationes specierum. Neq; lectorem turbet, quòd Aristoteles hic, inquit, vnam rationem esse Dei, inter alia exẽpla Deum quoq; commemorans. Etenim certa & cõstanti veritate credendum Deum non habere definitionem essentialem: vt is, qui genere caret & differentia, sed à posteriori finiri potest Deus, vt si dixeris vniuersorũ esse conditorem, vt rectè Diuus Thom. prima parte summæ. q.3. articulo.5. credidit quanquam de hac re non exigua inter theologos cõcertatio est, quam hũc vocare non est opportunum. ¶Quòd ergo præsens locus exigit hoc est, vt dicamus Dei vnam esse rationẽ, & illam simplicissimam: quæ tamẽ neq; est ratio generis, neq; speciei, sed vniuersales transcendens. Quare Deus modo connumerat⁹ est ab Aristotele inter ea quæ vnius sunt rationis. *Animal autem vniuersale aut nihil est.* Commentator duxit verba hæc tacitè torqueri in Platonem, qui introduxit idæas, vt hominem quẽdam communem, quem solum dixit scibilem, & sic species alias esse formas quasdam cõmunes, in re subsistẽtes. Quarum solùm scientia erat. Etenim indiuidua incerti sunt numeri, & interitui obnoxia. Indiuidua siquidem & generantur, & corrumpuntur, qua ratione, hominis illius communis, & plantę communis, & id genus scientiam esse concedebat. Hanc ergo Platonicam fictionem Aristoteles sæpe alibi, nunc obiter reijcit, dicens Animal vniuersale nihil est, aut posterius est (subaudi singularibus rebus) nam conceptus genericus à rebus colligitur ab intellectu: quare necessarium est, esse posteriorem rebus ipsis. ¶Hanc autem cõmentationem sectatus est Diuus Thom. in Commentario, indicans Platonis fuisse placitum, esse quandam animam idæalem: quæ cæteris animabus particularibus erat causa, vt essent & vt cognoscerentur. Quod tamẽ placitum Aristoteli ait displicuisse credenti nullam esse animam idæalem separatam ab animabus particularibus. Philoponus verò in Cõmenta. Platonem ab hac iniuria asseruit. Credit enim Platonem, & Aristotelem sibi in negocio idæarum consensisse. Etenim ait idæas Platonicas, non esse, naturas communes: sed rationes productrices, quæ in Deo sunt. Has autem rationes non semel Aristo. concessit: & locus metaphysicus, quem Philoponus nõ indicat, est.12. Metaphi. text.52. vbi ordinẽ vniuersi, ordini exercitus & ducis, contulit. Ordo nanq; exercitus totus à duce est. In quem quoq; modũ & vniuersi ordo, à summo duce Deo est. Quare ratio ordinem producens in vniuersis rebus à deo est. Quæ sanè ratio productiua apud Platonem idæa est appellata. Cum quo facit id quod Apuleius in dogmatis Platonis scripsit: idęas esse formas omnium simplices & æternas, imaginesq; exemplares conficiendarum specierum. Simplicius quoq; in Commentario in.2. physicorum, ad text.18. &.19. itidem fatetur, idæas Platonis non esse naturas communes, quod multi illi impingunt: sed esse rationes productrices atq; diuinas. Etenim si artifex ad componẽdam domũ, habet rationem internã, secundum quã domum fabricat, & medicus rationem secundum quam sanat: quid quod hoc in Deo concedamus? Et ex classe theologorũ ꝓclarissimi & sanctitate, & doctrina, theologi, Platonem benigniùs intellexerunt, quam Aristo. Etenim D. Augustinus libro de ciuitate Dei.7. cap.28. ait secundum has idæas (quas diximus) cælum secundum Platonem creatum esse, & libro.83. quæstionum cap.46. vocabulum idæarum à Platone inuẽtum dixit. Est autem idæa (Augustino autore) forma æterna, stabilis, & incommutabilis, quæ format, & non est formata: in diuina intelligentia contenta. Hoc sentiendum de Platonicis idæis, Augustinus voluit. Et beatissimus Dionysius, in libro de diuinis nominibus cap.5. has rationes ꝓductrices, quas Plato idæas vocat, seu causas exemplares, quia instar harũ rationum diuinarum cuncta ad extra in creaturis producuntur. Ipse inq̃ Dionysius concedendas tradidit, in hæc verba, exemplaria esse dicimus rationes in deo substantificas rerum & singulariter ante subsistẽtes, quas prædestinationes Theologia vult & c.7. creaturas ait referre horũ exẽplariũ diuinorũ imaginem, nosq; Deum cognoscere, si horum exẽplarium habue-

Idæarũ placitum.

Consensio Aristo. & Plato. secundum Græcos.

Simplicius.

D. Augusti.

habuerimus similitudinẽ.in quo sermone tria concedũtur,& tradũtur de idæis. Primùm, esse rationes substãtificas, quia cùm sint in Deo, accidẽtia nequeunt esse. In Deo enim nullum accidens est sed omne quod in Deo est, Deus est. Alterũ est idæas esse rerũ creatarum causas exẽplares: quippe Deus, vt artifex summus, vniuersa fecit secundum idæarum similitudinem. Postremum est, has idæas, esse rationem cognoscendi, quæ tria Plato idæis quoq; concessit. Iamblicus quoq; nobilissim⁹ Platonicus, in Platonis simposio, has idæas rationes diuinas putat: ad quas vniuersa, à Deo conduntur. Et sic Platonem intellexit. ¶Vt autem ego de hac re meã aperiam sententiam, quædam in Aristotele lego, quæ Platoni fauere non immeritò prudens Lector iudicabit. Tertiò enim Physi. tex. 25. idæas ait secundum Platonem esse extra locum. Iam ergo non sunt idææ naturæ corporeæ: quia quod corpus est, in loco est. si autẽ idææ sunt extra locum, sunt igitur spirituales diuinæq; rationes. Et rursum in lib. 1. Ethi. cap. 6. refert Platonẽ dixisse idæas esse, in quarum inspectione homo redditur beatus. Beatitudo autem non est in contemplatione corporũ, sed spiritus, maximè diuini, sunt ergo idææ spirituales: & diuinæ, & nõ naturæ communes. Alioqui si inspectio naturarũ cõmunium, hominem bearet, inspectio ergo naturæ equinæ aut lapideæ hominẽ beatitudine donaret: quod sanè Platonem sensisse, quis credet? ¶Cæterũ sunt alia, quæ in diuersum mẽtem meam trahunt & fidem meam ferè compellũt: vt, per ideas naturas communes intellectas à Platone crediderim. Etenim Aristot. 1. Ethico. cap. 6. idæas numerorum Platonem non recipere ait, & .1. Metaphi. tex. 29. accidentarias formas exemplaribus ideis esse destitutas, iuxta Platonem memorat. At verò diuinæ illæ rationes, non solùm sunt exẽplaria substantiarum, sed numerorum & accidentium omnium. Quid quod vilissimis quibusq; rebus & indiuiduis nõ dedit Plato idæas vt ipse autor est in Parmenide? sed diuinæ rationes non solum nobilium specierum, sed vilissimarum & indiuiduarum sunt exẽplaria. ¶Huius argumenti, si quis amat Platonis defensionem, vt soluat in hunc modum, est necessariũ: videlicet, in deo esse rationes omnium & generũ, & specierum, numerorum, & accidẽtium. Porrò aliud est ratio, aliud, idæa, qua propter & si habeat rationem, non tamen idæam. Vnde August. qui huius dogmatis Platonici est interpres in libro. 83. q. loco iam indicato, diuersa putat esse rationem (quam λόγον Græci appellant) & idæam. Etenim ratio notionem significat. Deus autem omnium habet notionem: idæa verò est ratio operatrix. Quãobrem accidentium non est idæa apud Platonem, quia idæa subiecti, est accidẽtium idæa. Nam subiectum est id quod fit: accidẽtia autem simul cum subiecto congenerantur. Idcirco illorum nõ computata est idæa. Id quod Diuus Thom. q. 16. 1. partis artic. postremo. moderatur dicens accidentia quæ à re sunt insepa- rabilia vt risibile & capax disciplinæ hæc non habere idæam propriam, præter quam hominis. Quæ verò separabilia vt scientia, quæ accidit homini, & abscedit ab homine, hæc habent idæam & est iusta censura, quia hæc non simul fiũt cum subiecto, sed nouiter accedunt. Quare propria gaudent idæa secundum quam fiant. Itidemq; & vilissima quæq;: quia sub idęa rerum nobilium computantur, hac ratione idæam illorum negat Plato, quanquam certò constet vel vermiculũ idæa gaudere in deo. At verò, D. Paulus ait, de bobus Deo non esse curã priore ad Corinthios cap. 9. & vtiq; boues & vniuersa diuina cõplectitur prouidẽtia. Cæterũ, quia de bobus curat deus, in hominis gratiã: ideo ait nũquid de bobus cura est Deo? Sic sanè & Plato, rebus vilissimus subtraxit idæas, & indiuiduis quia indiuidua sunt in gratiam speciei, & Cicero Academicarum quæstionum libro. 1. sanissimè Platonicum hoc placitum intellexit, in hæc verba. Mentem volebant esse iudicem, quia sola cerneret, quod esset simplex, & vnius modi, & tale quale esset, hanc illi idæam appellabant iam à Platone nominatam. Quæ si aduertis verba mentem diuinam accipies, à Platonicis nominatã idæam: vt, inquã vniuersorum habet rationes productrices. Hasq; idęas theologi vniuersi sunt

Marginalia: *Iamblicus.* — *Opinio autoris.* — *Solutio Platonici argu.* — *D. Thomas.* — *D. Paulus.*

ſunt amplexi, ita antiqui, vt recentiores, & iſti in 2. Sententiarũ libro diſt. 37. multa de idæis diſſerunt. Ariſto. autem non hanc recipit intelligẽtiam idæarum Platonicarum: ſed idęas cenſuit eſſe formas cõmunes quaſdam ſingularibus rebus, vt humanitas quædam ab indiuiduis ſeparata in re ipſa ſubſiſtens pręter indiuidua naturam habens, eſt hominũ idæa, & nemo hominis ſcientiam, aſſequi poteſt, niſi qui huius idææ notionem aſſequutus fuerit: vt 1. metaphi. tex. 5. Ariſt. ait. Itidem de aliis naturis iudicandum. Has rurſum idæas, credidit Ariſto. apud Platonem eſſe cauſas effectrices rerũ naturaliũ: vt, idęa roſæ roſã, idæa hominis hominẽ efficit, appellatq; proindè rerũ ſpecies (2. de Generatione tex. 52.) quod largiãtur ſpeciem rebus particularibus. & ſi vera Ariſtoteles de Platonicis idæis narrat, nihil fabulæ fingunt qđ ſuperet idæarum figmenta. Etenim idæa illa hominis, eſt homo quidã incorruptibilis ſeparatus à materia, vt ergo talis homo de homine corruptibili & materię leges ſeruanti prædicabitur? & ſunt pleraque alia, quæ in Platonem congeruntur argumenta, quæ in hunc locum non ſunt conuehenda. ¶Vniuerſa hæc quæ diximus, quædam in Platonis offenſionem, alia in defenſionem, ſi quis tacitus apud ſe voluet, ſuſpenſam tenebit ſententiam hærens, quò tandem ſit propendendus animus. At, qui cum Auguſtino, Cicerone, & Platonicis defenſionem Platonicę huius traditiõis magis amauerit, ego planè nihil illi refragandum duco. De his tamen hactenus: quia idęarum nunc perſequi tractatum non inſtitui. ¶Iam ergo omiſsis multis quæ hoc loco de vniuerſalibus eſſent ingerenda, quæ arbitror ſub ſilẽtio reprimere, quia à multis proclamãtur, & vulgatoria ſunt, quàm iſtis commentariis neceſſaria, ad locum Ariſto. regrediamur. *Animal vniuerſale, nihil eſt.* Hæc verba Themiſtius in paraphaſi hoc modo elucidat. Genus, ait, aut mera notio eſt, ſine euidẽti ſoliditate aliqua: ſed ex tenui ſubobſcuraq; ſimilitudine ſingulariũ collecta, aut penitiſsimè nihil, aut quàm ſingularia, multò poſterius: at ſpecies naturam quandam amat eſſe, & formam. Ex quibus verbis Aegidius diſcernẽdi inter ſpeciem & genus cauſam accepit. Generis, inquit, quando conceptum formamus, conceptui non reſpondet in rerum natura hypoſtaſis vna, ſiue natura vna. Sed tota vnitas genericę notionis, in intellectu eſt: nihil igitur Aegidio autore genus eſt à parte rei. Eſt autem genus ſolum notio quædam mentis ex ſimilitudine ſpecierum collecta, id eſt, hominis, canis, equi, &c. Hæc autem mẽtis notio, poſterior eſt, ſingularibus. Vocat aũt ſingularia Ariſ. ſpecies ſpecialiſsimas, quæ quo min⁹ ſunt vniuerſales quàm genera, eò ſingularia dicuntur. Et quãtum ego aſſequor Aegidius illò pergit, vt dicat animalitatem nõ eſſe vnam in vniuerſis animalibus, cum quo locus Ariſt. 7. Phyſi. tex. 31. abundè facere videtur. In genere latẽt æquiuocationes: igitur non eſt vna animalitas. At vero eſt vna humanitas, omnium hominũ. Contra hanc tamen textus intelligentiã, fortaſsis quis colliget ex Porphyrio argumentum, differentia adueniens generi, conſtat ſpecie, ait ille. Si vero genus non haberet vnam naturam, vnam inquã animalitatem in re ſubſiſtentem: vt, ergo ex animali & rationali fieret vna ſpecies? Præter hæc Auerroes in prooemio Phyſicorum Commẽto. 5. genus tradidit ex omnibus ſpeciebus ſuis eſſe cõpoſitum, & eſſe notius ſuis ſpeciebus, id quod à veritate eſſet longè alienum, niſi genus videlicet animal vna gauderet animalitatis natura. ¶Cæterum iſtis miſsis teſtimoniis, locus ipſe quem manibus tractamus, Aegidij cõmentationẽ ſatis & plus quam ſatis de falſitate redarguit: repetamus verba textus. *Animal vniuerſale nihil eſt & ſi quod aliud commune prædicatur.* Non ſolùm ergo animal vniuerſale nihil eſt, ſed & alia communia prædicata. Homo ergo vniuerſalis nihil eſt, & equus vniuerſalis, natura ergo humana nulla eſt in re ſubſiſtens, ſi vera eſt Aegidij interpretatio: quod tamẽ ipſe firmiter negat. Atqui textus hic de omnibus communibus prædicatis generalem pronũtiat ſententiam, ea ſcilicet, nihil eſſe. ¶Neq; verba Themiſtij puram ſolidamq; præferũt veritatem: generis notionẽ, vt animalis ex tenui ſimilitudine ſingulariũ à mẽte collectã, etenim animalis notio, ex communione

Reditio ad textum Ariſtote.

Diſcrimẽ inter genus & ſpeciem.

Singularia quæ apud Ariſto.

Contra Themiſtium.

munione animalium colligitur, quæ cõmunio est, in natura sensitiua. Atqui hęc communio non tenuis est: imò plurimũ cõmunionis habent eo ꝙ sensitiua sunt. nisi velimus Themistium benigno iuuare sensu, illum per tenuem similitudinẽ imperfectam intellexisse. Quod sanè verum est. ¶Hac igitur reiecta expositione, qui vniuersales naturas, in rebus subsistere cõcedunt, humanitatem communem videlicet re extare fatẽtes, & sic de aliis naturis, putant locum hunc (vt notatum est) in Platonem latitantem habere reprehẽsionẽ. Atqui Plato idæas generis nõ recipit. Aduertebat enim genus sub specie comprehendi vnde idæa speciei, hæc quoq; est idæa generis. Etenim si totum accipis, vt, totũ lapidem, vnam habet idæam. Lapidis autem partes, non singulas assequuntur idæas, sed idæa totius idæa est partium totum constantium, sicq; Plato de genere & specie putat. Quanquam me non præterit Scotum in. 2. distinct. 12. q. 2. materiam contendisse propria gaudere idæa. Id quod colligit quippè materia per se creabilis est. ergo & per se idæabilis (vt sermonẽ hominis vtar) vnde confectum iri videtur partes (quas essentiales vocitãt) proprias habere idæas: vt, deniq; alia sit materiæ idæa, alia vero formæ, quod Plato negat. Germaniorem autem credo philosophiam totũ lapidem: videlicet, vnam habere idæã & materiam, & formã, idæis diuersis nõ distingui. Sed totius lapidis idęa est materię atq; formę idæa. Etenim hæc duo vn⁹ lapis sunt. Fortaßis anima rationalis quippè quæ separabilis est à toto (quod peripatetici dogmatis esse. 3. demonstrabit liber) habet propriã idęã. At verò neq; de materia, neq; de formis aliis Scoti sermo mihi faciet fidẽ, sed potiùs fidem meam præsto Diuo Thomæ in. 1. parte summę Theologiæ. q. 16. artic. postremo. negãti materiam habere idæã propriam, quippe materia de se non est cognoscibilis sed per formam quanquã deus materiam nõ per formã, sed per essentiam cognoscit suam. De qua re alibi. In priora nos conferamus, vnde digreßi sumus. Si Plato idæas negauit genericas, verba hæc, Animal vniuersale nihil est, non sunt aduersus Platonẽ: sed

Scotus.

cum Platone faciunt, qui animal idæale nusquam fatetur, quanquam fortaßis quæ annectuntur verba, Et si quod aliud commune prædicatur. reprehẽsionẽ subindicare idæarum quis poterit dicere. ¶Pura autem, & quæ sinceritatem veritatis redolet Ioãnis Grammatici est huius loci expositio, qui animal, & hominem, & id genus prædicata secũdum duas pendenda esse considerationes, docuit. Quarũ altera est, vt animal atq; hominem pendas vt hæc talia sunt, id est, aĩal vt animal, & hominẽ, vt hominẽ. Altera aũt est cõsideratio, vt animal, nõ vt animal sed vt genus: & hominẽ nõ qua homo est, sed vt speciẽ cõsideres: quæ cõsideratio Dialectica est. Iam verò si animal vt animal est, aliqd est: in rebus habẽs subsistentiã itidẽ & homo, & quæ huius generis sunt prædicata: vt autem dialecticam subeũt rationem, non sunt aliquid, sed nihil in rebus: nãq; generis ratio, & speciei intentio, mentis sunt contẽplationes. Cui rei attestatur verbum Auerrois hoc loco: intellectus est, qui facit vniuersalitatem in rebus. qui sermo verax est, nam intentiones generũ & specierum secundas, vna est mens, quæ operatur & operatas apud se retinet: quia ergo huiusmodi, ipsa sola mens excogitat, animal vocitãs genus, ꝙ de pluribus differentibus specie pręedicatur: hominẽ autem speciem, quia de pluribus differẽtibus numero: obseruãs hæc Aristoteles ait, animal vniuersale, nihil est, idest eatenus nihil in re est, quatenus vniuersale est, idest, vt genus est, similemq; rationem in aliis vniuersalibus tenẽdam docuit. Quamobrem falsus est Aegidius nõ credens vnam esse animalitatem cunctis animalibus, deceptus sermone Aristote. imò vna est animalitas, alioqui vt animal esset vnũ genere, & cuncta animalia hanc vnitatem seruarent etiam nihil excogitãte intellectu? Huc accedat si nulla est realis vnitas animaliũ, sed tota vnitas est mentis excogitatio, conceptus ergo genericus fictus est vt animalis conceptus. Etenim sibi in re nihil correspondet, vt Aegidius contendit. ¶Vniuersalia igitur, vt vniuersalia sũt, in rebus nõ extant, neq; genera, vt talia aut species, sed hæc mẽtis sunt entia, quæ ipsa fabri-

Ioann. Grammа. expositio.

Aegidij lapsus.

cat,& ſecū voluit, vnde aīal, q̄ animal eſt aut homo, non ſunt poſteriora ſingularibus imò priora ſecundū naturā, vt Ariſt. autor eſt in prædicamētis, ſed vt ſunt genera & ſpecies poſteriora ſunt, quia à rebus colliguntur huiuſmodi ſecundę intentiones. Hæc de Philoponi Commentatione. Cui expoſitioni ſi fides habēda eſt, vt ego illi firmiſsimā do, patebit facilè q̄ inaniter ſe torqueant, qui vniuerſalia in rebus concedunt. Siquidem Ariſt. hîc planè confitetur animal vniuerſale nihil eſſe, ſed poſterius eſſe ſingularib⁹. At ſupereſt nobis ſcrupulus vnus, quo colliſionem quandam Peripateticam dilucidemus. Hic enim aſſerit vniuerſale eſſe poſterius ſingularibus, cùm alioqui in prędicamētorū fine &.2. Poſter. ca.10. vniuerſalia eſſe priora ſingularibus facilè dicat, eòque colligit ſcientiam eſſe priorem, quæ de vniuerſalibus tractat, & Porphyrius huius doctrinæ nō immemor in cap. conuenientiarum, vniuerſalia, inquit, ſunt priora. Et ſæpe alibi hoc ipſum inculcatur. Huic obiecto plana eſſet reſponſio, ſi idęas vniuerſales, quas finxit Plato, admitteremus, quæ priores ſanè ſunt ſingularibus ipſis, quippe quę incorruptibiles ſunt.13. Metaphyſi. tex. Cōm.4. Quo loco idææ incorruptibiles & permanentes & vniuerſales appellantur. Eſt autem in confeſſo incorruptibilia atq; permanentia priora eſſe corruptibilibus, qualia ſunt ſingularia Porphyrio. Cùm idæę tamē iſtę ſint figmēta & cantilenæ (vt vtamur ſermone peripatetico) nihil iuuat reſponſio hæc, niſi aliam inueniamus. ¶ Et D. Tho. 1. parte ſummæ Theo. quæ. 85. arti.3. reſpondēs Argum. 1. Vniuerſale dupliciter, ait, poteſt conſiderari. Vno modo, ſecundum quòd natura vniuerſalis cōſideratur ſimul cum intentione vniuerſalitatis. Etenim intentio vniuerſalitatis (vt ſcilicet vnum & idem habeat habitudinem ad multa) proueniat ex abſtractione intellectus oportet q̄ ſecundum hunc modum vniuerſale ſit poſterius. Alio modo poteſt conſiderari quantum ad ipſam naturam: ſcilicet, animalitatis vel humanitatis, prout inuenitur in particularibus: & hocmodo (ne ſingula referamus ad verbum) ordine generationis priora ſunt vniuerſalia ſingularibus: ordine autem perfectionis priora ſunt minus communia communioribus, quæ omnia facili negotio explicātur. Vniuerſalia quippe formaliter capta, vt habēt eſſe abſtractū in intellectu, planè poſteriora ſunt ſingularibus ipſis. Tradidit enim Ariſt. 7. Phyſi. tex. Commenti. 20. vniuerſalem cognitionem per conſiderationem particularium ingenerari mentibus noſtris & in fine. 2. Poſter. ſed ſi vniuerſalia non perpendantur ſecundum intentionem vniuerſalitatis, ſed ſecūdum naturas reales animalitatem & humanitatem & id genus, hoc ſanè modò quia Ariſto. dixit generationem animalis pręponi ordine naturæ hominis generationi. de generatione animalium. c.3. libri ſecundi, hac ratione naturæ iſtę vniuerſales priores ſūt quàm naturæ particulares. Poſtremò ſi perfectio naturæ expendatur, cùm natura ad perfectionem ſemper aſpiret, quantum poteſt ſecundum hanc naturæ intētionem, prius eſt homo, quàm animal: quia minus vniuerſalia perfectiora ſunt vniuerſalioribus. At & ſi hæc vera ſunt, locus tamen Peripateticus prōptam offer ſolutionem. Nō ait animal poſterius eſt ſingularibus, ſed aduertenter vniuerſale animal poſterius eſt ſingularibus. Et ſi quòd aliud cōmune prædicatur haud dubium facilè indicans vniuerſalitatis notionem poſteriorem eſſe ſingularibus rebus vnde deſumpta eſt. De natura verò animalitatis ſubticuit itidemq; & de aliis naturis de quibus loci obiecti, ſubintelligēdi ſunt. Has igitur naturas vniuerſaliores priores intellige particularioribus nō ſolum ordine generationis vt dixerat D. Thom. Sed iterum ordine doctrinæ, vt egregiè Commen. in prolo. 1. Phyſi. ediſſeruit tres demonſtrans cauſas, quibus vniuerſaliora in doctrinis ſūt præponenda particularibus (ideſt, non ita vniuerſalibus) & altera ipſarum eſt, quia notiora: altera verò vt demonſtratio ſit vniuerſalis, & ſecundum q̄ ipſum. Poſtrema autem ne cogamur in ſingulis libris eadem repetere, quas modo perſequi non eſt huius inſtituti.

Scrupulus. *D. Tho. reſpō ſio.* *Facili.*

¶ Amplius autem ſi non multæ animæ, ſed partes: vtrum oportet quærere Text. 9.

quærere prius totam animam, an partes. Difficile autem, & harum determinare quales aptę natę sint alteræ ab inuicem esse.

¶Hoc octauum est dubium, quod admisso non multas esse animas, vt Plato fingebat: sed vnã, quærendum exponit, quis nam ordo seruãdus in libro hoc, & à quo primum inchoanda disputatio ab anima tota, an à partibus eius, idest, animæ potẽtiis. Hoc autem qđ hic Arist. vertit in dubiũ nõ est facilis negotij, vt expediatur: vtrinque enim vrgent multa.

Quod ab anima. 1. sit ordiendum argu. 1. Atqui in. 1. metaph. tex. 4. sicut res se habent ad esse, ita ad cognosci &. 5. metaphi. tex. 4. principia essendi sunt cognoscẽdi. Anima autem cùm sit principium potentiarum & operationum, ipsa petit vt initium sit doctrinæ, vt ordo hic seruaretur, primùm de anima traditio vniuersalis, secundo loco de anima plantali. 3. de sensitiua, postremo de intellectiua. Rursum de potẽtiis, demum de actibus.

In diuersum argumẽtum At in partem diuersam est primũ de actibus, dein de potentiis, postremò de animabus ipsis: à notioribus nãq; ad minus nota progrediẽdum est: operationes autem notiores sunt potentiis, ab ipsis ergo primò inchoanda est doctrina. Et primum de potentiis animæ, quàm de anima ipsa. Nam potẽtiæ sunt simpliciores ipsa anima, & à simplicioribus priùs inchoandum est. Et quia operationes ad aliquid sunt, vt sensio ad sensibile, intellectio ad intelligibile, & nihil nobis certius est nec notius obiectis ipsis: manifestius enim se offert sensibile nobis, quã sensus, & opinabile quam opinio idcirco de obiectis primo.

Dilutio quæstio. ¶Sed hui⁹ quæst. dilutio est, primo loco obiecta esse differenda. 2. operationes. 3. potentias, indeq; exploratum erit quidnam sit anima. Et Commen. Cõm. 10. inquit. In hoc libro à notioribus discurrẽdum esse ad minùs nota. Notiora autem sunt obiecta, operationibus, vt probatũ est. Atq; hinc aduertit differẽtiam inter physicas disciplinas atq; mathematicas. In mathematicis enim hic ꝓgressus est à principiis, quæ notiora sunt, & secũdum naturam suam, & quo ad nos. At verò in physica disciplina non semper istud obseruatur, vbi familiarius est à manifestioribus nobis, ad occultiora nobis & manifestiora secundum naturam procedere. Id quod obseruatur in libro hoc.

¶Argumenta quæ primò obiecimus soluuntur. *Argu. solu.* Loci enim illi Peripatetici intelligendi sunt, secundum ordinem doctrinæ physicæ. Secundum enim ordinẽ naturæ, quod prius est, priùs est cognoscibile, vt causa effectu, anima potentia, potentia verò operatione. Secundũ tamen ordinem doctrinæ, non quod prius est, sed quod faciliùs & certiùs percipitur, id est prius cognoscẽdum, aut discẽdum. Quare est inuersus ordo quippe cùm effectus sint certiores nobis causis ipsis: vt deliquium solis & lunæ certiora nobis sunt & manifestiora causis ipsis. Quòd si nonnũquam acciderit id quod est prius secũdum se esse manifestius quo ad nos, tunc demũ ordo naturæ & doctrinæ sibi consentiunt, vt in mathematicis dixit Commẽtator, & aliquãdo in physica disciplina id accidere confitetur. Cuius rei capito exemplum in obiectis. Obiecta nanq; sunt priora operationibus, & secũdum naturam, quippe causant operationes animæ, & quo ad nos: manifestior enim est color, quàm visio: & sonus quã auditio, intelligibile quàm intellectio: & ita in reliquis. Quam ob causam quantũ ad hoc physica disciplina naturæ ordinẽ obseruat quãquam hoc in frequenti philosophiæ vsu nõ accidat. *Ordo physicæ disciplinæ.* Tandem verba Aristo. ex metaphysicis relata bifariam intelliguntur, vt se habet ad esse ita & ad cognosci, aut referuntur ad potentiam cognoscentem aut ad rem cognoscendam. Et in vtroq; sensu syncerã habent veritatem. Euoluas potẽtias cognoscentes & facilè iudicabis animã sensitiuam talem esse in cognoscendo, quale esse habet. Cognoscit enim solùm ea, quæ materiæ sunt immersa, nec abstrahere nouit ab omnibus conditionibus materiæ, quandoquidem materialis est, intellectiua verò anima spiritualis cum sit spiritualia nouit. Atqui cũ pondere corporis prematur in intelligendo etiã corporalibus phãtasmatibus premitur. Angeli autem, quia nudissimi sunt à materia, phantasmatum sunt expertes. Verũ

ſi ad rem cognoſcendam referas verba illa, qui ſenſus eſt illis verbis germanior, in promptu eſt quid velint. Res quæ eſt prior ſecundum ſe, prior eſt ſecundũ naturam ſuam cognoſcibilis. *Difficile autem.* Textus hic nonã iam dubitationem cæteris ꝓpoſitis dubiis aggregat, vt in quã differant partes animæ. Quam quæſtionem difficilẽ ait Ariſt. vocat autem partes potẽtias animæ intellectum, ſenſum, voluntatem concupiſcibilem, iraſcibilẽ, & id genus, quę tractans Cõmen. inquit, quæſtionem hanc planam eſſe in quibuſdam potentiis, quę apertam habent differẽtiam: vt intellectus & appetitus. Ille enim verum ſpectat, hic autem bonum. At vero potentiam imaginatiuam non eſt prõptum diſcernere ab intellectiua. Pleriq; enim cum Democrito ſenſum cũ intellectu confuderunt, & reliqua quæ ſequitur quæſtio, quæ eſt ordine decima an priùs de potentiis, an de actionibus, & poſtrema itidem an priùs de obiectis, an de actibus faciles ſunt in littera philoſophi, quæ ſub hoc tenore verborum efferuntur.

Tex. 10. ¶Et vtrum partes oportet quærere prius, an opera ipſarum, vt intelligere, an intellectum, & ſentire, an ſenſitiuum: ſimiliter autem, & in aliis. Si autẽ opera prius: iterum vtiq; dubitabit aliquis, ſi oppoſita prius his quærendum: ſicut ſenſibile, ſenſitiuo, & intelligibile, intellectiuo.

Litera textus exponitur. ¶Et *vtrùm partes,* ideſt, potentias. *Oportet quærere priùs, an opera ipſarum, vt intelligere.* q̃d eſt actio intellectus. *An intellectum.* quod potentiam ſignificat. *Et ſentire & ſenſitiuũ. Similiter autem & in aliis.* Subaudi, potentiis & operationibus. *Si autem opera priùs, iterum vtiq; dubitabit aliquis, ſi oppoſita.* Id eſt, obiecta, Dicuntur enim oppoſita, quia potentiis opponuntur & obiiciuntur. *Argu. 1. contra Ariſto. in ordinem expẽditur Themiſtius.* *prius his quærendũ, ſicut ſenſibile.* quod eſt obiectum. *Senſitiuo,* quod eſt potentia. *Et intelligibile intellectiuo.* Quæ ſe habent, vt obiectum, & potẽtia. Circa quæ verba neſcio quid mouerit Themiſtiũ. cap. 6. Paraphra. huius lib. vt diceret, viſibile notius eſſe viſione, audibile auditione fortaſſe etiam intelligibile, q̃ intellectus. Etenim eadẽ ratio eſt de viſilibus, audibilibus, intelligibilibus. Quæ omnia cũ ſint oppoſita ſuarum potẽtiarum, ſi ſenſilia ſunt notiora ſuis potẽtiis & actibus, ergo & intelligibilia. Cur ergo dixit fortaſſe intelligibilia ſunt notiora intellectu? & rurſum quid eſt ꝙ Ariſ. in 3. lib. de anima prius de intellectu doctrinã tradidit, q̃ de intelligibili? Et quid eſt quod in 2. prius de viſu, q̃ de reliquis ſenſibus docuit? quippe ordinẽ doctrinæ violat, qui à notioribus iubet initium ſumi, & cõmunioribus. Inter ſenſus autẽ cõmunior omnibus ſenſus tactus eſt. Et Auicẽna lib. 6. naturaliũ, huius ordinis obſeruator à ſenſu tactus ad cæteros ſenſus principiũ accepit. Et philoponus in Cõ. huius loci ait in ſolo intellectu Ariſt. diſcrepaſſe ab ordine obiectorũ ad potentias ſuas. In cęteris enim priùs ſenſibilia q̃ ſenſus abſoluit. Sed poſtq̃ ventum eſt ad intellectũ prius, de ipſo q̃ de intelligibili. Et rurſum, quod non paruã incutit dubitationẽ, in prędicamẽto ad aliquid, dixit Ariſt. relatiua ſimul eſſe natura: ergo ſimul ſunt cognitione. Etenim ſecundo metaphi. text. 4. qualis eſt natura rei, talis eſt cognitio. Si igitur relatiua ſunt ſimul natura, ſimul ergo ſunt cognitiõe. Iã verò ſenſibile & ſenſus relatiua ſunt, vt intelligibile & intellectus. Qua ratione dudum appellata ſunt oppoſita. Senſibile enim refertur in ſenſum & intelligibile in intellectum nõ ergo. 1. de obiectis quam de potentiis vt tandem dicet Ariſt. ſed ſimul agere de vtroq; oportet. *Ariſt. 1. colliſio.* *Ariſt. altera colliſio.* *3. Ariſt. colliſio.*

¶Ad hæc quantum ego cõiecto quia de hac re non expertus ſum, quid alij ſenſeriint, dixerim. Sẽſibilia & intelligibilia, quantum ordo naturæ continet notiora ſunt ſenſu & intellectu. Porrò quantum attinet ad noſtram cognitionẽ, & ſi ſenſibilia ſint, notiora, etiã nobis q̃ ſenſus: intelligibilia autem non item, nanq; intelligibilia capiuntur à nobis per abſtractionem ſpecierum intelligibiliũ ab cõmuni materia. Prius igitur inſtituẽdi ſumus in modo abſtrahendi (id quod eſt intellectus negotium) q̃ intelligibilia attingere valeamus. ¶Reor igitur hoc cauſam *Reſponſio. ſcrupuli.*

sam præstitisse Themistio hæsitãdi. Hoc item Arist. mouisse, vt ordinem obiectorũ & potentiarũ turbaret in intellectu & intelligibili Autore Philopono. Quòd

Respõsio ad. 2 verò prius de visu, quã de tactu tradidit, hoc fuit causæ quia & si sensus tactus ordine naturæ notior est, quia cõmunior & ordine generationis prior: tamen quo ad nos & manifestior est visus, quam tactus. Atqui cùm sit longè perfectior & dignitate prior, in doctrina primũ illi Aristo. dedit locum.

Respõsio ad. 3 Quod vltimo loco obiiciebatur, diluitur. Aristo. enim. 5. metaphi. tex. 21. relatiua quædam ait se gerere modo numeri, siue fundãtur in numero, vt duplum & dimidium, alia in actione & passione, vt pater & filius, & quæ huiusmodi sunt simul natura, sunt simul cognitione & simul diffinitione. Alia verò sunt relatiua, quæ fundantur in ratione mensuræ & mensurabilis: vt, scibilis & scientia, scibile enim mẽsurat ipsam sciẽtiam (humanam dico) huius generis, Relatiua natura non sunt simul nec cognitione, nec diffinitione. Id quod eleganter Diuus Thom. explicat. 1. part. sum. theolo. arti. 6. q. 13. sextũ documẽtum tradẽs in relatiuis, vt facilè dignoscatur, an sint simul natura obiectũ atq; potentia. Ait enim si relatiua se mutuò claudant, ita q vnum sit de conceptu alterius: & contra, tũc simul natura sunt vt pater & filius. At si vnũ non sit de conceptu alterius & contra, iam tunc non sunt simul natura. Quomodo se habent scientia, atq; scibile: etenim & si sciẽtia, vocet in conceptum suũ scibile: cæterum scibile non trahit in conceptum suum scientiã, multa nanq; sunt scibilia, quorũ non est inuenta scientia. Vt de quadratura circuli, Arist. extat exẽplum. Quamobrem

Scibile prius scientias. scibile, prius est, q̃ scientia. Scibile enim secũdum suam significantiam, potẽtiam significat. Est nãq; scibile, quod sciri potest. Sciẽtiam verò vel actum, vel habitũ significat. Quare hæc duo scientia, atq; scibile, non sunt simul natura: quia scibile est prius sciẽtia, quippe scibile, est sciẽtiæ causa. Porrò autem si scibile actu sumatur, vt sit idem quod scitum, simul natura sunt, scitum & scientia. Etenim sciẽtia, est sciti: & scitum scientia est scitum.

¶ Hinc iam scrutandum est diligentiùs quod nostri argumenti solutioni subseruiat: vt, in quã se habeant sensibile & sensus, intelligibile atq; intellect⁹. Aduertẽdum autem Aristotelem in secundo de anima libro tex. 33. & 156. sensum multiuocum esse dixisse. Etenim iam potẽtiæ est nomen, vt inquam significet principium sentiendi. Iam verò actũ, vt sensus, idem sit atq; sensio. Quòd si hac secunda significantia vtendum nobis modò esset, dubiò procul sensus & sensibile nõ sunt simul natura. Prius est enim sensibile, q̃ sensio, & in vniuersum obiectum q̃ potentiæ actio. At verò si sensus vocabulum sit potentiæ, tunc ordo prioris inter hæc duo grauius inuestigatur. Atqui si memoramur Aristo. in prædicamentis dixisse, sensibile esse prius sensu, (& est sermo de potentia sensifica) nihil dubij superẽrit. Probat siquidẽ esse prius: nam sublato sensibili, nullus esset sensus: nõ tamen sensu sublato sensibile submouetur. Itidẽq; de intellectu dictũ puta. Lucet per hęc argumenti solutio, hæc enim sensibile & sensus non sunt simul natura. Prius est enim sensibile, q̃ sensus. Quapropter prius Aristo. docebit de sensibili, quam de sensu, intelligibile quoque prius quam intellectus est. verũ quia notior nobis est intellectus, quàm intelligibile, in traditione Aristoteles inuertit ordinem. Et demum ratio, quæ peremptoria est, probãs obiecta priora potentiis, hæc est. Quod obiecta, vt color, sonus, sunt vt agentia, sensus vt patiens: nunc autem actus est potentia prior. 9. Metaphy. tex. 13.

¶ Videtur autem non solum quid est cognoscere, vtile esse ad cognoscendas causas accidentium substãtiis, sicut in Mathematicis quid rectum, & quid obliquum, aut quid linea, & planum ad cognoscendũ quot rectis triãguli anguli sunt æquales: sed & è cõtrario accidentia conferunt secundũ magnam partem ad cognoscendum q̃đ quid est. Cũ eñ habemus red- Text. 11.

dere secundùm phãtasiam de accidentibus, aut omnibus, aut pluribus: tunc & de substantia habebimus dicere aliquid quàm optime, omnis enim demõstrationis principium, est quòd quid est. ¶Quare secũdùm quascunq; diffinitiones non contingit accidentia cognoscere, sed neq; cõiectare de ipsis facile: manifestum ꝙ dialecticè dictæ sunt & vanè, omnes.

¶Vndecim dubia Aristo. paulò antè deprompsit quæ huius scientiæ negocium arduum esse docuerũt. Nunc verò & de alio meminit hic textus, id quod non leue momentũ habet, neq; exigui sudoris est, in hac scientia, idest operationes animæ exquirere: & quas hìc accidentia, vt supra vocat. Physico. autẽ has inquirere necessariũ est. Nam & si mathematicus, vt geometra prius ipsum, quòd quid est inuestiget priusq; teneat quam accidentia, vt quid rectum, quid curuum, vt cognoscat an triangulus habeat tres angulos ęquales duob⁹ rectis id quod est proprium accidens trianguli. At in philosophia naturali primũ accidẽtia sunt conquirenda: quæ indiculum sunt substantiæ, ad definitionem substãtiæ assequendam deducẽt. Aduertas rursum cum Cõmen. Auerroe, & Themistio accidẽtium quædam esse remota admodum quæ naturam rei de longinquo conniueant, nec attingãt tamẽ, vt sunt albedo, nigredo, calor, frigus & id genus, quæ communia sunt mixtis substantiis omnibus. Et hæc non conferunt ad tenendam substãtiam rei. Alia verò sunnt accidentia, quæ sunt substantiæ vicina, quæ ferè substantiam attingunt, quippe ad substantiam consequuntur, vt disciplinabile hominis substantiam consequitur rectum, vel curuum lineam, par vel impar numerũ, & id genus. Hæc ergo accidentia sunt quæ rei substantiam indicant, quæ qui nouerit, patentem habet viam inuestigandæ diffinitionis. Aduertas hic oportet, accidentia omnia, siue remota, siue proxima, in substantiam nos deducere. Accidens enim quodlibet in substantia est. Quapropter qui nouit accidens, substantiam nouit. Intellectus enim primo impetu non se fert in substantiam nudam, sed in substantiam accidentibus inuolutã. Quidam autem hoc perscrutantes dixerunt, vt virtus æstimatiua ouis ab speciebus lupi visibilibus sibi cõparat species quasdã inuisibiles inimicitię lupi, ita & oblato intellectui phãtasmate compositi ex accidente & substantia. Non enim accidens solùm offertur intellectui vt albedo aut nigredo. Hæc enim abstrahere nescit phãtasia à propriis subiectis. Ideo quod phantasia ostẽdit menti, est albũ aut nigrum in cõcretis, & sub illa ostensione intellectus sua vi discretiua discernit inter substantiã & accidẽs, & quę sibi coniuncta erant ostensa, ipse disiungit & priuatim sibi colligit conceptum substãtiæ & priuatim conceptum acccidẽtis. Id enim, in quo recipitur accidens, substantiam vocat, accidẽs verò formam inhærentem. Et hoc sanè dictũ est. Sed verba Aristo. de ista notitia non sunt interpretanda, quæ est notitia substantiæ in communi & ad diffinitionem cõmunem substãtiæ, Substantia est quæ primo & maximè & principaliter substat. Fortassis ad hoc sufficeret cognoscere cõmunia accidẽtia, quæ pariunt confusam cognitionẽ substantiæ. Cæterum quod modò quærimus est, definitiones speciales & essentiales substantiæ quas cõmunia accidentia nõ præstant, sed propria: vt qui satagit diffinire Deum, vt ait Themistius, peccaret si cũ Chrisippo per accidentia remota diffiniret, idest, Deus est cui arę erigũtur, tẽpla fabricãtur, sacrificia immolãtur, statuæ insculpũtur. Hæc enim etiam falsis diis conueniunt, quos gentes huiusmodi celebrandi ritibus colebant. At verò si ita finias, Deus vis quædã est, quæ sempiterno agitatur mouetur, se solo omnia prænoscens, vitã & mortem habens in imperio, sub cuius arbitratu momẽta seculi decurrunt, pro prior hæc est diffiniẽdi via: quia per propria accidentia methodus tota construitur. Quem modũ seruauit Arist. in inueniẽda definitione loci, quã quæsiuit per motus actionẽ, vt ipse est autor. 4. Physico.

Accidentia omnia nos in substantiam deducunt.

Deus agitatu sempiterno se mouet quia semper se amat & cognoscit.

sico.tex.32. quo loco tradidit motum locale deduxisse philosophos, ad notionẽ loci &. 8. Physicorum. plurimum curat per motum primum, motorem primum inuenire, & formas nouit physicus per operationes & materiã per formam: intelligẽtiæ motrices, orbium per motum sunt inuẽtæ, & illarum dignitas, ex motus qualitate, & orbis superioritate, capitur, vt quę mouet orbem superiorem, illam digniorem cẽseat physicus, & sibi in hac methodo, consentit medicus, qui morbi naturam per vrinã per pulsum & ægestiones dijudicat. ¶In gratiam tamen verborum Arist. Simplicius aduertit, Mathematicam methodo esse longè differentẽ, à naturali: mathematici enim per definitiones essentiales lineæ, & superficiei sciunt proprietates linearum, quæ sunt curuum, & rectum & figurarũ & sic methodus hæc recta via progreditur. At naturalis philosophus priorem habet notionem accidentium propriorum quam essentiæ rei. Hoc autem qđ Simplicius dixerat probat ipse: definitiões enim in mathematicis notiores sunt, q̃ proprietates accidentariæ: quia diffinientia, ex quibus conglutinantur diffinitiones illæ, sunt quanta, aut qualia, quæ sensu, & imaginatione, facilè cõprehenduntur: vt, rectum est cuius medium extrema non digreditur. Curuum est, cuius medium ab extremis digreditur quæ visu facilè apprehenduntur. itidem linea est, quæ ex pũctis causatur quod imaginatio facilè capit. in substãtiis verò alia ratio est: quæ cum per se non offerantur intellectui, sed accidentibus oblinitæ, accidentia primitus sunt cognoscenda, si substantiam cognoscere curæ est. Et D. Tho. in tertio libro aduersum gentes. cap. 56. rectum ordinem cognoscendi Mathematicum esse credit ab ipso ꝙ quid est accidentia subiecti demõstrare. At verò physica methodus inueniendi ipsum ꝙ quid est per accidentia, per accidens quidem est, & nõ per se. Atqui ratio huius hæc est, quam dudum tetigimus substantiam sanè per se esse intelligibilem: & priùs quàm accidentia: verum quia humanus intellectus nescit scandere intelligibilia, nisi primùm gradum faciat in sensibilibus,

Simplicius.

D. Thomas.

hac ratione turbatur ordo, in physica disciplina, & ab accidentibus sensibilibus ad intelligẽdum ipsum quod quid est substantiæ euolat humana mens.

¶Et vt modicum digrediamur à textu, esto argumentũ primum, contra ea quæ Aristoteles, hacten⁹ enarrauit. Dixerat enim in mathematicis cognoscere, quòd quid est linea, & cætera sunt principia ad cognoscendum triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis. Cũ tamen hæc sint principia remota, ad huiusmodi proprietatem trianguli demõstrandam. Restant enim principia complexa, & proxima & item incomplexa, scilicet, quid sit angulus extrinsecus, & ꝙ cuiuslibet trianguli angulus extrinsecus æqualis est duobus intrinsecis sibi oppositis. Quin imo & vehementius est argumentum: quia si ipsum ꝙ quid est notas facit proprietates subiecti, quid est ꝙ demonstratur in Geometria triangulũ habere tres angulos æquales duobus rectis. tamẽ locum medij non subijt trianguli diffinitio: verùm vt diximus per alia principia ꝓceditur. Præterea si physica institutio accidentia primo capit quàm substantias inueniat, quare Arist. Metaphysicor. 7. text. 4. constanter asseuerat substãtiam esse priorem accidentibus & tempore, natura & ratione? Si ergo priores sunt substantiæ accidẽtibus tempore, priores etiam sunt in cognitione. Sub hæc substãtia ab intellectu capitur: accidentia autem sensu assequuntur, vt ergo per sensibilia accidẽtia ad substantiam intelligendam intellectus prouehetur? vt nec visus colores capiet, quia auditus sonos, ita neq; intellectus substantiam intelliget, quia sensus accidentia. Rursum intellectus non est singularium, sed vniuersaliũ authore. Arist. 3. de Anima. lib. tex. 10. & 11. ergo per accidentia sensibilia nõ manu ducetur ad intelligendũ, quòd quid est. Accidentia etenim sensibilia singularia sunt accidẽtia, alioquin non essent sensibilia. Accedit istis Aristotelẽ dixisse 4. physico. ipsum, quòd quid est, omnẽ quæstionem soluere text. 31. & 2. Posterio. cap. 1. idem tradidit dicens quæstionem ipsius ꝙ quid est, reliquas quęstiones, quia est, si est, propter quid est imbibere

Digressio argumenta colligens.

Angu. 1.

Argumenti vis maior.

Argum. 2.

Argum. 3.

Argum. 4.

Argum. 5.

bere. Vnde si quis super lunæ globo despiceret interpositionem terræ inter solem & lunam, ipsum quòd quid est ecclipsis lunæ vidisset ministrante sensu, & operante intelligentia (sensus quidem, non capit ipsum, quòd quid est) is ergo nullam sibi faceret quæstionem, aut de passione lunæ quæ est ecclipsabilis, aut de existētia ipsius lunę, aut de causa passionis illius, cur luna linquit lumē suū. Igitur si ipsum qnòd quid est omnia aperit & soluit, nec solùm accidentia notificat, sed & subiecta, & inhæsionis causam accidentis cum suo subiecto, vt loco præindicato Aristo. demonstrat. Si ergo accidentia ècontrario reddunt notū ipsum quòd quid est substātiæ. Iam tūc idē esset notius & ignotius respectu eiusdem, vt facilè patet colligēti, erit enim substātia accidēte notior, & rursum accidēs notius substātia. Quinetiā nō possumus fugere, vt videtur demostrationē mutuam, quam vocant circularē, quam Aristo. reiicit primo libro Posterio. vt, inutilem scientiis. Ostendo sequelam, ipsum quid est demōstrat accidentia, vt quòd quid est ecclipsis demostrat lunā esse ecclipsabilem. Et præterea accidentia ipsum quòd quid est demonstrāt. vt, locus Peripateticus quem agimus ostēdit, ergo patēs est circulatio. Adde istis, si propria accidentia ostendunt quòd quid est, superest quærendum, quæ sunt illa quæ hoc faciunt. Nam quædā sunt proprie passiones subiectorum primæ: vt, par vel impar numeri, disciplinabile hominis, aliæ verò sunt, quæ secundum tenent gradum, aut quartum: vt, risibile, flebile, politicū & id genus, vtræ igitur harum passionum demonstrabūt quòd quid est? Etenim quæ remotiores sunt quatenus remotiores sunt, eatenus de longinquo ostendunt quòd quid est, vt quòd sit homo ciuile animal non patenter ostēdit ipsum esse rationalem. Si verò solū passio prima id efficit hoc mirabile videtur, vnicā duntaxat proprietatem totum quòd quid est patefacere.

Argumē. 6

Argu. 7.

¶Et adhuc vt litera Aristo. nihil offendat lectorem excutiamus verbum illud, quòd quid est rectū & reliqua: ipse enim in. 7. lib. Metaphy. ipsum quòd quid est remouet ab accidentibus. metaphysi. 7. text. 2. quòd quid est ait substantiam significat. Quare nec linea, nec planū habebunt ipsum quòd quid est, sed substātia sola. Augētur hæc, propositionē peripateticā rursum vocantes in dubium. Accidentia magnam partem conferūt. &c. Quæramus oportet, si accidentia ducūt nos in cognitionem, quòd quid est: quia ipsa accidentia esse nouimus, aut non per existentiā accidentium, sed accepto ꝙ quid est accidētis, ipsum quòd quid est substātiæ assequimur. Si primū horum dixerit quispiam in ipso limine peccabit. Esse enim accidentiū propriorum etiam si quis teneat non subinde ꝙ quid est subiecti tenebit. Multi norunt hominem esse risibilem, qui planè ignorant, quid sit homo: sin secundùm elegeris obiiciam continuò tibi septimū metaphi. cōmen. 19. accidentia diffiniuntur per substantiam, id quod supra edocuimus in physica doctrina maximè verū esse: vt, motus deffinitur est actus entis in potentia, vt est in potētia, idest actus mobilis, vt mobile est, ꝙ si ipsum quòd quid est accidētis à substātia pēdet, qui fiet, vt quod quid est accidentis notā faciat substantiæ finitionem? Hæc propemodū sunt, quę si soluta iustis solutionibus fuerint omnē maculā falsitatis à textu abstergent. Primò ergo argumento hæc sit responsio Aristotelicam literam non esse intelligendā, vt credat aliquis solùm illa sufficere, quæ inibi cōmemorat ad demonstrandā illam proprietatē habere, videlicet tres angulos & cętera, sed illa proposuit exempli gratia, quæ cum aliis necessariô faciūt ad demōstrationem prædictam. Quòd verò diffinitio trianguli supprimatur in demonstratione eò fit, quo subintelligitur & virtualiter ingreditur demōstrationem, & si nō formaliter: nec putet aliquis ipsum quod quid est, medium in demōstrationibus semper esse partem demōstrationis, & mediū terminū in eis, vt contingit in demonstratione, qua demonstratur à priore lunā esse ecclipsabilē, & in cæteris aliis multis. At in mathematicis hoc nihil necessariū est: quippe, vt diximus, diffinietia, ex quibus cōflatur diffinitio, sunt sensibus nota, vt, circulus est à cuius pūcto medio ad circunferētiam omnes

Argu. 8.

Argu. 9.

Argu. primi dilutio.

omnes lineæ ductæ sunt æquales. Quapropter huiusmodi diffinitiones nō sumūtur tanquam media formalia, sed vt virtualia: quia tāquam nota sensui præsupponūtur: vt, de dignitatibus & proloquiis primis. Totū est maius sua parte: quodlibet est, aut nō est. Quæ & si nō subseruiant in locum præmissarum, præsupponuntur tamen ad omnes præmissas demonstrationis. Illis enim subrutis omnis demōstrationis vigor periret, nec Aristot. ait ipsum ꝙ quid est semper esse partem in præmisꝭis demonstrationum, sed solùm ostendere accidentia propria, esto pars, esto principium, refert nihil.

Argu. 2. fit satis. ¶ Argumēto secundo dicendū secundū ordinem naturæ substantiam esse priùs cognoscibilem accidētibus. Id quod dixit Arist. loco indicato textu Cōmen. 4. Cæterum ꝙ ibi probat Arist. solùm spectat in ordinem naturæ quē metaphysicus obseruat, quantū pōt. Cæterū Arist. hîc secūdum ordinē doctrinæ intelligendus est accidentia nobis præparare viā, vt cognoscamus, ꝙ quid est substantiæ, nec collectio firma est: est prior cognitione, ratione & tempore: igitur primū cognoscitur substantia accidente. Sed egregiè colligit substantiam suapte natura prioris notionis, quam accidentia, & hunc naturalem ordinem noster non seruat intellectus. Etenim nobis natiuū est, per effectas res in causas promoueri. Quam ob causam cùm accidentia sint substantiæ quadā certa ratione effectus, per notionem accidentium (vt Arist, hîc est autor) nobis via paratur ad consequēdam substantiæ notionē. *Motus angelorum.* Angeli autem, qui exuti sunt à molle corporis, & sensuum ministerio non egēt, non obliqua via progrediūtur, vt nos: vt per accidentia substantiæ notionem mendicent, sed rectam obseruant viam, per substantiæ notionem in promptu habent accidentia, siue discurrant, siue non, non huius est contemplationis. Nos verò quia sensuū muneribus necessariò fungimur, sensus autem omnes in accidentia spectant, hac sanè causa, per accidentia in substantiæ notionem promouendi sumus. *Argum. 3. eneruatio.* Argumento. 3. hanc exhibeamus responsionem, sensus omnes exteriores substantiā cognoscere: vt Aristo. docebit. 2. de Anima cap. 6. Porrò hoc per accidens est, & notione confusa. Etenim visus videt Petrum, Ioānem, hunc lapidem, vidēdo album, aut nigrum, videt hunc lapidem album. Quamobrem etiam si sensus per se accidentis sit: tamen per accidens substātiæ est. vnde prorsus ministrari intellectui substātiæ notio potest. Et quod sensus discernere nescit inter substantiam, & accidens, hoc mēs ipsa discernere nouit separare & notionem substantiæ, vt huius lapidis ab albedine lapidis & accidētibus reliquis. Sunt philosophi, qui asseuerent, cogitatiuam vim, quæ sensus quidam interior est propriam substātiæ habere notionem, quanquam singularē. Itaq; cogitādi hęc vis colligit sibi huius lapidis propriā notionē, & Petri & Pauli, &c. Id quod sensus exteriores assequi non valent, nisi confusè, vt prędiximus. *Ordo notionum.* Hîc ergo statuitur ordo notionum. Primum sensus exterior, vt visus hunc lapidem album, vel nigrum, aut alio colore affectum cernit, & substātiam sentit sub inuolucris accidentium, etiam si per accidens & cōfusa notione. Hinc verò per sensum cōmunem, & alios internos sensus translatio fit illius notionis, in cogitandi virtutem, quæ nouit solam notionem formare lapidis & propriā huic lapidi cōcipere notitiam & ab accidentibus exuere, phantasmaq; siue speciem illam huius lapidis, intellectui agenti offerre, qui sua illustratiōe, species vniuersales lapidis abstrahit. Et illas in posꝭibili reponit intellectu, & posꝭibilis intellectus illis speciebus instructus, notionē vniuersalē lapidis parit. *Solutio Argu. 3.* Ad id ergo qđ argumētum inculcat, dicēdum notionē auditus non pręstare quidquā visui. Nō enim habēt ordinē sed sensus notio plurimū cōfert intellectui. Etenim ordinē habent sensus & intellectus. At verò de hac re hactenus donec liber secundus de anima disputandi oportunum de hoc eodē offerat locum. *Argu. 4. soluitur.* ¶ Argu. 4. fateamur interim intellectum non esse singulariū: nam de huiusmodi aperiam sententiam meā in. 3. libro. Iam ergo intellectus per notionem vniuersalium accidentiū, nō singularium notionem vniuersalem capit substātię, vt affectus notione risibilitatis in hominis deducitur notionē: sed &

&vt materia prima quibusdam afficitur præparatoriis qualitatibus, vt substãtię formam excipiat:ita intellectus acciden tium propriorum notione ad substantię notitiam præparatur.

Argumẽti. 5. dilutio. ¶Argumento. 5. patens est solutio. Confitemur substantiam suapte natura esse notiorẽ accidentibus.Sed non quo ad nostram notionẽ: nam priora & notiora sunt accidentia, quàm substantia. Secundùm ergò ratio nes diuersas esse idẽ notius & occultius alio, incõmodi nihil habet.

Argumentũ. 6. resoluitur. ¶Id autem quod argumentum sextum secum inuol uit circularem demonstrationem dãnatam esse in peripatetica schola:Philopo nus tractans diluit aitq;,etiam si à notio ne accidẽtium reducamur in notionem substantiæ & contrario modo,à substan tia nos in accidentium notionem deducamur: cæterum hîc non est circulus. Et enim circulus est ab eodem in idem, id quod modò nõ contingit. Nam nõ sunt eadem accidẽtia quę faciunt nobis substantiam notam,cùm illis quæ substãtia notificat. Sed alia, vt vtamur excẽplo cu ius meminimus. Per motum localem in uentus fuit locus: loco iam inuento per loci definitionem, inuenta sunt acciden tia alia,vt quòd locus conseruet rem locatam, quòd sit immobilis & id genus, quæ alia sunt accidentia, & non motus. Hoc verò ex Alexãdri sententia sumptũ fatetur.

Contra præcedentẽ solutionem. ¶At verò hanc solutionem exactam non arbitror neq; argumenti difficultatem repurgare sufficiẽter.Etenim si per risibilitatem in hominis notionem promoueor, vt iam hominem esse animal rationale vel admiratiuũ nouerim, hæc eadem notio demonstrare poterit, idem accidens proprium.Itaq; idem accidens quod notificat substãtiam:& per substantiam notificari potest. Aristoteles autem, qui.1.Posterio. cap.3. circula res demonstrationes damnat,eodem tamen lib.c. 14. illas concessit non solum in diuerso genere demonstrationis, vt quod accidens demonstret substantiam demostratione,quia est,sed substãtię definitio accidens demonstret demonstratione propter quid: non solum hoc, sed etiam quando vtraque demõstratio est, per causam: admittendam duxit, modò non sit idem causæ genus. vt, si quis colligat, deambulat vt sanetur. Hæc collectio per finalem causam est,&sanatur, quia deambulat.Hæc per efficiẽtem est. &.2.Posteri.c.8.fatetur circulum dicens, oportet cõmutare rationes. &.2. Priorũ cap. 5.6.&.7. docuit aliquãdo conclusio nes ipsas conuerti ad probãdas præmissas,quæ conclusiones ipsas probauerãt. Et Di.Tho.ad.2.Poste.lecti.12.vbi Arist. c.9.circulũ ostendit naturę exemplo.Ex vapore etenim fit pluuia,&ex pluuia va por. Ipse, inquit in causis per accidens esse circulum: non tamẽ in causis per se, in quibus deuenitur ad vnum primum mouens. 2. Metaphi.text.2. Sic ergo cir culũ in naturæ actionib⁹:quotidie expe rimur.vt,ex igne aqua,& ex aqua ignis. Hoc tamen per accidẽs est. Etenim phy sicorũ lib.2.text.44. &.53. tex.7. tradidit ens nõ generari,per se ex ente,sed ex nõ ente,vt ignis ex non igne.Tamen si rem optimè cernis: non est propriè circulus in actionibus naturæ,nam si ex igne. A. fit aqua.B.ex aqua. B. nõ fit ignis.A.sed C. modo circulus est ab eodem numero in idẽ numero,& missis istis nobis sufficiat, circularem ostẽsionem esse admittendã, vel mutato genere demonstratio nis, quia, & propter quid. Aut si ambæ ostensiones sint per causam, genus causæ mutetur. Et quòd Diuus Thom. dixe rat in causis per se non esse regressum in demonstratione, in causis per se efficien tibus vera narrat:nam cõpluitionis cau sa per se efficiens solis calor est,materia lis verò aqua,cuius per se materia nõ est vapor: sed materia prima, in istis causis nõ est regressio.Etenim,calor solis fit ab aqua. At verò finalis causa demonstrat efficiẽtem. Et contra,etiam si per se sint causæ vt prædiximus. Quare mutato ge nere causæ etiam in causis per se concedenda est regressio demõstrationis. Sed de istis alibi. ¶Argumento.6. verba Cõ menta.cõmenta.11. respondẽt. Proprias passiones notificare ipsum, quod quid est, vel omnes vel plures.Non ergo scire necesse est omnes,sat si plures.Quanquã cum propriè passiones, quædã sint remotæ, aliæ propinquæ, istæ proprius notam faciũt substantiã,quam quę sunt remotiores:vt,motus primi mobilis pro priùs ostendit motorem primum,quàm germinatio

germinatio plãtarum, aut motio elemẽtorum aut agitatio reliquorum orbium. Quòd si motus argumẽto quęrat aliquis, si vnica tantum propria passio: hoc poterit præstare? Et mihi videor quicquid Commẽtator dixerit vnicam (modò ea proxima sit subiecto) nobis subministrare posse notitiam, ipsius quod quid est: vt, capax disciplinæ rationale ostendit. Et hoc colligo, quia hæc passio est cæterarum origo, & fons. Inde enim disultat & ꝙ sit admiratiuus risibilis, flebilis & id genus. Nisi ꝙ verba Commentatoris sunt Aristo. ideo intelligenda sunt plures passiones esse necessarias cognitu nõ ad cognoscendam differentiam vnicam & necessariam alicuius rei, quæ virtute est tota diffinitio: sed ad cognoscendum genus & differentiam specificam necessarium est præaccipere & propriam passionem generis, & propriam speciei, & ita plures. ¶Argumẽto.8. Respondetur etiam si substantia, prima sit in habẽdo, ꝙ quid est, quippe ipsa est ens primum à quo accidentia pendent: tamen accidentia in gradu entis, quem obtinent habẽt etiam suum ꝙ quid est: vt, Aristo. inquit metaphi.7.tex.13.vel.14. Quare nihil miremur oportet, si hîc dixerit mathematica habere, ꝙ quid est. ¶Argumento vltimo respondetur accidentia ducere nos in notitiam substantiæ vario modo: ex esse enim accidentis captatur substantiã esse: vt, ex effectu causam. Cæterũ ex ꝙ quid propriarũ passionum, ipsum quòd quid est substantię venamur id quod nõ contingit in accidẽtibus communibus, quorũ & si constiterit ipsum quod quid est, notitia substantiæ non commonstrabitur. Quòd vero argumentum colligit, ipsum ꝙ quid est, propriæ passionis petendũ esse à substãtia, hoc nos negamus, necessariũ esse scire primùm quod quid est substantiæ ad cognoscendum, ꝙ quidem propriarũ passionum vel cæterorũ accidẽtium. Poterit etiam quispiã scire quid est disciplinabile.i. capax disciplinæ & si ipsum lateat, qd sit homo. Quòd verò accidẽs per additamẽtum diffiniatur, idest, per subiectũ, non semper oportere, sermo superior palàm fecit. Quamq̃ ad huiusmodi finitionem per additamẽtũ, satis erat substantiã prænosse, quãtũ ad si est, & si nõ quãtum ad quid est. fortassis tamen in mathematicis non possumus cognoscere hãc passionem numeri, numerus par vel impar, nisi præcognito quid numeri. Hoc tamen non seruit propósito physico. Quæ oĩa & si absoluerim tenẽt me adhuc verba Arist. Quid est ꝙ dixerit. Accidẽtia magnã partem conferunt ad cognoscendum, quid substantia sit, & abstinuerit ne, penitus cõferunt, diceret: cum liberè id potuisset pronuntiare: diximus nempè, humano intellectui nullã constare methodum ad doctrinam istam per agendam excepta hac de qua facta sunt verba. nisi velit aliquis per magnũ totum subintelligi. Reliqua autẽ verba huius textus videlicet. *Cum enim habemus reddere &c.* facile ex prioribus dignoscet quilibet & quonam modo omnia, vel plura accidentia sunt necessaria: per phantasiam autem cũ Philopono cognitionem planam & apertam intellige propriorum accidentium. Argiropylus autem latino est vsus vocabulo, transferens hoc modo. Nã cũ per imaginationẽ de omnibus aut pluribus &c. Cæterũ quid velit hic imaginationis docuit Philoponus vt prædixi. *Quare secundum quascunque definitiones non contingit accidẽtia cognoscere sed nec coniectare. &c.* Et planioribus verbis hoc est, qđ significat, definitiones, ex quibus capere non possumus certam notitiam accidẽtium, vanæ sunt: qui locus nõ est vndecunq; facilis. Quẽ vt absoluamus, est tantillũ diuagãdum, vt sensum legitimum, eliciamus. Et certè (ni fallor) locus hic à paucis quod ego sciam est excussus exacte. Quin interpretes expositionẽ dissimulauerunt, potius quam adiecerunt. Et qa locus iste textũ. 16. qui sic habet, Differenter autem definiet physicus &c. in grauitate dubij sibi cõciliat, & vterq; vtriusq; desiderat operã, ne intẽpestiue huc referatur, eũ opportune illuc referemus. ¶Libet autem incepto Aristo. loco nonnulla adiicere, quibus prędicta elucescant. Arist. igitur dixit, Accidentia magnam partem conferre &c. Quod nos de propriis accidentibus intelleximus. Cõmunia enim accidentia, vt album, nigrum &c. Non promouent humanam mẽtem in notionem essentię. Aduersum hæc insultabit aliqs,

Argu.8. solutio.

Argu. vlt. solutio.

creaturæ

Argumentum primũ. creaturæ manu ducũt, vt diuinitatis notionem assequamur, vt Paul. ad Roma. 1. & philosophi ingenuè fatentur, ergo & accidentia cõmunia ad cognoscendum essentiam rei conferẽt. Id quod interpretes negant. Sed probo collectionem. Etenim longè ampliùs distant creaturæ à Deo quàm accidentia cõmunia, à substãtia rei. At ne cui hoc argumentum imponat, aduertat oportet: Diuũ Dionysium. 7. cap. de diuinis nominibus inuestigãdi dei per creaturas, triplicẽ dixisse methodũ, aut per remotionẽ videlicet cũ creaturarum vicia à Deo remouemus vt interitum, lãguorem & id genus. Aut per attributionem. Quãdo scilicet præclara quę in creaturis aduertimus in Deo esse concedimus. Aut per causalitatẽ. Quando hæc quæ cernimus autorẽ habere clamant. Hæc autẽ vniuersa non instituũt nos in definitione essentiali Dei: quia neque Deus illã habet, neq; si haberet tantæ rei inueniendæ sat essent. Sed solũ instituunt in notione quadam diuinitatis imperfecta. Sic quoq; eadẽ methodo vtẽdum in negocio cõmuniũ accidentium. Etenim illa notificãt substantiam per remotionẽ: quippe, accidẽs inest, substãtia non. Per attributionem. Siquidem si accidens est ens, quid quod substãtia sit per causalitatem, quia substantia est accidẽtium causa, tamẽ hæc omnia non pariũt notionem substãtiæ perfectam. Rursum interrogabit aliquis cur Aristot. hîc nihil meminit de accidentibus propriis, *Argumentũ secundũ.* sed simpliciter dixit accidentia multum conferre, sed propria accidẽtia supra vocauit secundùm accidentia & non accidentia. Et tertio argumento contra hęc colligat aliquis accidẽs pręstare nõ posse substantiæ notitiam. Etenim nihil poterit quidquã se præstantius producere, vt ergo notitiam substantiæ pariet notitia accidentis? Quandoquidem hęc indignior illa est. Ad hæc tamẽ, & si non admodum se insinuat solutio tentabimus *Primi argumenti ad formam solutio.* vtcunq; respondere. ¶Primo argumẽto dico, iam liquida est respõsio verum ad formam fatendum esse cum diuo Dionysio tres gradus illos, tanquam methodũ diuinæ notitiæ conciliãdæ esse recipiendos, quorum dilucidationem aliquãdo si Christus iuuerit in lucem dabimus. Atque subinde totidem gradus obseruare ad notitiam substãtiæ, & si philosophis non sunt in cõsuetudine, quod ego viderim à vera tamen philosophia nõ abhorrẽt. Cęterum gradus hos vsurpabis, sanè ad substantiam in cõmuni & generalissimè inuestigandã: qui tamen nõ satis tibi essent, si illis putares abutẽdũ, ad definitiones substãtialiũ specialiũ consequẽdas, ad quas penetrãdas seruiẽt tibi passiones, propriè & iustè, vt singula aptentur singulis, accidentia cõmunia seruiãt substantiæ cõmuni, & accidẽtia propria substantiis in particulari famulentur. Quare nihil nocens peritioribus, arbitror hunc locum de accidẽtibus absolutè esse intelligẽdum, nec restringendum esse ad accidentia propria. Audio iã obstrepentes & reclamantes mihi lectores, obiiciẽtes mihi Gręcos & Latinos, quos nos in cõmentatione etiã sumus sequuti, quibus est in confesso, verba Aristotelica, accidentia conferũt &c. ad propria esse coarctanda, accidentibus communibus expulsis. Verùm, vt cepi dicere, horum autorũ expositio nõ cogit plusquã argumẽta mea. Obiiciat aliquis substantiã communem non habere quòd quid. *obiectio.* Non enim habet genus & differentiam. Atque Aristoteles hîc loquitur per accidentia inueniendum esse quòd quid est substantiæ. Texitur sermo de substãtiis specialibus, vt sunt homo, aut equus, & de propriis accidentibus ipsarũ. Eodem accedit exemplum peripateticum illud aspirare, ait enim per quid rectũ & quid planum triangulum habere tres, demonstrabile esse. Iam verò triangulũ habere tres, propria affectio trianguli est: vnde propriis accidentibus verba Aristotelica congruere cuipiam videbitur. Porrò autem isthęc non te morentur, ne mecũ Aristotelẽ intelligas. Scito etenim substãtiam in cõmuni, & si nõ habeat quod quid est, vt habet homo aut equ⁹, habet tamẽ suo gradu & modo, quòd quid est: vt de accidentibus iam retulimus, & generatim est hic sermo habitus de quòd quid est: & nõ de quòd quid est propriissimè sumpto, vt superior nostra traditio habet. Exempla autẽ quilibet nouit ex Aristotele non eò proponi quo regulæ sint doctrinæ. Sed vt doctrinæ manifestatio

tio. lib. 1. Priorum. c. 39. Argu. 2. per hæc neruos deponit. Arist. enim dixit accidētia non intēdens propria, quia vniuersa accidentia secundū suum gradum in notionē substantię nos referūt vt diximus. Quod si hoc nō te absoluit dicito per accidentia propria intellexisse. Argumen. autem postremum soluamus. Notitia accidentis potiùs præparat ad notitiā substantiæ, quàm huius notitiam pariat, id quod diligenter Commentator docuit. vtens verbo præparandi. Vt enim materia præparatur accidentariis formis, ad formam substantiæ venturam: ita & intellectus, quasi præuiis accidentium notitiis, ad notitiā substantiæ prouehitur. Et ita argumentū cessat. Et si cui placuerit adnotatio nostra, hoc Aristo. subindicans dixit, verbis illis, quæ supra nos tenebant in incerto: accidentia magnā partem conferunt, ad cognoscendum quòd quid est. Non dixit totum cōferunt, sed magnam partem conferunt. Quippe accidentium notitiæ non producunt notitiam substantię, quia magnum inter substantiam & accidens interuallum differentiæ est, sed ad illam præparant sternuntq; menti viam. Qui inaduertenter aut oscitanter argumento respondisset negādo antecedens, nihil producit præstabilius se, offerēdo vulgatas instantias philosophorum. calor fundit ignem, putredo vermem. hic nihil ad farinā (qđ dicunt Græci.) Hic enim nō de productione reali, sed in cognitione vertitur disputatio, vbi inuiolabiliter obseruatur secundum qualitatem obiecti talem esse notitiam. Quid quòd & instantiæ illatæ non infringunt argumentum! Quia fortè non sunt increpandi, qui accidens, dicunt vicem substantiæ agens, & virtute substantiæ præditum, substantiam generare. De quibus supprimēdus est in præsentia sermo. Antequàm tex. 12. operam demus text. 11. quę hactenus diseruimus connectere seu verbatim cōstruere animus est. Quanquam patentem ni fallor sensum eius reddidimus. verū abūdans doctrina nō nocebit. Ipsum ergo à principio repetamus. *Videtur*, ait, *non solum quod quid est cognoscere &c.* Id est, notio essentiæ rei est vtilis, id est, necessaria, vt cognoscamus accidentium, id est, propriarum passionū causas. Essentia enim causa est propriæ passionis. *Vt in mathematicis.* Necesse est essentiā recti & obliqui prænoscere, & quid linea & quid superficies (quam vocat planum) vt hanc trianguli proprietatem sciamus: quòd duobus rectis angulis, tres anguli trianguli sunt ęquales. *Sed è cōtrario.* Id est, in philosophia naturali accidentia conferunt notioni substantiæ captandę. *Cum enim habemus.* Id est si instituti primùm fuerimus in accidentium aut plurium notione, tunc quā optimè de substātia philosophabimur. *Omnis enim.* Quippe quòd quid est, est demonstrationis principium. Nam etiam si in demōstratione quia, quod quid est non sit medium, tamen in propriis demonstrationibus quę veram ingenerant scientiam verbum Arist. verum est. *Quare* Colligit si tāta in scientia naturæ est habenda accidentiū ratio definitiones per quas accidētia non demōstrantur vanæ sunt & dialecticæ.

¶Dubitationem autem habēt & passiones animæ, vtrum sint oēs communes & habentis, an sit aliqua & ipsius animæ propria, hoc enim accipere quidem necessariū est, non autem facile. Videtur autem plurimorū nullum sine corpore pati, neq; agere, vt irasci, confidere, desyderare, omnino sentire. Maxime autē assimilatur proprio, intelligere. Si autē est & hoc phantasia quædam, aut non sine phantasia, non cōtinget vtiq; hoc sine corpore esse. Text. 12.

¶Quæstionē hanc necessariam esse, non autem facilem hîc fatetur Arist. Et difficultatis causam annectit, dicens. *Videtur autem plurimorum nullum sine corpore pati nec agere.* Id est, plures sunt operatiões, quas experientia docēte plurimum cum corpore iniuisse consortium cernimus: vt, irasci, quod apertè turbato corpore fit: confidere, quod dilatione cordis perficitur. atq; desiderare: & si desyderium mi- *Irasci.* *Desiderare.* *Confidere.*

 norem

norem habeat cordis distẽsionem, quia minoris boni est, quàm confidere quod est ardui & vehemẽtis boni. Et omnino sentire, est operatio fœdere animę & corporis procreata. Etenim non solùm tria priora, quæ sunt appetitus, actus, sed & videre & audire, quæ sunt apprehensiuę operationes, sine corpore non extant. vna tamen operatio videtur animæ propria, id est, intelligere. Et quia rem dispu tat, nõ dixit propriam operationem, sed assimilatam proprio. Siquidem verteba tur in dubium an intelligere esset phan tasia quædã, idest, actus imaginandi præ cipuus: aut si imaginatio non est, ita cohęreat imaginationi, vt ab hac discindi sit impossibile. Quod si intelligere imaginatio excellens sit, corpori communicat vt pars toti: sin imaginationi cohæret, & si corporis pars nõ sit, idest, poten tia, cohærebit tamẽ corpori indiuisibili separatione. Hic sermo procurrit in sequentem.

Text. 13. ¶Si igitur est aliquod animæ operum aut passionum propriũ continget vtiq; ipsam separari. Si vero nullum est proprium ipsius, non vtiq; erit separabilis, sed, sicut recto in quantum rectum multa accidunt, vt tangere æneam sphærã secundum punctum: non tamen tanget hoc, separatum ipsum rectum, inseparabile enim, siquidẽ, semper cum corpore quodã est.

Appendix priorum. ¶Quod dicit, hoc est priorum appẽdix: Si anima opus sibi propriũ obtinuerit, cui corporis functio necessaria nõ sit, colligas animam separabilem eoq; immortalem esse: cadẽte enim corpore illa propria operatiõe fungetur. Quare illo mortuo ipsa viuet: Si verò nulla est operatio propria, sed omnes petũt sibi corpus, vt necessarium adminiculũ, iam ipsa labente corpore, labitur: & ipso pereunte, perit. Nam si hoc cadente, ipsa stat, ociosa erit, omni operatione sublata: quod natura, nec autor naturæ Deus ferunt. Et exẽ*Exemplum.* plo manifestat qđ, dixerat proponẽs rectũ & sphæram æneã. Vt enim regula recta tãgit sphærã in pũcto, aut superficies plana: ad huiusmodi tamen tactum & regulam esse in materia corporea necessarium est. Item & sphærã: alioquin separata materia esset tactus imaginarius, & nõ verus tactus. Ita anima habebit operationem indiuisibilem in corpore. Sed ipsa à corpore separata, vel corpus ab ipsa submotum, nulla prorsus erit vera operatio. Aut aliter sic constabit exemplum, vt non de regula sit sermo, sed per rectũ, lineam mathematicam subaudiamus: & similitudo hęc sit. Linea recta dũ est in corpore mathematico potest tãgere sphæricũ in puncto: quod non posset si esset separata, quia non esset. Itidẽ anima poterit suis fungi operationibus corpori physico immersa, & coniũcta id qđ separata non poterit. ¶Philoponus autẽ exemplum Aristo. admodum mea certè sententia torsit: duplicem enim lineam finxit, & sensibilẽ, & intelligibilẽ, duosq; globos, siue spheras, alteras sensibiles, alias intelligibiles: ait ergo animã viuentem in corpore esse, vt rectam lineã sensibilem. Etenim corpore onusta est. Quapropter solum tangit globos sensibiles, id est, obiecta materialia. At à corpore anima abscedẽs est, tãq̃ linea recta intelligibilis: nihil cõmercij habens cum corpore. Et tunc tãgit globos intelligibiles, id est, substantias angelicas. neq; dissentit Themistius à Philopono, sed abo isti Græci fere conspirant in huius loci commentatione. Aegidius Romanus illis nõ indicatis (Philopono & Themistio) insultat in expositionẽ huius text. 12. Græcis istis fidẽ non præstans. Quos ego exponẽs Arist. dudum sequutus sum. Erat autem sensus. Si anima habet operationem sibi propriam, ipsa immortalis est: sin nulla operatio propria est, ipsa inseparabilis, alioqui esset ociosa. Aegidius verò hunc sensum abhorrere ab Aristo. contendit. Non enim ait, hoc agitur modò de animæ immortalitate: sed Aristo. animus est probare animã, tantisper dũ est in corpore, nullam habere operationẽ separatã à corpore: sed neq; in actione intelligendi, in qua actione cõmunicatio est corporis, cum intelligere sit totius coniuncti. Cui sententiæ suffragari

videtur

videtur, exēplū Arist. Vt, enim lineæ rectæ competit hæc operatio, tangere sphæram æneam: vel aliam, non tamen sine materia quia linea necessario est in materia vt in auro aut argēto. Ita animæ, (vt anima) operationes multæ conueniunt: tamen illæ non sine corporis consortio. Commētator autē Auerroes, in Græcam cōmentationē fere aspirat si aliqua operatio est animæ, quæ neq; corpus vendicat in subiectum, neq; corpus vsurpat in instrumētum, neq; corpus vocat in obiectū, ipsa proculdubio est abstrahibilis & separabilis à materia, & horum trium quæ Auerroes indicat duo conuenire actioni intelligendi, in confesso est. Hæc enim actio, neq; in subiecto corporeo est quia in anima est, neq; eget instrumento corporeo, quia nullū sibi à natura destinatum seu deputatū in toto homine cernimus. Vltimū autē, si intelligēdi actio necessariò fit, circa obiectū corporeum, hoc est, quod modo Aristo. vocat in dubium. Fatemur ergo Aegidio hic ex professo nō agi de animæ æternitate, verùm disputatione agitur. Et rem hanc necessariam putat Arist. hanc. s. operationem animæ propriam scrutari quanq̃ difficile. Hinc enim animę pendēda est immortalitas. Quare Aegidij reprehēsio in præsentia non est audienda quæ vulgatam habet anxietatem apud omnes interpretes sudantes in cognoscēda Arist. consequētia. Si anima habet proprium opus, ipsa seiungi potest à corpore: sin non habet, seiungi non potest, quæ consequentia multos torsit grauissimos, cuius peccatum palam est. Committitur enim fallacia consequentis, procedendo à negatione antecedentis ad negationē consequentis, perinde atque si colligas, est album, igitur visibile: non est album, ergo non visibile. Themistius hanc connexionem, de qua disputatio est, non esse necessariam dicit: verùm ita colligere cum Aristote. putat consentaneum, in possibilibus & contingētibus, idest, quando consequens cōtingens est antecedenti. Ea res hoc exemplo patuerit: Si nauigauerit Dion, potest contingere, vt bene & prosperè nauigauerit, ergo si nō nauigauerit, nō potest contingere, vt bene & prosperè nauigasse dicatur. Nō autem sequitur euerso consequente, euertatur antecedens. Ergo si non potest contingere, vt bene & prosperè nauiget, ne nauigare quoq; simpliciter poterit. Aristo. verò sub contingentia cōnexionem suam fecit. Si igitur, inquit, tex. 13. est aliquod animæ operū aut passionum propriū, continget vtiq; ipsam separari &c.

Themistij cōnexio.

Aduersus Themistium vehemens argumētum. Arist. enim tanquā necessarium consequens colligebat ex antecedente, si propria est operatio animæ, anima separabilis est, & Philoponus laborat in explicando verbo contingentiæ, quod explicat verbū illud significare habitudinē, qua anima se habet in corpus vel corpora: vt sensus hic sit. Etsi anima detur, quæ perpetuò cohæreat corpori, si tamē illa habet propriam operationem, illa sanè & si perpetuò nō separetur, potest tamen separari: quippe, secundum suā naturā separabilis est: vt, si lapis perpetuò impedimento ne deorsum laberetur, cogeretur, vtiq; & si non moueatur deorsum, possibile tamen est ipsum moueri. Verùm si natura spectatur nulla cōtingentia est: sed necessitas. Lapis enim secundum naturam suam, necessariò mobilis est, & rursum anima si habet operationem propriam, necessario est separabilis. Cæterum non admodum video, vt fidelis sit expositio Philoponi in loco isto. Themistio credidit Commentator Auerroes, quem secutus est in exponendo hic Arist. Sed nec Themistius nec Cōmentator Auerroes congruunt huic loco, in promptu enim est argumentū Aristo. Si opus proprium anima habet, ipsa separabilis est. Hoc argumētum est, conditionalis aut vera aut falsa, si vera est, necessaria est consequētia, & consequēs necessario colligitur & non contingenter, vt Themist. ait, si verò falsa est, iā tūc mala est cōsequētia, & nihil viriū habet argu. Arist. Quę tamen nihil latuisse fallētiarum (quę in cōsequētiis sępe latēt,) Arist. libri, qui de dialecticis sunt, facilè demonstrant. Nec occasio verbi contingēt, est necessaria, vt ita exponamus, vt Themistius. Scimus enim cōtingens nō perpetuò opponi necessario: quin aliquando conuertitur cū possibili. 1. priorum. cap. 12. De necessario dicitur. cōtingens

Philoponus.

Secundū naturam nulla est contingētia animæ.

Contingere. gens æquiuocè,& Physicorum.3. contingere nihil differt ab esse in perpetuis textu Commẽti.32.quam consuetudinem & modum seruat Aristo. vocans aliquãdo laxo vocabulo contingens,quod est, & temperato verbi rigore perinde est,ac si dixisset, si anima fruitur proprio opere, ipsa separari potest. *Aegidij explicatio.* Aegidius aliã inuexit explicationem,cõnexionem peripateticam esse sine labe,dicens,ꝙ in cõuertibilibus is colligẽdi modus est idoneus à destructione antecedentis in destructionem consequentis & contra:vt,si homo est rationalis, ipse est capax disciplinæ,ergo si rationis est expers, indisciplinabilis est,quæ collectionis compositio est modo Arist.Si anima habet operationem propriam,est separabilis:hæc enim duo se mutuò consequuntur, & habere operationem propriam & separabilem esse.Cęterum & si in materia huiusmodi argumenta non peccent, habent tamen peccantem formam, quod nec Aristoteli hic succensendum est. Quare vt securiùs quid velit locus hic, tradatur & scopulos hos declinemus rationabilius iudico Atticos expositores sectari, quorũ expositionem Philoponus amplectitur in Commẽtario, & Simplicius idem sapere videtur. Aristotelẽ hic non vti constructione argumenti perimendo antecedens conditionalis.Et subinde auferẽdo consequẽs. Quod genus argumenti, vt diximꝰ, vitiosum est aut in forma aut in materia.Sed duas regulas physicis apprimè necessarias tradidit. *Duæ regulæ physicis necessariæ.* Quarum altera est quorum operationes à corpore separari possunt, aut subduci,horum substantia aut natura,à corpore itidem separabilis est.Altera est,quorum operationes ita corpori adglutinãtur, vt à corpore eas subducere nequeas, illorum natura inseparabilis est. Regulæ istæ originẽ habent in vetusta & philosophia.Operatio consequitur potentiam, & potentia naturam. *D. Dionysius* cuius & meminit Beatissimus Dionysius libro de cęlesti Hierarchia.c.11.Quapropter egregiè Aristoteles,ex separabilitate operationum colligit separabilitatem substantiæ, subintelligebat enim illã sub operatiõe. Iam ergo nihil est,ꝙ diuertamus in viam Pauli Veneti, qui credens Aristotelem argumentum construxisse, ait nihil vicij esse in argumento, quippe cùm Aristoteli sit aliquãdo in vsu in locum subiecti sumere prædicatum & contra:vt in primo Elenchorum, Sanabatur laborans, loco huius, laborans sanabatur.Sic modò in locum antecedentis trãstulit consequens, atq; loco huius si non est operatio propria, substituenda est illa. Si anima non est separabilis: & tunc demum collectio erit firma. Si anima non est separabilis non habet operationem propriam. Et fortasis, inquit, hoc dandum est vitio translationis,aut translatorum,aut scriptorum, qui non assequuti Aristotelem, peruerterunt ordinem consequentię, qui apud Aristotelem ritum & ordinem Dialecticum obseruabat.Hoc autem cùm sit gratis dictum,& citra vllum colorẽ, & verba Aristotelis, consentientibus Græcis & Latinis,ita habeant,& interpretes ita Latini,vt Græci, sic legãt:nulla ratio postulat,vt Paulo fidem demus, & rursum quia Aristoteles physicorũ processum seruans,ab operatione incipit: quia naturæ vel animæ inseparabilitas aliunde argui non potest. Quorsum ergo debuisset colligere,Si aĩa est separabilis, operatio est separabilis.Ergo si anima non est separabilis,nec operatio. Hinc tibi Attica explanatio commendabilior erit, si credideris mihi cæteras insufficiẽtes putabis.Cui tamen nõnulla sunt obiicienda.Primum demus animam esse separabilem à corpore, (vt res habet) nullam inueniemus operationẽ illi propriam: *1. Argum* etenim intelligere,non est animæ rationalis proprium: qđ commune est angelicis spiritibus. Ad hoc tamen respondetur per operationẽ spiritualẽ cõuenientẽ animæ nõ ita propriam aĩæ intelligas vt alteri spiritui negetur. Hoc enim sat & abundè facit cum animæ separabilitate si ipsa habuerit operationẽ solis substantiis spiritualibus competẽtem.Rursum obiicit alius,oculus habet operationem propriam, tamen non est separabilis à corpore, itidem auditus & reliqui sensus. *2. Argum* Infringitur dubitatio:videre nãq; est propria operatio oculi,oculus aũt non est aliqua forma simplex,vt anima, sed est compositũ, scilicet,ex corpore & anima vel animæ potentia. Quare quod

est

est oculo proprium, est commune & materiæ corporeæ oculi & formæ eiusdem oculi. Postremò obiiciet alter, nauigatio est operatio coniuncta naui, & tamẽ gubernator aut nauclerus est separabilis à naui: regula ergo philosophi falsa est. Obiectio diluitur: gubernator, vt gubernator est, à naui nõ est separabilis, vt homo verò separabilis est & habet aliã operationem à nauigatione & à naui separabilem: ita anima, vt corpus administrat, coniũcta est corpori necessariò, vt autem intellectualis est, separabilis est. & quia huius procemij cõmentatio longiuscula est, ne modũ nimis excedamus, quæ hîc attexẽda erant, in tertiũ librum de anima seruemus. Iã verò summatim Codicẽ Arist. adstruamus. tex. videlicet 12. &. 13. Ait igitur. *Dubitationem autem.* Id est, quod scientiã de anima præter cætera allata difficillimam facit, est discernere animæ passiones. i. operationes si omnes egent corpore vt videre, audire quę oculis & auribus celebrantur. an sit operatio aliqua quæ corporis ministerio nõ indiget. *Hoc enim accipere.* Id est huic scientiæ necessaria est hæc disputatio, non tamen prompta. *Videtur autem.* Id est, sunt quædam animæ functiones, quæ corporis amant operam vt irasci. &c. At intelligere proprio videtur simile, at verò si si intelligere est phantasia, id est, imaginatio, vt dixit Democritus aut necessariò colligatur cum imaginatione intelligere non separatur à corpore, quia phantasia *Est vis* corporea. *Siquidẽ.* Id est si aliqua est operatio animæ à corpore separabili, anima est immortalis, Si verò cõtra, omnis anima mortalis est: sed conferenda erit anima recto, quod vt rectum est tangit globum in puncto: tamẽ rectum est in materia, ita intelligere cõuenit & animæ vt anima, tamẽ in corpore. Sequitur textus. 14.

Obiectio diluitur.

Text. 14. ¶ Videntur autem & animæ passiones omnes esse cũ corpore: ira, mãsuetudo, timor, misericordia, confidentia, adhuc gaudium, & amare, & odire, simul enim cum his, patitur aliquid corpus. Indicat autem, aliquando quidem à validis & manifestis passionibus accidentibus nihil exacerbari aut timere, aliquando autem & à paruis & debilibus moueri, cum accenditur corpus, & se habet sic vt cum irascitur. Adhuc autem magis hoc manifestum: nullo enim terribili imminente: in passionibus fiunt ijs, quæ timentis. Si autẽ sic habet, manifestum quod passiones, rationes in materia sunt.

¶ Reuertitur in cantilenam priorem, omnes operationes animæ cõmunes esse corpori, & si in quibusdam hoc magis pateat, quàm in aliis. In timore nanq; in ira, in pudore, manifestam præfert corpus alterationem, quia pudor vultum vitiat pallore primum & rursum quasi certamine quodam, vt Galenus ait de simptomatum causis libro. 5. in rubescentiã commutatur. Et timor calorẽ ad intima trahens in cutem pallorem infundit. Ira verò membra exteriora feruentia facit. Præterea tanta est harum motionũ cum corpore sodalitas, vt nonnulli per timorẽ subita morte perierint, vbi debilis cõplexio sub valido timore, cõcussa extinguitur. Alij præ gaudio supra modũ pusillamines mortui sunt. At ex iratis nemo Galeno auto. & istæ animæ passiones pathemata vocantur. In operationibus verò, quæ non sunt, vt priores, sed sunt apprehensiuæ potentiæ, non ita se ostentat corporis alteratio: quia nõ est ita vehemẽs apprehensio, vt appetitus: communicãt tamẽ operationes illę cum corpore, vt prædiximus. Præter hæc nouam intentat rationem, qua probet operationes necessariò consequi corpus: etenim tales sunt animæ operationes, qualis est complexio corporis, quam informat, sunt enim pleriq;, qui passi iniuriã non prouocantur in iram, qui hoc accidente afficiũtur, quippe frigidæ sunt cõplexiõis, gelidiq; sanguinis, qui ineptus est vt ferueat iniuria accepta. Alij verò citissimi sunt ad iram, qui ferventis sunt

Galeni cũ Aristo. consensio.

Timor.

Tardi ad irã.

sanguinis, aut cholericæ complexionis. Rursum, quidã dociles, alij hebetes. Dociles rursum quidam ad scrutanda cælestia mysteria, metaphysicẽ amantes, alij physicam, alij dialecticam, & id genus, alij sagacissimi, alij stolidissimi, alij salacissimi, alij verò temperatissimi, alij mediocres. Quorum omnium cõplexionis diuersitas in causa videtur esse. Quas itẽ differentias in brutis animantibus cernimus suo modo propter differentẽ corporum temperaturam. Et Arist. 1. rhetoricorum. iuuenum, virorum & senum diuersa ingenia prosequitur propter differentem complexionem. De qua re Galenum lege in libro q̃ mores animi temperaturam corporis sequãtur. Et Aristo. libro. 2. de partibus. cap. 2. & 4. Subdit Aristo. & argumentum alterum, quo conficiat assumptum. *Adhuc autem magis hoc manifestum &c.* Quòd dicit tale est quã operatio animæ, sit à corpore pẽdens, vt hoc signo expendas, melãcholicos homines nulla extãte causa exteriori: quia in imaginationem illorum vmbratilia præsentantur, quę vera credunt debilitate complexionis, vt pueri mediis tenebris vmbras se videre exclamant. Aduertas tamen hic Arist. nihil probare de intellectione esse à corpore pendentem: cuius iam meminerat à phantasia pendere: sed in passionibus, totũ se dilatat & fundit. Ex quibus vniuersis corollariũ ducit primum. *Si autem sic habet passiones rationes in materia sunt.* Id est definitiones istarum animę operationum sunt per materiam exhibendæ, quippe coniũguntur corpori, & administrantur per corpus.

Text. 15. Quare, termini tales, vt irasci, motus quidã existit talis corporis, aut partis, aut potentiæ, ab hoc gratia huius. Et propter hæc, iam Physici est consyderare de anima, aut omni, aut huiusmodi.

¶ Hic vocat terminos definitiones passionũ, quas dixerat dudum rationes, vt irasci, finitio erit motꝰ corporis, aut partis corporis vt cordis vel sanguinis feruor circum præcordia. Aut motus talis potentiæ, idest, irascibilis. Nam ira affectus est irascibilis, ab hac enim proficisci tur ira in gratiã vindictæ. En tibi, vt ira habet instrumẽtum corporeũ, vt cor: sanguinẽ verò materialẽ causam, q accẽsus, suscitat iras. Hæ verò causæ intraneæ: extraneæ autẽ est iniuria suscepta: finis est hanc iniuriam depellere: appetentia autem huius depulsionis forma iræ est: huius autem appetentię irascibilis potẽtia principium efficiens est. Adhũc sanè modum Latini: doctius tamen Philoponus exposuit qui sensuales animæ operationes distinguit. Quædam enim per totum corpus definiuntur: vt, tactus, qui totius corporis est actus, & motus corporis, dico viuentis, & sentientis. Aliæ verò operationes non vocant totum corpus in suam definitionẽ, sed partem, vt ira, cor aut sanguinem, qui in corde: est per potentiam autem non intelligit cum Latinis, irascibilem vim, sed calidum, aut frigidum, aut cęteras qualitates de quibus in prædicamento Qualitatis, ad naturalem pertinere potentiam dixit Arist, vt si quis definiat irã esse calidi feruorem: in corde. Quod verò ait Arist. *Ab hoc gratia Huius.* 2. liber Rhetoric. Aristo. ostendit dicẽs esse iram appetitum apparẽtis vltionis: propter apparentem contemptum, qui in se vel in suorum aliquo immerito est. *Est ab hoc.* Id est, ab apparente contemptu, & gratia huius, id est, apparẽtis vltionis: ira enim hinc prouocatur, q̃ palam affecti sumus iniuria: & idcirco manifestam cupit vltionem. Textus lucidus iam est sine obscuritatis offensa. *Videtur* ait, oẽs animæ passiones esse communes aię & corporis. Et collectio est: nã si corpus alteratur excitãtur si corpus sedatũ est illæ sedantur. Quidam enim, vt biliosi modico incitamento irascuntur, quia cito in illis est calidi succẽsio, secus in pituitosis. Melãcholici autem in *passionibus fiunt.* Id est, timore corripiuntur ex imaginatione sola terribilium. ¶ Placet aũt paucula argumẽta obiicere, quę priorum sermonum veritatem elucident. Et primum Aristo. ait. Videtur autẽ omnes passiones animę communicare cum corpore. Cõtra hoc est, intelligere nihil cõmunicat cum corpore: nam hæc communicatio aut est ratione subiecti aut ratione instrumenti aut obiecti, aut medij, quia *Argum.*

quia hæc omnia corporalia cùm sint, necessaria sunt vt anima ipsa operationem suam obeat aut alterũ horum, ira enim aut furor instrumentum habet corporale, itemq; subiectum & obiectũ. Fit enim ex sanguinis calore, & in potentia irascibili suscipitur, & circa vilipẽsionem manifestam versatur. Item de aliis passionibus appetitiuis, vt prædiximus. Operationes autem sensuum exteriorum quatuor modis illis prioribus communicãt cum corpore, est visio quæ recipitur in subiecto corporeo, habet instrumẽtum corporeum oculũ, habet obiectum corporale coloratũ, aut lucidum, habet medium diaphanum. Operationes autẽ sensuum interiorũ spiritualiores cùm sint, sensionibus exterioribus, & si non operentur per medium corporale, tamen reliqua tria habent. Imaginatio enim de corpulentis est obiectis, vt lapide, ligno &c. Et à corporea potẽtia proficiscitur, & in eadem recipitur. Cæterum media nõ habẽt, vt sensus exteriores similesq; sunt hac ratione appetitui, qui per medium non operatur: intellectio verò nullam istarum cõmunicationem cum corpore habet, saltem quædam intellectio, vt intellectio diuinorum. Hæc enim nullam communionem habet cum corpore, nec communionem subiecti quia recipitur in intellectu, nec instrumẽti corporalis, quia hoc nõ eget: nec obiecti, obiectũ enim est Deus aut spiritualis substantia. De medio autem cõstat intellectum nostrum nõ per medium operari vt sensus exteriores, visus per trãsparentia, auditur per aërem &c. *Argumẽ. 2.* Secundum argumentum est obiicere Aristotelẽ Aristoteli. 2. etenim de anima tex. 21. loquẽs de intellectu, separatur autem hoc ab hoc tanq̃ perpetuum à corruptibili. idest, intellectus vt æternus est ita separabilis à corpore caduco & corruptibili, quid ergo est ꝙ hîc nõ separat intellectum à phantasia? *Argumẽ. 3.* ¶ Tertiò colligamus corpus animatum poterit habere operationẽ, imò habet sæpe propriã sibi, quæ non sit operatio animæ, ergo itidem & anima imò probabiliùs habebit operationem propriam. Antecedentis huius connexio plana est, corpus etenim sæpe descendit renitente anima, vt in corpore quod inaduertenter ruit aut labitur, in quem lapsum anima non operatur sed sola corporis grauitas. Anima siquidem retineret ruinam, contineret à lapsu corpus, si potens fuisset. *Diluitur argu. 1.* Primi argumenti solutio plena hîc adhiberi non poterit, ꝙ multa inuoluat, quæ tertio disserenda sunt: nunc autem respõdetur intellectum nostrum Deũ intelligendo non habere propriam diuinitatis notitiam, id quod D. Dionysius in libr. de cælesti Hierarchia cap. 2. cõfessus est, dicẽs in diuinis rebus negationes veræ sunt: affirmationes verò nequaquam tantisq; arcanorum latebris congruunt. *B. Diony. de Dei notione.* Vnde & theologi acceperunt de Deo potiùs quid nõ sit, quàm quid sit theologiam cognoscere. Iam ergo nullus est mentis nostræ conceptus, qui ita propriè diuinæ intelligentiæ seruiat: vt nihil creaturæ admisceat corporalis. Cogita enim Deum, cogitabis ens infinitum, aut creatorem cæli, & terræ, aut possessorem vniuersorum, & semper se insinuat in cogitatione hac sensibilis creatura: nec poteris te extricare ab huiusmodi compedibus sensibilibus, neq; solum in diuinis intelligẽdis, hoc nobis accidit, verum etiam si mẽtem paramus in substãtias angelicas, nisi per negationes corporum agatur, fieri nõ poterit vt angelus ostendatur menti nostræ. Neq; vnus est Dionysius, qui hoc tradidit, ante eum Aristo. 2. primę philosophiæ hoc subindicans dixit, vt oculus Vespertilionis ad lucem solis: ita mens nostra ad spirituales substãtias & intelligibiles, quas vocat manifestissimas, secundum naturas. Vespertilio enim ꝑ tenebras cognoscit lucem, & nos per negationes discurrimus ad intelligentiam substantiarum spiritualium. Quare mẽs nostra in intelligentia diuinorum etiã corporalia obiecta versat: ita argumentum primum solutum est, nec eo infringũtur verba Aristotelis, intelligere aut est phãtasia quædam, aut non sine phantasia. *Diluitur. 2.* ¶ Secundũ absoluamus, & Paul. Vene. hoc argumẽtũ tractans ait intellectũ humanũ & esse separabilẽ à corpore & inseparabilẽ, inseparabilis sanè est per elongationem. Indistans enim est intellectus à corpore humano, nec vnquàm ab eo recedẽs. At verò separabilis est, secũdum inhærẽtiam.

Nõ enim inhæret corpori mẽs humana. Atqui ducit ſolutionem hanc conſentaneam eſſe placitis Ariſto. & Commentatoris.3.de anima tex.Cõmen.5.Hic enim credidit intellectum, & ſi deſtituat hoc corpus humanum, aut illud:tamen ſimpliciter nunquã deficit ab humano corpore ipſe intellectus vnus,vt patebit in tertio. Porrò hæc ſolutio & ſi à multis recipiatur, vt peripatetica, ego illam ſanè non recipio. Quapropter aliter reſpondeo.Philoponus elucidãs verba illa,intelligere aut eſt phãtaſia quędã,aut non ſine phantaſia,prępoſitionem hanc (ſine) trifariã eſſe in vſu duxit:vel enim ſignificat ꝙ nec nocet nec iuuat,vt dicimus non ſine vmbra quod eſt in lumine corpus. Nec enim corpus, vmbra iuuatur aut læditur, vel ſignificat neceſsitatem:vt,inſtrumenti vel alicuius alterius talis,vt Achilles ſe ſtrenuum virum præſtitit,at non ſine lancea, quæ neceſſaria illi erat,vt ſtrenuũ ſe gereret. Aut tertio ſignificat impedimentum,vt hyeme nauigans ſeruatus eſt Petrus,at nõ ſine periculo. Periculum autem impedimentũ eſt.Iam ergo(ſine)in verbis Ariſt.ſignificare ait neceſsitatẽ,vt hic reddatur ſenſus verbis iſtis, Si intelligere neceſſario pendet à phãtaſmate,non poterit ſeiungi à corpore. Hoc autẽ dixit Ariſto. non affirmãs eodẽ authore, ſed ex hipotheſi eſt intelligẽdus ſermo,qđ coniunctio(ſi) notat. itaq; diſputatiuus vel problematicus & non aſſertiorius eſt hic Ariſt.locus, intelligere aut eſt phãtaſia &c. Quare eneruе eſt argumentũ, quia quod hic ſub diſputationem Ariſt.dixit,non tollit locum citatum in.2.de anima,& Philoponus credit hic manifeſtè Ariſtotelẽ in.3.dixiſſe abſq; imaginatione eſſe ipſã intellectionem, quod habebit locum diſſerendi quando ſermonis continẽtia illud exegerit. ¶Tertio reſponſio eſt in promptu:corpus enim habet operationes aliquãdo, quæ animæ nõ ſunt:iſtud tamen eſt,ſi conſideres corpus animatũ, vt corpus eſt ſolum:vt corpus tamẽ animatum eſt, nulla eſt procedẽs operatio, quæ animæ non ſit,etiam ſi iam faſsi ſumus intelligere eſſe operationem propriam animæ.Ipſa tamen Philoſophi argumenta, quæ in litera obiicit, (quæ etiam nos iam expoſuimus)quibus contendebat operationes omnes animæ corpori eſſe cõnexas hoc pacto diluuntur. Corporum temperamenta magnum adferunt iuuamentum, non ſolum ſenſui, ſed etiam menti.2. etenim de anima tex. 94.molles(ait Ariſto.)carne,mente ſunt apti,ſubaudi,ad diſciplinas. Itẽq; & corporis temperatura ſi iniqua, noxia ſatis & corpori & menti. Et iſtud ſanè probãt Ariſtotelis argumenta:vt à nobis producta ſunt:verum cum cernamus ſæpe homines propriam libidinem & ſanguinis ardores ſuperare, iras, & incandeſcẽtias retinere,ſegnitiem & pigritiam,quæ pituitoſus ſanguis incutit, excutere, & id genus innumera, quæ philoſophiæ ſtudium aut Dei gratia ſubminiſtrat:facilè intelligemus,quàm diſtãs ſit mentis natura à corporis ſubſtãtia.Sed ne hæc anteuertamus,ſatis de hoc ſermone tex.16. qui ſic habet. *Differenter autem diffiniet phyſicus & dialecticus vnumquodq; ipſorũ vt ira quid eſt.* Quia multa dixerat de definitionibus formulas differentes diffiniẽdi annectit modò:alterã phyſicam, alterã verò dialecticam.Phyſica per materiam, dialectica per formam. Huius loci verba exponens Themiſtius.c.9. exemplo propoſito finitionis domus, rẽ exponere curat. Quẽadmodum diffiniturus domũ alius, forma & ratione contentus eſt,hoc modo.Domus eſt cuſtodia & defenſio à vẽtis, imbribus, caloribus, frigore &c. Alius,ſola materia, Domus eſt ligna,lateres,intrita.Erit & cui vtrumq; complecti ſtudium ſit, quæ eſt diffinitio per formam, & materiã, domus eſt munitio ab ijs quæ deforis ingruant, ex tali aut tali materia compoſita.His tribus definitionibus conſtitutis in dubium vocat,quæ harum diffinitio, aut quod genus iſtarũ definitionum phyſico competat, quodve dialectico.Et ſoluit genus illud diffinitionum ſpectantium formam nudam à materia dialecticum eſſe, ideoque non ſolidum.Forma etenim ſola ſolidum eſſe citra materiam nõ poterit habere: ſed eſſe rationis,& fictum, quod vanum eſt. Atque hac ratione vanæ dicuntur dialecticæ diffinitiones.Reliquum verò diffinitionum genus phyſico conuenit,Diffinire per materiam,ſed non ſine forma. Materia

Propoſitio (ſine) trifariam vſurpatur.

Argumẽ.3.

Molles carne apti ad diſciplinas.

Materia enim cessans esset & manca, nisi formæ meminerit. Etenim si physicus per solam materiam finiuisset, imperfectam cõstrueret diffinitionem. Est enim materia, natura imperfecta, nisi formæ societatem & communionē habeat. Sic ergo physicus diffiniens iram, per materiam diffinit, dicens efferuescentiam esse sanguinis circa cor. Et quia hoc non satis: nam febris etiam est efferuescentia sanguinis circa cor, ad complementum huius diffinitionis additur, quæ est ex libidine reponendæ vindictæ.

Argumē.1. ¶Locus autem hic Aristotelis planè obscurus est & dubiorum multitudine scatens. Non enim satis cõstat etiam nobilibus philosophis, quare materiam physico concedat Aristo. dialectico formā: quasi verò dialecticus materiam expuat in suis traditionibus, qui propositionē ex prædicato, atq; subiecto cõponi concedat, & syllogismum alterum peccantem in materia, cuius antecedens verum & consequens falsum: alium peccantem in forma, qui vitiosam habet structuram asserat & similem habet pro instantia.

Argumē.2. ¶Secundò. Ecquid in syllogismo præmissæ & conclusio non sunt materia, & in demonstratione, principia, ex quibus componitur? *Argumē.3.* ¶Tertiò, Et rursum genus, vt materia est: & dialecticus per genus, & differentiam iubet finire, & de genere considerat, neque de differentiis solum. *Argumē.4* ¶Quartò, Adde siue logicus per formā, siue physicus per materiam, vtrumq; genus vanum est definitionis: siquidē neq; sola materia de re prædicatur, neq; sola forma: sed quod ex vtrisq; coalescit. Nā corpus & anima vnus est homo. *Argumē.5.* ¶Quintò, Et secundo physicorum tex. Cõmen. 12. forma est magis natura, quàm materia & Commentator secundo physico. Commento. 26. & si vtrūq; naturalis consideret, & materiam & formam: tamē de forma naturalis considerat per se, & de materia propter formā: ergo definitio quæ per formam est, hæc per se physicæ traditionis est, & non dialecticæ. *Argumē.6.* ¶Sextò, An non & mathematicus solam formā considerat triangulum, vt triangulus est & circulum vt circulus est? horum tamen definitiones quis tam confidēs est vt dialecticas & vanas dicat? Quòd verò à materia abstrahat mathematicus Aristote. non semel docet. 7. metaphysi. tex. Commen. 35. *Argum. 7.* ¶Septimo, Et rursum metaphysicus, per formam formalissimè definit, qui suam considerationem omnem expurgat à materia. *Argumē.8.* ¶Octauo, Quod Aristo ipse, quarto physi. tex. 101. & 108. tēpus diffinit sine materia est mensura motus, secundum prius & posterius: & materiam diffinit non per materiam: esset enim abitio in infinitum. *Argumē.9.* ¶Nono, Et postremò, sexto topicorum Aristoteles celebri documēto docuit definitiones per notiora esse tradendas. Sed si physicæ definitiones per materiam exhibeātur, essent per ignota. Materiam expēdas quo ad nos est occultissima: quia cùm sit ens in potentia, fugit nostram notitiam & multa secula latuit materiæ notitia. Plato inuenit, sed non plenè. Si autem quo ad naturam materiā consideres etiā est occultissima. Quid ergo conducit materiam in definitiones corrogare physicas, quæ nihil lucis infert sed multùm tenebrarū & caliginis? Nobiliores igitur erunt definitiones dialecticæ, quæ neglecta materia formā ipsam amplectuntur.

Alber. formam duobus modis excogitat. Albertus Magnus hoc primo libro de anima tractatu. 1. cap. septimo. formam duobus modis excogitat: Primo quidē modo vt ipsa pars est rei naturalis & physica: veluti, anima est pars physici viuētis. Secundo modo vt ipsa prædicatum est vniuersale à re ipsa abstractū, vt animal. Et hac ratione, hominis differentia, rationalis inquam, est forma: quia vniuersaliter prędicatur de homine. Et non solùm differentia est forma, sed itidē genus: quippe, locus prædicati cum sit longe nobilior subiecti loco, ideo locus formæ censetur. Nec enim Aristo. 4. Primę philo. lib. tex. 5. metaphysicum & dialecticum idem versare genus voluit rerū: at metaphysicus omnem formā tractat, ergo & dialecticus formas rerū omnium tractabit, non vt physicus, sed vt dialecticus formas sub totius ratione considerat. In quem modum quinq; prædicabilia sunt formæ nō partiales, vt formæ physicæ, sed habent modū totius. Nā homo totū habet: confusè tñ, quod Petrus, habet: & animal totū quod homo, & ita in reliquis: dialecticus ergo non formas

naturales, sed dialecticas, & vniuersales considerat, & per has definit, per genus, differētiam, & per proprium. ¶Verùm hæc Alberti expositio non elucidat huius dubij densam caliginem. Nam definitiones dialecticæ Arist. sunt vanæ. At si quis definierit per genus, & differētiam essentialem, nūquid vana est diffinitio? non vtiq;. Per illa enim propria accidentia rei assequemur: neq; vana erit si quis per genus & propriū. Vanas nanque eò duxit Aristote. dialecticas definitiones, quò propriorum accidentiū non meminerint. Ioānes Iandonus alia sibi diuerticula quæsiuit. Longicus per formam, ait, quæ vera est ipsius cōpositi, definit, non vt habet rationem partis: sed vt est tota rei quidditas. Nam hic credit materiam nō esse de quidditate rei: sed solam formam. Hoc autē Iandoni cōmentum ad rē nihil. Nam metaphysici potius est, quàm dialectici de hacquidditate negocium: & si quidditatem in suam telam accipit dialecticus, dicat Iādonus, cur Aristote. dialecticæ definitiones vanæ sunt? quādo notitia quidditatis, vt supra docuimus, oēs soluat difficultates. Paulus Venet. in dubitatum habuit dialecticū, non solum per formā, sed per materiam, & denique per quatuor causarum genera definire. Nam. 4. metaphi. text. cōm. 5. dialecticus, vt metaphy. sunt artifices cōmunissimi. Vt ergò metaphysicus in quatuor genera causarū se fundit, ita dialecticus. Iam ergo dialecticus per formā definit: vt, demonstratio est syllogismus faciens scire. Iam verò per materiam solùm vt demonstratio est, ex primis veris & immediatis posterio. 1. Iam per materiam & formam: vt, syllogismus est oratio, in qua quibusdā positis, necesse est aliud sequi. 1. priorum. In qua diffinitione vtrumq; inuenias. Quòd ergò est instituti Aristo. est, dispositiones & maxime animæ passiones differenter definiri à physico, atque dialectico. Hic per solam rationem, idest formā, animæ passiones, definit: ille verò per materiam simulque formam. Itaque autor hic particularem & non vniuersalem differentiā voluit in ire diffinitiōis physici & dialectici. In cuius sententiam cōniuent Aristo. verba. *Differenter* ait *Physicus, & dialecticus definient vnunquodque ipsorum.* ¶Præfert igitur de passionibus animæ facere verba, & nō de omnibus: & si vniuersa hæc per stringis Pauli hæc sententia est in negocio passionum animæ quantum ad definitiones attinet Dialecticū & Physicum discrepare, quòd hic materiā atq; formā vocat in suā definitionem, ille solam formam: vt, de ira prędixit Arist. tamen in definiendis aliis nihil in re definitionis inter vtrumq; Physicū, & Dialecticū, discriminis est. Porrò hic locus Aristo. iunctus alteri, cuius frequēter meminimus, definitiones dialecticas vanas, quòd per eas propria vniuscuiusq; rei diiudicare nequimus, idest, nō possunt esse mediū in demonstratione, quæ propriè sit demonstratio. Satis indicat non de definitionibus tātum motionū animæ, vt Paulus iudicat: sed vniuersale intelligendū fore hoc discrimen, physicę definitionis atque dialecticæ. Neq; Græci expositores aliud insinuāt, quàm generaliter esse differentiam intelligendam. Vnde Philoponus physicum, atq; dialecticum diuerso modo instituere credit formā. Hic formam accipit, non vt causam alicuius rei, sed formam simpliciter: ideò definit iram esse libidinē reponendæ vindictæ, quæ est ratio iræ, atq; ob hāc causam dialecticus nihil materiæ meminit: quia formam non extendit, vt causam operationis aut materię, sed eò duntaxat, quò est ratio rei per quam res est. Physicus autē formam accipit, vt causam operationis physicæ, quam, quia præstare nō potest, nisi materiæ iungatur: propterea physicus cogitur de materia tractare. Rursum mathematicus formā abstractam à materia sensibili cōsiderat, & hac ratione formā trianguli accipit nudè, id quod physicus nō potest, formas physicas secernere à materia. Nā caro & sanguis & ossa per materiam necessariò definiūtur & formę subeunt diuersas definitiones, cuius diuersitatis materia in causa est. 2. physico. tex. 7. 8. 11. Nam alia est materia animalis, quę est caro & os: alia est materia phialæ, quæ est argentum, vel aurum.

¶Themistius autē, loco indicato, propterea voluit, diffinitiōes dialecticas vanas esse, quia forma à materia seiūcta nihil habet soliditatis, i. subsistere non potest, sed

Alber. expositio refellitur.

Logica definitio.

Iandoni Cōmen. inane.

Paul. taxa[tur]

sed solùm habebit esse secundum rationem quòd genus entis exile est, physicus formã iungit materiæ, ideo definitio physica, vera definitio est, quæ non traditur secũdum esse rationis abstractum à re, vt definitio dialectica, sed secũdum esse coniunctum & reale. Etenim dialecticus artifex est rationalis, physicus verò artifex realis, ideo hic secundum rem definit, ille verò secũdum rationem. Ad hunc ferè modum explanare possumus Themistij verbũ, à quo sensu non abhorret Commentator Commento. 16. Porrò autem huic itidem sensui occinunt indicata argumenta. Dicamus igitur dialecticam bifariam considerandam: aut quatenus ipsa sibi tradit præcepta, diuisiones, definitiones, propriũq; subiectum, (siue ens rationis, siue syllogismus sit) enucleat per partes, per accidentia propria, vt solenne est singulis scientiis. Altero verò modo, vt ipsius est vsus in scientiis realibus omnibus. Seruit enim omnibus scientiis: tradit enim methodum diuidendi, definiendi, demonstrandi, arguendi topicè, & id genus. Iam ergo secũdum priorem dialecticæ considerationem, definitiones dialecticæ non sunt vanæ, sed vtiles: illæ enim ostẽdunt, ꝙ quid est subiecti, propriasq; passiones, quas dialectica de proprio subiecto demonstrat.

Definitiones physici & dialectici.

Dialectica bifariam consideratur.

¶ Vt verò ipsa se fundit in alias sciẽtias omnes, & problematicè vniuersas quæstiones scibiles in quolibet genere scibilium disputare nouit: hac enim causa cõmunissima scientia vocatur, vt metaphysica, & si secus hæc q̃ illa. Hæc enim quia de vniuersis rebus, illa verò de intẽtionibus, quæ omnibus rebus tribui possunt. Sub hac igitur ratione expensa dialectica definitiones habet vanas: quippe, dialecticus, per solam dialecticã scientiam demonstrare non potest proprias passiones entis naturalis, aut aliarum rerum, quia ad vtrũq; se vergit illius disputatio, & in problemata quæstiones vertit, & non per principia propria singularium scientiarum demonstrationes librat, sed ꝑ principia cõmunissima, & remotissima, suas rationes vtrinq; agitat, id quod Arist. dixit. 2. de genera. anima. cap. vlti. sed fortasse, verisimilior ijs demonstratio illa logica videtur. Logicam appello, quia quo vniuersalior, eò remotior à propriis est, & Auerroes, primo cæli. Commẽto. 70. inquit. Hæc est alia demonstratio à prædictis, & est logica, scilicet, quia est ex veris propositionibus, sed non propriis, sed generalibus. Quare dialectica & si sibi retineat definitiones veras & vtiles, ostẽdẽtes ꝙ quid est definitorũ, per quas propriæ passiones demonstrari possunt: vt, veritas, falsitas, cõtingentia, necessitas, possibilitas, non tantũ præstat in sciẽtiis aliis, vt solũ contenta suis principiis, hoc præstare possit. Sed physicus quasi in propria domo agens: vtens formulis dialecticis diffiniet: quid sit natura, q̃d locus, quid motus, & id genus, & propria accidẽtia horum ostendet. Quãobrem singulis scientiis realibus, quando se immiscuerit dialectica, formam sibi accipit, id est, rationem cõmunem & generalem, quia propria principia non nouit aliarum scientiarum, vt sunt rationes illæ, quibus Aristo. probat mundi æternitatem. 8. Physicorum. quę cõmunes sunt, & non demonstratorię, vt multi credunt. Valet autem dialectica nõ solum de forma rerum, sed de materia, de effectrice causa & finali causa disserere: vnde Arist. verbum, dialecticum formam spectare, istud quidem intelligendum est: quia de vniuersis scibilibus per cõmunia disserit, sed à forma vniuersalitas sumitur, vt à materia indiuiduatio.

Dialectica defini. quando vana.

Obserua hæc diligentissime.

¶ Argumẽtis faciam⁹ satis. Primo, respondetur dialecticã vt docens est definire per materiam, per formam, & si materia illa nõ sit physica, de qua sit sermo intelligendus, sed per materiam dialecticã, quæ æquiuocè est materia. Argumentum secundum eadem solutione, absoluitur. Et tertiũ, Argumentũ quartum dilutum est: dialecticum eatenus definire per formam, quatenus forma indicat rationem communem, & generalem: est enim forma de se communis vt D. Tho. 1. parte. q. 3. artic. 2. Non quod quis falsò credat per formam quæ est pars rei solũ dialecticũ definire. Quintò fatemur formã perfectiorẽ esse naturã materia. Atqui scopum præcipuum physicę institutionis formam esse. Atqui forma hæc, si physica est, necessario materię iungitur. Quare definitio physica, ex vtrisq; magis

Dilutio argumentorum.

gis constabit, vt Aristo. in hoc textu ait. Distorte igitur intelliges, physicũ per solam materiam definire id quod à se alienum est. *6.argu.dilu,* Sextò mathematicus formã circuli abstrahit, ab omni materia sensibili id quod præstabit dialecticus, quando communissima sibi vsurpat. Cæterum hoc discriminis est, quandoquidem mathematicus proprias & reales passiones circuli, trianguli, quadranguli, per propria principia demonstrat. Dialecticus autem passiones proprias intẽtionales, de quibus diximus, vt veritatem aut falsitatem de propositione ostendere valebit, reales verò proprietates, vt dialecticus est, non poterit nisi accipiat, aut digrediatur in principia physica, aut mathematica, & id genus principia. Et hac ductus ratione Arist. dixit definitiones dialecticas esse inutiles quippe quæ non sunt idoneæ, vt probent demonstrando proprias rerum affectiones ideò iudicantur vanæ in realibus scientiis. *7.argu.dilu.* Ad septimũ metaphysicus diffinit per formam, & definitiones metaphysicę, solidæ & nihil vanæ sunt, propria enim scientiarum principia ipse discernit, & negãtes principia ipse redarguit. Quare longo interuallo distant metaphysicus, atq; dialecticus, vt ex præhabito sermone iam facilè colliges. *8.argu.dilu.* Octauò, Aristo. dixit tẽpus esse mensuram motus. Atqui hæc diffinitio per subiectũ est, idest motũ, qui est temporis subiectũ, temporis ergò diffinitio, methodum definiendi physicam nõ violat. *9.resoluitur.* Nonò, aduertamus oportet in gratiã argumenti huius, materiã esse duplicem & proximã, quæ sensibilis vocatur: quæ est propria vnicuiq; rei, & cõmunis quæ prima appellatur. *Materia sensibilis quid et cõmunis.* Quæ communis est omnibus generalib⁹, corruptibilibus, hęc egerrimè inuenitur & occultissima est, prior verò, notior est quã definitum per illam, vt ira quæ definitur per sanguinẽ, minus nota est quàm sanguis ipse. Hæc autem materiæ distinctio ex Cõmentatore excipitur. 2. physico. cõmen. 10. Caro autem & sanguis, & id genus vocantur secunda materia, quam nos dudum, proximam, seu materiã propriã vnicuiq; rei dicebamus, materiã ergo nudã ab omni forma sensibili nõ amat physicus: vt, neque formã materię sensibilis expertem: sed metaphysico hãc lampadem tradit, cuius est ipsam formã & materiã ipsam considerare. Ait aliquis. *Dubitatiões de intelligẽtia Aristo.* Cur Aristo. dixit hanc rationem, ira est appetitus vindictæ esse formæ, quandoquidẽ est finis: nam finis irati hominis, est vindictam reponere. Et rursum definitionẽ materialem iræ dicit esse, feruorem sanguinis in corde: ira autem non ille est feruor. Primum diluitur. 2. Physico. tex. 70. Forma rei finis eiusdem dicitur. Etenim forma est rei, ratio & itẽ finis, & sic forma est finis, relata ad agẽs inducens formã, & est forma relata ad rem, cuius est, vt forma ignea est ignis generantis finis, & geniti forma. Similiter etiam in proposito hęc definitio iræ, quæ per finem est, formalis est Aristoteli, & si per finem: quia forma & finis in idem coëunt, aut dicito secundùm priora, dixit hanc definitionẽ esse dialecticam Aristo. quia hæc abstractè, & cõmuniter accepit appetitum recontristationis, aut vindictæ: & propter hanc cõmunitatem vocum, vocat illam definitionem per formam: nam & si dicamus spirituales substantias vindictã de iniuriis acceptis, vt de blasphemiis appetere, non subindè eas iratas dicemus. Quippe ira, est passio animæ & corporis. Dicũtur ergo irasci cõmuni ratione iræ, non tamen propria quæ physica est, videlicet, ira: est vindictæ appetitus ex feruore sanguinis in corde, quæ iræ causa spiritualibus substãtiis non congruit. Eatenus autem dialecticæ appellatæ illæ aliæ sunt: quia generales sunt, & causam non ostendunt propter quam res est. Et quoniam illius est causa: quia non sufficiũt in scientiis cõclusionibus demonstrandis. Quare præter illas alias oportet exquirere, & Aristote. 2. de Anima. tex. 12. ait, non solum quòd sit oportet diffinitiuam rationẽ ostendere, sicut plures definitiones dicũt, sed & causam inesse & apparere. Et hic locus vniuersa illustrat. Definitiones ergo, quas hîc appellat dialecticas, ostendunt, quòd sit res: vt, illa definitio: ira est appetitus vindictæ. Sed hoc non satis physico, aut alteri, nisi causam ostendant quare est ille appetitus. Quare plures dialecticæ exhiberi possunt definitiones quę tamẽ insufficientes erũt. ¶Neq; fiden do Paulo

Veneto

Veneto, qui intellexit per definitiones dialecticas sophisticas, turbatus forsitã verbo Arist. dicentis eas esse vanas. Scilicet cum Arist. sit alius intellectus, & definitiones dialecticæ ostendant, id quod sophista non prestat: qui gloriam veritatis, apparentia & non subsistentia aucupatur. Valeat eius expositio. Quod autẽ sunt appellatę vanę hoc solo nomine est quod scientiam habenti non conciliant vt prędixim⁹: nisi velimus Platonẽ in lucẽ Arist. afferre. Ille enim in Menone ait definitiones dialecticas ex interrogatis ex concessis ve adglutinari vt est illa apud illum, figura est solidi terminus, & secundũ illum, alia est definitio dialectica alia analytica: hæc non rogat neq; ex concessis cõponitur, sed ex sensibilibus captatur: illa verò ex cõcessis à respõdẽte coalescit. Quare nõ est sufficiẽs definitio quia pendent ex datis in disputatione, & hoc sibi vult dialectica pro disputatiua. ¶Hęc qui germanũ Aris. sensum, assequi curat adnotabit, quantũ coniecto multos latuerũt & segniter interpretes hũc locum sunt assequuti nos præstitimus operam quã potuimus Lector boni æquique consulet. Quod vero .2. loco quærebatur Aristo. soluit .1. libro Posterio. duas ostendẽs definitiões: aliã causalem, aliam identicam, quam vocant: priuatio luminis idẽtica est ecclipsis, interpositio terræ causalis est, quandoquidẽ interpositio aut interuẽtus terreni elementi, in causa subsistit, q luna deliquiũ suum luminis patiatur. Ad hunc propemodum iræ definitio est, appetentia reponendæ iniuriæ: definitio identica est: feruor autẽ sanguinis causalis est. Non enim feruescentia illa sanguinis, est ira, sed, est causa vnde ira excitatur. Et si ij qui admodum nominibus suam philosophiam infixerunt, etiam illum feruorem sanguinis dicẽt iram. Cæterum absurdè ita philosophantur. Colligas iam ex omnium horum collatione definitionem dialecticam, non esse definitionem, quæ sit demõstrationis medium in physica institutiõe, aut mathematica, aduersus Paulũ Venetũ, qui ita censuit & peccans est in peripatetica intelligentia.

Plato. Aris. interpres.

Duplex definitio.

Paulus reijcitur.

¶Probat autem Paulus suum placitum, definitionem dialecticam esse medium in demõstratione reali sic colligẽs demõstrationẽ, Omnis qui appetens est vindictæ, est iracũdus: omnis cholericus est huiusmodi: ergo omnis cholericus est iracundus. Quæ cõnexio nihil habet demonstrationis, neq; enim omnis appetens vltionẽ est iracundus, nisi ex accenso sanguine & fele turbato contigerit appetẽtia, neq; necessarium est omnem biliosum esse appetentẽ vindictæ: sed est contingens. multi enim biliosi sunt mansueti virtutis exercitio, aut alia causa. Hæc ergo non est ostẽsio, sed argumentum per communia & remota, & nõ per propria procedẽs ob eamq; causam Aristoteles huiusmodi rationes dialecticas vocat in vniuersum: ergo definitio dialectica in scientiis realibus non est mediũ demõstrationi sufficiens. ¶Iã ergo oportunum est, vt verba Aristot. elucidemus trãscursim, plana, etenim illa censeõ ex nostra disputatione. Ait igitur. *Et propter hæc iam physici est considerare de anima aut omni. &c.* Cõmentator exposuit si omnis anima materialis est, de omni aĩa tradet physicus: sin quædã est immaterialis, de materialibus solum incũbit physico, id quod à nobis supra est vocatum in quæstionem. Hoc autem corollarium est ad priora vt liquidò patet. Alij exposuerunt locum cũ Aegidio, hoc dictum ab Aristo. vt se substraheret ab animalibus cælorum, quæ etsi materiæ adsistant, nõ tamen coniunguntur materiæ cælesti illi præbentes esse physicũ & organicum. Cuius rei mentionem fortè posterior noster sermo faciet. Sequitur.

¶Differenter autem diffiniet Physicus & Dialecticus, vnumquodq; ipsorũ, vt ira quid est? Hic enim, appetitum recõtristationis, aut aliquid huiusmodi, ille aũt, feruorẽ, sanguinis, aut calidi circa cor. Horum autem alius quidẽ, assignat materiam, alius verò, speciem & rationem. Ratio enim, rei necesse est autem, hãc esse in materia huiusmodi, si erit. Sicut domus hæc quidem Text.16.

quidē ratio talis fuerit, quòd operimentum prohibens corruptionem à ventis & imbribus & caumatibus. hęc autem, dicit lapides, & lateres, & ligna. alia vero, in his speciem, propter ista. Quis igitur Physicus, horum? vtrum qui circa materiam, rationem autē ignorans, an qui circa rationem solū? an magis qui ex vtrisque? Illorum autem vterque aliquis.

¶Longè discrepare in methodo diffinitionis physicum & dialecticum ostendit Aristoteles. Nam physicus materiā non negligit, vt sanguinis & cordis meminit in definienda ira. Quorū cor est materia, in qua ira: est enim in corde, at verò sanguis est materia ex qua, nam ex sanguine bulliēte circa cor, suscitatur ira. Dialecticus autem, qui est artifex rationalis, quia opera rationis, aduertit, has materias non transfert in suas definitiones, sed rationē rei quę vocatur forma & species rei. Vnde definit iram esse appetitū recōstrictationis, idest, reponendę iniuriæ & vltionis. Hæc autem definitio dialectica non est exacta, quia non definit iram, vt ipsa est. Nam ira est in materia, & ipse definit circa materiam. Vt physicus quoq; si per solā materiam definiat, non exactam construet definitionem. Quamobrem trium definitionum, quas hic Arist. cōmemorat, & per materiā solam, & per formā, & per vtrunq; postremū definiendi genus est absolutū omnibus suis numeris, vt domus est cooperimetū ex lapidibus &c. defendens à caumatib⁹, i. æstib⁹, & aliis iniuriis cæli. *Ratio enim rei.* Hęc verba Græcè sic habentur ὁ μὲν γὰρ λόγος ὁ δὲ τοῦ πράγματος.

Philoponi lectio. ¶Et lucidè Philoponus legit. Alia enim ratio est, alia verò rei, vt sit hic sensus. Ex definitionibus alia est ratio, & causa siue forma iræ, alia verò rei est diffinitio: videlicet, substantiæ & materiæ. Quē locum interpretes alij non expēderunt: dignus tamē, qui exponeretur: apertè enim docet dialecticum non rei subsistentiā, & entitatē (quæ physicus cōsiderat) sed rationem solitariè & nudè exquirere, ratio autē hæc, vel forma vt vere subsistat necesse est vt materiæ iungatur, & hoc est quod ait Aristote. *Necesse est autem hanc esse in materia huiusmodi si erit*, Idest, forma physica vt sit, exigit materiam. *Sicut domus hæc quidem ratio talis fuerit*. Quo priora planiora redderet recēti domus exēplo illa inculcat ampli⁹, cuius triplicem tradit definitionē, vt & metaphi. 8. lib. text. 63. esse genus diffinitionis asserit per materiā, per formam, ac per vtrāq; hęc sibi vbilibet consentiens. Cōmen. Auerroes tractans hunc locum ait, qui accipit materiā in definitione & dimittit formam, diminutè accipit. Qui verò accipit formam & dimittit materiā, videtur dimittere aliquod, quod non necessarium est, sed non est ita. Sic Cōmen. 16. & probat. Nam forma debet accipi in definitionibus, secundùm dispositiones, in quibus existit. Significat verbis istis Commen, physicam definitionem, si materiam solam vendicet, esse mutilam: itemq; si formam, solitariam: quia physicus formam sibi accipit secundū dispositionē, quam in re habet. Est autem eius dispositio, si physica forma est, esse materiæ addictā. vt forma aquæ, forma carnis &c.

¶Aegidio tres modi definiendi sunt, aut aut per solam formam, aut per materiā, aut per vtrumq;. Et prædictorum modorum duos tradidit vēdicandos physico. Et per solam materiam, aut per id quod ex vtrisque coalescit. Philoponus autē planè ab hac Aegidij traditione, discessit. Ait enim nullā esse artem, quæ solam materiam verset: quare vnam solam reliquit Physico definiendi formulam, per materiam formæ coniūctam. Probat autem materiam solam nulli⁹ artis esse: quælibet nāq; ars formam quāpiam materiæ imponere cupit. Discute omnes artes, nonnihil formæ eius, vel modicā micare scintillam videbis. Etenim is qui lutum ex terra miscet, qui fortasse materiæ solùm incūbere alicui videbitur, hic formam imponit materiæ. Miscet enim & componit ex aqua & terra lutū. Compositio autē & mixtio formæ sunt ita in reliquis. Vnde Philoponi placitū naturę, & veritati cōsentire iudicabit aliquis.

Cæterum

Cæterùm, hos reducere in concordiam mihi facesſit negocium non patuũ. Aegidius enim ſi materiam ſenſibilẽ, etiam ſolam, det phyſico, vtiq; materia ſenſibilis cum habeat formam, definitio illa per vtrumq; abſoluetur. Nam materiam primam ſolitariã, ſi ſapit à phyſica ablegabit prouincia, quam nudè & ſolitariè ſolus ſpectat Philoſophus primus, id eſt, metaphyſicus. Conjecto autem (neſcio ſi coniectura certa erit) huiuſmodi controuerſiã hoc modo finiendam eſſe. Qui definit per materiã ſenſibilem, & ſi definiat per formam ipſius materiæ, non tamen cenſendus eſt, definire per formam rei, ſed per materiam. Exẽplum accipe. Definiat aliquis animal hoc modo. Eſt corpus conſtans ex carnibus & oſſibus, vel aliquibus his proportionalibus. Nã & ſi piſces & pleraq; alia animalia ſint verè animalia, non tamẽ ſunt carnea niſi equiuocè. vt Paul⁹. 1. ad Corinth. 15. Alia (inquit) caro pecudum, alia volucrum, alia piſcium. Hæc autẽ definitio per materiã eſt, exhibetur enim per carnes per humores, per oſſa, & definitio phyſica eſt quæ & ſi per materiam ſenſibilem ſit quæ forma conſtat naturali, tamen definitio hæc nõ formã ipſã rei cõſequitur, qualem illa ſubſtãtia animata ſenſitiua continet. Iam ergo ſcitè dixit Aegidius geminam definitionẽ phyſico congruere, ſi recta donetur intelligentia, altera quidem quæ eſt per materiam ſubaudi ſenſibilem: altera verò per formam, quæ eſt forma principalis rei, vt in definitionibus duabus præſcriptis facilè conſtabit. Prima animal corpus eſt ex humoribus, ex carne, ex oſſibus cõpoſitum. Et altera erat, ſubſtãtia animata ſenſitiua. Aduertas igitur, vt in omni definitione phyſica forma nunquam negligitur. etiã ſi ipſa forma, quæ eſt præcipua rei pars, aliquãdo ſubticeatur. Philoponi autem ſermo, ſublucet, ſi hæc quæ diximus intellexeris. Nunq̃ enim ita malè ſapuit, vt materiam ſenſibilẽ crederet reiiciẽdam à definitiõe phyſica. Sed rectè ipſam materiam primam reiecit à conſideratione cuiuſlibet artificis, ſemper excipias metaphyſicam. Reliqua textus patent vſq; in locum hunc. *Illorum autem vtrã, aliquis.* variat Philoponus à lectione cæterorũ

Quæſt. declaratio.

Paul. 1. Corinth. 15.

Gemina definitio Phyſi.

interpretum. legit hic. *Illarum verò quæ eſt vtraq; aut non eſt aliqua quæ circa affectus materiæ non ſeparabiles neque in quantum ſeparabiles.* Verùm magis aſſentio lectioni noſtræ, vt ſenſus ſit illorum, id eſt, phyſici & dialectici exactius definiũt qui vtrãq; rem id eſt, materiam & formã capiunt in definitione. Etſi paulò mutato, ad hunc ſenſum tradere poſſumus lectionem Philoponi, quæ magis diſtat à Græco ſermone id eſt, illarum duarum definitionum, aliqua eſt melior, quæ vtraq; accipit. Et q̃d ſequitur.

Lectio Philoponi.

¶ Aut nõ eſt aliquis qui circa paſſiones materiæ nõ ſeparabiles, neq; in quantũ non ſeparabiles. Sed Phyſicus, circa omnes quæcunq; talis corporis & huiuſmodi materiæ operationes & paſſiones ſunt. Circa quaſcunq; autem non ſunt huiuſmodi, alius. Et circa aliquas quidem eſt artifex ſi fuerit: vt faber, aut medicus. Ipſarum autem non ſeparabiliũ quidem, in quantum autem non talis corporis paſſiones, ſed ex remotione, Mathematicus. Secundum autem quod ſeparatæ, primus Philoſophus. Tex. 17.

¶ Differẽtiam ſtatuit inter phyſicum & reliquos artifices, etenim phyſicus vnus eſt, qui cõſiderat paſſiones eatenus, quatenus inſeparabiles ſunt à materia, reliqui autem & ſi conſiderent paſſiones illas materiæ, vt medicus vel ædificator, ille enim conſiderat morbum vel ſanitatem, hic verò ædificatiuum id quod eſt lignorum & lapidum paſſio. Verum nõ conſiderãt, vt paſſiones materiæ, ſed referẽdo ad artẽ, quæ à materia ſeparatur. Ad hunc modũ expoſuit Paulus Vene. locũ hunc. Sed nõ video, vt cõſentiat textui. Nã medicus, chirurgus, faber, nauta, & id gen⁹ artifices, paſſiones materiæ, vt tales cõſiderant. Etenim medicus ac chirurgus morbos animalis, vt aĩalis ſunt, conſiderat, alius intrinſecos, alius verò qui ab extrinſeco ſunt vulnera & plagę,

Pauli Veneti expoſitio refellitur.

faber

faber grauitatem ligni aut leuitatem, auri puritatē, aut impuritatē, vt auri sunt paßsiones. Nauta verò item grauitatem lignorum aut leuitatem, raritatem, dēsitatem. Has enim materię affectiones versat, quia naui construendæ materia rara & supernatans cōmodior est, quàm densior, & quę in aquis immergitur. Et si hęc referantur in artem, nō subinde versantur, vt separabiles, ars quidem non separat illa: quare aliam mihi seligo expositionē loci huius. Differētia hæc fit, physici à reliquis artificibus. Isti etenim proprias affectiones materiæ contēplantur, sed non vniuersas. Verùm quasdam particulares, vt medicus morbos sanitates, quæ affectiones sunt humani corporis, faber autem, argentarius affectiones argenti, vel auri, faber ferrarius aliorum metallorum, lignarius lignorum & id genus, philosophus autem naturalis, non quasdā materiæ affectiones, sed vniuersas versat, atq; de vniuersis negotiatur, & istud est, quod Aristoteles ait *Aut non est aliquis &c.* Et verba, quæ subduntur. *Sed physicus circa omnes quæcūq; talis corporis & huiusmodi.* Planè indicant sensum priorē germanū esse, qui Philoponi est. Et quod sequitur paulò interiecto, & circa aliquas quidē est artifex si fuerit, vt faber, aut medicus. *Ipsarum autem nō separabilium quidem inquantum autem non talis corporis paßiones sed remotione.* Sensus horū hic est. Quædam sunt affectiones inseparabiles à materia, aliæ verò sunt affectiones separabiles, hæ sunt separabiles, raritas densitas & reliqua. Et harum quædam neq; operante intellectu, seiungi poßunt, vt rarū densum, subtile, craßum, aliæ verò remotione, quòd ait Aristoteles, idest, abstractione semoueri poßunt à materia, & si esse suū in materia sit necessario, vt triangulus, quadrāgulus circulus: affectiones autem quæ separabiles sunt, est intelligere, est velle, est bonitas, est veritas, est vnitas, est idētitas, atq; diuersitas. Iuxta tantam affectionum varietatem discurrendum est per scientias & artes. Philosophus naturalis ex istarum affectionū cōgerie vniuersas illas suas facit, quæ neque rei veritate, neq; mentis contemplatione à materia expunguntur: mathematicus verò, eas ad se trahit, quę & si rei veritate materiale cōsortium excutere nō valēt, quia figura omnis in corpore physico est, vt linea, vt superficies, vt punctus, tamen mentis inspectione à materiæ glutino separabiles sunt. Metaphysicus aūt, in eas se refert entis affectiones, quæ & re ipsa & mētis operatione semouentur à materia, vt affectiones iam indicatæ in substātiis spiritualibus constāt. Postremò reliqui artifices manuēses affectiones materię, vt inseparabiles ab ea tractant, sed particulari ratione & non vniuersali.

Discrimin naturalis philosophi & mathematici, metaphisici & artificum aliorum

¶ Sed redeūdum est, vnde sermo. Dicebamus autem quòd paßiones animæ, non separabiles à physica materia animalium inquantum tales existūt, furor, & timor, & non sicut linea, & planum. Text. 18.

¶ Supple, processit. Facta digreßsione longiuscula, de scientiarum & artium facultatibus iam vela plicās in propria reducit sermonem: & littera plana est.

¶ Cùm ad vmbilicum (quod dici solet) suum, Dei gratia huius prooemij cōmentationē produxerim hæsitare apud me cepi, vtrū facerē, aut hic sisterē, & quod superest lib. 1. de anima, destituerē commentario nostro, aut in totum texerē seriatim expositionem: id quod in vsu fuit Græcis & latinis vetustioribus. Horum cùm mihi esset optio, malui transilire in lib. 2. sequutus morem iuniorum interpretū, & expositionis huius primi libri, iam corripere filum. Porrò æquum censui huic loco perfunctoriè adscribere, & quasi per transennam attingere, varia de animæ natura placita. ¶ Res igitur de anima satis controuersa est inter philosophos non infimæ notæ solùm, sed inter primores philosophiæ viros, vt Cicero in lib. 1. Tuscu. quæst. fusè denarrat, & Macrobi9 in lib. 1. de somnio Scipionis, Nonnullis cor animam esse videbatur, ꝙ corde maximè vigeamus: eiusq; vnius beneficio vita fruamur. Democrito, Leucippo, Zenoni Stoico ignem quendam esse, & calorē ex atomis sphericis, ex quibus cūcta accipiebant originem, visum est. Aristoxenus musicus, idemq; philosophus

sophus corporis intentionem quãdam, velut in cantu & fidibus (quæ harmonia dicitur) esse animam, existimauit. Pythagoras & Xenocrates numerum se ipsum mouentem. Diogenes aërem tenuissimũ & purissimum. Heraclitus vaporem calidum halitũque igneum incorporeum fermè, semperq; fluentem. Hyppo. aquã, ꝙ aquoso semine constemus. Critias sanguinem. Plato verò triplicem excogitauit animam, vitalem, sensionum effectricẽ, & rationis participẽ. Quam ex quinq; rerum generibus constitutam vult, id est, essentia, eodem, altero, statu, & motu, tum etiam ex numeris, concentibus numerosis, figurarũ initiis & principijs motionum, & vt Aristo. dixit in hoc primo tex. 26. animam Plato voluit elementariam, quibus (subaudi elementis) vt similibus principijs res vniuersas cognosceret. Dicit autem elementariam, vt Themistius exposuit paraphraseos libro primo cap. 12. quia Plato vnitatem, dualitatem, trinitatem, & quaternitatem credidit omnium rerum principia. Aduertas autem dixisse esse mundum intelligibilem & mundum cęlestem, atq; sensibilẽ. In intelligibili mundo dixit esse numeros formalissimos, & verè specificos. Nã mundo hoc sensibili binarius conflatur ex vnitatibus, sed non puris: sed quæ adhuc diuisibiles sunt, vt duo homines: itẽ de ternario & quaternitate. Illic verò vniuersæ vnitates sunt indiuisibiles & quia ex. 1. 2. 3. 4. decas fit siue denarius. hac ratione denarij formam seu numerũ Plato rebus attribuit quia elementa rerum denarium faciunt, vnde versus ille. Quæq; suos retinent numeros: numero omnia constant. Mundum autem intelligibilẽ vocat Plato ipsum animal, & ita indicat Aristo. tex. 26. huius primi atque in hoc mundo intelligibili est idæa vnitatis. Ex qua idæa vnitas participatur in mũdo sensibili: itẽ idæa dualitatis, quam vocat Plato primam longitudinem. Et idæa lati. i. superficiei, quam vocat, primã latitudinem: idæã verò solidi corporis, primam profunditatem, aut primum quaternarium. Puncto autem tribuitur vnitas, propter eius simplicitatem. & lineæ binarius, ꝙ à puncto in punctum sit porrecta longitudo. Citra. 2. puncta linea non est: sed superficiei ternarius, cõuenit ꝙ prima figurarum rectilinearum sit triãgulus, in quo tria spectabilia sunt puncta. Neq; vno aut altero pũcto constabit superficies, nisi tribus saltem: corpori autem quaternitas tribuitur, quia pyramis corporalis figura est, quæ quatuor punctis constabit necessariò: neq; fluxus trium punctorum solido seu corpori sat sunt nisi & quatuor imagineris: accipe iam idæam primam dualitatis primum binariũ qui idæa est aliarum dualitatũ. ¶ Rursum vnitatẽ intelligibilibus: rationalibus autem, dualitatem: sed opinabilibus trinitatem, sensibilibus; quaternitatẽ. Idest, intellectualia: quia pura & simplicissima, sunt vt vnitas: rationalia autem idest, quæ humana ratione cõprehenduntur, vt ea quæ demonstrationibus hominis assequitur mens: quia nõ nihil labũtur ab illa spiritualium & intelligibiliũ rerum puritate dualitati conferuntur. At quæ opinabilia sunt neque demonstrationi subduntur: quia vbi demonstratio viget, opinio cessat, quia labuntur à sciẽtiæ perfectione ternario cõparantur: demum sensilia, quia nihil rationis habet sensus, sed est infimus cognoscẽdi grad⁹, quaternario similia sũt. Quòd verò Plato ait animam cõstare ex elementis prædictis Themistio interprete non de omni anima intelligẽdum sed de rationali anima, quę totius mundi anima est, à qua animę particulares, vt ab anima, vniuersali prodeunt. Hæc igitur anima ex vno constituitur, quòd intelligens sit & vnitas est intelligibiliũ: quippe, hæc simplicia & indiuisibilia creduntur, vt Deus. angeli autẽ ex duob⁹, quod itẽ nõ solùm intellectũ habet simpliciũ substãtiarum anima, sed etiam sciẽtiam, quæ duorum est. Nam scimus per demõstrationis mediũ, cõclusionem: & vnius conclusionis vna est demonstratio potissima, etsi plures demonstrationes, quæ non sunt propriè demonstrationes, sint eiusdem conclusionis: vt, quòd terrã sit sphærica, demonstrat philosophus naturalis, grauitate accepta in medium: eò ꝙ partes terræ defluãt ad medium mundi. Sed astrologus, ꝙ luna in orbem lumen linquat, physica demõstratio est per causam: hęc astronomica per effectum. Ideò

Plato triplicẽ animã excogitauit.

Numero omnia constant.

E Plato

Plato scientiam duobus, medio videlicet vnico & conclusioni vni tribuit. Rursum hæc anima ex tribus constituitur, quod opinio trium sit. Nam mediū vnum, ratio topica est, & duo conclusio: formidata est enim, altera pars contradictionis, si altera est opinata vt qui opinatur cælos vndecim esse: quatuor illi dāt vniuersali animæ quod sensus sit corporum sensibilium. Quæ quia comprehēdit anima illa vt proximus sensibilium opifex, idcirco anima hæc ex quatuor constituitur, siquidem anima hæc est opifex vniuersarum animarum, quas orbis hic noster habet: idcirco vniuersa hæc sensibilia nouit. ¶ Iam ergo hinc intelligas, quod anima rationalis ex eodem diuersoq; dicatur cōstitui, nō quod sit anima ex diuersis mixta naturis: sed quod intelligat indiuisibilia, ideo ex eodem aut quia vnitatem rerum intelligit, quandoquidem genera & formas generum comprehendit. Quādo autem rerum diuersas differētias aduertit tum ex diuerso cōponi dicebatur. ¶ At verò Philoponus, apertiùs hæc de anima humana, quæ Plato dixit intellexit: nam, vt ego colligam aduersum Themistium, non video vt illa anima mūdi, sensus & opinionis sit compos, quæ tam longè est ab omni fallentia: alioqui, vt præesset orbi sensibili, si fallaci opiniōe duceretur? & necessariò seqtur, Vbi opinio inibi & fallentia est contingens, si ergo anima illa mundi opinatur (illi enim Themistius opinionē tribuit) ergo & falli potest. Id quod nemo de tanto opifice credet. Verū animæ humanæ illa rectius cōueniunt, esse ex eodē & altero, participiūq; subinde habere vnitatis, duorū, trinitatis & quaternitatis, illāq; esse ex partibili & impartibili conflatam propter intellectualē potētiam, & cæteras quas à Deo optimo accepit. Quantus verò cōcentus sit in humana anima in potentiarū ordine in operationū exercitio, Aegidius pulchrè prosequitur: lōgè seciùs igitur Plato cōponit animam atq; Empedocles. Hic enim verè ex elemētis cōposuit, terra, aqua &c. Et carmine extulit.

Carmen empedoclis.

Terrea pars terras: pars vndea conspicit vndas.
Aethera dium æther, vis ignea percipit ignes.
Pax pacem monstrat, litem lis aspera sentit.

Plato verò non hanc materialem cōpositionē admisit sed spūalem cum aīa rationalis, quasi oīa habeat rerū principia vt illis per similitudinē vniuersa cognoscat secundum sensum prædictum. Rursum Plato. in Phædro animam per motū definit. In Timæo ex numeris definit, propter vim cognoscendi omnia intelligibilia, quæ vnitati dedit & scibilia quæ dualitati tribuit opinabilia & probabilia, quæ trinitati & sensibilia, quæ quaternitati donauit. Xenocrates autē vtramque definitionem Platonis in vnam redegit, vt philoponus ait. est (ait) numerus mouēs se, vt vim se mouendi significaret & vim cognoscēdi: quæ duo solius animæ sunt. Simplicius autem ait hanc definitionē animæ naturam exprimere, quæ media est inter formas, & formata. Non ait esse numerū simpliciter, qui forma est, & formis idæalibus tribuitur, vt visum est, anima autē non est idæa. Neq; ait, quod sit mobilis simpliciter: nā esse mobile est corporū formatorū quod non est aīa sed qa participat nōnihil mobilitatis & nōnihil cognitionis. Ideo ait se mouens, sed de his hactenus. Nostrū enim nō Platonē, sed Aris. est interpretari. Marsilius ficinus sua commentatione in Timęum in illustando Platone gnauiter insudat. Cui hæc sunt animo indidē legat. Et Macrobius libr. 2. de somnio Scipio. Platonē defendit aduersus calūnias, quas vocat Aristotelis. Vt autem medicorū sententiam attingamus, Galenus de locis affectis. 3. lib. cap. 6. ait quippe cum anima sit aut temperamētum actiuarū qualitatum aut ab ipsarum temperamento permutetur. Neq; diuersum scripsit de simpto. lib. 5. animā vel spiritu, calore & sanguine vti vt instrumētis aut in his cōsistere. Et lib. de vsu partium. 7. cap. 8. se fatetur animæ substantiā planè ignorare. In libro verò quod animi mores corporis tēperaturas sequātur. c. 3. dubiā & suspēsam habet sentētiam, & si nimiū pertorquetur argumēto hoc immutato corpore à vino immutatur anima, aut à venænis. Quædam enim cogūt animā in melancholiā, vt cicuta epota quæ stultitiā parit: frigorifica & pituitosa lethargi sūt autores. Quin & hæc animam diuellunt. Vnde videtur animā esse temperaturā actiuarum

Macrobius

actiuarũ qualitatũ: siquidem à cõtrariis distẽperamentis, multum afficitur, sed semper dubius est. Nunc autem sequitur textus reliquus libri primi Arist. de anima.

Cap. 2. Text.19. *Antiquorũ de anima opiniones aliqd.* ¶Intendẽtes autẽ de anima, necesse est simul dubitãtes de ijs quibus abundare oportet, pertrãseuntes priorũ opiniones comprehẽdere quicũq; aliquid de ipsa enũciauerunt, vt bene quidẽ dicta accipiamus: si vero aliquid non bene, hoc vitemus. Principiũ aũt quæstiõis, præponere quæ maximè vidẽtur ipsi inesse scdm naturã. *Animatum ab inanimato in duobus maxime differre videtur scilicet sensu & motu.* Animatũ igitur ab inanimato duobus maximè differre videtur, motu & sensu. Accepimus aũt & à progenitoribus, fere duo hæc de anima. Text.20. Dicũt eñ quidam, & maximè & primo animã esse id qđ mouet: existimãtes aũt quod nõ mouetur, ipsũ non cõtingere mouere alterũ, eorum quę mouẽtur aliquid animã sic arbitrati sunt esse. *Democriti opinio.* Vnde Democritus quidẽ, ignem quẽdam & calorẽ dicit esse ipsam. infinitis eñ existẽtibus figuris & atomis, quæ speciei rotũdæ, ignẽ & animã dicit: vt in aere, quæ vocãtur decisiones, quę vidẽtur in radijs qui p fenestras, quarũ oñi seminariũ, elementa dicit Democritus totius naturę. *Vt in aere mota, quæ vocantur ramẽta.* Similiter autẽ, & Leucippus. *Leucippi opinio.* Horum autẽ sphærica: animã, propterea ꝙ maxime possunt per totum penetrare huiusmodi figurę, & mouere reliqua cũ moueantur & ipsa, arbitrãtes, animã esse id qđ præstat animalibus motũ. Text.21. Vnde & vidẽdi terminũ, esse respirationem, cõstringente enim eo quod continet corpora, et extrudente figuras prębẽtes animalibus motũ, ex eo ꝙ nõ est ipsas quiescere vnq̃. auxiliũ fieri de foris ingrediẽtibus alijs huiusmodi in respirãdo, prohibere enim has et quę insunt animalibus segregari, simul prohibentes constringens, & comprimens & viuere autem, quandiu possunt hoc facere. Text.22. Videtur autẽ et à Pythagoreis dictum eandem habere intelligẽtiam. *Quorundam Pytagoricorũ de anima opinio.* Dixerũt eñ quidã ipsorũ, animã esse quæ sunt in aẽre decisiones: alij aũt, has mouẽs. de his aũt dictũ est, propterea ꝙ cõtinue vidẽtur moueri, etiã si sit tranquillitas nimia. *Etiam si nullus ventus sit* In idẽ autẽ feruntur, et quicũq; dicunt animã esse qđ seipsum mouet. Videntur eñ hi oẽs existimasse motũ maxime propriũ esse aĩæ, et alia quidẽ oĩa moueri propter animã, ipsam autẽ à seipsa, propterea ꝙ nihil videbãt mouẽs qđ non et ipsum moueatur. Text.23. Similiter autẽ et Anaxagoras animã dicit esse mouẽtem, *Opinio Anaxagoræ et in quo differat à Democrito* et si quis alius dixit ꝙ totũ mouit intellectus. nõ tñ penitus sicut Democritus. Is eñ, simpliciter dicit idẽ esse animã & intellectũ. verũ enim esse, qđ videtur. Vnde bene fecisse Homerum, ꝙ Hector iacet aliud sapiens. Non itaq; vtitur intellectu, tanq̃ potẽtia quadam circa veritatẽ, sed idem dicit animã

Text.24. et intellectũ. Anaxagoras autem, minus certificat de ipsis. multis.n. in locis, causam eius qđ bene et recte, dicit intellectũ, alibi autẽ, intellectũ ipsum esse animã, in omnibus.n. ipsũ inesse aĩalib⁹, magnis & paruis, & honorabilibus & inhonorabilioribus. Nõ vr̃ autem secundũ prudẽtiam dictus intellectus oĩbus similiter inesse aĩalib⁹, sed neq; hominib⁹ omnibus. Quicunq; igitur ad id ꝙ mouetur animatũ aspexerũt, hi maxime motiuũ opinati sũt aĩam esse. Quicũq; aũt ad id ꝙ cognoscit & sentit ea quæ sunt, isti dicũt aĩam esse principia, qui quidẽ plura faciũt, hæc: qui vero vnũ, hoc. Sicut Empedocles quidẽ ex elemẽtis oĩbus, esse autẽ & vnũquodq; horum, aĩam. sic dicẽs. Terra quidẽ terrã cognoscimus, aqua autẽ aquã. Aethere vero æthera diuũ, sed igne ignem manifestũ: Cõcordiam autẽ concordia, discordiã vero discordia tristi. Eodẽ autẽ modo & Plato in Timæo, animã facit ex elemẽtis, cognosci em̃ simile, simili. res autẽ, ex principiis esse. Similiter autẽ & in ijs quæ de philosophia dicũtur, determinatũ est, ipsum quidẽ animal ex ipsius vnius idea, & ex prima longitudine & latitudine & altitudine. alia autem, simili modo. Adhuc autem & aliter, intellectum quidem ipsum vnum, scientiã autem ipsa duo. vnice em̃ ad vnum. plani autẽ numerum, opinionẽ, sensum vero, eum qui solidi. numeri em̃, species ipsæ & principia entiũ dicebãtur. sunt autem ex elementis. Iudicantur autem res, aliæ quidẽ intellectu, aliæ vero scientia, aliæ autem opinione, aliæ vero sensu. species autem rerum numeri hi. Quoniam autẽ & motiuum videbatur aĩa esse & cognoscitiuum, sic quidam cõplexi sunt ex vtrisq;, enunciantes aĩam esse numerum mouentẽ seipsum. Differunt aũt de principijs quæ & quot sunt, maxime quidẽ qui corporea faciunt ab ijs qui incorporea. ab ijs aũt, qui miscẽt, et ab vtrisq; principia enũciãt. Differunt aũt & circa multitudinẽ. hi enim, vnũ, illi vero plura dicunt. Cõsequenter aũt ad hæc, & aĩam assignãt. motiuũ enim secđm naturam, primorum existimauerunt nõ irrationabiliter. Vnde quibusdam visum est, ignẽ esse. etenim hic partibus subtilissimus est, & maxime elemẽtorũ incorporeus: adhuc aũt mouetur: et mouet alia primo. Democritus aũt elegãtius dixit, enuntiãs propter quid vtrũq; horũ: animã em̃ & intellectum, esse idẽ. istud aũt, ex primis & indiuisibilibus corporibus. Motiuũ autem & mobile, propter subtilitatem partiũ, & figurã: figurã autem facile mobilissimam, sphæricam dicit: huiusmodi autem esse: intellectum & ignem. Anaxagoras autẽ, videtur quidẽ aliud dicere

Tex. 25. (margin, at "Quicunq; igitur")

Empedoclis opinio.

Tex. 26. Opinio Platonis.

Text. 27.

Res aliæ iudicantur intellectu, aliæ scientia, aliæ opinione, aliæ vero sensu.

Text. 28.

Tex. 29.

Text. 30. Democritus.

Tex. 31. Anaxagoras.

cere aîam & intellectũ, sicut diximus prius: vtitur aũt vtrisq;, sicut vna natura. Verũtamen, intellectum ponit principiũ maxime omniũ: solũ enim dicit ipsum, eorum quæ sunt, simplicẽ esse & immistum & purũ. Assignat autem vtraq; eidẽ principio, & cognoscere, & mouere, dicens intellectum mouisse om̃e. Videtur aũt & Thales ex ijs quæ memorãt, motiuum aliquid, animã opinari. si quidẽ dixit lapidem animã habere, qm̃ ferrũ mouet. Diogenes aũt, sicut & alij quidã, aerem, hũc opinatus omniũ subtilissimũ esse, & principiũ. & propter hoc, cognoscere & mouere animã. secũdum ꝙ quidẽ primum est, & ex hoc reliqua, cognoscere: secũdum ꝙ vero subtilissimũ est, motiuũ esse. Heraclitꝰ aũt, principium esse dicit. siquidẽ vaporẽ, ex quo alia cõstituit. & incorporalissimũ vtiq;, & fluẽs semper. quod aũt mouetur, eo qđ mouetur cognosci. in motu autẽ esse, quæ sunt, & ille arbitrabatur, & multi. Similiter aũt his, & Alcmęon opinari videtur de aîa. Dicit. n. ipsam immortalẽ esse, propterea ꝙ assimilatur immortalibus. hoc autẽ inesse ipsi tanq̃ semper motæ. moueri autẽ & diuina omnia continue semper, lunam, solem, astra, & totum cęlũ. Magis autem grauium quidã & aquã existimauerunt, vt Hippon, suaderi aũt videntur ex genitura, qm̃ omnium

Text. 32. *Thales.* *Diogenes.* *Heraclitus.* *Alcmæon.* *Quidam autẽ magis importuni, animam.* *Hippon.*

humida est. etenim redarguit, sanguinem dicẽtes animam, quoniã genitura non est sanguis. hãc aũt, esse primã animã. Alij autẽ sanguinem, queadmodum Critias, ipsum sentire, aîæ maximè proprium opinantes. hoc autẽ inesse, propter naturã sanguinis. Omnia enim elemẽta, iudicẽ acceperunt, pręter terrã. hanc aũt nullus protulit, nisi aliquis dixit ipsam ex om̃ibus elementis esse, aut oîa. Diffiniunt autem oẽs animam, tribus (vt ita dixerim) motu, sensu, incorporeo. horum aũt vnũquodq;, reducitur ad principia. Vnde & ipso cognoscere diffiniẽtes ipsam, aut elementum, aut ex elementis faciunt, dicentes similiter inuicem præter vnum. dicunt enim, simile cognosci simili. qm̃ enim anima omnia cognoscit, constituũt eam ex omnibus principiis. Quicunq; igitur vnam aliquã dicũt causam, & elemẽtum vnum, & animam, vnum ponunt: vt ignẽ, aut aërem. Qui vero plura dicunt principia, & aîam plura dicũt. Anaxagoras autẽ solus, impassibilem esse dicit intellectum, & nihil cõmune vlli aliorũ habere. Huiusmodi aũt cũ sit, quomodo cognoscit, & ꝓpter quam causam, neq; ille dixit, neq; ex ijs quæ dicta sunt conspicuum est. Quicũq; autem cõtrarietates faciũt in principijs, & animam ex contrarijs constituunt. Quicunq; autẽ alterum contrariorum vt ca-

Critias. *Omnia elemẽta præter terram iudicem acceperunt.* *Text. 33.* *Tex. 34.* *Solus Anaxagoras dicit impassibilem esse intellectum, nihil q̃ cum cæteris commune habere. idem 8. physi. tex. 37.* *Text. 35.*

lidum, aut frigidũ, aut aliquid huiusmodi aliud, & animã similiter vnũ aliquod horũ esse ponũt. Vnde, & noĩa cõsequũtur. qui quidẽ calidũ, dicentes propter hoc & τὸ ζῆν .i. viuere noĩatum esse. qui autẽ frigidũ, propter respirationẽ & refrigerationẽ vocari ψυχὴν .i. animã. Tradita igitur de aĩa, & propter quas causas dicũt sic, hæc sũt.

Cap. 3. Tex. 36. *Animã nec ignõ esse, nec seipsam mouere.*

¶ Considerãdum aũt, primũ quidem de motu. fortassis enim non solũ falsum est, substãtiam ipsius hmi esse qualẽ aiũt dicẽtes animã esse ipsum seipsum mouẽs, aut potens mouere: sed vnũ quoddã impossibiliũ est, inesse ipsi motũ. qd' igitur non necesse sit mouens & ipsum moueri, prius dictũ est. Du-

Tex. 37. *Cum mouetur omne. Moueri aliquid bifariã dici.*

pliciter aũt, mouetur omne. aut.n. scd̃m alterũ, aut scd̃m seipsum. Secũdum alterũ autẽ dicimus, quæcũq; mouẽtur ex eo q̃ in eo sunt qd̃ mouetur, vt nautæ. non.n. similiter mouentur naui. hæc.n. scd̃m se ipsum mouetur. illi autẽ ex eo quia sunt in eo qd' mouetur. Manifestũ aũt, in partibus est. propri⁹ enim motus pedũ, ambulatio est. hæc autẽ, & hominũ est. non inest

Text. 38.

aũt nautis, tũc. Dupliciter itaq; dicto ipso moueri: nũc intendimus de aĩa, si per seipsam mouetur, &

Motus spẽs.

participat motu. Quatuor autẽ motus cum sint, loci mutatio, alteratio, augmẽtum, & decrementũ: aut scd̃m vnum horũ mouebitur, aut secũdum plures, aut secũdum oẽs. Si vero mouetur nõ secundũ accidẽs, natura inerit motus ipsi. si autẽ hoc, & locus. oẽs enim dicti motus, in loco sunt. Si autẽ est

Text. 39.

substãtia animę mouere seipsam, non secũdum accidẽs ipsum moueri ipsi inerit, sicut albo vel tricubito. mouẽtur enim & hæc, sed secundũ accidens. cui enim insunt, mouetur illud, corpus. Vnde, non

Tex. 40. *Quod mouetur naturaliter, mouetur & violenter, & econtra.*

est locus ipsorũ. animæ autẽ erit: si quidem natura motu participat. Amplius autẽ si natura mouetur, & violẽtia mouebitur, & si violentia, & natura. Eodẽ aũt modo, se habet & de quiete. in quod.n. mouetur natura, & quiescit in hoc natura. in quod autem violentia mouetur, quiescit & in hoc violentia. Quales autẽ violẽti motus animæ erũt & quietes: neq; fingere volentibus facile est reddere. Amplius autẽ si quidẽ sursum mouebitur, ignis erit: si verò deorsum, terra. horũ autẽ corporũ motus, hi. Eadem autẽ ratio, & de medijs. Quo-

Text. 41.

niã autẽ videtur mouere corpus, ratiõabile est ijs mouere motibus, quibus & ipsa mouetur. Si autem hoc, & conuertentibus est dicere verũ, q̃ secundũ quẽ corpus mouetur, eo & ipsa. corpus autẽ, mouetur scd̃m loci mutationẽ. Quare & aĩa mouebitur sicut corpus, aut tota, aut secundũ partes trãslata. Si autẽ hoc, & egressã iterũ ingredi continget. ad hoc aũt sequetur, vt resurgãt mortua animaliũ.

Motu

Motũ aũt ſcd̃m accidẽs, & ab altero mouebitur. pelletur. n. vtiq; violẽtia, animal. Non oportet aũt cui à ſeipſo moueri ineſt in ſubſtãtia, hoc ab alio moueri, niſi ſcd̃m accidẽs. ſicut neq; quod ſcd̃m ſe bonũ aut propter aliud eſſe, hoc aũt alterius cauſa. Animã autẽ maxime dicet aliquis vtiq; à ſenſibilibꝰ moueri, ſiquidẽ mouetur. At verò & ſi mouet ipſa ſeipſam, & ipſa mouebitur vtiq;. Quare qm̃ om̃is motus remotio eſt eius qđ mouetur, & aĩa remouebitur vtiq; à ſubſtãtia, niſi ſcd̃m accidẽs ſeipſã moueat. ſed eſt motꝰ, ſubſtãtiæ ipſius per ſe. Quidã aũt & mouere aĩam dicunt corpus in quo eſt ſicut ipſa mouetur. vt Democritus ſimiliter dicẽs Philippo Comœdiarum auctori. refert. n. Dædalũ, mobilẽ feciſſe ligneã Venerẽ, infundẽdo argentũ fuſile. Similiter aũt & Democritus dicit. motas. n. inquit indiuiſibiles ſphæras, propterea qđ aptæ natæ ſunt nunq̃ manere, cõtrahere & mouere corpus omne. Nos aũt interrogabimꝰ, ſi & quieſcere facit hoc idẽ. quomodo aũt faciet hoc, difficile eſt, aut etiã impoſsibile dicere. Omnino aũt non ſic videt̃ anima mouere aĩal, ſed per electionẽ quãdam & intellectũ. Eodẽ autẽ modo & Timæus, phyſiologizat animã mouere corpus. eo. n. ꝙ mouetur ipſa, & corpus mouere, propterea ꝙ connexa eſt ad ipſum. cõſtitutam. n. ex elemẽtis, & diſpartitã ſcd̃m harmonicos numeros, quatenꝰ cõnaturalẽ ſenſum harmoniæ habeat. & vt totũ feratur cõſonãtibus lationibus, rectitudinẽ in circulũ flexit. & cũ diuidendo fecit ex vno, duos circulos dupliciter cõnexos, iterũ vnũ diuiſit in ſeptẽ circulos. tanq̃ eſſent cæli lationes, aĩæ motus. Primũ igitur nõ bene eſt dicere, animã magnitudinẽ eſſe. Eam enim quæ vniuerſi, talẽ eſſe vult, qualis eſt vocatꝰ intellectus. nõ. n. q̃lis ſenſitiua eſt, neq; q̃lis deſyderatiua. harũ. n. motꝰ, nõ circulatio eſt. Intellectꝰ aũt, vnus & cõtinuus eſt, ſicut & intellectio. intellectio aũt, intelligẽtiæ. hæ aũt, eo ꝙ cõſequenter, vnũ ſicut numerus, ſed nõ ſicut magnitudo. Quapropter neq; intellectꝰ ſic cõtinuus eſt, ſed aut impers aut nõ ſicut magnitudo aliqua continuus. Qualiter. n. intelliget, magnitudo cũ ſit, qualibet parte ſua? parte aũt, aut ſcd̃m magnitudinẽ, aut ſcd̃m pũctum, ſi oportet & hoc partem dicere. Si igitur ſcd̃m punctũ, hæc aũt infinita: manifeſtum eſt ꝙ nunq̃ pertrãſibit. Si vero ſcd̃m magnitudinem, ſæpe, aut infinities intelliget idẽ. videtur autẽ, & ſemel cõtingere. Si aũt ſufficiat qualibet partiũ tãgere, quid oportet circulo moueri, aut etiã omnino magnitudinem habere? Si autẽ neceſſariũ intelligere toto circulo tangentem, quis eſt partibus tactus? Amplius, quo-

Quod secundum se bonũ est, propter aliud nõ est.

Text. 43.

Text. 44.

Democritus.

Text. 45.

Text. 46.

Non recte se habet dicere

Rationes contra Platonẽ.

Tex. 47.

Tex. 48.

quomodo intelliget partibile imperti, aut impers partibili? Necessariũ aũt est, intellectũ esse circulũ hũc. intellectus. n. motus, intellectio, circuli aũt, circulatio. Si ergo intellectio, circulatio, & intellect⁹ vtiq; erit circulus, cuius huiusmodi circulatio intellectio. Semper autem aliquid intelliget, siquidẽ perpetua circulatio. Practicarum tamen intellectionũ termini sunt. oẽs enim alterius causa sunt. Speculatiuæ autem, rationibus terminãtur similiter. ratio autem omnis, diffinitio est, aut demõstratio. Demõstrationes vero, & à principio sunt, & habẽt quodãmodo finẽ syllogismũ, aut cõclusionẽ. Si aũt nõ terminãtur, sed nõ reflectũtur iterum in principiũ, accipiẽtes autẽ semper mediũ & extremitatẽ recte procedũt. circulatio autẽ, iterũ in principiũ reflectitur. Diffinitiones aũt oẽs, finitę sunt. Amplius aũt, si eadem circulatio sæpe fiat, oportebit sæpe intelligere idẽ. Adhuc aũt, & intellectio assimilatur cuidã quieti & statui magis q̃ motui. eodẽ aũt modo, & syllogismus. At vero neq; beatũ, quod non facile sed violẽtum. Si aũt est motus ipsius nõ substãtia, præter naturã vtiq; mouebitur. Laboriosum aũt est & cõmistũ esse corpori non potẽs absolui, & adhuc fugiendum. siquidẽ melius est intellectui nõ cum corpore esse, quẽadmodum & consuetum est dici, & multis placet. Immanifesta autẽ est, & cur circulariter fertur cælũ causa. Neq;. n. aĩæ substãtia, causa est cur circulariter fertur, sed secũdũ accidens sic mouetur. neq; corpus, causa, sed aĩa magis illi. At vero neq; q͂ melius, dicitur, & tamẽ oportebat propter hoc deũ facere circulariter ferri aĩam, quia meli⁹ sit ipsi moueri q̃ manere, moueri aũt sic q̃ aliter. Qm̃ autẽ huiusmodi intẽtio est alijs rationibus magis propria, hãc quidem dimittamus nũc. Illud aũt incõueniens accidit, & huic rationi, & pluribus quæ de aĩa. Copulãt. n. & ponunt in corpus, animã: nihil vltra determinãtes propter quã causam, & quomodo habente corpore. Et tñ videtur hoc vtiq;, necessariũ esse. propter. n. cõmunionẽ, hoc quidẽ agit, illud aũt patitur. & hoc quidẽ mouet, illud aũt mouetur. horũ aũt, nihil inest adinuicem quibuscũq;. Hi aũt solũ conãtur dicere quale quid sit aĩa: de susceptiuo aũt corpore nihil amplius determinãt. tanq̃ possibile sit, secũdum Pythagoricas fabulas, q̃libet animã quodlibet corpus ingredi. Similiter itaq; dicunt, atq; si quis dicat Tectonicã in fistulas ingredi. oportet. n. artẽ quidẽ, vti organis, aĩam aũt, corpore. videntur enim vnum quodq;, propriam habere speciem & formam.

¶ Alia autem quædam opinio tradita est de aĩa, credibilis quidem multis

Factiuarũ autẽ & practicarum intellectionum

Intellectio magis assimilatur quieti quam motui. Idẽ. 7. physi. tex. 20.

Tex. 49.

Consuetũ est dici animam non misceri corpori.

Tex. 50.

Text. 51.

Tex. 52.

Text. 53.

Pythagoricæ fabulæ.

Cap. 4.

Tex. 54.

Rationes ad-

versus dicentium animā esse armoniā. multis & nulla inferior earũ quæ dictæ sunt, rationibus tñ quasi pœnis afflictata & in ijs qui in communi fiũt sermonibus. Harmoniā *Harmonia.* eñ quandā, ipsam dicunt. etenim harmoniā, temperamētum & compositionē esse contrariorũ, & cor- *Text. 55.* pus cōponi ex cōtrarijs. Atqui harmonia, ratio quædā cōmistorum est, aut cōpositio. animā aũt, neutrum possibile est esse horũ. Amplius aũt, mouere non est harmoniæ, animæ aũt attribuũt hoc oẽs. *Tex. 56.* Cōgruit aũt magis de sanitate dicere harmoniā, & omnino de corporeis virtutibus, q̃ de anima. manifestũ aũt, si quis tētauerit reddere passiones & opera animæ harmonia quadā: difficile enim har- *Text. 57.* monice coaptare. Amplius autē cum dicamus harmoniā in duo respiciētes, maxime quidem proprie magnitudinũ in habentibus motum & positionem cōpositionum ipsarum cum sic cōgruunt, vt nihil congeneũ suscipiant, hinc autem & eorum quæ commiscentur rationem, neutro vtiq; modo *Neq; compositio aũt partium corporis valde examinabilis est* rationabile. Compositio autē partium corporis, multum inuestigabilis existit. multæ enim sunt compositiones partium, & multipliciter. Cuius igitur & quomodo congruit accipere intellectum cōpositionem esse, aut & sensitiuum, aut *Tex. 58.* appetitiuum. Similiter autem inconueniens, & rationē mistionis esse animā. non. n. eandem habet rationē commistio elemētorum, secūdum quā caro, & secūdum q̃ os. Accidet igitur & multas aĩas habere & secundum totũ corpus: siquidem oĩa ex elemētis cōmistis sunt, cōmistionis aũt ratio harmonia est & anima. Inuestigabit autē *Tex. 59.* hoc vtiq; aliquis, & ab Empedocle. vnũquodq;.n, horum, in ratione quadā dicit esse. Vtrũ igitur ratio, ipsa aĩa est, an magis aliquid aliud existēs gignatur in mēbris? Amplius autē, vtrũ cōcordia cuiuslibet mistionis causa, an eius quæ secūdum rationem? Et hæc, vtrũ ratio est, in aliquid aliud præter rationē? Hæc igitur, habēt hu- *Tex. 60.* iusmodi dubitatiões. Si vero aliud est à mistione, anima, cur nā vna cum ipso carnis esse & aliarũ partium animalis tollitur? Ad hęc autem, siquidem non vnaquæq; partium habet animā, si non est anima ratio commistionis, quid est quod corrumpitur, anima deserēte? Quod igitur neq; harmoniam *Tex. 61.* possibile est esse animam, neq; circulariter moueri, manifestum ex dictis: secundum accidens autem moueri (vt diximus) est, & mouere seipsam. vt moueri quidē id in quo est, hoc autem moueri ab anima. aliter aũt nō est possibile, moueri scd̃m locum ipsam. Rationa- *Tex. 62.* bilius autē dubitabit vtiq; aliquis de ipsa tanquam quę mouetur ad huiusmodi respiciens. Dicimus enim animā tristari, gaudere, cōfi

dere, timere, amplius autẽ irasci, & sentire, & cogitare. hæc autẽ omnia mot⁹ esse videntur. Vnde opinabit aliquis, ipsam moueri. Hoc autem, nõ est necesse. nã & si quã maxime gaudere, aut tristari, aut cogitare motus sunt, & vnũquodq; moueri aliquid, moueri tamen ab anima est. vt irasci, aut timere, eo ꝙ cor hoc modo mouetur. cogitare autẽ, aut huiusmodi, aut forsitã aliquid aliud. Horũ autẽ accidunt alia quidẽ secundũ loci mutationẽ quibusdã motis: alia vero secũdùm alterationẽ. qualia autẽ, & quomodo, alia ratio est. Dicere autem irasci animã, simile est ac si quis dicat eã texere vel ædificare. melius enim fortasis est non dicere animã misereri, aut addiscere, aut cogitare, sed hominẽ anima. hoc autẽ, non tanquã motu in illa existẽte, sed aliquando quidẽ vsq; ad illã, aliquando quidẽ ab illa. vt sensus quidẽ, ab his: reminiscẽtia verò ab illa ad motus qui sunt in sensuũ organis aut quietis. Intellectus autẽ, videtur innasci *substãtia quædã existẽs & nõ corrumpi. maximè enim corrũperetur vtiq; ab ea quæ est in senio, debilitate: nũc autem queadmodũ in sensoriis, accidit. si. n. accipiat senex oculũ iuuenis, videbit vtiq; sicut & iuuenis. Quapropter senium nõ est, quia sustinuit aliquid aĩa, sed id in quo, sicut in ebrietatib⁹ & infirmitatibus. Ipsum igitur intelligere & ipsũ speculari marcescit, alio quodã interius corrupto. ipsum autẽ, impasibile est. Cogitare autem, & amare, aut odisse, nõ sunt illius pasiones, sed huius habẽtis illud, secũdùm ꝙ illud habet. Quare & hoc corrupto, neq; meminit, neq; amat. nõ enim illius erãt, sed cõis, quod quidẽ destructũ est. Intellectus autẽ, fortasis diuinus quid, & impasibile est. Quod igitur nõ sit posibile moueri animã, manifestũ ex his. si autẽ penitus nõ mouetur, manifestũ ꝙ neq; à seipsa. Multo autẽ ijs quæ dicta sunt, irrationabilius, dicere animã esse numerũ seipsum mouentem. Insunt enim his, imposibilia. prima quidẽ, quæ ex ipso moueri accidunt, propria autẽ ex eo ꝙ dicũt ipsam esse numerũ. Quomodo enim oportet intelligere vnitatẽ moueri, & à quo, & quomodo, impartibilẽ & indifferẽtem existentẽ? nã si est motiua & mobilis, differre oportet. Amplius autẽ, quoniã dicunt lineam motã planum facere, punctũ aũt lineã: & vnitatẽ motus, lineæ erũt. pũctum enim, vnitas est positionẽ habẽs. numerus aũt animæ, iã alicubi est, & positionẽ habet. Amplius autẽ, à numero si auferat aliquis numerũ aut vnitatẽ, relinquit ali⁹ numer⁹. plãtę autẽ, et animaliũ multa, diuisa viuũt: & videntur eandẽ habere animã specie. Videbitur aũt vtiq; nihil differre, dicere vnitates, an corpuscula parua

Marginalia: Text. 63. — Text. 64. Melius est dicere hominẽ anima misereri, & addiscere, & intelligere, quã animã misereri. &c. — Text. 65. Alias adnenire. — Si senex talẽ acciperet oculũ videret sicut & iuuenis. — Text. 66. — Intellectus diuinum aliquid, & impasibile est. — Text. 67. Quæ dicta sunt maximè à ratione distare videntur. Rationes contra ponentes animam esse numerum. — Text. 68. — Idẽ. 5. me. [illegible] — Multa animalia diuisa viuũt, & videntur habere eandẽ animam specie. Idẽ infra text. 93. — Tex. 69.

ua. Etenim ex Democriti sphæru lis si fiant puncta. modo autē maneat quantitas. erit aliquid in ipso hoc quidē quod mouet. illud aūt quod mouetur, sicut in magnitudine. nō enim propterea ꝙ magnitudine differt hoc aut paruitate, accidit qđ dictū est, sed qa quātū. Vñ necesse est, aliqd eē motiuū. vnitatū: si aūt in aīali id quod mouet, aīa est, & in numero. Quare non quod mouet & qđ mouetur est aīa, sed quod mouet solū. Contingit aūt quomodo hāc, vnitatē esse? oportet em̄, inesse ipsius quandam differētiam ad alias. puncti aūt solitarij, quæ vtiq; differētia erit, nisi positio? Si igitur sunt aliæ q̄ in corpore vnitates, aut pūcta, in eodē erūt vnitates. obtinebit enim locū pūcti. attamē quid prohibebit, in eodē esse, si duę sunt, & infinitas? quorū em̄ locus est indiuisibilis, & ipsa. Si aūt quæ in corpore pūcta numerus aīæ sunt, aut si qui eorū: quę in corpore punctorū numerus aīa: quare nō oīa habēt animam corpora? pūcta enim in om̄ibus vidētur esse, & infinita. Amplius aūt, quomodo possibile est separari pūcta, & absolui à corporibus? siquidē, non diuidūtur lineę in pūcta. ¶ Accidit aūt sicut diximus, sic quidē idē dicere corpus qđ dā subtiliū partiū ipsam ponentibus: sic aūt sicut Democritus dicit ab aīa moueri, proprium incōueniēs. Si em̄ est aīa in omni eo quod sentit corpore, necesse est in eodē duo esse corpora, si corpus aliqđ aīa numerum aūt dicentibus, in vno pūcto pūcta multa, aut om̄e corpus animā habere si nō quidā numerus differens innascatur, & alius ab ijs, quæ in corpore pūctis. Acciditq; animal moueri à numero: sicut & Democritū diximus, ipsum mouere. Quid .n. differt, dicere sphæras paruas, an vnitates magnas, aut omnino vnitates motas? vtroq;.n. modo necesse est mouere animal, ex eo quia mouētur ipsæ. Cōplectentib⁹ igitur in vnū, numerū, & motū: & hæc accidūt, & multa alia huiusmodi. nō enim solū diffinitionē aīæ impossibile est huiusmodi esse, sed et accidēs. Manifestū est aūt, si quis conabitur ex ratiōe hac, passiones & opera aīę reddere, vt cogitationes, sensus, lætitias, tristitias, & quæcunq; alia huiusmodi. sicut em̄ diximus prius, neque diuinare est facile ex ipsis. Tribus aūt modis traditis secundū quos diffiniūt aīam: alij quidē maximè motiuū enūciauerūt eo ꝙ mouet seipsam, alij aūt corpus subtilissimū, aut incorporalissimū aliorū. hæc aūt quas dubitationes & subcōtrarietates habent, percurrimus fere. Reliquū est autem cōsiderare, quomodo dicitur ex elemētis ipsam esse. dicūt enim quatenus sentiat ea quæ sunt, & vnunquodque cognoscat. Necessarium autem est, accidere multa & im-

Margin notes: Tex.70. — Tex.71. — Puncta à corporibus nō separatur. — Cap. 5. Tex.72. — Non componi animā ex corpore subtilißimo. — Vt partim idē ij dicant. Partim. — Tex.73. — Tex.74. — Tex.75. — Rōnes aduersus dicētes cognoscere eße animæ: propterea qđ sit ex elemētis.

Text.76. & impoſsibilia, rationi. ponunt enim cognoſcere ſimile ſimili, perind eac ſi animam, res ponant. Non ſunt autem hæc ſola, multa vero & alia magis autem fortaſsis infinita numero, quæ ſunt ex his.

Text.77. Ex quibus igitur eſt vnumquodq; horũ, ſit ea cognoſcere animã, & ſentire: ſed cõpoſitum quo cognoſcet, aut ſentiet, vt quid Deus, aut homo, aut caro, aut os, ſimiliter autem & quodlibet aliud cõpoſitorum? non enim quolibet modo ſe habentia elementa, horum vnunquodq;, ſed ratione quadã & compoſitione, ſicut & Empedocles dicit os.

„ Terra autem adamabilis, in
„ amplis infundibulis. duas ex octo
„ partibus ſortita eſt aquæ, luminis.

Quatuor autẽ Vulcani: oſſa autẽ alba facta ſunt. Nullus igitur profectus eſt, *elemẽta in anima eſſe, niſi & rationes inerunt & cõpoſitio. cognoſcet enim vnũquodq;, ſimile: os autem, aut hominẽ nihil, niſi & hęc inerunt. hoc autẽ quòd impoſsibile ſit, nihil oportet dicere. Quis enim dubitabit, ſi inſit in anima lapis, aut homo, ſimiliter autẽ & bonum, & non bonũ, eodem autẽ modo, & de aliis?

Nulla igitur vtilitas.

Text.78. Amplius autẽ, cum multipliciter dicatur id qđ eſt (ſignificat enim aliud quidẽ, hoc aliquid, aliud autem, quantitatem, aut qualitatem, aut etiam quoddam aliud diuiſorum prædicamentorũ) vtrum ex omnibus erit anima, an non? Sed nõ videntur cõmunia omnium eſſe elementa. Num igitur quæcũq; ſubſtantiarum ſunt, ex his ſolis. Quo modo igitur cognoſcit & aliorũ vnũquodq;? An dicẽt vniuſcuiuſque generis eſſe elemẽta, & principia propria, ex quibus animã conſtare? Erit ergo, & quãtitas, & qualitas, & ſubſtãtia. Sed impoſsibile eſt, ex quãtitatis elemẽtis eſſe ſubſtantiam, & non quantitatem. Dicentibus itaq; ex omnibus, hæc & huiuſmodi alia accidũt. Inconueniens autẽ eſt dicere quidẽ, impaſſibile eſſe ſimile à ſimili: ſentire autem ſimile ſimile, & cognoſcere ſimile ſimile: ſentire autem, pati aliquid, & moueri ponunt. ſimiliter autẽ, & cognoſcere, & intelligere. Text. 79.

Cum autẽ multas dubitationes & difficultates habeat, dicere ſicut Empedoclesꝙ corporeis elemẽtis ſingula cognoſcũtur, & ad ſimile: teſtatur quod nũc dictũ eſt*. quęcũq; enim inſunt in animaliũ corporibus ſimpliciter terræ, vt oſſa, nerui, pili, nihil ſentire videtur. quare neq; ſimilia. & tamen cõueniebat.

2. l. dictũ eſt ei ꝙ dicendũ eſt. oſſa, nerui, pili, nihil ſentire videntur.

Amplius autem, vnicuiq; principiorum ignorãtia amplior quã intelligẽtia inerit. cognoſcet enim vnum, vnũquodque, multa autẽ ignorabit. omnia enim alia. Accidit autem & Empedocli, inſipientiſsimum eſſe Deum. ſolus enim, elementorum vnum nõ cognoſcet, diſcordiam: mortalia autẽ omnia. ex omnibus enim, vnũquodq;

Text. 81. quodq; est. Omnino aũt: propter quã causam non oĩa quę sunt habẽt animã: cum oẽ aut elemẽtum sit: aut ex elemento vno: aut pluribus: aut oĩbus? necesse em̃ est, vnũ aliquod cognoscere: aut quædã: Text. 82. aut oĩa. Dubitabit autem vtiq; aliquis. & quid est vnum faciẽs ipsa. materiæ enim, similia sunt elemẽta. Principalissimum aũt est illud, quod continet: quodcunq; est: aĩa autẽ aliquid esse melius & præstãtius: impossibile est: impossibilius aũt adhuc: intellectu. rationabilissimũ enim esse hũc antiquissimũ & dominum secundũ naturã. elementa aũt: dicũt esse prima entiũ. Text. 83. Oẽs aũt & qui ex eo quod cognoscit: & sentit ea quę sunt. ex elemẽtis dicunt ipsam: & qui maxime motiuũ: nõ de oĩ dicunt aĩa, neq; enim sensitiua omnia, motiua. videntur em̃ esse quędã animalium mansiua secũdum locũ: & tñ videtur hoc solo motu mouere aĩa animal. Similiter autẽ: & quicũq; intellectũ & sensitiuũ ex elemẽtis faciunt. videntur em̃ plantę viuere: non participãtes loci mutatione: neq; sensu. & animaliũ multa in-Tex. 84. telligẽtiam nõ habere. Si autem aliquis & hæc concesserit: posueritq; intellectũ partem aliquã aĩę: similiter aũt & sensitiuũ: neq; vtiq; sic dicẽt de omni aĩa: neq; de tota, neq; de vna. Hoc aũt sustinuit: Orpheus. & quæ est in Orphicis vocatis carminib⁹ ratio. dicit enim aĩam: ex

Aliquid esse melius et præstantius anima est impossibile, impossibilius autẽ adhuc intellectu.

toto ingredi respirãtibus latam à vẽtis. Nõ possibile itaq; plãtis hoc accidere: neq; animaliũ quibusdã siquidẽ non oĩa respirãt. Hoc autem, latuit sic opinãtes. Si vero ex Text. 85. elemẽtis animã facere oportet: nihil oportet ex omnibus. sufficiens enim est altera pars cõtrarietatis: seipsam dijudicare. & oppositam. recto em̃: & ipsum: & obliquũ cognoscimus. iudex enim vtrorũq; canon. obliquum autem neq; sui Text. 86. ipsius: neq; recti. Et in toto autẽ quidam ipsam mistã esse dicunt. Vnde fortassis & Thales opinatus est: oĩa esse plena dijs. hoc aũt, habet quasdã dubitationes. Propter quã enim causam in aere aut in igne aĩa cum sit non facit aĩal: in mistis autẽ: idq; cum melior in illis esse videatur? Quæret aũt vtiq; aliquis: & quã ob causam quæ in aere anima: ea quæ in animali-Text. 87. bus melior est & immortalior? Accidit autẽ vtroq; modo: inconueniens & irrationabile. etenim dicere animal ignẽ aut aerẽ: irrationabiliũ est. & nõ dicere animalia cũ aĩa insit: incõueniens est. Opinari Text. 88. autẽ vidẽtur animã esse & in his: quoniã totum cũ partibus eiusdẽ speciei est. Quare necessariũ ipsis: dicere & animã eiusdẽ speciei cũ partib⁹ esse: si quia intercipitur aliquid continentis in animalibus: animata animalia fiunt. Si autem aer quidem discerptus eiusdẽ speciei sit: aĩa aũt dissimiliũ partium: hoc

Rectum est iudex sui et obliqui.

Thales Milesius opinatus est omnia esse plena diis.

Anima in aere cur immortalior.

hoc quidem aliquid ipsius inerit, vt patet, aliud autem non erit. Necesse est igitur ipsam, aut similiũ partium esse, aut nõ inesse in qualibet parte totius. Manifestum igitur ex dictis est, quòd neq; cognoscere inest animæ propterea quòd sit ex elementis, neque moueri ipsam bene atque vere dicitur.

Text. 82. Quoniam autẽ cognoscere animę est & sentire & opinari, adhuc autem concupiscere & deliberare & omnino appetitus, fit autem & secũdùm locum motus ab animalibus, adhuc autem & augmentũ & status & decrementum, vtrum toti animę vnũquodq; horum inest, & tota & intelligimus & sentimus & aliorum vnumquodq; facimus & patimur, an partib⁹ aliis alia? Et ipsum viuere autẽ, vtrum in aliquo horũ est vno, aut in pluribus, aut in omnib⁹, an & aliqua

Text. 90. alia causa est? Dicũt itaq; quidam partibilem ipsam, & alia quidem intelligere, alia autem concupiscere. Quid igitur continet animã, si partibilis est natura? non enim vtique corpus. videtur enim, contra magis anima corpus continere. egrediente enim, expirat & putrescit.

Text. 91. Si igitur aliquid aliud vnam ipsam facit, illud maximè vtique erit anima. Oportebit autem iterum & illud quærere, vtrũ vnum, an multarum partium sit. Si enim vnum est, propter quid non mox & animam, vnum? Si vero partibile, iterum ratio quæret, quid est continens? & sic vtiq; procedet in infinitum. Dubitabit autem ali- Text. 92. quis & de ipsius partibus, quã potentiam habeat vnaquæq; in corpore. Si enim tota anima, totum corpus continet, conuenit & partium vnamquamq; continere aliquid corporis. Hoc autem, assimilatur impossibili. quam enim partem, aut quomodo intellectus cõtinebit, difficile est etiam fingere.

Anima vnũ ne an multarum partiũ.

Text. 93. Videntur autem & plantæ viuere diuisæ, & animalium insectorum quædam, tanquam eãdem habẽtia animam specie, & si nõ numero. vtraq; enim partium, sensum habet, & mouetur secundùm locum, ad aliquod tẽpus.

Idem supra tex. 64.

Text. 94. Si autem non permanent, nullum inconueniens est. instrumẽta enim non habent, quibus saluẽt naturam, sed nihilominus in vtraq; partium omnes inexistunt partes animæ. Et eiusdem speciei sunt adinuicem, & toti. adinuicẽ quidem, tanquã quæ non separabiles sunt, toti autem animæ, tanquam indiuisibili existente.

Text. 95. Videtur autem & quod in plãtis principiũ, anima quædã esse. hac enim sola cõmunicant, & animalia & plantæ. Et hęc quidẽ separatur à sensitiuo principio: sensum autẽ, nihil sine hoc habet.

FINIS LIBRI PRIMI.

MAGISTRI MICHAELIS DE PALACIO GRANATENSIS

Philosophi, atq; Theologi, Canonici Legionensis, In librum secundũ Aristo. de Anima. Commentarij longè doctissimi.



LIMINATIS monstruosis plerisq; opinionibꝰ de animę natura à vetustioribus philosophis æditis, iam rem ipsam secundum ꝓpriam sententiã aggreditur Aristoteles. & multa quæ in procemio in quæstionem verterat iam hic edisserit. Et primum in animæ definitionem manum admouet: definitionem communem omni animæ exquirens, diligenter vtens diuisione quæ vt sit methodus definitionis indagandę, solicite in Commen.1.lib. prosequuti sumus. Quo loco in hanc nos conduximus summã, definitiones nusquã sufficiẽter via aliqua exactè captandas esse: sed vt ait Arist. vel sensu probãtur, vt maximè in physicis est in vsu, aut suppositione præmittendas: vt geometra punctũ, quę sensu capere nõ potest, suppositione vt rem certissimam recipit. Metaphysi.11. Primùm ergo in libro hoc definitionem animæ generalem & communissimã absoluit. Secundo verò loco potentias animæ speciatim dissecat, deinde nutrimẽta: post hæc sensum communiter & sensibilia expedit. sub hæc autem quæ generali ratione de sensu atq; sensili prædixerat, iam specialius prosequitur vt sibi nunquam non constet ab vniuersalibus in specialia deriuando doctrinam. Quibus adiecit non esse sextum sensum quo loco initium.3. libro donant Græci. Postremò autẽ sensus communis & sensus interni, libri huius sunt periodus. Nunc autem verba Aristo. audiamus.

CAP. I.

Animæ priorem & illam generalem definitionem monstrat, partitionem actus in primum & secundum pulchre tradit & vtrum mens sit corporis actus pendulum reliquit.



VM autem quæ à prioribus tradita sunt de anima, dicta sint: iterum tanquã à principio redeamus, tentãtes determinare quid est anima, & quæ vtiq; erit cõmunissima ratio ipsius. Tex. 1.

Animæ definitio & declaratio eiusdem.

¶ Sensus horũ verborum est in prõptu. Expulsis enim errorum tenebris veritatis peripateticæ lux magis emicat: & lolio atq; aristis discussis, frumenti, id est, veracis doctrinæ grana in horrea humanæ mentis sunt reponenda.

¶ Quòd ergo dixerat in præfa. esse rem operosam, nullius otij sed plurimi negotij atq; laboris, animæ definitionem tradere, in pręsentia nobis illã vltro offert, & cõmunissimam illã omni animæ quãdo alijs philosophis vt plurimùm in definienda anima rationali est sudatum, & communem vniuersis animabus neglexerunt definitionem. Arist. autem altius rem est orsus, vt generalissimam inueniret diffinitionem. Nam physico non solum de anima rationali, de cuius natura pauciora nouit, sed de alijs animabus, quæ sunt magis materiales, incumbit negocium, vt opulenter ostẽdimus in præcursorijs nostris ad libros de anima. Sed in ipso limine mouebit forsitan quempiam Arist. verbum. Ait enim cõmunissimam rationẽ animæ tradendã. Ecquid est, quòd ex Aristotelis sententia supra nos docuimus has cõmunissimas diffinitiones esse vanas, & dialecticas? nullus tamen hoc argumẽto turbetur. Nam communitas duplex est, altera est quæ ancillatur omnibus scientijs & hæc est

cõmunitas dialectica. Nam intentiones generis, differẽtiæ, &c. cũctis scientiis famulantur, & methodus diffinitionũ, & diuisionum, & consequẽtiarum. Alia est communitas propria singulis scientiis. Quælibet enim sciẽtia habet sua vniuersalia: vnde facto gradu in cętera particularia se deuoluit. Iam ergo definitiones cõmunissimæ primo cõmunitatis modo sunt dialecticæ: sed postremo non sunt dialecticæ, sed sortiẽtur eius sciẽtiæ qualitatem, cuius erit illam definitionẽ edocere. Quare hæc diffinitio de anima cõmunissima vtiq; est, atqui physica, idest actus corporis physici & organici in potentia vitam habentis. Sed vrgentior est quæstio siquis petat vt definitio hęc cõmunissima animæ plantali & brutali, & humanæ: quãdo hæ animæ, longa intercapedine distant. Actus, item, quem vt genus habet hæc definitio, & dicitur de actu separabili à subiecto & de actu inseparabili. Est enim gubernator actus nauis sua gubernatione illam perficiens. Est tamẽ gubernator perfectio nauis, separabilis tamen. Forma lapidis est actus inseparabilis à lapide: iam ergo inter huiusmodi actus non potest esse vna ratio secundùm rem, sed solum secundùm rationem, vt est sanorũ. Nam & si vrina sana, & cib⁹ sanus, & medicina sana, & animal sanum, non sanè vna ratione: sed voce vna. Ita & si animæ omnes dicantur actus & materiæ perfectiones, seu corporis: atqui anima plantarum & brutorum sunt actus inseparabiles à corpore: & tamen anima humana est sane à corpore separabilis. Accedit istis ab anima vegetali, quam vocamus plantalem, cæteræ omnes animæ pendent: nã illa sublata cæteræ auferuntur. Est ergo ordo naturæ illarũ prima vegetatiua dein sensitiua. Postremo est intellectiua, vbi ergo naturæ ordo, non erit vniuocatio: sed analogia, non ergo est hæc ratio animæ de qua est instituendus sermo, cõmunissima re ipsa sed secundùm nominis appellationem. Philoponus incunctanter docuit definitionẽ hãc animæ, quam hic Arist. mollitur extruere, nõ esse veram animæ definitionẽ, sed descriptionem, potius vocis, quam vnius rei finitionem, motus argumentis illatis: neq; se duxit abhorrere à peripatetico intellectu. Nam Arist. tex. 7. ait. *Si autem alius, in omni anima cõmunem oporteat dicere, erit vtique primus actus.*

Philo. contra Aristo. defun.

Id autẽ quod induxit hanc Philopo. sententiam, fuit, quòd credebat animam rationalem non coniungi corpori, secundùm substantiam, vt cæteris animabus contingit: sed secundũ operationem. Cuius verba sunt. Rationalis anima nõ substantia, sed operatione, sola ipsum perficit animal. Et forsitã hoc ausus fuit dicere veritus ne, si semel dixisset animã rationalẽ esse formam substãtialem corporis physici, & instrumentarij, cogeretur ipsam fateri mortalem. Nam cæteræ animæ, cum sint formæ substantiales corporum viuorum, mortales sunt. Et Galenus in libro, cuius inscriptio est, quòd mores animi temperaturas corporũ sequãtur, huius argumenti dilutionem à Platone discere desiderabat. Si anima forma est corporis, vt ergo immortalis? Habet hoc cap. 3. illius libri, & si re vera Plato non magni duxisset hoc argumẽ. Quin si Aristo. fidimus, animam non formã substantialiter copulatam corpori, sed sola operatione illi iungi Plato credidit, vt gubernator naui adest. Quare infirma est cõnexio Galeni. Vnitur corpori anima, illo, ergo intereunte, interit anima. Persuasus igitur Philoponus, animam rationalem non esse substãtialem formam humani corporis, ideo credidit definitionem hanc, quæ iamiam est exponenda, omni animę non esse cõmunissimam: nisi æquiuocè Themistius autem, & si non dilucidè, verum vtcunq; diuersam sequitur in paraphrasi sententiam cap. 1. hanc enim definitionẽ animę maxime fusam, omnesq; animas suo ambitu, continere dicit. Sed si vox animę esset ęquiuoca re vera in suum ambitũ omnes nõ contineret animas. Adde si anima rationalis, est actus & forma, & re vera substantialis actus: est enim substantia, cuius ergo est actus substantialis? nã peripatetica schola animam formã, alicuius corporis physici fatetur substãtialem, vt posterior sermo indicabit: & anima humana sublata perit homo, & illa pręsente, est homo. Est ergo anima rationalis de ipso quod quid hominis, & substantia eius est. Et quãdoquidẽ operatio rationis, adest homini

Themistij opinio.

ni & abest homini ipso homine nō mutato in substantia, vt stultus homo est citra rationis opus. Accidēs ergo homini est ꝙ rationalis sit si per coniunctionem solam & operationē, & non secundū substantiam anima rationalis est in homine. Quod verò Commentator Auerroes. Commento.7. purè æquiuocè crediderit hāc deffinitionē in omnes animas se fundere (si quidē anima rationalis æquiuocè perfectio est corporis, & cæteræ animæ) fortè hoc excepit à Philopono, iam indicato, etiam si hic credat intellectum humanum solum adsistere homini per illustrationem & irradiationē, vt tertius liber de anima disseret, qui ostēdet inintelligibilem esse Commentatoris sententiam. Sed quātum ad verba Aris. attinet tex.7. si aūt aliquod cōmune in omni aīa oportet dicere. Non eò dixit Arist. quó crediderit humanā animā nō esse actum substātialem corporis. Sed cùm solenne sit Platoni animam mundo inducere, & pleriq; multi persuasi sint etiam de Aristotelis placito cælos esse animatos, ob hanc causam sub nota dubitationis hæsitat, an definitio animæ sit communis: quippe si intelligētia est anima orbis cælestis, diuersa ratione est anima quā sint animæ istæ inferiores. Quandoquidē intelligentia operatione duntaxat copulabitur orbi suo, & non secundum substātiam: id quod animabus inferioribus non conuenit. Quibus submotis corpora intereunt, & priuantur esse substantiali. Nō ergo omnes in vniuersum animas sublunares & supralunares comprehendit hęc definitio, nisi voce tenus: quia hę animæ atque illę æquiuocè sunt animæ: quod si hoc voluisset Philoponus nihil contenderemus cum illo.

Tex. 2. ¶Dicimus itaq; vnum quoddam genus eorū quæ sunt, substātiam. huius autem, aliud quidem sicut materiam quod secundum se quidem non est hoc aliquid, aliud autem formam & speciem secundū quam iam dicitur hoc aliquid, & tertium quod ex his. Est autē materia quidem, potentia, species autem, entelechia. & hoc dupliciter. hoc quidem, sicut sciētia, illud autem, sicut speculatio.

¶Pręmittit igitur definitioni animæ statuendæ diuisiones aliquot Arist. vt diuisione scrutetur animę naturam, quarum prima est ens, quod diuiditur in genera decem. Primum genus quod habet, substantia est: hæc verò alia est materia, quæ secundum se non est hoc aliquid, alia verò est forma & species, secundum quā iam dicitur hoc aliquid, tertia verò substantia est, cōpositum ex materia & forma. Exemplum accipe, corpus, anima, viuens, huius diuisionis Aristo. non semel meminit, qui.12. Metaphysi. lib. tex. 14. eiusdem meminit, substātiam triplicem esse materiā, habitum, quæ vox formam significat inibi, & tertium quod ex his constat, vt Socrates & Callias. nisi quod multò differentiùs secūdum prætextum verborū loquitur in prima philosophia atq; modò. Illic enim materiam esse hoc aliquid fatetur, id quod hic aperte negat, & in prædicamento substantiæ primam substātiam voluit esse hoc aliquid solum, vt Petrus vel Paulus, & Philosophi interpretes ita consentiūt. Albertus Magnus, materia, ait, nō est hoc aliquid, quippe quę non dat nomē nec definitionem, cum sit vna & eadē cūctis, quæ generationi & interitui sunt obnoxia, primo physicorum tex.67. forma autē commodè dicitur hoc aliquid, quę & præstat & nomen & definitionē rebus: plantę siquidem vegetales sunt, & dicūtur ab anima vegetali, vt bruta ab anima sensitiua: homo verò ab intellectu authore Auicena naturaliū sexto. sunt qui cōtrouersiā totam in verbis peripateticis dirimere curent, qui distingunt vocem hanc, hoc aliquid. Primò, vt significātia eius sit, ꝙ sit hoc & sit aliquid. atq; hac acceptione se mutuò consequūtur ens & hoc aliqd. Nā quodlibet ens & est hoc & est aliqd. Altero modo significat principiū indiuiduandi, quale multi credūt esse materiā signatā accidentibus. Qua ratione ipsa sic affecta, est hoc aliquid: aut tertiò, id quod prestat nomē & definitionē rei, sit

Definitionē animæ qualiter venatur Aristo.

hoc aliquid, id qđ solius formæ est. Statua enim tantum appellatur statua, quãdo in metallo insculpta forma statuæ nomen & rationem indiderit, seu Iouis seu Mercurij. Postremò, hoc aliqd significat quod est per se existens aut separabile, vt vocat Arist. quomodo totũ compositum solum est hoc aliquid, qa ipsum est quod per se subsistit. Id quod intellexit Aristo. in prædicamento substantiæ. At vero hac diuisione, quę Pauli est, missa in presentia aliter Aristo. intelligendum censeo, apud quem materiam bifariam expendere possumus, aut sumitur sub negatiõe omnium in vniuersum formarum, quippe ipsa per negationem dignoscitur, vt enim Deus propter suam sublimem & transcendentem naturã, autore Dionysio, negatiõe cognoscitur cõmodius quàm affirmatione, vt supra intulimus, ita materia propter nimiam vilitatem eius, negatione omnium formarum cognoscitur, vt Alex. Aphrodisæus Cõmento. 4. ad. 7. Metaphy. inquit: eóq; illam à decẽ generibus reiicit: quia negationẽ illorum indicat, atq; hoc aduertens Arist. Metaphysicorum. 7. tex. 8. dixit materiam nec esse quid, nec quãtam nec qualem, vniuersa prædicamenta decẽ ab illa subtraxit: vnde & illud est materiam esse ignotam. Metaphysi. 7. text. 37. altero verò modo materiã cõsidera, vt ipsa sub affirmatione alicuius formę est, quæ sensibilis materia vocatur, vt æs & lignũ, quæ sunt materia artificialium, caro animalis materia. Secundò aduertamus. Alexandrum Metaphy. 7. Cõmento apud ipsum. 23. dixisse, cõsueuisse Aristote. hoc aliquid de sensibilibus dicere deq; ijs, quæ digito monstrari valent: & omnino de ijs, quę per se consistere possunt. Vnde inferas materiam primã, quę sub negatione vniuersarum formarum, quasi violenter cognoscitur, nõ esse hoc aliquid. Quandoquidem vniuersa prædicamẽta negat, & tãtum est in pura potentia, & non est simpliciter hoc aut aliquid. Sin materia sumatur sensibilis, quã dicit Arist. Metaphy. 7. tex. 36. esse lignũ, aut æs, aut materiã mobilem: hæc re vera hoc aliquid est, & demonstrabilis est ad sensum. Quamobrem quod dixit Aristo. Metaphy. 12. materiam esse hoc aliquid, ipse de sensibili subaudiendus est, vt Alex. est interpres, & textus illud indicat. Ait enim atq; substantię sunt tres. atq; alia est materies. quæ quidẽ hoc aliquid est (& subdit causam) ex eo qa apparet, idest, quia sensibilis est. Forma ergo eatenus hoc aliquid est, quatenus habet operationes sensibiles, vt Commẽtator dixit Metaphy. 12. iam indicato. Materia verò vt iungitur formæ est hoc aliquid, tunc enim sensibilis est. Et vt rem ipsam claudamus solùm in Arist. hoc aliquid dicũtur, & forma ipsa, ratione qua iam diximus, & totum cõpositum. Quod cùm appelletur aliquãdo sensibilis materia, hac ratione & hoc aliquid fertur, & est, & si quod Alexãder dixerat sit in consuetudine Aristotelis, frequẽtius totum vocare hoc aliquid quàm partes et si in metaphysicis loco dudum indicato formam vocet hoc aliquid: quia per illam res sensibilis redditur. Per hæc lucida sunt, quę Aristoteles in littera habet: à qua si non grauaris, paululũ digrediendum est, & digresioni occasionẽ dedit Aegidius Romanus, qui in Cõmentario huius loci, credidit substantiam, quæ est generalissimum in cathegoria substantiæ, nec prædicari de materia nec de forma, sed solum de toto cõposito: Primùm quia cùm hæc sit falsa, punctus est quantitas cõtinua: & item hęc, vnitas est quãtitas discreta: ꝗ punctus est principium quantitatis & vnitas, hac ratione quantitas non prædicatur de principiis suis, sed materia & forma sunt principia substantiæ. Quare hæc de illis minimè prædicabitur. Secũdò genus autore Porphyrio est totum quoddam: totum verò non prędicatur de partibus, quales sunt materia & forma. Tertiò genus & habet actũ, & habet potẽtiam. Metaphy. 5. tex. 14. atqui materia prima est pura potẽtia. Physicorũ tex. 99. & forma actus est: genus igitur de istis non prædicabitur. Postremò nullũ genus descendit in species suas, secundum rationem causæ & causati, vt exemplo patet. Animal enim nullum est quod sit causa reliquorũ animalium. at materia & forma sunt causæ totius cõpositi, igitur non est genus. Alioqui ens esset genus ad substãtiam & accidens: id quod Arist. reiicit. Hæc Aegidij sententia

Autoris declaratio.

Arist. locus 12. Methap. interpre.

Aegidius deffectit ab Aristo.

sentẽtia Albertum habuisse in autorem facilè coniectabit quispiam ex hominis verbis. Ait enim diuisionẽ hanc substantiæ in materiam & formam & compositum diuisionem esse analogi in suos modos: & Burle⁹ illi subscripsit, substantiã solum volẽs esse totum cõpositum: hoc enim per se subsistit, materia autẽ & forma non per se subsistũt, sed in toto composito. Paulus autẽ Venetus, de forma & de composito toto prædicari, de materia verò generalissimũ hoc prædicamentum non prædicatur: itaq; autor hîc ex parte ibit in sententiã Aegidij & ex parte refragatur, vt cernis, & vt tenax sit eius opinio. primum argumentum diluit negans formam esse principium substãtiæ, sed Deus atq; materia prima principia sunt duntaxat. Argumẽtum secundum soluit, dicens formam esse quoddam totum ex actu & potẽtia, quare capax est generationis generalissimæ, neq; nocet veræ philosophiæ vnũ totum esse plura tota in prædicatione causali æquiuocãdo de toto, vt totum integrale sit plura tota subiectiuè, vt animal est homo, & est equus. Tertiũ argumẽtum tollit, credens animam non solùm esse actum, sed esse in potẽtia. Quod patet, quia anima quęlibet mutabilis est à quiete in operationem, & contra, & ab vna operatione in aliã. Quartò satisfacit Dicens substantiam prædicari de forma & toto composito, non secundum rationẽ causæ & effectus: sed prioris & posterioris. ¶ Porrò quod est hui⁹ digressionis in Aristotele satis cernimus tres substãtias appellari, & materiã & formam & compositũ totũ. Et Commẽtator Commẽto. 8. ad. 7. Metaphysicorum, multis probat materiam substantiam esse, magis q̃ formã ab Aristotele in eo textu petitis rationibus. Quarum altera est, nam sublata materia reliqua cuncta pereũt: & formis istis aut illis sublatis ipsa permanet. Ergo si ipsa suscepit omnia alia, ipsa est aliorum fundamentum, videtur magis substantia q̃ forma. Secundò, nam Petrum & Paulum vocitamus substantiã, ꝙ vnus atq; idem perseuerãs mutationib⁹ variis subditur, iam calescit, iã frigescit, iã Athenis, iam Thebis est &c. Quare cũ materia etiam subdatur generationi atq; corruptioni & mutationibus consequentibus, ipsa quoq; substãtia erit, imò magis substantia, quippe ratione materiæ substantiæ susceptaculũ est. Vnde Alex. 8. metaphy. in Cõm. 2. materiã dicit magis substantiam, quã formã etsi forma sit magis ens, Cuius verba sunt. Dubitari non debet quin materia substãtia sit, & hac ratione magis q̃ forma quãquam aliàs forma sit magis in honore: tũ quia ipsa materiam definit, tum quia res à forma appellationes mutuantur. Hoc autem quod Alexãder ait est verũ si in ratione subiecti materia spectetur: nam Aristoteles in. 1. de generatione, dicit tex. Commen. 24. materiam esse præcipuum subiectum generationis, aut corruptionis substantialis: aliarum verò transmutationũ, est subiectum secundum posterius. Totum enim compositum est cæterarum transmutationum subiectum: forma autẽ cùm non sit trãsmutationum substantialiũ subiectum, ob id illã ait Aphrodisæus esse minus substantiã, quàm materia sit. Et hoc probant quæ de prima philosophia conductæ sunt rationes. At cùm substantiæ sit per se subsistere, & hoc materiæ nusq̃ possit conuenire: nam non est per se, sed semper in alio, vt Cõmentator exposuit 3. physicorum. Cõm. 65. instar accidentiũ esse materiam, quæ semper in alio, idest, in toto supposito subsistunt, etsi discrepet ab illis. quæ cum nõ sint subiectum, materia subiectũ est primũ. Rursum forma non est per se & separabilis nisi per rationem abstrahentem. excepto, si anima rationalis est post mortem subsistẽs secũdum dogma peripateticum, de qua re postea erit disputatio: tunc enim ipsa erit per se subsistens substantia. Hæc autem quæstio nõ est de materia sensibili, an ipsa sit substantia, de qua generalissimum illius prædicamenti prædicet, quę cũ sit hoc aliquid vt iam diximus, verè substantia est vniuoce cũ aliis, vt lignũ, caro & os. Et si alexander. 8. metaphy. in principio dicat, materiã sensibilẽ, vt materia est ceu lignũ vt est potẽtia domus, nõ esse hoc aliquid. Sed hoc infringit nihil, quin quod vocat Arist. sensibilẽ materiã, sit hoc aliquid cõtinuoq; substãtia sit. verũ si de materia prima, sit disputatio: si priora quę diximus aduertas non

Burleus.

Primi argu. dilutio.

2. Argu. solutio.

3. Argu. solutio.

4. Argu. solutio.

Alexand.

Quæstionis solutio. erit molesta quęstiõis solutio. Memini. n. me dixisse materiam sub negatione formarum omnium à nobis assequi, & sub negatiõe hac, materia nullius est formæ, neq; ratione habet subiecti: nam subiectum habet, in formam præparationem. atqui materia sub negatione illa cõprehensa nullius est præparationis. Hæc autem præparatio tam necessaria est subiecto vt illa sublata non sit subiectũ materia, aut q̃uis aliud, vt alibi demõstrabitur: & quod, mireris vehemẽtius neq; secundum statum priorem expensa, priuationem habet: etenim priuatio est formæ habitæ vt cæcitas visus, habitæ subintellige secundum actum, aut secundum naturæ ordinem. Nam cæcus natus homo, priuatus est visus, quẽ nunq̃ habuit, habuisset tamen si naturæ ordo nõ turbaretur, at materia cõsideratur ante omnem formã ergo & ante priuationẽ, *S. Tho.* vt S. Thomas scitè in libro de spiritualibus creaturis tradidit. Secundum hanc traditionem materia prima non est substantia simpliciter: sed potentia tantùm est in prædicamento substãtiæ. ¶De forma verò, si de subsistẽtibus esset sermo, vt sunt angelicæ substantiæ, res in propatulo esset, de illis prædicari substantiã directè: sed modò de formis, quę sunt partes substantiæ materialis, sermo vertitur. Quas esse substãtias, quis ambiget? Aristotele asserente, materiã atq; formã substantias esse, ne substantia componatur ex non substantiis, quod tam est in vicio, quàm quod diuisibile cõstituatur ex indiuisibilibus. & Aristo. in prædicamentis partes substantiæ hac ratione voluit substantias. Sed hoc differt forma à materia: hæc enim in potẽtia substãtia est: vtraq; autẽ sunt causa totius substantiæ integræ. Et nõ assequor, quid voluerit Paulus Venetus dicẽs, formam non esse causam totius compositi, sed materiam & Deũ. Quando Arist. 12. metaphy. text. 14. recensens tres substantias, tertia ait, substantia ex duabus conflatur. & 8. metaphy. non longè à principio idẽ & sępe alibi ait. magis causa est forma, q̃ materia: illa enim cõfert rei nomen & definitionem id quod materiæ non conceditur. ¶Dicamus ergo materiã atq; formam substantiales pertinere ad substantiam, vt partes substantiæ: ipsum autem totum maiore substantiæ gaudet, quod solum præcipuè generatur, atq; corrumpitur. 8. metaphy. in cap. 1. Cætera verò, vt sunt hui9 partes, vt Albertus cũ Aegidio dixerunt? Sed de digressione ista hactenus: quia plura sunt, quàm quæ huic conueniant loco.

¶In literam Aristotelis referamus pedẽ. Et opportunè sciscitabitur quispiã. Aristoteles metaphy. 7. tex. 7. in quatuor distribuit substantiæ vocem, in quidditatem, in vniuersale, in genus & in ipsum indiuiduum, quod prima substantia est, quia omnium subiectũ, & de nullo prædicatur. *Substãtia in 4. distribuitur.* Hic autem aliam substantiæ diuisionem docet in. 3. partiens. vt prædixit substantiam diuidẽs. Sed dicendum Aristotelem in loco metaphysico illato, partitum esse substantiam secundum antiquam de substantia opinationem, & non secundum veritatem. Plato etenim credebat suas vniuersales idæas substantias esse: alij verò ens & vnum esse vniuersorum genus. Ideo hæc duo membra immiscuit. ¶Quidditas verò seu essentia rei, substantia peripateticè dicitur, etsi generali modo, vt sermo vulgatus fert, hęc est substantia negocij huius. Verùm ipse post diuisionẽ, quæ tunc fama celebrabatur, propriã substãtiæ partitionem tradidit dicens, ipsum indiuiduum esse maximè substantiam: materiã autem huius quodammodo substãtiam: quia subiectum est, formã verò substantiam, vt quæ constituit totum, vt Commentator exposuit.

¶Cùm tamen audis Aristo. dicẽtem formam esse speciẽ, materiam non esse quidditatis partẽ ne intelligas. *Notandum.* (Pleriq; enim ita philosophantur.) formam esse totam rei quidditatẽ: materiam autem esse vehiculũ deferens quidditatem, quæ sunt verba Cõmentatoris in. 7. primæ philosophiæ. tex. 24. quæ scripsit, ꝑsuasus verbis peripateticis. Materia, ait, partim substantia rei dicitur, partim nõ dicitur. Et multo sermone & obscuro Aristo. in eo loco materiam expulit à ratione formali rei, & partes definitiõis nõ vult materiales esse, sed formales. Circuli ratio tota formę est: est. n. figura plana, à cui9 centro ad circũferentiã lineæ ductę sunt pares

pares. vbi circuli segmẽta, quę partes materiales sunt circuli, non ingrediuntur in definitionẽ circuli. etsi ipsa figura plana in segmentis ipsis partibus consistat. Ideo Auerroes esse delatiuam materiam rationis formalis, seu definitionis essentialis voluit. Et si syllaba definitur per partes, est videlicet coitus vocalis, cum consonante, ista partium compositio non materiæ est, sed formæ. Iam ergo Auerroes etsi materiam credat, esse partem rei essentialẽ, vt elementi & mixti: tamen ipsam penitus reiicit à quidditate rei, seu definitione essentiali, motus verbis Arist. Quare & multi crediderũt esse formam ipsam solam speciem, & materiam non esse partem speciei, sed delatoriam speciei, & quòd idem sit anima humana & ipsa humanitas solumque rationis discrepent differentia. Dicitur enim anima vt materiam perficit & viuificat: at verò humanitas, vt per eam totum cõpositum in specie collocatur. Itaq; eadẽ est forma partis & forma toti⁹ diuersis collationibus &. 8. meta. text. 7. petit an nomẽ speciei vt homo significet solã aĩam an corp⁹ & animã. Et reliquit quæstionem insolutam & Alex. ait definitionem animæ esse, & non totius compositi sed Arist. aĩal dicit, in vtrisq; esse & anima & corpore. & Arist. quæstiõis. solutio est vt ex consequentia sermonis colligere licet nomina quædã solas formas significare, vt anima, albedo, alia verò totum compositum, vt animal homo, etsi vix assequeris quid ibi certò velit Arist. quia si corticẽ spectes, videtur Platoni fauẽs, vt anima sola est homo, & nõ totum compositum: & ita Alex. in Cõm. Sed alij secus, & difficile admodum Aristotelem ad hunc sensum trahũt, qui vt superiore libro collegimus, multis contendit mathematicum per solam formã: physicũ verò per materiam atq; formã definire. Nam forma mathematica etiã deuehitur à materia sensibili, vt forma physica. Circulus enim triãgulus in sensibili iacent materia, à qua sola mentis contemplatione discluduntur. quo ergo different physicus, mathematicus & dialectic⁹, si oẽs ad suas cõponendas definitiones materiã respuunt, & abijciũt? & profectò per solã formã proprietates rerũ naturaliũ, quæ per materiã cohęrẽt rebus vt, corruptibilitas, discere, nõ possumus. Et Auicena tractatu. 5. metaphysicorum suorũ, credidit formam nõ esse totã quidditatem rei, sed partẽ: eoq; materiam ad ipsam quiditatẽ rei tradit esse necessariã, & quãtum ego cõiectare possum certô crediderim materiã, & formã, non solũ esse de essentia rei physice mistæ, aut elemẽtariæ, quin & in definitionem physicã vocãdas esse. Aristoteles. n. physico. 2. hoc fatetur text. 92. rationem serræ ferro esse exhibendã, quia cũ serra habeat dẽtes tales, qui sunt ad secandũ: sectio aũt ferro exercetur. Et verba subiungam. Sunt enim & in ratione quædã partes, vt materia. Quib⁹ verbis liquido cõmonstrat materiã esse vocandã in definitionẽ physicam, etsi hęc materia non est hæc, aut illa indiuidua: singulorum enim nõ est definitio. Cæterum materia communis illa nulla ratione reiicienda est à definitione physica. Et ipsemet Aristo. metaphy. 7. ait speciem hominis necessarió coniunctã carnibus & ossibus & partibus similib⁹ istis, nec mẽte possumus abstrahere hominẽ à partibus istis. Et Cõmentator tractãs locũ illũ ait, Differentia est inter formas quæ nõ habent materias proprias, sed mathematicas, & formas naturales. Quæ habent subiectũ proprium: verbi gratia, forma hominis quæ nunquam est sine carne & ossibus, quoniam istæ formæ naturales difficile abstrahuntur à suis materiis, impossibile est enim intelligere hominẽ sine carne & ossibus. Quod si hæc sunt necessaria speciei hominis, nec possumus intelligere hominẽ exutũ carne & osse, erunt ergo de essentia hominis partes materiales ipsius. Quapropter definitio cùm explicet totam essentiã speciei necessariò præstanda erit, & per materiã & per formam. Quæ erũt partes essentiales definitionis illius, formæ sanè mathematicæ secludẽdo materiam sensibilẽ metaphy. 7. text. 37. Facilè nãq; separamus circulũ à cupro, vel auro vel argento: quippe, vt dixit Cõmentator, formæ mathematicæ non sibi vendicant materiam propriam. Vnde mens abstrahẽs facilè discludit illas à corporibus physicis, eaq; ratione circulus & triãgulus definiũtur per formam

mam citra materiā sensibilē, vt circulus est figura plana &c. At sicut mathematicus in definitionibus suis discludere nō potest materiā intelligibilē, idest, quantitatem abstractā à materia sensibili, ita physicus abstrahere non poterit materiam sensibilem à definitione physica vt enim materia intelligibilis se habet ad formas mathematicas, ita & materia sensibilis ad formas physicas, verùm illa est de quiditate formę mathematicę: ergo & materia sensibilis erit dē quiditate nō formę particularis physicæ, sed formę totalis, vt est natura humana, aut equina. Nā & circul⁹ & triāgulus formę totius sunt, non partis: nā totus circulus, appellatur circulus & nō pars circuli. cōsentit in sententiā hanc D. Tho. in. 1. parte summę. q. 75. art. 4. cuius verba sunt, quidam posuerunt solam formā esse de ratione speciei, materiā verò esse partē indiuidui, & nō speciei, quod quidē nō potest esse verū: nam ad naturā speciei pertinet id quod significat definitio. Definitio aūt in rebus naturalibus non significat formam tātum, sed formā & materiam: vnde materia est pars speciei in rebus naturalibus &c. Et Scotus in. 3. Senten. dist. 22. & in. 7. suæ metaphysi. q. 16. Et demum hic est vulgatior consensus nostratiū philosophorū & theologorum, nisi ꝙ quidam hoc nostro seculo errorem vniuersa hæc duxerunt sequuti Auerroem, qui tum cōmen. iam indicato, tum com. 37. septimi metaphysi. ait definitionem non esse totius congregati ex materia & forma, sed solius formæ vniuersalis. Vnde arripuerunt ansam dicēdi materiam quidē esse de essentia rei huius vel illius, sed nō esse de quiditate, id est, de definitione: nam forma sola quiditas est. Et isti secernunt inter essentiā & quiditatē, materiā concedentes essentialem, sed non quiditatiuā. At vero isti falsi iudices sunt in quæstione hac. Primùm ꝙ Auerroem amplectūtur, ipse octauo metaphy. Cōmento vltimo, ait definitiones esse compositorum, ideo locus alter moderandus & tēperandus est isto. Fortassis enim intellexit definitionem esse formæ vniuersalis id est, formæ quæ est forma totius, nam species forma est totius, & definitio essentialis speciei est. Quòd verò, inquit, non est totius congregati, eò dixit ꝙ definitio non est indiuiduorum, sed hominis communis. ¶ Verba autem Aristotelis, partes definitiōis formales sunt: hoc verū est, quatenus expressiuæ sunt definiti. Definitio enim trifariam consideranda est, aut triplicem consideratione habet: vt aduertit Aegidius Romanus q. 2. ad. 7. metaphy. Primò referri potest ad definitum, secundò ad nostrum intellectum, & ad partes definitionis. Ad definitum quidem per se refertur, oportet naq; definitionem proportionalem esse definito, asserēte Aristotele sermonē totius ad totam rē proportionalē esse, videlicet totius definitionis ad totum definitum. Secunda autem relatio in nostrum intellectum est: nam ꝙ quid est obiectū est intellectus nostri, id quod per definitionem elucidatur. Postrema autē relatio est totius definitionis in partes suas: quippe, metaphysi. 7. definitio est oratio, oratio aūt ex partibus constat. exemplo familiari constare tibi poterit Aegidij hęc cōsideratio, animal rationale quę est hominis finitio, referri potest in totū hominē vt huius naturam exprimit: aut refertur in intellectum considerantem ipsam definitionē. aut deniq; tota hæc definitio in partes suas quę sunt, animal & rationale. Iam ergo etsi, relata definitio ad definitum alteram partē habeat materialem, alteram verò formalē, quæ partes sunt definiti, & partes definitionis mutuò collatæ, altera præferat materiam, altera verò formā: relatæ verò in intellectum, ambæ sunt veluti formales partes. Ambæ. n. repræsentant, & ostendunt intellectui totum ꝙ quid est, quod forma toti⁹ est, vt diximus. Vnde & Aristoteles loco à principio indicato, & partes syllabarum formales vocat: quæ tamen quia partes sunt, quasi materia totius sunt: ex ipsis enim syllaba cōflatur, vt ex lapidibus & lignis domus. Aut dicendum Aristotelis non fuisse institutū materiam abiiciēdam à definitione physica: sed materiam hanc vel illam singularem. Homo nanq; non est definiēdus per has carnes, & hæc ossa: quia singulorum non est scientia. Quòd verò isti distingunt inter essentiam & quiditatem, ego planè non video in codicibus ipsorum

Scotus.

Elidit Marcus Zimara.

Respōsio prioris argumēti

Triplex definitionis consideratio.

Expende vt quæuis definitio formalis est.

Responsio

rum

rum rem satis stabilitam, quin Aristotelem lego metaphysi. 7. textu. 7. quiditatē appellauisse substātiā, quod idē est atq; essentia, eo nanq; modo confitemur hāc vel illam esse substantiam accidētis, sub intelligentes quiditatem. Et tandem, vt apertiora sint, quę hactenus tradidimus, aduertas Aristotelem metaphy. 7. in textu vltimo distinxisse inter formā totius & partes ipsas congregatas: ait enim. Atque syllaba nō est elementa ipsa, nec est idem ba quòd. B. & A. nec caro est ignis ac terra, quod probās adiecit: dissolutis enim, idest, syllaba, & carne, adhuc manent elementa ipsa, id est, B. & A. separatis enim. B. & A. syllaba. Ba. dissoluitur, litteris manentibus. Vnde infert, syllaba profectò est non solum elementa (vocalis inquam littera atq; muta) sed etiam aliquid aliud. Ex quibus verbis colligas germanum sensum priorum, definitionē totius formam exprimere, & non partes ipsas congregatas, sed totum vnum, quod ex partibus dissultat, quod ab ipsis saltem ratione distinguitur. Quapropter Aristoteles disertè asseruit definitionem explicare formam, & non materiam. Definitio enim ipsum totum, quod, vt diximus, est forma partiū, & non partes explicat, vt definitio syllabæ &c. Et si hunc sensum receperis, vt recipiendus est, hoc ipsum cernes in definitionibus physicis, quæ non explicāt materiam, vt partem: sed totum ipsum physicum ens, quod ex materia & forma dissultat: id quod de carne textu dudum illato Aristoteles dixit, ignem non esse & terram, sed aliud præter hæc: & tandē intelliges aut conciliabis loca Auerrois. Dixit enim definitionē non esse congregati, idest, partium congregatarū: & rursum ait definitionem esse compositorū, id est, totius, quod ex partibus dissultat ad sensum priorem. sicq; conficitur in definitione physica, & materiam esse atq; formam, vt essentiæ partes: sed definitio tota formam explicat, & non materiam, vt materia est. Quare definitio primò formam totius explicat vt animal rationale hominem totum, qui est velut forma & perfectio suarum partiū, eoq; formalis Aristoteli est. Verum quia totum nequimus citra partes intelligere, subinde secundariò & ipsam formam rei particularem atque materiam subintelligemus. Quamobrem nulla est verborum contrapugnātia, & q definitiones voluerit Aristoteles esse formales metaphysicorū. 7. textu. 35. & quod definitio physica materiam explicet, secundariò tamen: & ad hanc formulam quæ hactenus vniuersa diximus moderāda sunt. Forsitā de istis alibi erit copiosior sermo, sufficiant hęc dixisse ad peripateticam intelligētiam. Forma igitur species est, quæ non eò species est, quòd tota sit ipsa species rerum physicarum, sed quòd ratio est ob quam vnaquæq; res habet speciem.

Locus difficilis metaphy. explicatur.

Cōciliatur sibi Auerroes

Cōciliatur sibi Aristo.

¶Insigniuit autem formam & altero nomine Aristoteles vocans formam endelechiam, cuius vocis meminit Cicero libro primo Tusculanarū Quæstio. in hæc verba. Quintum genus adhibet Aristoteles vacans nomine, & sic ipsum animum endelechiā appellat nouo nomine, quasi quādam continuatam motionem, & perennē. Verùm hæc interpretatio non admodum consentit cum peripatetico sensu, ait enim duplicē esse endelechiā: alteram quidē vt est habitus, aliam verò vt operatio. Itaq; & forma lapidis iners & ociosa endelechia est, quare endelechia non semper est continuata & perennis motio. Eòdem accedit vocem endelechiæ non esse propriam animæ, vt credidit Cicero, sed funditur in omnes formas, vt in proœmio ex sententia Alexandri meminimus. Quare Philoponus aliter vocis significantiam extulit. ἀπὸ τῦ ἕν τε τὸν τέλειον καὶ τὸ συνέχειν. Hoc est, vnum & perfectum & simul habere. Nam forma causa est & vnionis & perfectionis rei, vel quæ continet ipsā vnitatē & perfectionem rei. Simplicius autem exposuit endelechiam, id est, quę in perfectione habet esse, & quæ in perfectione totum est continens. Plutarchus in placitis philosophorum ait, Aristoteles animam cēset endelechiam, primam corporis naturalis organici potestate vitā habentis. Endelechiā aūt, idest, verbū ex verbo, perfectihabiā, aut vt habet locus eius Græcus. ἀντὶ τῆς ἐνεργείας Idest, pro actu & hoc rectè. Nam physicorum. 3. ipsum motum endelechiam vocat Aristoteles, text. 23. alij verò, vt Budæus

Quid vox endelechia velit.

Antelechia quid.

dæus, endelechiã dici voluit q̃ ſi τȣ̃ συνεχȣ̃ς συνοχήν. Id eſt, Perfecti corporis compre henſionem.

Refelluntur græciſatores. ¶Neque moremur ſi efferendum eſt, endelechia, aut entelechia: quia Græciſatorum, vt ita dixerim, ſic vel aliter eloqui, referre videtur, quia ſi per. d. endelechia ſcribatur, perennem & cõtinuatam motionẽ ſignificare contendunt: ſin verò per, t, latinũ aut græcũ entelechiam dicamus, ſignificare aſſerunt perfectihabiam. Sed Ariſtoteles. 3. phyſicorum tex. 23. iam illato entelechiam ſcripſit. Eſt alteratio alterabilis, qua alterabile eſt, entelechia. Et Boëtius vertit actus. Itẽ. 2. de anima, animam vocat idos, & entelechiam, id eſt, formam & actum: nos tamen credimus Ariſto. endelechiam eſſe formam quamlibet, ſiue ſubſtantialem, ſiue accidentalem, & quicquid nomine actus donatur. Quare ait duplicem eſſe endelechiam, id eſt, primam, ſiue actum primum, & ſecundam endelechiam, id eſt, actum ſecundum. *Actus primus quid.* Actus primus eſt ipſa forma, vnde operatio proficiſcitur, quæ eſt actus ſecundus. Quod vero formam dixerit & actum, non eo dixit, quò credat quiſpiam eſſe nomina ſignificantia res diuerſas, niſi velis Deum eſſe actũ puriſsimum, & non formam, & ſubſtantias ſpirituales itẽ actus eſſe, & non formas. Verum illas itidem formas ſpirituales, & intellectuales appellitam' in ſcholis, non formas, quas phyſica ſchola partes rerum phyſicarum nuncupat. Et iuſta certè ratione & forma dicitur & actus ipſa forma. Nãq; & materia, materia appellatur atq; potentia: vt quatenus materia, eatenus formæ correſpondeat: vt verò potentia ita in actũ referatur. Commentator autem, actum primum & ſecundum non tribuit formæ, & eius operationi: ſed vtraq; ſoli formę tribuit, quã dupliciter conſiderat: ipſa enim forma, vt eſt principium operationis, vacãs ab operatione & ſuſpenſum habens actum ſiue operationem, actus eſt primus ſiue perfectio prima. Ipſa rurſum, vt iam in operationem ſeſe expromit, actus ſecundus, ſeu perfectio ſecunda eſt. Vnde ſi hæc verba veritatis habent firmitatem, anima actus primus eſt, vt perficit corpus vt autẽ exercet vitales operationes, actus ſecundus eſt. ¶Hoc autem dogma *Deſeritur Auerroes.* peripateticum non iuuat: prædiximus enim motum alterationis ſecundum Ariſtotelẽ eſſe endelechiam: qui tamen eſt operatio à forma ꝑfecta, nõ forma. Et cõmodiùs credo animã appellandam actũ primũ, q̃ actum ſecundum: verũ aĩa operans, eſt in actu ſecundo, non actus ſecundus. Aliud etenim eſt actum eſſe, & in actu eſſe, vt ſupra traditum eſt: ſed eô actus primus anima eſt quo principium eſt actus ſecundi, ideſt vitalis functionis. Horum autem diuerſitas pateſcet iudicanti puerum anteq̃ Grammaticam diſcat. Eſt enim in potentia Grammaticus, vbi verò Grammaticam didicerit, actu eſt Grammaticus: cuius tanti ſper dum caruerit vſu, habet actum primum ſeu habitum, aut facultatem recte loquendi & ſcribendi: vt quando collibuerit, in vſum illam proferat, & tũc denique erit in actu ſecundo. ¶Caietanus autem hanc Ariſtotelis diuiſionem ita intellexit, vt duplicẽ intelligat eſſe formam: aliam ſemper operantem, quæ eſt actus ſecundus, aliam verò non ſemper operantem, quę eſt actus: formæ ſiquidem naturales, ſunt ſemper operantes, vt forma ignis. At verò animæ non ſemper operę incumbunt: quippe quæ aliquando quieſcunt, vt in animalibus experimur, quæ per ſomni quietẽ ab externis operibus ceſſant. Animas ergo vult Ariſtoteles formas nõ ſemper operãtes: ideò actus primi ſunt & non ſecundi.

Caietanus reijcitur. ¶Porrò, cùm etiã formę naturales quieſcant ab opere ſuo, (quemadmodum grauia cùm cẽtrum cõtigerint, & leuia cùm cæleſtẽ globũ aſſequuntur,) non eſt hęc neceſſaria differẽtia: quid quod non eſt penitus extra cõtrouerſiã, ſi omnis anima ſuſpẽdat, ſua quiete proprium opus ſuum? Id quod & ſi de animabus ſenſitiua & intellectiua, certa ratione teneam' tamen de anima plantali à viris doctis, ſummæque eruditionis in dubium controuertitur, vt nos ſub hęc indicabimus. Quin Ioannes Grãmaticus cognomento Philoponus in commẽtario, animam plantalem ſemper operantem eſſe, conſtanter non ſemel affirmat, illamq; potiùs ſimilem vigiliæ, quam ſomno: & potius cõtemplationi quàm habitui ſcientiæ

Regressio in textum. tię voluit. ¶Has aũt diuisiones tres præmisit Aristoteles generi animæ explorando: est autem genus animæ actus primus:genus autē hic sumito non propriè siquidem anima non est propriè species, sed pars speciei: etsi quidam in ea sunt opiniōe vt credant aĩam propriè genus *Exploditur Paulus Vene.* cum Paulo Veneto, comprehendereq; subse species proprias, vt animam plantalem, brutalem, & humanam: id quod falsum est. Nam ratio substantiæ cùm prędicamentũ est, est per se existere: iam verò anima non per se existit, sed in toto corpore physico seu naturali: & solum totũ est, quod per se existit: partes verò subsistunt in toto. Quòd verò anima rationalis possit per se subsistere, nō tollit argumenti vires, quippe de anima est modò sermo, vt est in corpore physico & organico. ad hunc modum philosophatur Albertus magnus in summa de homine quæstione. 3. credens animam non esse genus nec animas particulares vt vegetalē &c. esse species, sed partes speciei: sed potiùs collocādam animam in ratione differentiæ, qua discriminantur corpora animata ab inanimatis, & hac ratione sibi congruit ratio vniuersalis. Atqui corpus & anima eò substantiæ appellantur, quò principia sunt substantialia. *Obiectio.* Forsitan autem ipse obiicies, ergo iam punctus quantitas est: est enim principium quantitatis. *Dilutio obiectionis.* Respondetur punctum non esse partē lineæ essentialem, linea enim ex lineis constituitur at verò materia & forma partes sunt substantiales. Vel aliter offeremus tibi responsum: si principium quantitatis dupliciter consideres, vel secundùm rationem continui, vel discreti, vel secūdum quòd quantitas habet esse in natura rerum. Prima harum considerationum mathematica est, iuxta quam principium quantitatis punctus cēsetur, qui indiuisibilis est, itemq; terminus quantitatis continuæ pũctus, vt lineæ. Rursum principium numeri vnitas, quæ indiuisibilis est, & discretum ex vnitatibus est discretis. Sex enim, sex vnitates est, mathematici igitur has constitutiones considerant. At postrema cōsideratio est physica, secundum quam quantitas est in natura rei, & non disclusa intellectu: atq; huius quātitatis principium natura est, quæ auget aut minuit, & hac ratiōe principium quantitatis non est indiuisibile. Et adhunc modum ipse facile intelligere poteris quod in prooemio quærebatur, an anima sit genus, quod impropriè esse asserimus. Exactior autem horũ consideratio dialectica est: quare in præsentiarum nobis de his supprimendus est sermo. Nunc autem ad textum tertium sermonem conuertamus.

Substantiæ autem, maxime esse videtur corpora: & horum physica. hæc enim, aliorum principia. Physicorum autem, alia quidem habent vitam, alia autem non habent. Vitam autem dicimus, quæ per ipsum fit, alitionem, augmentationem, & diminutionem. Quare omne corpus physicum particip pans vita, substantia erit. substantia autem sic, vt composita. Tex. 3.

Substantiarũ diuisio. ¶Aristoteles demonstraturus, id quod subiit vicem differentiæ in definitione animæ, totidem diuisiones, quot iam superius tradiderat, docet modò. Quarum altera est, substantiarum quædam corporeæ, aliæ incorporeæ, inter substātias verò eæ maximè censentur substantiæ, quæ sensibiles sunt: intellectuales enim substantiæ & spirituales, rationis contēplatione assequuntur, sensuum aũt notitiam longè fugiunt. Vnde Aristoteles, metaphysicorum. 8. in principio. Substantiarum autem aliæ, ait, ab omnibus in ratione rerum esse conceduntur: aliæ allatæ à quibusdam propria opinione fuere: & primæ quidem naturales substantiæ sunt. Deinde verò ordinem illarum constituens subiicit, vt ignis, terra, aqua, & cætera simplicia corpora, deinde plantæ & partes earum: animalia, & partes eorum, & tādem cælum & partes cæli. separatim autē substantias quidam esse dicunt species & mathematica. &c. Sub naturalibus ergo substantiis Aristoteles comprehendit ac complectitur substantias non viuētes elementorum, & sub-

& substantias viuentes, sensibiles atque cælestes. Alexander verò metaphysicorum. 7. Iponem Atheum cognomento, ait, dixisse nullam substantiam esse spiritualem. Post quem Epicurei eandem sententia & opinionem acerrime tutati sunt. & Arist. nominibus tacitis. tex. cōmen. 5. Prǽterea quidam prĕter sensibilia, nihil tale esse existimant, idest substantiam: quidam plura & magis entia sempiterna, vt Plato, qui triplicem substantiam opinabatur, alteram intelligibilem mathematicam, aliam verò intelligibilem substātiam idæam, postremam verò substantiam sensibilem esse. Ita Aristoteles libri indicati capit. 2. Hac ergo ratione persuasus Aristoteles ait substantiæ maximè videtur esse corpora, quę omnium consensione substantiæ sunt, reliquæ autem substantiæ in dissensione sunt collocatæ, non solùm philosophorum, sed & aliorum, qui philosophiam non profitentur. Fuit enim Hebræis quibusdam secta negans spiritus, quæ Saducæorum appellabatur. Actorum capit. 23. Altera diuisio est hæc, corporum quædam sunt corpora physica, seu naturalia, alia verò quæ arte construuntur, hęc si conferantur, naturalia, prĕstāt artificiosis, Cōmentator est author, & .2. physicorum & hoc loco, materiam totam artificiosi corporis esse substantiam naturalem: figura etenim quę artificio donatur, corpori physico accidētaria est: ab arte ergo accidens contingit artificiosis corporibus: à natura vero substātia tota. Quāobrem si artificiosa corpora fruūtur substantia, ratione corporis physici, ipsa corpora physica magis substātiæ erunt, idest, prę cipuè participant substantiæ rationem: & hoc est quod Aristoteles ait in litera, corpora physica esse magis substantias, quā corpora artificiosa, & corpora physica principia vocat materialia: nam sane ex ipsis physicis corporibus ipsa constituuntur, vt domus ex lignis & lapidibus, calce & semento. Opportune quęret aliquis, quid est quod corpora artificialia appellet hic substantias Aristoteles, quando nomen hoc, domus, non est nomen substantiæ, sed qualitatis, & reliqua huiuscemodi quæ omnia non substantiam, sed qualitatem aut aliud accidens significant, & quis dicet album, aut musicum substantiam significare, etsi album sit in corpore physico & musica in homine? Rursum concretum ex accidente & substantia, substantia non est, nam substantia ex substantiis copulatur, statua verò, aut domus cōcreta sunt ex figura & lapide, aut ligno, non ergo substantiæ sunt dicendæ. Respondetur artificiosa corpora substantias non esse ratione formæ, sed ratione materiæ sensibilis, vt statua non ratione figuræ Iouis aut Mercurij, sed propter materiam, cui figura hęc, aut illa incusa est. substantia est. Quòd verò totum concretum substantia dicatur, eò est quòd accidentia, quæ arte dantur materiæ, parùm immutant, aut alterant substantiam ipsam. Nam domus figura nihil alterat lapides aut ligna, qua ratione cùm paruā faciat discessionem ars à substantia rei, hac ratione vocitātur substantialia. Aliorum placitum est, eò substantialia appellari, quò substantiua sunt nomina hæc, domus, statua, vas, hæc verò album, nigrū musicum, adiectiua sunt: mihi tamē magis allubescit hæc vocari accidentalia, quòd secundùm accidentia hæc naturalia est immutatio rebus naturalibus, vt à calido frigidovè satis immutamur, & itidem ab aliis hoc genus accidentibus. At verò secundùm accidētia, quæ ab arte solùm sunt, vt est figurę cōpositio, & id genus, non est immutatio, propriæ alterationis. Per hæc, argumenta facilè soluētur differentiā proferendo inter albū & domū. ¶Tertia diuisio est, physicorū corporū hæc viua sunt, alia non viua: ea autem viua dicimus, quæ per semetipsa nutriuntur, augentur, & diminuuntur. Et in primo de anima textu. 20. Duobus indiciis docet vitam, viuentibus inesse, & sensu & motu. Quòd si hęc Aristo. verba te offendunt: embrio enim nō per se ipsum nutritur, sed per venam vmbilicalem, secūdo lib. de generatione animali. cap. 1. & 5. non ergo viua per se ipsa nutriūtur. Respondetur embrionem viuere sanè, qui cū augeatur, & nutriatur, est necessariū, vt habeat in semetipso sufficiēs principium animam & calorē quo nutriatur. verū cum sit alligatus matrici à matrice sibi conditur & præparatur nutri-

Philosophorū quorundam error.

Saducæorum hæresis.

Quæstio.

Responsio.

Aduerte hoc.

Obiectio.

Dilutio.

nutrimētū, vt fructui arboris præparatur à ramo & radice. Secūda offensio in Aristote. erit hæc, multa habent vitam, quæ per se nec per alium nutriuntur, & infra in text. 13. viuere distinguit in altricem, sensualem, & intellectualē. Deus igitur viuens est, & angeli viui, quæ sunt intellectuales substantiæ: & tamen nec aluntur nec augentur, aut minuūtur, respondetur Aristotelem hoc loco non prætēdisse omnia viuentia comprehēdere: sed gratia exempli illud statuit, vel solū hic de mortalibus rebus erat sermo, quæ omnia nutriūtur & augentur, verum propria ratio vitæ est, ab intrinseco se mouere. 8. physicorum text. Commēti. 29. substantiæ ergo intellectuales, quia intelligunt & volunt ex semetipsis, hac ratiōe viuētes sunt etiam Aristoteli metaphy. 12. tex. 51. quia se intelligunt, subaudi tamen per motum, nō motum proprium & physicum, cuius est mentio. 5. physicorum. Hac enim ratione intelligere & velle nō sunt motus sed potiùs mutatiōes. Nam angelus ex non volēte fit volens, & reducitur de potentia in actum. Ob quam rationē & intelligere & velle motus similitudinem consequūtur: sed qd aliquis ait, ignis nutritur & augetur qui non est viuens? & Aristo. 1. de generatione tex. 39. instar nutritionis ignis, qui ex lignis admotis nutritur & augetur, viuētia nutriri & augeri fatetur. Et cælos multi credunt animatos, qui tamen non aluntur aut capiunt nutrimenta, neque crescunt aut, decrescunt, vt Aristoteles ait. 1. de cælo & mundo text. Comm. 22. ¶Quod de igne disputatur, non est difficilè soluere. Ille enim etsi ad sensum videtur, & alimonia lignorum nutriri, & augeri (qua ratione Arist. nullum elemētum protulit in medium, quod nutritionis, exactius referret exemplar, vt ignē, & Caldæi delusi ob hoc vt viuentem Deum ignem coluerunt) tamen re vera, ignis non est vt viuens, nutrimētum suscipiens. Viuentia. n. planè in propriam eandēq; numero naturā cibū traducūt, & non inducunt nouam formam in alimentorum materiam sed forma viuentis eadem numero in materiā cibi se insinuat. At ignis nouam incutit formam ligno quod vrit, & ita lignum vstum & ignis vrēs habent duas numero formas: quæ tamen suo modo sunt vnum numero, propter aggregationem ignis geniti cum igne generato. Quanquam dubio procul ignis generantis forma numero discrepat à forma in ligno genita. Verū in nutricatione viuentium ipsa viuentis forma & non alia in materia alimēti introducitur, vt infra differendum est. Quod verò de cælo, postremo proponitur, fortasis nihil incōmodi timerem, si dicerem Arist. hic non de vita in cōmuni, vt se extēdit ad tres gradus vitæ vniuersos, quos retulit. 2. de aīa. text. 13. sed de vita prima quæ est vegetabilis. Vnde exēplum subdit de alimēto, quod est huius facultas obiectum, idcirco etsi cæli viuentes sunt, nō vita illa quæ egeat alimento, viuunt: sed vita potiore, quæ intellectiua est. Quòd si viuunt illud sanè æquiuocè est, vt diximus superiore sermone. Prius quam autem in text. 4. diuertamus Commētationem, aduertas verbū Arist. corpora physica esse maximè substantias, ꝙ hęc aliorum sunt principia, nos supra exposuimus in genere causæ materialis. Nā artificiosa ex ipsis subsistunt & mathematicorum non hic habenda ratio, quę pura sunt accidētia. Caietanus autem voluit physica maximè substantias non contentus materialis causę genere: sed quia homines sunt causa artificiosorū, rursum & sunt finis. Nos enim quodammodo sumus omniū finis. 2. physi. tex. 24. hac suadela ductus Caietanus genuinum censuit se Aristoteli intulisse intellectum. ¶Sed librata ratione, ꝙ nos simus autores artificialium, aut fines, nō probatur physica corpora esse magis substantias artificiosis: sed ꝙ nos digniores eramus: qa autores. Verum ꝙ materia artis sit corpus physicum, eoq; substantia est & subsistens artificiosum corpus propter substantiam materialē, in qua subsistit, hoc verè colligit physica corpora esse maximè substantias. In quem modum interpretati sunt locum hunc & Græci, & Sanctus Thomas, cū latinis, alioqui si vera narrasset Caietanus, ars fabrilis causa est efficiens fabrefactorum: ergo esset magis substantia quam fabrefacta si collectio illis firma est, homo est causa artificialium.

Obiectio altera.

Discessio à Caietano.

siu? ergo est magis substantia. *Quare omne corpus physicum vita participans substantia est.* Corollariũ ad prędicta immiscet Aristo. Omne corpus viuens est substãtia, siquidem omne corpus viuens physicum est: arte enim constructa nõ viuunt. Non solum autẽ ait viuens esse substãtiam, sed compositã ex duobus ex materia, & forma. Nam cum viuens sit actu substantia, necesse est, compositã esse: vt hinc colligat viuẽs esse maxmam substantiã, non solùm referẽdo ad ea, quæ nõ sunt physica, seu naturalia corpora, sed etiã ad partes essentiales rei. Nã etsi materia substantia dicatur: in potẽtia, tamen substãtia est: forma actus est tamẽ in ipso toto, constat. Quare ipsum viuens substantia composita est. Huius literę Aristo. restat exigua quędam quæstio: ait enim corpora physica esse maximas substãtias, cùm tamen ipse in prædicamento substantiæ docuerit substantiam non suscipere magis vel minus, hîc tamen aliud præfert. Respondetur Aristo. nunquam negasse substãtiam vnam esse perfectiorẽ altera. Intelligentiæ enim perfectiores substantiæ sunt, quã substãtiæ sensibiles. Quod verò in prædicamẽtis negat intẽsionem & remissionẽ, eò spectat, cuius rei substãtia non capit gradus, idest intẽsionis & remissionis.

Text. 4. ¶Quoniam autem est corpus huiusmodi, vitam enim habẽs, non vtiq; erit corpus, anima. nõ enim est eorum quę in subiecto, corpus, magis autem, sicut subiectum & materia est. Necesse est ergo animam, substantiam esse sicut speciẽ corporis physici potẽtia vitam habentis. Substãtia autem, actus. huiusmodi igitur corporis, actus.

¶Premissis iã diuisionibus sex, hoc loco Arist. cõclusionẽ insinuat, quę est aĩa nõ est corpus, sed act⁹ seu entelechia corporis talis, i. physici & organici &c. Quod autẽ anima nõ sit corpus sibi collegit, ꝙ corpus non est in subiecto, sed est subiectum, anima verò est in subiecto: anima ergo non est corpus, sed corporis forma, quippe ipsa anima cùm non sit accidẽs, substãtia est nõ materia: neque totum compositũ: ergo diuisione prædicta erit forma & species corporis. Rursum corpus duplex & physicum & artificiosum. Anima nõ est forma artificiosi corporis, quòd & si habeat motiones & operationes suas, vt rota figuli, aut colũba illa lignea, ab Archita Tarentino ita fabrefacta, vt quasi spontanea volasset, aut quęcunq; alia machinamẽta, quibus ars varium motum indidit. Huiusmodi tamen motio atque operatio non est ab entelechia corporum artificiatorum, sed aliunde, idest, ab arte à principio extrinseco. Viuẽtia aũt habẽt suã motionẽ & operationẽ à principio intraneo, quia per se metipsa trahunt cibũ, quo alãtur accrescant &c. Anima ergo non est in corpore artificiato, erit ergo in corpore physico, aut in subiecto. Rursus autẽ corpus physicum quoddam est organicum & instrumentarium, quod variis præditum est instrumentis: aliud verò est corpus instrumentis carẽs, vt sunt corpora elementaria, & pleraq; mixta. Anima autem cùm sit formarum forma, & non vnica operatione, neq; motione contẽta, sed in operationes multas se fundat, & illas sanè varias planè ad diuersas operationes habebit corpus sibi accõmodum, multis organis instructũ, quibus diuersa munia possit obire. Quare erit actus corporis nõ cuiuslibet, idest, artificiati, aut accidẽtarij, quale mathematicum est: sed physici, & non cuiuslibet physici, sed instrumentarij, nam .8. metaphysicorum Aristo. scripsit textu cõmenti sexti. Aliam materiã alium actũ & rationem habere, & iuxta qualitatem actus & formę quærenda est materię qualitas, vt cholera aliam materiam amat, aliam flegma, illa amara, hoc vero dulcia. Quare anima, quæ præstat cæteris formis naturalibus, habebit præstantius subiectũ. Quare cũ corpora physica instrumẽtaria cernamus, quędã, quę viuere nõ possunt, vt sunt cadauera, quę à se abiiciũt animã, horũ igitur anima nõ est actus: restat ergo, vt illa corpora physica & organica sint animæ materia, quę in potẽtia vitã habent, quanquã instrumẽta cadaueris vt oculus, auris, lingua & id genus, propria instrumẽta nõ sunt. Colũba Architæ.

hic

Tex. 5. ¶Hic autem, dicitur dupliciter. alius quidem, sicut scientia: alius autem, sicut speculatio. manifestum ergo, quòd sicut scientia. ex eo enim quia inest anima, & somnus & vigilia est. proportionale autem vigilia quidem, speculationi: somnus autem, habitui non exeũti in actum. Prior autem generatione in eodem, scientia est.

¶Geminum, vt diximus, actum esse tradit hic locus: quidam siquidem primus est, vt sciẽtia, quæ est mentis habitus per quem mẽs facultatem habet consideran di scibilia. Consideratio autem, quæ est operatio à scientia profecta, est actus secũdus & posterior perfectio mentis. Primum est posse agere, quod est actus primi, secundum hoc est ipsa operatio, quæ est secũdus actus manifestam igitur collationem Aristo. docet actum primum esse instar somni, is enim qui somno opprimitur, habet animę vires, vt visum auditum, & potens est sentire. Quando autem somnum excutit vigilia potitus sentit, ideò vigilia est, vt actus secũdus. Quare. Arist. sapienter in libro de gene. anima. 5. c. 1. somnum dixit viuendi & non viuendi interliminiũ, id est, vtriusq; participationẽ. Anima igitur est actus primus quod colligit Aristo. nam prior est generatione actus primus quã secũdus, vt scientia, ipso scire ergo anima quæ est prior q̃ eius operatio erit actus primus.

Text. 6. ¶Vnde anima, est actus primus corporis physici potentia vitã habentis. tale autem, quodcunq; fuerit organicum. Organa autem & plantarum partes sunt, sed penitus simplices. vt folium, fructiferi coopertimentũ, fructiferũ aũt, fructus. radices verò ori similes sunt. vtraq; enim trahunt alimentum.

¶Construit iam definitionem animæ ex summa prædictorũ, actus corporis physici & organici, in potentia vitam habẽtis: quod breuius redditur, est act⁹ corporis vitalis seu instrumentis vitalibus instructi. Et breuius illã reddidit Aristo. 8. metaphy. tex. Cõmen. 7. anima est actus corporis talis. Et adnotandum est circa huius definitionis structurã metaphy. 7. tex. 18. & 19. traditum esse accidẽtia propria, vt proprias affectiones, definienda esse per subiectũ propriũ: vt masculinũ & fœmininũ definiũtur per animal, masculus est animal, quod ex se potest generare in alio, fœmina est animal, quæ ab alio potens est generare, vt Arist. ait primo de histo. cap. 13. mas est, quod in alterum semen mittit. Par & impar per numerũ definiuntur. Et simitas, quæ est propria naso, per nasum: est enim nasi cauitas. Et hoc ideo iudicatum est ab Aristo. ꝙ accidentia habent esse incompletum à substantia mutuatũ. Quare cùm definitio explicet naturam ipsorum per subiecta propria explicabũt: quod genus definitionis per additionem fit, subiectum quippe extra essentiã propriæ passionis est. Quamobrem formæ definiuntur per subiectũ suum ęqua ratione atq; accidẽtia: forma etenim substãtialis, habet esse in materia, in totoq; cõposito subsistit, & quanquã substãtia sit, est tñ incõpleta neq; sibi sufficiens: sed à subiecto dependens, vnde consectarium est ipsam definiẽdam per subiectũ suum, id quod modo Arist. pulchrè obseruat definiens animam per subiectum sibi propriũ, quod est corpus organis vitalibus affectũ. Hic sanè modus definiendi physicus est. Anima vtiq; & expendi pōt secundum esse, quod habet in ratione, aut secundũ esse naturale. Et adhuc bifariã, aut secundũ esse quod habet copulatum materię, aut quaten⁹ à materia semota est. Iuxta primã consideratiõe sub ratione speciei, aut generis, aut differẽtiæ contẽplatur: qđ contẽplationis genus dialecticũ est, cui⁹ est res sub intẽtionibus istis versare. Altera verò cõsideratio physica est, quæ formas cõcretas materiæ sibi accipit. Postrema autem metaphysicorum est. Iam ergò etsi dialecticus aut metaphysicus animam definire valeant, neglecta materia, physicus hoc præstare non poterit: sed vel animam ipsam rationalem

Animæ definitio.

per

per materiam definiet, quam non separatam, sed coniūctam corpori versat necessario. ❡Est autem dubium primum, quo definitio hæc ampliore luce donetur an definitio hęc essentiam animæ eluscidet, an solum animā esse doceat? Occasionē præstat huic dubio Auicena. qui. 6. naturalium suorum credidit hanc definitionem peripateticam, nō essentiæ esse, sed solum existentiæ. Siquidē definitio hæc ostendit animā per instrumenta vitalia, quæ sunt in corpore physico. Verū hæc cum sint aliena à natura animæ, vt ostendent animæ naturā? Et age nunquid corpus mobile patefacere poterit naturam motoris? Non arbitratur Auicena, & bene. Mobile siquidem deducet nos in notitiam ꝙ motor sit, non tamen quid motor sit. Porrò corpus physicum & organicum vitalibus instrumentis preditum est, tanquam mobile animæ, quæ est vt motor illius. Iam ergo tale corpus nō poterit ostendere animæ naturam, sed vnicè demonstrabit animam esse. Hoc tamē Auicenicum dogma: in duos sensus referre non immeritò quis poterit, Etenim si illud censet, quod nos fatebimur, animæ naturā, vt ipsam expendit metaphysicus, hac Aristo. definitione non esse exploratam. nullus est qui diffiteatur. Cæterum, si contendit hanc definitionem non tradere animæ naturā quātum physicæ vires valēt illud pręstare, abnuimus & illi refragamur. Nam vt poterit physicus animę naturā exquirere, nisi per ei⁹ operationes & motiones, quòd inquam perficiat corpus & informet, operationesq; vitę in illo exerceat? Quare per corpus definitur, quia in corpore considerãtur à physico. ❡Quæstio autem est de nomine, si anima rationalis à corpore separata sit appellanda anima: nam si ipsa animatio actualis præstat nomē animę, anima rationalis quãdo non animat necessum est ipsam nō esse animā: id quod voluit Auicena. Verùm si satis sit nomini animæ ꝙ ipsa suapte natura sit forma corporis, anima dicetur deposito corpore, id quod magis consensit cōmuni sensui, & loquelę animas separatas, etiā animas vocitanti, vt anima Petri & anima Pauli. Quare angeli, & si actus sint quidam & formæ, non tamen animæ appellatione donantur, quòd apti non sunt, qui corpora forment. Nam etsi corpora assignãt sibi nōnūquam, quibus nostris se ostendunt vultibus, verum horū corporum non sunt actus, aut perfectiones intraneæ, sed extraneæ. vt nauta est nauis. Igitur cùm anima ex propria natura sit perfectio corporis, & si interim nō perficiat: tamen vel hoc nomine est anima dicenda, vt color in mediis tenebris, etsi non videatur est tamen color. Quãobrē si hæc animæ est natura corpus vita donare, & functionibus vitæ in illo gaudere, definitio Arist. quæ hoc explicat, naturā animę exprimere cēsenda est & non solum existentiam.

Dubiū egregium.

Expenditur Auicena.

❡Secundùm dubium, cùm omnis forma sit, cur Aristo. placuit definire animā per actum, & non per formā? Cur non ita dixit, anima est forma prima: vt actus primus? Respondetur animā & esse formā corporis, & actū primū, corporisvè speciem. Quòd verò acceperit actū primū, & non formam primam: duplicem causam puto. Altera est, ꝙ forma, & actus sunt vt superi⁹ & inferius, quidquid est forma, est actus, non tamen contra. Motiones enim & operationes sunt actus. secundi, vt superiora demonstrant: non tamē sunt formæ propriè, sed verius formarū actiones. Oportebat per propriū genus definire animam, & non per remotū, quale & forma. Rursum forma remotiorem habet significantiā, quam actus qui expressius perfectionem rei indicat. Anima igitur definiēda erat, vt propria perfectio corporis physici & organici. Sunt qui conantur huius dubij scrupulum secus diluere. Forma aiūt est intrinseca semper substantialis: itēq; accidētalis, quæ inhęrendo perficit subiectū: verùm actus aliquando extrinsecus est, vt nauta nauem perficit, non inhærēdo, neq; informãdo: vt ergo sub indicaret animam rationalē: etsi perfectio sit corporis, tamē non perficit organo affixa. Hęc solutio & si Alberti magni sit, in summa de homine. q. 2. arti. 1. hominis tamē autoritas non mihi persuasit. Credo enim animā rationalem hic definitam, vt ipsa est coniuncta corpori: & vt est perfectio intrinseca corporis physici & organici. Et iuuat me Ioãnes Grãmaticus cognomine

Dubium. 2.

Discedit ab Alberto.

mine Philoponus, qui dicit interpretandam definitionem hoc modo. Actus primus substantialis. Cernis vt solutio ruit si verè docet Philoponus. est ergo anima rationalis corporis physici intranea perfectio. Neq; tibi philosophāti imponant quidam palliati philosophi, qui cæteras animas vegetalē & sensibilem dicūt esse, corporis physici & organici immediatas perfectiões: sed rationalis anima perfectio remotiuscula & mediata, sed isti negēt aniam rationalem esse formam substantialem hominis, si suo dogmati sunt infixi. Quæuis. n. forma substantialis, est immediata materiæ perfectio. Nam rerum natura non sinit illud, vnde res sumit speciem, esse remotum ab illa: cùm nihil intimius Petro, quàm ꝙ sit homo. Hoc autē habet ab anima rationali. ¶Alij verò altiùs sibi sapuisse visi sunt, animā distinguētes in intellectiuā & contemplatiuam, & practicam: hæc quidem est verè actus corporis, nam intellectus motiuus est practicus, qui mouet organa ad motum: hęc autem motio fit instrumentis corporeis subseruientibus. Intellectus autē theoricus non eget corporeo instrumento, quippe extra in forenses non se prodit actiones, sed in se ipso suā condit actionem. Atqui re vera nullus intellectus, aut practicus aut contēplatiuus organo eget, aut organū est actus. Seduxit autem se hæc opinio non distinguens inter actus, quos schola elicitos vocat, & imperatos. Isti enim alijs potentiis iniungūtur, sed illi immediatè & proximè dimanant à potentia, cuius sunt intellectus. Ergò practicus intellectus etiam si corpus agat ad externos motus vt scribat aut legat &c. tamen motus isti nō sunt eliciti ab ipso, sed imperati, quos ipse suo imperio potētiæ exequutiuæ exequēdos iniungit. atqui hos dictare motus faciendos ab intellectu practico elicitur: quod tamen nullo organo celebratur corporeo. ¶Dicamus ergo aliud iudicium de anima rationali, atq; de intellectu, qui est eius potentia. Hic enim non est actus corporis, At ipsa anima rationalis est prima perfectio corporis: quia, vt prædiximus, quæ corpori speciem donat necessariò, necessariò est immediata corporis forma. Intellectus

Palliati philosophi reijciuntur.

Aliorū qui altius sapiūt deiicitur opinio.

autem nō est corporis perfectio, sed animæ, cuius est vis & potestas. Vnde Aristo. 2. de anima. tex. 21. & 11. ait nihil prohibet, quasdam animæ partes separari à corpore, propter hoc, ꝙ nullius sunt corporis actus. Quare & ipsa quoq; anima separabilis est vt infra aperiemus: sed tātisper dum in corpore subsistit, est actus corporis, & prima eius perfectio. Tam. n. constituit hominem in specie hominis quàm quælibet alia anima, seu vegetatiua seu plantalis constituit vel plantam in specie plātę vel brutum in specie bruti. Tertium erit quod vocabimus in dubium, quid est ꝙ Arist. non definit animā per potētias & vires? manifestior etenim æderetur definitio, si diceret. Anima est prima, vis corporis vnde vires vitales & animales & intellectuales primā originem ducunt. ¶Hoc tamē non ægrè soluit: vis enim & potētia est consequēs animam, neq; perficiunt substantialiter corpus sed accidētaliter. Hac ratione rectè censuit per priora definire, & nō consequentia. Priùs enim anima est corporis perfectio, quam animæ vires legitimo nomine corporis perfectiones sint appellādæ. Et vires animæ si respectum habent ad corpus, est anima causa: quia sublata anima à corpore vires quoque submouentur.

Tertiū dub.

Solutio.

¶Aut secūdo dicito aīam definiendam per corpus vt per materiā propriā, & nō per vires: quia vires non sunt animæ materia, sed quasi effectus, quippe illā consequuntur. Hic autem definitur anima, vt forma, non vt efficiens causa. Sed forsitan verbis Aristo. vtcunq; explicatis, non nihil te turbabunt Commentatoris sermones, qui Cōm. huius loci ait esse notum per se animā non esse accidēs, quippe, omnis substantia est nobilior accidētibus vniuersis, & omnis anima præcellit accidentibus omnibus, ideo non est accidens. Atqui hoc genus argumēti, viciosum est, ꝙ secunda figura ex duabus affirmatiuis nō colligit, nisi dixerit aliqs cōnexionem istam ex mutuò cōsequentibus, progressum habere. Nā quod præcellit accidentia, est substantia, & contra: & etiam si formam habeat peccantē non tñ materiam. Neq; ipse argumento vndecūq; absoluto instituerat colligere propo-

Expenditur Auerroes.

propositionem, quã dicebat notissimã: scilicet, animam non esse accidens. Et mirum mihi est, Galenum in libro, quòd mores animi sequãtur corporis temperaturas, cõmendare Arist. quòd dixerit animam esse substantiam: & tamen inibi cap. 4. aut. 5. animam esse temperiẽ humorũ ferè affirmat, quia distẽparato corpore, corpus, languet, & tandẽ occũbit. Sed si laudandus Arist. quòd animam substãtiam dixerit, ipse reprehendẽdus est, quòd animam temperamento humorũ dederit: tẽperamentum enim nõ est substantia, sed accidẽs. Sed donãda venia est illi, qui timidã de anima habuit opinionẽ, aut nullam, vt docuimus. Quod si quis querat, vnde ex definitione Arist. colligemus animã esse substantiam, aut cur ipse reticuit in definitione nomẽ substantiæ, sed dixit est actus primus: alij addunt cum Philopono substantialis. ¶Cæterũ, quòd opus sit vt laboremus ex Aristo. istud colligere animam substantialẽ esse actum non video, Nam quò dixit actus primus eò se substantialẽ intellexisse monstrauit: nã accidentia non sunt actus primi simpliciter. Consequũtur enim ad substãtiam. 7. Meta. textu tertio. ¶Primus actus igitur simpliciter est substãtialis, & si iuniores quidam philosophi priores credant alios actus in materia, quã sit substantialis forma. Vnde non erubescũt Arist. exponere, animã non esse actũ primum in inhęrendo, sed in operando. Siquidem aiunt materiam habere præuias, aut præparatorias qualitates, quibus formę suscipiendæ est idonea. Huiusmodi igitur accidentia prius insidẽt materiæ, quàm anima. Ideoq; anima nõ est prim⁹ actus materiæ, quantum ad informationẽ, sed tantum ad operationẽ vitalem: ita Pau. in summa. q. 1. de anima, respondens arg. primo. neq; vnus est Paulus in hac assertione est enim consensio multorum in eius placito, quòd autorem habere, commentatorẽ credunt. Hic enim primo de generatione tex. 18. &. 2. de generatione tex. Cõm. 3. materiam affectam qualitatibus primis suscipere elemẽtarias formas tradit, &. 3. cæli ait eandem affectã elemẽtariis, formis formã capere mixti. Et rursum, primę qualitates afficiũt prius materiã, quã totũ cõpositũ: alioqui, vt vera scripsisset philosophus. 2. de generatione tex. 15. in habentibus simbolicẽ elemẽtis faciliorem esse transmutationẽ quam in aliis non habentibus? Nisi vna & eadem qualitas maneret vtrobiq;, idest, in materia vtriq; trasmutationi cõmuni, vt quando ex aëre, ignis calor: quæ tamen nos falsa ducimus: & de hac re mox instituemus disputationem. Modò satis dixisse sit, nihil opus fuisse Arist. introduxisse vocẽ substantiæ in definitione animæ, qui sub voce actus primi illã significãter comprehendit. Calor nãq; siccitas & id genus accidentia, aut alterius generis nunquam merentur nomen actus primi simpliciter, sed substãtia sola, quæ est substantialis forma. ¶Est sanè calor actus prior quã calefactio, sed hæc prioritas secundùm quandã non secundũ absolutam rationem est, vt visus est actus prior, quã visio: sed non est visus actus primus simpliciter. Quippe visus cũ cæteris sensibus animã sensitiuam cõsequũtur, vt potentiæ altrices animam vegetalem: & intellectus & voluntas animã intellectualem. Et Aristo. non probat animam esse substãtiam, sed ait esse formã, vt substantia. Neq; hoc physici est probare: eoq; ipse hoc, vt notissimũ in philosophia naturali, subticuit: sed metaphysico hoc colligere mandandum est. A posteriori autem, & per coniecturas animã esse substantiam interim ostendamus. Nãq; operationes vitales nos ipsi cernimus viuentibus concessas. Hæ autem, vel reducũtur in qualitates primas, aut secundas. Non in primas. Nam calor nõ habet in munus nutrire & augere, neque certam habet operationem, quæ sit operatio animæ: nã si igni apponerẽtur conbustibilia sine fine, sine fine augesceret, & nutriretur: verũ viuentia eò habẽt periodũ vitæ & augmẽti & decrementi, non ergo in huiusmodi qualitates referri potest animę operatio; vt in præcipuã formam, sed vt in instrumẽta, quæ à substãtia, quę est altius agendi principium, moderantur. Rursum neque vitales istę operationes in grauitatẽ & leuitatem referas, sic sanè vniuersa ponderosa, vt caro, sanguis, & ossa, subsiderent in animãtium corporibus: & in plantis, cortex, & rami imapeterent: & spiritus vitæ, vt pote

Galenus.

Galenus timide sensit de anima.

Colligitur animam esse substãtiam.

Pauli Veneti sententia.

Quòd actus substantiam cõprehendat probatur.

te qui leuiores, suprema animaliũ, & viuẽtium semper tenerent: id quod falsum est: distributa enim sunt hæc vniuersa per tota viuentiũ corpora mirabili quodam ordine: vt & grauia citra naturę iniuriam etiã loca animalium suprema teneant, vt capitis ossa: & leuia inferioribus demãdentur sine naturæ violentia, vt spiritus in pede. Et quî aues volarent tã concito volatu, & iam deorsum se demitterent, iam sursum se referrent iam Orientem versus iam ad Occidentem, si ad grauitatem, & leuitatem referas harũ motionum causam? ¶ Anima ergo est altius principium vniuersis istis: est ergo substãtia. Deliros iam credas omnes philosophos censentes ipsam aut vaporem, calorem, aut temperamentum, aut harmoniam. Sed hæc anima præcellit vniuersa: & hæc quæ narrantur, illi famulantur, vt dominæ, quæ mirabili naturæ industria, imò summo dei artificio qualitates naturales, vt calorẽ, frigiditatem &c. conducit in suas functiones: & grauibus etiam & leuibus leges certas imponit: & sursum mittit grauia & leuia deorsum: vt, vitę participationem omnibus cõmunicet mẽbris. Quare quidam magni nominis philosophi, vt de Simplicio prædiximus, ob hanc causam animam superiorẽ natura affirmãt. ¶ Neq; te moretur, hoc animam esse in subiecto an ergo accidẽs est anima? potius enim in materia est anima quam in subiecto: nam subiectum fortè est ens in actu. Atqui communem sermonem non negligamus: est in subiecto anima quod est in pura potentia ideo substantia est. In cuius rei argumentum Aristotelis cõtextum si audire iuuat, sic accipies. Quare, ait, omne corpus vitę participans substãtia erit, non quidem tale corpus aut materia est, aut forma: sed compositum viuens ex anima & corpore: quare corpus duntaxat anima non est. Corpus etenim est subiectum animæ, nõ est in subiecto, vt anima: est ergo anima substantia, non vt materia, quæ est substantia in potentia, neq; sicut totum viuens sed vt forma & species. ¶ Circa hęc considera accidẽtia esse in subiecto multò secus quàm sit anima: quia illa sunt in subiecto, quod est hoc aliquid, vt albũ in Petro: sed anima est in subiecto quod est pura potentia, vt est materia prima: quare album, non est hoc aliquid est: viuens autem hoc aliquid est, vt Petrus. Vnde & ex hoc signo patescit animam substantiam esse ꝙ accedente corpori anima nouum est hoc aliquid quod nõ erat: & fit generatio simpliciter aut equi, aut plãtæ, aut hominis: qua submota perit hoc aliqd quod erat: ablata equi aĩa, nõ est equus, nisi æquiuocè: & defuncto homine non manet homo, qui prior erat. Itidẽ in plãtis poteris speculari, & hoc est quod Cõmen. dixit sub verborũ difficilium nube Cõm. 8. cum forma artificialis ablata est, rei materia non perit. Tollas figurã domꝰ, lapis superest, hoc aliquid, & lignũ: dimota tñ forma substãtiali à re, materia itidẽ tollitur: & nõ intelligit materiã primam perire sed ipsum hoc aliquid perire, vt hominẽ aut lapidẽ. ¶ Quartò quærimus de eadẽ particula, est actus primꝰ, quantæ sit veritatis: equidẽ animæ plantali non conuenit, quę actus secũdus est, & non primus: ab opere enim nõ cessat. Quan do enim cessatum ab opere fuerit, viuens obit. vt si à nutritione cessatur, non ergo est hæc aĩa vt, vigilia: nõ vt habitus, qui sæpe suspensam habet actionẽ, sed vt ipsa consideratio: ergo hæc definitio non est communissima aut cõueniens vniuersæ animæ. ¶ Et adde, exempla Aristotelis, quibus elucidat discrimẽ inter actum primum, & secundum, non congruũt huic rei: somnus enim non est actus primus, neq; secũdus, sed quies & immobilitas primi sensitiui vt Arist. tradit in libro de somno & vigilia. Propter argumẽtum primũ Auicena in. 6. naturalium suorum credidit definitionẽ Arist. non esse citra labem, & illam corrigendã duxit hoc modo. Est anima perfectio vnde sumit rationẽ, speciẽve corpus physicum & organicũ &c. Quæ definitio citra calumniam, etiam est animæ vegetatiuæ, quæ perfectio & ratio subtilis plantarum est. Atqui huic censuræ ego non cõsentio: nam cũ ratio speciei, aut, perfectio specifica alia sit particularis, quæ alio nomine forma partis nũcupatur, vt est anima plantæ, bruti, & hominis &c. Alia est ratio speciei, quę sit forma totiꝰ, vt humanitas, equinitas, quæ rationes sunt

Anima natura superior

Dubitatio cũ solutione.

Dubium. 4.

Argumẽ. 1.

Argumẽ. 2.

Auicenæ de Arist. censura.

Repurgatur censura.

sunt, eædem re cum suis suppositis, homine aut equo. Et si qua differentia est, nō est huius loci aut tēporis. Si Arist. dixisset est ratio specifica corporis physici &c. ambiguam faceret definitionē, de qua ratiōe esset sermo, qd ꝙ humanitas est ratio specifica corporis physici, & organici, quippe quæ est ratio hominis, q. est corpus physicum, & organicū, in potentia vitam habēs. Consultissime ergo philosophus ait, actus primus. Cōmentator ergo Auerroes Cōm. 5. credidit animam vegetalem: etiā ab actionibus vacare: siquidem ranę quædā magnæ & serpentes tempore maximè hyberno, propter frigentē illarum naturā, vacāt à nutritione, & alimentū nō suscipiūt, petris cum sint affixæ. Et Auicena in. 7. libro de animalibus scammosa & cōchas quatuor menses latere latebris suis & nihil comedere, ait. Item erucus & vrsæ proximæ partui abscōdunt se alimenta nescientes. Et ratio colligit vegetalem potentiam aliquando quiescere: quia potētiæ vitales lassantur opere suo, & requie egent, vt pristinas resumant vires: vt, de visu patet, & Aris. docet libro de somno & vigilia. Et mulierem quādam Paduanam retulit Albertus. 40. dies abstinuisse. Neq; indoctus esset, qui istis diceret, etsi aīalia lōgo tēporis tractu non edāt, tamē habēt nutrimentum intra se, quod vis debilis non potest breui mora cōuertere in substātiā ideo etsi ieiuna, tñ calor vernaculus agit in nutrimētum iam susceptum, etsi nō sit euidēs quod semper sit conuersio, est tamen alia actio in cibum excoquendo. Ideo probabilior est philosophia Auicenæ, qui sexto naturalium dicit, virtutem nutritiuam viribus animæ vegetatiuæ operari omni tempore vitæ singularis, quæ dum permanserit exercens suas operationes, vegetabilia & animalia erunt viua. Cùm autem defuerit, vegetabilia & animalia non erūt viua. Quamobrem iudico dicendū, animam vegetalem non esse excipiendā ab actu primo, etsi hoc Cōm. iudicet exceptis quibusdā animalibus, de quibus habuimus sermonem, quæ separant actū primū à secundo, idest, serpentibus & ranis magnis, quæ rigente hyeme alimenta non edunt: verū actus primus est semper quęcunq; anima, quia etsi non vacet ab opere, tamen secūdum naturā suam, prior est anima, q̃ sit actus secundus: imò nulla anima est actus secūdus, vt supra collegimus cōtra Cōmentato. Actus etenim secundus est actio & accidens: anima verò substātia, ideò anima secundus non est actus, sed semper primus: etsi anima plantalis nō vacet ab operatione nutriendi, cæteræ vacant à suis functionibus, sensitiua à sentiendo & intellectiua ab intelligēdo: quāquam Albertus Magnus in summa de homine. q. 2. artic. 2. &. q. 30. ait fortassis nutritiua in quolibet instanti nutrit & Cōmentator in. 3. disputatione contra algazelum absolutam tradidit doctrinam nutritiuam vim nunquā cessare nisi extincto viuēte quo loco quod hæsitarat hoc commēto decernit, aliis philosophis non placet, sed opus nutritionis saltem per instans cessare vt de Commē. diximus. Post quem Paulus, Caietanus vterq; & alij crediderunt, veruntamen, vt diximus, refert nihili, siue vacet, siue nō vacet ab opere nutriendi: quandoquidē si non nutrit, aliis operibus incūbit nutritioni necessariis, vt alterationi, aut ciborum decoctioni, aut destributioni cibi in membra, aut expulsioni noxij, aut retētioni salubris, & id genus. Quare nihil habet certè fidei nutritiuam, neq; morula insectili sinere nutricationem, & cæteras vires animæ vegetalis ferias habere seu ociari ab operibus: cessat enim auctio & quiescit generatio in ætate senio confecta: etsi hoc probatam habet differētiam nutritiuam non habere opus, sub certo limite tēporis quia vitā totam consequitur, augmētatiua verò certum magnitudinis statū spectat: generatiua verò post. 3. septenios sumit in homine initium. Quando coit nanq; homo, tunc pubescit. 4. problemate sectione. 4. &. 7. de historia anima. c. 7. semen ait infœcundum est vsq; ad annū ter septimū. Hac igitur ratione verbum Arist. est intelligendum, animata quandiu viuunt, tandiu nutriūtur. Neq; sufficienter collegit Commētator, nā etsi illa animalia nō de foris capiant alimētum, subinde cessant habere nutritionē. Nā poterunt sanè cibo intimo, idest, flegmate viscoso quo abūdant nutriri, vt de gli

ribus

ribus & muribus autor est Albertus & superior sermo docuit. ¶Legitimè igitur actus prim⁹ anima est: & vel hoc solo nomine taxāda definitio Platonica, quā Xenocrates ex duabus cōsarcinans suā fecit, est numerus se mouens. Nam numerus vel harmonia, aut complexio, sunt actus secundi, nō primi. Sunt etenim accidentia, etsi Macrobius lib. 2. de somno Scipionis conetur illam ad sanū traducere sensum. cap. 14. Idest, anima est essentia, quæ est origo & fons motus. Nam anima nunquam cessat à motu: sed hoc etsi de vegetali verū sit, vt ostensum est, & de sensitiua, quę non cessat à cordis & arteriarum pulsatione, tñ de intellectiua falsum est, quæ frequenter à proprio motu, id est, intelligere & velle, cōquiescit. ¶Ad id quod. 2. loco quærebatur dico non secundum omnia, somnus est animæ conferēdus, vt probè argumentum collegit, sed eò similis quo in somno est vis sensitiua, quæ etsi priuata interim actione, potens tñ est exire in actionem: ita anima est actus potens exire in opera vitæ. Idem iudicium sumito alterius exempli Aristo. Quærat aliquis, cur anima vegetatiua tam assidua est suo operi, ac cæteræ animę tantis interuallis ociētur? Responsio prompta est: illius enim operatio est simpliciter necessaria vitæ: quare vt semp operetur, oportet: ad sensum dudum ęditum: sed harū animarum non item. Etenim citra videre, audire & alias sensiōes vita seruari potest animantium. Aut secundò dicito operationes sensus, & intellect⁹, subtiliores esse, & immaterialiores: quare animæ sensitiua & intellectiua lassantur in operationibus illis obeūdis, quæ valde superant corporis naturam: verū operatio altricis facultatis rudior cū sit, & magis germana corpori, non ita fatigatur altrix anima illi dans operā. Quare & homines facilimè opera mētis fastidiūt: quia plerunq; nos nimio tædio afficiunt, lōgè minùs q̃ sensus operatio, propter altitudinē & spiritualitatē mentalis operis. ¶Iam tibi ad nauseam vsq; fortasse actum primū expressimus: iam ad reliqua stilum admoueamus. Siquidē exiguus quidam scrupulus, qui super erat, vt anima erit actus primus, quæ, exigit in semine vim generatiuā? quæ prior est in semine introductione animę, facile diluitur. etsi hæc anima vegetalis, aut brutalis, priorem se habeat vim generandi, idest, semine: tamē simpliciter anima est prior vi generādi condita in semine prolifico. Nam semen illam vim ab anima habuit, ideo anima simpliciter est actus primus: ouū etenim à gallo vim prolificā accepit: anima igitur præcedit vim generatricem seminis.

Quæst. cum respon.

Dubitatio postrema.

¶In secundo aūt loco definitionis statuitur, corporis physici organici in potentia &c. ꝙ ad differentiam substantiarum separatarum, & aliarū formarum, dictū credim⁹. Illæ enim etsi actus primi sint, & suos assequantur actus secundos: non tamen sunt corporis: actus reliquæ formæ: vt, forma ignis & forma lapidis, & si sint actus primi, non tamen corporis physici & organici &c. vt exposuimus. Corpora ergo viuētia, organica omnia sunt, quod in animalibus, quo perfectiora sunt, eò facilius sensui demonstratur. Habent sanè animalia partes diuersas, situ, ordine, & figura: qualia sunt cū primis instrumenta vitæ, cor, cerebrum, caput, viscera: in plantis autem, cortex, radix, trūcus: caulis, medulla, trūcus, semen. ¶Porrò docti versant quæstionem si sanguis, caro, os, calor naturalis, instrumenta sint, quibusdā assentiētibus, aliis refragantibus, ego haud dubito hęc oīa, & id genus cætera, esse instrumentaria, nisi ꝙ quędam sunt instrumenta dissimilaria, vt caput, cerebrum nā capitis pars non est caput: alia similaria, vt sanguis, caro: quia quæuis, pars carnis est caro. ¶Alia verò sunt non partes instrumentariæ, sed qualitates instrumentariæ, vt calor, humor, spiritus, quibus potentiæ suas absoluūt functiones. Putant nōnulli organicum hic esse statutum in definitione animæ in differentiam cælorū, & stellarum, quas excludit definitio, nō ꝙ careāt anima, illa etenim sunt animata, sed alterius generis anima, quàm inferiores animę: sed quia nō habeāt organa vitę, aut instrumēta vitæ. Qui enim mūdum totū animal vocant vt Plato, & Platonici, animā mundo dederunt, quemadmodū refert August. 10. de ciuitate Dei cap. 23. tria enim censuit principia rerū: & postremum est anima mundi, post patrem

Secundæ definitionis expēditur particula.

Augustinus

 trem

trem,& verbum, animam dixit mundi, quæ.3. principia carminibus Serapidis prodita sunt.

Serapidis oraculum.

Principio Deus est, tum sermo, & spiritus istis.
Additur equæua hæc sunt & tendentia in vnũ.

De cælorum animatiõe autores.

Et Alex.12,metaphy.Cõm.20. cælũ probat esse animatum, ꝙ animatum potius est quàm inanime: cæleste autẽ corpus est optimum, quippe sempiternum est: ergo animatũ,neq; solum Plato.sed etiã Cicero in libro de natura Deorũ,cælum atq; stellas & mũdum totum duxit animata.Et Arist. verba habẽtur,quæ hanc sententiam sapiũt.2.de cælo tex.13.&.61, vocat cælũ animatũ. Quo moti pleriq; Peripatetici, audaces sunt in assertione animationis cælestis.Auicena in compẽdio de anima cap.5.&.10.& in sua philosophia &.9.metaphy.cap.2. cælestes globos putat animatos,persuasus hoc argumento:corpora cælestia(autore Aristo.) sunt nobilissima omniũ corporum: præstant igitur cũctis animatis corporibus: sũt ergo animata corpora, & cuilibet orbi animam dedit & intelligẽtiam moderatricem.Anima autem hæc cæli intellectiua est, nõ exercẽs opera vitæ altricis, aut sensualis: solũ autẽ mouet secũdùm locum cælestem spherã.Est autem intelligens in potẽtia, vt nostra, & erraret in regimine & motu orbis,quẽ animat,nisi assistẽtem habuisset intelligentiam,quę motum illius moderaretur atq; administraret sine errore. Et Macrobius de somno Scipionis, de sole ait,mediam fere regionẽ sol obtinet, lux, & princeps & moderator luminum reliquorum, mens mũdi,& temperatio:facilè indicãs mundum esse animatũ. Et Eusebius lib. 3. de præparatione euangelica.c.3.de theologia Orphæi carmina producit,quæ prioribus attestãtur mundum esse animatũ: quæ totũ vniuersum animal quoddam, diuinum effingunt,cuius mẽs æther est, caput supremus vertex,oculi sol, & luna,corpus elemẽta &c. & pleriq; multi philosophi diuersarũ sectarum, cælum animatum esse contẽderunt,sed quia nõ est animus eos huc inferre,sufficiat dixisse modo,si cælum animatũ faciũt,cur ergo organa submoueãt ignoro: vt illi nõ valeat hæc definitio peripatetica congruere.Sunt enim stellæ cæli partes, habẽt ecẽtricos, cõcentricos, & epiciclos, quæ & instrumenta aptè quispiam vocabit,ego tñ nusquã credidi, cælos animatos propriè: vt, modò agitur res animatiõis, sed vt Alex. in Paraphrasi in librũ de anima & Auerroes in libro de substãtia orbis,qui animã æquiuoce concessit cęlis, non tñ vniuocè.cũ istis inferiorib⁹ intelligẽtiam propter assistẽtiam & motum,quẽ elargitur cælesti globo, animã appellans.Nulla autem & operatio,quã cæli experiamur, quæ ita nos cogat, vt illos animatos cẽseamus.Nam motũ,lumen,& influẽtiam cælo tribuimus: motus autẽ ille,cũ sit circularis, & simplex, nõ vrget nos fateri cælos esse animatos: nam motus varius est, vt supradiximus: illuminatio veró lumen habet, in sufficiẽtem causam. Influentia deniq; aut in varietatẽ stellarũ, aut in aspectum diuersum,aut in variam cõstellationem, congruenter referas, etiam si Origenes per motum colligit animã cælorum lib.1.Periarchon.c.7. Etenim motus cæli est ordinatissimus,ordo autẽ est à ratione,necessarium ergo cælos esse rationales,etsi lib.1. Cõmenta. in Iob dicat stellas esse inanimatas, neq; tamen cõnexio hęc firma est.Motus.n.ordinatissimam seriẽ in intelligentiam regentem cælum referũt philosophi. Ecquid in natura etiam est mirabilis ordo, vt elemẽtis citra animã: tñ qa opus naturæ est opus intelligẽtiæ elemẽta etsi ordinatis voluãtur motib⁹ non sunt animata & D. Damasce. 2. lib. de fide cap. 6. pessimũ duxit huiusmodi placitum,cælos asse animatos,sed inanimes eos volẽs.Verba autẽ sunt hæc,nullus cælos aut luminaria arbitretur animata:inanima enim sunt & insensibilia. Et D.August.qui libro de aĩæ immortalitate credidit mũdum hunc esse animatum lib.1.retractationũ cap.5.hoc retractat, vt temerè dictum:& ipse in libro de duabus animabus. c. 4. muscam esse nobiliorẽ sole,quia viuit (ait.) Vnde negat cęlos viuere,& si in enchiridio nutat:cæterum libro de duabus animabus vt constantẽ rem tradidit,muscam præstare sole,quia illa viuit, & sol nõ viuit:& viuẽs antecellit non viuentẽ, vt autor ipse est. 11.de ciuitate.c.16. & ante ipsum sapientiæ

Autoris scripta in.2. sententiarum.

tiæ

tiæ locus, cap. 15. & Basilius homilia.3. in examerõ contra Platonem negat ani mationem cælorũ. ¶Sed nos hæc in nostris theologicis scriptis super.2.Senten. operante dño locupletius edisseremus. Modò quod philosophorum est, semel dixerim cum operatio indicet formam, vt transmutatio materiam: vt Cõm. & Arist. tradunt, non video operationem, quæ ad hoc cogat vt cælos credã animatos. Atqui accidentia sunt, quæ magnã partem cõferunt ad cognoscendum naturã, aut essentiã rei: vt in proœmio de anima aperuimus. ¶Quod verò prȩclari philosophi dixerunt, hoc significabant, cælos regi & gubernari ab spiritibus, nõ vt animæ cælestibus globis infixis, sed cælestibus orbib⁹ deputatis diuina prouidẽtia. Hoc est quod ipsi per animatos cælos voluerunt. Quòd verò. S. Tho. prima parte. q.7. art.3. angelos vocat intrinsecos motores: nõ intelligit angelos esse animas cælestes vniuocè: sed quia inter cælum mobile & angelum motorem, est certa proportio. 2. de cælo. text. 71. hac vtiq; causa intrinsecos dixit, id est, proprios orbibus. Et quãquam. 2. lib. contra gentes cap. 7. apertè dixerit secundum Aristo. cælum esse animatum & propriè intellexit, quia se mouebat, tamen loco citato primȩ partis equiuocè intellexit animationem. Quod autem se moueant nõ ab anima est, sed quia intelligentiam propriam habent vt infra. ¶Similiter sapuit Albertus magnus in summa de homine. arti.3. q.3. cælum vniuoce & strictè inanime esse, sed laxiore significãtia animatum esse ab intelligentia sibi adfixa, per quam cælũ est causa cõplexionis inferiorũ: & citat sibi.2. propositionem de causis libri, intelligentia intelligit, quæ sub se, & quæ supra se: scit qđ sub se, qđ est causa ei: & scit qđ est supra se, quia ab eo acquirit bonitates. Quod dixit, quia angeli inferiores à superioribus illuminantur, & fortassis. D. Hieronymi commentatio cap.1. ad ecclesiastẽ dicentem, Lustrãs vniuersa in circuitu pergit spiritus, quæ tradit cælos esse animatos, est intelligenda equiuocè. Vt Albertus & Thomas docuerũt Arist. intelligendum. Quod verò intelligẽtiæ solæ sint motrices, & primi cæli motus nõ sit ab aĩa, col

Auctoris scripta in.2. sen.

S. Thomas.

legit Comm. aduersus Auicenam multis locis, libello de substantia orbis. 1. &.3. cap. &.2. de cælo. Cõm.3. &.8. physi. Commen.79. &.12. mætaphy. Cõm.36. & sæpe alibi. ¶Et prima collectio esto. Hæc intelligentia semper se eodẽ modo gerit, ergo ipsa est causa motus, qui nunq̃ variatur, vt est motus cæli. Secũda, aĩa quando mouet corpus non procedit in infinitum: sed tãdem quiescit. Motus aũt cæli irrequiet⁹ est. Tertia, motus aĩæ rationalis per electionem agens determinatè est ad vnum: sed motus cæli non est deternatè ad vnum ergo non est ab anima. ¶Præter hȩc si mot⁹ cȩli (vt censuit Auicena) est per electionẽ rationis: motus ergo ille est vnius rationis cũ motu humano. Iã ergo si mot⁹ sunt vniuoci: ergo & mobilia, homo & cælũ: qđ tota philosophia repudiat. Concedunt ergo Cõmentator & Rabi Moses & alij, peripatetici motum cæli nõ ab anima esse rationali, neq; à natura. Hæc enim non est nisi ad vnũ locũ, quo adepto conquiescit: vt lapidis natura assequuto cẽtro, pausat motum suum, quod in cælo non contingit: sed est ab intelligentia, quæ mobilibus superioribus elargitur motũ circularẽ: & quilibet orbis propriam habet intelligẽtiam, quæ hoc muneris obeat: etsi hoc argumentum non tollat cælo naturam, id est, formam substantialem mouẽtem: colligit ꝙ habet formã alterius generis, præter quam formam substãtialem. Nã si cælum non habet formam substantialem, difficile est cernere, vt cælum participabit hunc motũ ab intelligentia potius, quàm alium: quippe motus localis intelligentiæ non est naturalis: est enim spiritualis substantia cui mouere aut secundũ orbẽ, aut scđm quãlibet aliã loci differentiã, indifferẽs est. Aut ergo oportet motum cæli non esse naturalem: sed animatum aut si est motus naturalis, formam aliquã substantialem, quæ sit cælo formã dans, & esse cȩli, seu naturã, & motum oportet concedere: & si forma hæc regatur, & administretur, ab angelo dirigente & assistente. Hanc autem formam substãtialem animam esse non credo: vt neq; Simplicius primo de cælo, neq; Ioãnes Grammaticus crediderunt. Alexandri verò argumentum primo enarratur

Collectio.1.

Collectio.2.

Collectio.3.

tur loco, cælum est optimum corpus ergo viuit:id quod Auerroes colligit rursum libello disputationũ. Nos diluimus cum Augustino lib. 11. de ciuitate ca.16. viuentia esse omnia meliora cælo secundum naturam, peiora vero estimatione quędã sunt:vt,mus pane estimatione peior. Quod verò Alexãder credidit cælũ esse corruptibile,& ab anima ęternitate donari,indicãte hoc Cõm.in paraphrasi 1.de cælo cap.vlt.non est peripateticum etsi à peripatetico philosopho dictũ.Aristo.enim.2.de cælo tex.6.motus(ait)cæli nõ est ab anima cogente ipsum perpetuò manere.Fateor ingenuè apud Arist. nõ esse in numerato,quid ipse tulerit de hac re:sed tantisper dum ipse se promat, probabiliorem duco sententiam cælos inanimes esse. Aut cum Basilio Magno in exameron incertam æstimare & dubiam cęli naturam,si viua est aut non viuens.Quod verò loco citato dixit cælos animatos temperandum est verbum,secundũ intelligẽtiam priorem,esse æquiuocè animatos, propter angelos motores,singulis orbibus proprios.Et quanq̃ angelus moueat corpus effictum ex vapore, hoc tamen corpus non est animatum dicẽdum:quia angelus non est huic corpori efficto seu phãtastico proprius, neq; illi ligatus, vt sunt angeli cęlestib⁹ orbibus:quibus ita affixi sunt, vt nunquam eos destituere possint, vt sentẽtia philosophorũ fert. Mundum verò dixerunt animatum Platonici, ꝙ totus mundus regebatur vi viuificante vt Platonẽ interpretatur.D.Gregorius Nissenus libro de anima.2.cap.7. Vnde vergilius,illorum sententiam versibus celebrauit.

Spiritus intus alit totaq; infusa per artus.
Mens agitat molẽ,& magno se corpore miscet.

Regressio in Arist. definitionem. ¶Quamobrem non constituitur organicum in definitione ad differentiam cælestis animæ,vt in principium sermonis se referit nostra oratio,sed in discrimẽ physicorũ non organicorũ vt elemẽta &c.vt inferius dicim⁹. *Pulchra disputatio de corpore organico.* ¶Est aũt disputatio hoc loco non leuis, ex verbis peripateticis trahens originem. Ait enim animã esse actum corporis physici,&organici.oportuna se insinuat quæstio:si prius est corpus physicum,& organicũ, q̃ anima sibi in sedem accipiat corpus.Namq; subiectum cùm præcedat formam, & corpus physicum atque organicum sit materia aut subiectum(quod rectius dixeris) animæ,erit ergo prius: alioqui si corpus physicum atq; organicum est ab anima, iam ergo anima per semetipsam definitur qđ incommodum est idẽ se definire. *Argu. 1.* ¶Sub hęc, Arist.2.de generatiõe animalium.c.3. fœtui primò dat animam vegetalem, deinde verò animam sensitiuam, postremò animam intellectiuam.Iam ergo anima sensitiua pariterq; intellectiua adueniunt fœtui animato & organis distincto. Et rursum ipsa vegetatiua nõ potest se excipere in nudam materiam. Vt enim excerceret suas operationes vitales,nisi primum figura& situ & partium varietate materia distincta sit? Nam vt cæteræ formæ præparatorias poscunt dispositiones:ita anima organicas præparationes exigit. *Argu. 2.* *Argu. 3.* ¶Contra est, secundum differentiam animæ est corporum differentia. 2. de genere anima. c.1. animæq; nobilitate suæ dignitatis corpus capit modum,ergo anima est,quæ facit ipsum corpus organicum. *Indiuersũ argu. 1.* Et huic succedat. 2. ratio,alioqui anima esset accidens,accidens siquidẽ vẽdicat sibi in subiectũ ens in actu seu substãtiale cõpositum,quare si anima accedit corpori physico organico ipsa erit forma accidẽtalis. *Argu. 2.* De hac re multæ volitant apud autores sententiæ,quidam enim constanter asseuerant materiam suscipere formã,non vt cunq; aut quomodocũq; sed primum ipsa affecta est forma corporeitatis quã nunquã dimittit, vnde quęuis res habet ꝙ sit corpus:à formis autem alijs specificis speciẽ sibi conciliãt. *Resolutio disputationis.* *De forma corporeitatis.* Lapis siquidẽ corpus est, ab hac forma,est aũt lapis in specie lapidis à forma vltima lapidis substantiali, vt homo ab anima rationali, atq; forma illa corporeitatis à materia reuelli non potest,tametsi,aliæ transmutentur,quippe huic formæ nullum indicant contrariũ. Huius placiti sunt pleriq; autores, est enim paulus in Commentario huius cap. qui censuit nixus verbis Commentatoris qui formã elementariam excipi in materia affecta qualitatibus primis, formam verò mixti à materia iam formata mixtione elementorum suscipi dicentis

tis neq; subinde concedit formam mixti aut elementi esse accidentarias formas quandoquidem materia sic suscipiens has formas non est subiectum cōpletum, sed aspirat in formā vlteriorem, sicq; & forma accidētalis & substantialis adueniūt enti in actu. Est autem discrimen hoc, ꝙ hęc accedit subiecto, qđ & si in actu non tamen completo, accidens verò aduenit subiecto, nō sperāti vlteriorem formam substantialem. Itidem sapit Ioānes Gandensis in q.2. huius ad 3. argumētum, & argumentum hominis est hoc primum. Si anima (& idem est de forma alia substantiali) exciperetur in materiā vacantē omni forma, cōsequitur dispositiones organicas omnes, quæ præparabant materiam introducendæ animæ, in instanti introductionis perire. Vnde colligit, ꝙ esset motus finitus absq; aliquo mutato esse terminātē ipsum: quod patet, nā alteratio illa, quę disponebat materiam in generando animali non habet terminum intrinsecum. Secūdò, aut illę dispositiones priores corrumpūtur per se, aut per accidēs: nō per se, quia contrario vacant, nec per accidens quia 10. metaphy. tex. 26. corruptibile & incorruptibile ꝑ se insunt, & non per accidens rebus. Tertiò, si dispositiones illæ præuiæ in aduētu nouæ formæ corrumpūtur, quorsum ergo tanto labore materiā instruxit pręparationibns illis agens? perinde enim est ac si non essent inductæ, nam in instāti introductionis formę substātialis, vel animæ in materia nulla est dispositio, ergo indifferens est materia ad hanc aut illam formam: temerè ergo præcesserūt affectiones illæ in materia. Augētur ista ex traditiōe Arist. tex. 24. & 26. huius secundi. Actus actiuorum sunt in patiēte bene disposito. Suffragantur & theologi autores, Henricus quodlibeto 2. q. 2. qui in mixto præter mixti formam, quæ est præcipua, formam corporeitatis tradidit sectator Auicenæ 4. metaphy. in hac re, & quanquam ipse longo profluat sermone, breuiusculè succingem⁹ probationes, quibus qdquid est hoc dogmatis in animum induxit. Primò, corrupto semine in procreatione hominis, aliquid generatur non anima rationalis, quæ non est ex traduce, aut nō traducitur de potētia materiæ: ergo generabitur forma corporeitatis. quippe, materia ingenerabilis est. Secundo beata Virgo est vera mater Christi, & ipsum genuit nō animā Iesu Christi, quæ solā habuit cæleste infusionē vt reliquæ aīæ rationales: ergo genuit corpus vt vel hac ratione sola genitrix Christi dicatur. Cætera huius generis argumenta persequenda non sunt, ꝙ theologica sint. Discrepat aūt hic autor à cæteris assertoribus quod formam corporeitatis credit generabilem, & continuò corruptibilē. Scotus verò in 4. dist. 10. q. 3. formam corporeitatis diuersam à reliquis formis probat. Sublata anima, inquit, idē corpus manet mortuū, quod erat viuū. Suadet hoc, qa si noua forma introduceretur, sublata aīa consequens esset secundum diuersitatem mortis diuersas quoq; formas cadaueris esse concedendas. Quare cùm quidam moriātur peste, alij gladio, alij suspendio, alij strangulatione. secūdum diuersitatem istarū corruptionū, essent diuersa cadauera hominū: id quod experientia non fatetur. Et iuuat hanc philosophiam, quod Aristoteles docuit in proœmio huius libri, accidentia sunt, quæ magnam partem conferūt &c. Iā verò in corpore mortuo eadē accidētia experimur, quæ in viuo, vt idē calor, eadē figura, eadē quātitas: ergo idem corpus numero viuū atq; mortuum, alioquin accidentia migrarent de subiecto in subiectum. Accedit experiētię suffragiū, caro cholerici mortui, leuis est, atq; sapida, & difficilior quæ putrescat: caro flegmatici insipida manet, mollis, & quę citò putrescit: caro melancholici à morte insipida, & nigrescēs & pondere grauis: caro sanguinei leuis, tenera, sapida, & putredinem citò conciliat, quæ videntur, argumento elementorum mixturas, quæ in viuis, in defunctis superesse. & carnes pauonis mortuæ, vt narrat August. longo tempore se à putredine asserūt, ꝙ priori temperaturæ attestatur. Et qđ probatur in corporibus viuis, hoc & in cæteris mixtis non est difficile colligere formā corporeitatis habere diuersam formā à forma principali. ¶ Istis quoq; accedat Aristotelis verbū, formæ se habent vt numeri. 8. metaphy. tex. Commen. 10. Verum in numeris adueniente

Ioan. Gandē.

Argumē. 1.

Argumē. 2.

Argumē. 3.

Carnium à mortui accidentia.

ueniēte numero perfectori,non dissolui tur numerus imperfectior,vt cū procrea tur quaternarius, non dirimitur ternarius:ergo itidem in formis adueniēte po steriore forma,cæteræ non soluentur,vt accedente forma mixti elementi, forma non diluetur, neq; anima adueniēte,for ma corporeitatis quæ præerat,nō interibit. ¶Rursum in viuo corpore sunt mul tæ partes organicæ,quarū quælibet habet propriam formam: etenim habet ca put diuersam operationē à corde, & cor ab epate: & caro & sanguis specie differunt,ergo distributas habent formas: er go concedendæ, sunt necessariò in vno & eodem subiecto multę formę substan tiales.

¶Contra verò exigunt multæ rationes firmiores istis, quæ cum Scoto fecerūt. Primò, si idem corpus est mortuum atque viuum numero ergo cū viuum corpus habeat vitales operationes in poten tia,vt ait Aristo.mortuum ergo habebit easdem operationes vitales in potentia: imò hoc corpus cùm sit idē seruabit aut retinebit potentiam priorem ad vitam quod est impossibile:quia mortuum semel resurgere non pōt, nisi Dei potētia. Secūdo,aīa esset sine propria dispositione: nā ipsius animæ dispositio est dispo sitio formę corporeitatis,sub qua manet hæc forma : & dispositio formæ corporeitatis est dispositio aīæ, si ergo oēs dispositiones sunt cōmunes, nulla est pro pria.Totā rem istam paucis absoluamus cū Cōmētatore Auerroe,imò(ni fallor) cum schola peripatetica. Ille igitur para phrasi ad metaphysicam tractatu. 2. ad finem, inuehitur in Auicenā cuius sunt sequaces prænominati Autores in illata sententia.Primò,si forma corporeitatis tradenda est diuersa à reliquis formis,omnisgeneratio esset alteratio,quic quid.n.generatur ex ente in actu,nō simpliciter generatur, nec fit hoc aliquid, sed quale vel quantum. Quapropter si mixta generantur non ex ente in poten tia pura,sed ex materia forma substātiali prædita,funditus perit generatio simpliciter rerum. Et verba Commētatoris elucidantur sermone Arist.5. physi.tex. 8.quo loco inquit. Quod generatur non est, quod mouetur est:volens, motus & generatiōis simplicis discrimē statuere: & si id quod generatur non est, vt ergo ex materia forma corporeitatis prædita quidpiam generari potest? quandoquidem totū illud verè est ens simpliciter, vt embrio etiam si aliam nouam spectet formam, est tamē substantia simpliciter. Et Commētator Auerroes tractans verba Aristotelis dudum indicata,commēto.8.ait in esse primæ materiæ,nō admisceetur actus omnino, id est, forma. Inde ait,impossibile est materiam primā moueri,verùm in generatione & corruptio ne substantiali non est vnū, & idem demonstratum à principio vsq; in finē. Et causa huius est quippe materia sola est generationis subiectum, quæ nō est hoc aliquid in actu, sed in potentia. Et subdit,lineis quibusdam interiectis. Subiectū generationis substantialis est in potentia,sed subiectum trāsmutationis accidentalis est in actu : est ergo Aristotelesintelligendus,materiam solam suscipere formam substantialem, igitur forma corporeitatis minimè est peripatetica forma,imò neque Auerroistica: nudo etenim sermone in commentario, protulit verba Aristotelis, Generatur quod non est,esse interpretāda,Subiectum generationis no potest esse hoc aliquid de monstratum,sed ens in pura potentia:vt ergo stabit sententia diuersa,hoc corpus vnū & idē numero diuersas formas substantiales suscipere?Rursum Aristoteles inibi inquit,Quod generatur,nō mouetur nec ꝑ se nec per accidēs : atqui si hoc corpus estqđ generatur, hoc corpus per accidēs mouetur:moto nanq; mixto, vt lapide,hoc corpus per accidēs mouetur: siquidē hic lapis, hoc corp' lapideū est: ergo moto hoc lapide hoc corpus necessario motum lapidis consequetur. Scotus verò mea quidem sententia, Aristotelis locum sinistrè exponit. Inquit generatur quod non est,idest quod genera tur,non habet perfectam formam substantialem,quā potest habere. Neq; continuò illatio est idonea,nullā habet formam substancialem. Sed est fallatia con sequentis, nō habet perfectam formam, ergo nullam. Hæc autem expositio, expositione Commentatoris repulsa est, Imò si connexio Aristote. consideretur, ipsa

Argu. 1. Auerrois.

Scotus sinistrè Arist. exponit.

ipsa littera suum legitimum sensum exponit. Ait, non ens tribus modis dici: & quod falsum est, non ens est, vt quòd homo sit lapis. Et hoc non ens neq; mouetur neq; mutatur. Est item nō ens simpliciter ipsa materia prima, quæ in potentia cùm sit, actui opponitur. Hæc ait mutatur, non mouetur neque per se neque per accidens. Quod generatur enim aut oritur, non est: quare moueri non potest vllo modo. Quod exponens Simplicius, hæc habet verba, Quod dicit non esse simpliciter, nihil est actu eorum, quæ sunt: ergo subiectum generationis nullam prorsus habet formā, neq; actualem perfectam, aut imperfectam, sed nihil est actu eorum, quæ sunt. Quare cogitur concedere Scotus, si Aristotelem & Simplicium & Auerroem audit, materiā solam primā esse ortus subiectū. Et tertio modo non ens est nō ens secundū quid: vt, nō albū, non musicum. Quo discusso mēbro, limpidiùs sublucet peripateticus intellectus. Homo sanè quādo ex non albo fit albus, secundum Aristotelem & interpretem eius Simpliciū, per accidens mouetur: quia idem homo actu manet sub non albo, & continuo sub albo. Atqui materia quando ex illa aliquid oritur, seu generatur simpliciter, non mouetur per accidens. Sanè ait Simplicius, quia etsi eadem materia sit sub vtraq; forma substantiali, quæ præfuit, & quæ accessit noua, tamē ipsa non est aliquid actu, sed solùm in potentia. Iam ergo si Scoto fidem damus, & Paulo, & aliis memoratis, & hoc corpus qđ ex non viuo fit viuum, subiectum generationis est, mouetur hoc per accidens: quandoquidem in actu manet idem, & si actus eius, id est, forma corporeitatis fuerit imperfectus. Satis est si in actu vtcumq; sit. Neque isti autores in memoriam reduxerunt Aristotelis verbum. 10. Metaphysicorum textu. 12. Illa sunt genere diuersa, quæ non habent vnam materiam communem: formæ autem omnes substantiales quæ sub globo lunæ consistūt, sunt vnius generis. Siquidem metaphysicorū. 5. ea genere diuersa sunt, quorum alterum in alterum non resoluitur textu. 33. Vniuersæ autem formæ inuicem sunt transmutabiles elementa in mixta, & mixta in elementa. Sunt ergo vniuersa hæc eiusdē generis: habent ergo vnum & idem subiectum primum, & forma elementi & forma mixti. Elementaria autem forma habet materiam primam in subiectum, citra aliam formā substantialem: hoc ipsum igitur subiectum sibi postulant & cęteræ formæ substantiales: alioqui si hoc corpus est mixtorum subiectum, & non elementorum nescio vt erunt eadem genere. Neq; offendaris Lector, credens propter hęc animam rationalem non esse eiusdem generis cū cæteris formas materialibus: quādoquidem est illa incorruptibilis, corruptibile autem & incorruptibile diuersa sunt, plusquam genere. 10. metaphysicorum text. 26. Atque vltra progrediens credas, diuersum subiectum esse animæ rationalis, atque aliarum formarum.

Non ens tribus modis dici

Expositio Simplicij.

Dubium.

¶Hæc verò offensio hoc pacto facilè solui atque expediri poterit. Anima quippe rationalis, vt ipsa est intelligēs & volens, est alterius generis: qua ratiōe subiectum, id est, materiam minimè desiderat: vt autem opera vitæ inferioris exercet, sentiendo & vegetando, est eiusdem generis cum cæteris: & materia prima est quæ ipsam excipit.

Solutio.

¶Et succedat in fauorem & confirmationem priorum Aristotelis locus dicentis in. 5. physicorum text. 23. generationē vnius esse alterius corruptionem. Iam ergo corrumpto equo aut homine corrumpitur eius forma: veruntamen si vera est sentētia Scoti nihil generatur: nulla etenim forma noua substantialis generatur aut introducitur: sed corpus qđ erat, superest post mortem. Quibus rursum & illud accedat, formas substantiales conferri figuris: vnde & in hoc secundo Aristoteles tradit, sicut trigonum in tetragono, ita vegetatiuū in sensitiuo, & hoc in intellectiuo. At verò fieri non potest, vt simul sint trigoni figura, & tetragoni. Nam cum in quadrato comprehendatur triangulus, ociose ibi triangulus erit neque duę formæ substantiales simul in eodē erunt. Quare nō se admittūt triāgulus & quadrāgulus, & si cōtraria nō sint: vt, neq; albedo & rubedo. Quem ordinē igitur seruant figuræ & formæ, eundem substātiales seruāt. Nam posterior priorem

rem virtutem consequitur. Priores formæ sunt elementales, succedunt formæ mixtorum, quæ præstant elemẽtariis, & suarum operationum insigne hoc ostendunt. Vt forma enim adamantis, aut magnetis, aut carbunculi, operationum dignitate elemẽta antecellunt: quippe, huiusmodi mixta habent operationes longè nobiliores, quã elementarię formæ, vt magnetis vis attractiua nusquã in elemẽtis est: & sic de reliquis. Deinde animæ virgultorum, fructicum & arborum, quę cæteras, de quibus diximus, vitalis operationis prestãtia formas superant. Deinde sunt animalium formæ sensitiuæ, quę gradu cognoscẽdi prædictis præferũtur. ¶Postrema anima intellectiua in colliminio extãs cælestiũ substantiarũ & sublunarium intellectione fruens est, quem ordinem D. Augustinus lib. 11. de ciuitate. cap. 16. itidem vt nos confitetur.

Ordo formarum.

¶Anima ergo intellectiua perfectionem elementi & mixti, & viuentis, & animalis possidebit, & ita in cæteris gradibus formarum, quò forma superior, eò inferiorem excellẽtius cõprehendet. Iam verò si hæc vera sunt, vt sunt: exũdabit forma ista corporeitatis: quia ipsa mixti forma prestabit esse corporeũ. Nam hoc quod est corporeum, forma mixti per se præstare poterit: & forma viuens quod donat mixtionis forma, & ipsa donabit. Quo ergo ista formarũ congeries si forma superioris gradus, inferiorẽ cõtinet: & quod hæc prestat illa prestare poterit? Nec me latet Paulum Venetũ in Comẽ. huius loci, formas planè multiplicasse, sed materiam dixit solam formæ substãtialis, non ipsum compositum, ex materia videlicet & forma, elementi subiectũ esse: formas tamen multiplicat, vt sint dispositiones perfectiorum formarum, vt forma corporeitatis sit præparatio ad mixti formam &c. Cæterum sola materia prima est subiectũ inhæsionis (quod ipse vocat) formarum substantialium. Qua ratione forsitã quispiam euaderet, quas collegimus reprehensiones, hoc sanè pretextu argumẽta nostra euadẽs, in materia esse substãtiales formas multas: quanquam materia prima sola sit, cui insunt formæ, & nullũ esse cõpositũ, quod sit substantialis formę subiectum. Atqui neq; suffugium hoc nostra infirmat. Stat .n. perepateticus sermo, generatur quod non est: sed si cùm Paulo philosopharis, generatur quod est: nam materia in aduentu formæ perfectioris, iã est actu per alteram formam priorem. Aristo. autem placuit tantum esse materiam potentia, & nõ esse aliquid eorum, quæ sunt actu: quid quod Arist. in physicis tradidit primo de ortu & interitu tex. 23. renouat dicens, generatio est trãsmutatio huius totius in hoc totum, nullo manẽte eodem sensibili, & per hoc sensibile, vt accepimus ab Alexandro, hoc aliquid subaudimus. Est ergo sensus, quando est corruptio vnius, & alterius generatio, non manet idem hoc aliquid, quod demonstrari possit numero idem: ergo non manet hoc corpus, quod erat, sed sola materia prima, quæ non est hoc aliquid, vt supra dixi. Et quàm hic sensus cõgruat, lectio eiusdem loci demõstrat. Alterationem distinguit inibi Aristo. à generatione quod alteratio, manente eodem subiecto sensibili, est transmutatio in qualitatibus mediis, aut contrariis. Quo loco nisi sponte cæcutias ostendit sensibile significare hoc aliquid demostratũ, vt quãdo Petrus ex albo redditur pallidus, aut niger, quæ illi contingunt manente hoc sensibili, idest eadem substãtia numero. Quod si philosophi aduertissent, potentiam esse essentialem materiæ, quę est in potentia ad formam substantialem, suapte natura non aliunde, vidissent nihil opus dispositione alteri⁹ formę, sub qua materia nouam formam suscipiat. Plane dispositiones sunt opportunæ, nõ vt potentiam tribuant materię ad formã substantialem, sed quæ sint veluti instrumẽtariæ, vt materiæ primæ potentia se promat in actum. Quare præexiguntur ad hoc explendũ muneris, non tamen quæ sint materiæ comites in formæ exceptione. ¶Primum argumentũ. Sua difficultate exoluitur, si dixerimus alterationem habere per se, & secundùm propriã naturam proprium, & intrinsecum terminũ: vt, calefactio esse calidum habet in terminum & finem: sed accidit alicui alterationi: vt non habeat terminũ intrinsecũ: vt est illa quæ generatione soluitur, quę habet in finem non esse hoc calidũ, sed

Hic bene aduertes.

Solutio primi.

sed substantiam generatam, vt quando incalescit aqua & habet summam dispositionem inducendo igni, am, primum instans esse illius summæ dispositionis, est primum non esse aquæ,& primũ esse formæ igneæ:aqua enim tantum caloris ferre non potest. Quare simul atq; calor ille summus obtigerit, aqua cædit & tota resoluta euanescit. Atq; ille calor, summum gradum attinges neq; potest terminari suo mutato esse:sed finit in ignẽ.

Argu.2. solutio. ¶Secundo argument respondetur. Aristo. etsi sæpe asserat corruptionem fieri à contrario, vt.1. de cælo in fine libri, & tex.20. corruptionis ait esse inter contraria &c.tamen.3.de cælo tex.52.hoc docet in hæc verba intelligendum:duobus autem,ait,modis videmus corrũpi ignẽ: nam à contrario corrumpitur extinctus, & ipse à seipso marcescens: hoc autem patitur minor, videlicet ignis à maiori,qui minorem absumit flammam.Quãobrem, secundum iam peripateticam, per se aliquid corripitur & per accidẽs. In quem modum locum hunc exposuit Comm.in paraphrasi. 2. de cælo. Et cum Arist.7. metaphy.tex.27. totum tradat generari, & corrumpi, partes corrumpi quis non videt per accidens,saltẽ corrũpi consequend totius dissolutionem? Aliud sanè est rem per se esse corruptibilem,quod nos fatemur,sed ꝙ corrumpatur actu hoc aliquando per accidens cõtingit: vt, quamquam res natura corruptibiles: vt, homines atq; animalia aliquando violenta abolentur corruptione. 5. Physicorum textu. 58, iam ergo si ex aëre fiat ignis, calor ille corrumpitur aëreus, non ab igne aut contrario: sed per accidens, deficiente aëre & præparationes diuersæ aliæ collabũtur dilapso subieo. Nam subiectum accidentia seruat. Io.3.argumento est aduertẽdum,nos non negare pręuias dispositiones, quæ præparent viam formæ inducendæ in materiæ gremium. Aduersarij enim esse eus rebus expertis,& ante animæ introictionem,etiam est præparatio fœtusqui multis afficitur & nouatur,antequam animam suscipiat, dispositionibus & tantò maioribus quantò

Hæc aduertenda. meliorisimæ spes est. Vt anima rationalis masculi, non continuò infunditur fœtui, nisi interuallum.40. dierum (vt frequentius accidit) embrionem capacẽ reddat, & tardius adhuc interuallũ anima fœminę.80. dierum,& vt Arist.7. de historia ait cap.3.tardiùs absoluitur fœmina in vtero,q̃ mas. Cæterum istæ præparatiões,vt diximus superius,non sunt animæ,aut alterius formæ comites, sed solum præuiæ, & viam animæ adornantes.Hic aũt fige gradũ paululũ,& cõsidera inter vltimas dispositiões & ipsam formã,duos ordines. Alter esto rei,alter ratiõis.Si primus est ordo spectetur, prius est forma in materia, q̃ sit illa dispositio proxima:etenim ipsa forma est,quæ dat materię esse:esse ergo corporeũ,esse physicũ,esse organicũ,esse in potẽtia vitã habẽs, cũ sint esse hæc à forma substãtiali, idest,anima:quia vt probatũ est, vna simplex forma substantialis in vno est ente simpliciter: anima ergo præstat hæc materię.Nam ante animam,nullum corpus potest esse organum: sed tantùm animi beneficio corpus instrumentis instituitur tradente Aristote. in hoc.2. oculus mortui non est oculus, nisi æquiuocè:significans propriè organa esse, quæ anima sua pręsentia & facit & regit.Ipsa ergo sibi parat instrumenta pro sua naturę qualitate:& ipsa anima est,quę sibi appropriat & vẽdicat materiam per has dispositiones,quas ipsa sibi donat.Ante has autem dispositiones præcesserũt & multæ aliæ,quæ euanescunt omnes præsentia animæ.Neq; tamen fuerunt ociosæ,sed eò institutæ,vt potentia materiæ, quæ est ad animam,exiret in actum suũ, alioqui non exitura, nisi illæ præcessissent:vt,in conceptione masculi sperma. *Formati infantis.* sexto die instar spumosi lactis reddatur, tribus loculis distinctũ, cordi, cerebro, & epati formandis. 9. autem die guttulis rubicundis,& filis aspergitur.15.verò die in sanguineum coagulum conuertatur.27. à conceptu die, carneum totum experitur, tribus mẽbris præcipius instructum,cerebro corde,& epate. Iamq; 36.à conceptione die membra cętera distingui cernas,& caput à cæteris prominere: spatulæ & venter duoq; latera subriguntur,etsi in quibusdam hęc lateant, quæ postremo loco diximus, ad quadragesimum vsq; diem, quando rationalis animæ

animæ est infusio. Quæ si opulentiùs videre flagras, est tibi Albertus Magnus, lib.9.de animalibus.penulti.cap.tantus ergo apparatus non est ociosus, etsi soluatur totus anima rationali præsente,& nouus instituatur. Sed ille fuit necessari⁹, vt animæ rationali suũ instrueretur domiciliũ.Huiusmodi ergo dispositiões nõ sunt comittes, vt dicebã,sed suntpręparatoriæ. ¶Et eo momẽto, quo anima, quod est primum esse animęin materia, est primum nõ esse formarum priorũ,ne simul admittam⁹ diuersas formas in materiam. Conducit autem secum forma dispositiones sibi consequias functionibus propriis absoluendis. Et hæ secundùm ordinem intelligendi sunt priores ipsa forma noua,quæ in materiam excipitur:nam priusquam intelligamus corpus viuũ præintelligimus corpus organicum,& ante hoc physicũ, & huic præintelligim⁹ corpus, cui quod sit ens pręintelligimus. Anima igitur etsi hæc vniuersa instanti vno donet materiæ,tamen ordine quodam, quem solus intellectus assequitur, atque distinguit,hos impartit gradus materiæ: & itẽ de aliis formis substantialibus subaudiendũ est,vt forma lapidis tribuit materiæ primũ,quòd sit,dein quôd sit corpus,dein verò physicum,postremo lapis:non quòd hæc tempus distinguat sed ratio,itaq; ad suscipiẽdam formam substãtialem,nulla dispositio accidẽtalis præintelligitur ipsi materiæ:nã ipsa primò intelligitur habere esse substãtiale,quod est formę substantiale:& hæc actus primus est per quem materia habet esse simpliciter,quod esse reliquorum initium est. Nam substãtia est tempore prior,& ratione,quàm accidentia,vt Aristo.est autor.7.metaphy.& nos supra intulimus locum.Quare si de affectione accidentali sermo vertatur nulla pręintelligitur neq; comitatur formã,vt sint omnino simul quia substãtiã sequũtur. Neq; Paulus est audiendus,qui formam elemẽtariam excipi in materię gremio docuit,affecto,tamen qualitatibus primis:quippe,vt diximus,esse substantiæ simpliciter est prius, quã actus accidentium,qui meritò appellãdi actus secundi sunt:quia consequũtur substãtiã. Neq; ab re Aristo.omnem formã substãtialem vocitat endelechiam,idest,actum primũ: formæ enim substantialis est,quę in primis materiã actuat,vt in priore habitum est sernone. Inaniter autem putant quidã endelechiam esse proprium animæ,cùm sit cuiuslibet formæ substantialis, cuius rei causa iam oblata est: & nos supra cõmeminimus. ¶Ante introductionem autem formæ ignis, vel alterius formæ,sunt dispositiones accidentariæ,quæ expellãt formas contrarias: sed nulla est præinteligẽda in instanti, quo forma est in mateia. Verũ si sermo agatur de dispositionibus,quæ nõ accidentia sunt sed gradu substãtiales, qui præparant ad vltimum gradũ formæ substãtialis:hoc sanè modo dictũ est,dispositiones quasdam præintelligi formæ inducẽdæ,liceat modo vocare illa dispositiões, vt prius materia habet esse,quã esse corporeum &c. Accidntariæ autem dispositiones,etsi non sint priores forma substãtiali in materia pima,sunt tamẽ priores,quantum ad effectus posteriores formæ. Nam prior est calor, quàm calefacere,& hoc est quod dicit Diuus Thomas 1.par.summæ.q.76.arti.6. præintelligũtur (ait) dispositiones in materia, ante formam,nõ quantum ad omnẽ eius effectum:sed quãtum ad posteriorem. Hæc soluũt Ioãnis Gandensis argumenta,etsi quæ alia, quæ nos consultò dimisimus, his solutis nihil grauabunt aut offendẽt lectorem. ¶Ad ea autem, quæ ex classe theologorum obiecta sint, & primò ab Hẽrico. Dico primò, quando ex semine est hominis procreatio,non generatur anima, sed generatur totus homo.7. metaphy. forma autem corporeitatis sanè fit de nouo ad hominis generationem,secũdùm censurã paulò post exhibẽdam. Et (vt diximus) anima est,quæ dat esse corporeum materiæ, non tamen illa forma corporeitatis est alia reipsa ab anima: sed ipsa anima sub gradu tamen inferiori considerata. Sæpe autem traditum est animam perficere materiam sub diuersis gradibus,qui tamen non distingũtur,nisi per intellectũ: vt esse,& essecorporeũ, esse phisicum organicum &c.

¶ Neque vero incredibile quispiam arbitretur rationalem animam, quæ spiritualis est, posse cõferre esse corporeum, siqui-

doctrinæ peripateticæ intelligentia.

Exploditur Paulus.

Ioãnis argumenta soluũtur.

Henrico respondetur.

siquidem etsi spiritualis: est tamen forma, quæ materiæ iungitur: & in virtute continens formas omnes inferiores. Quod ergo forma elementi & mixti propriè materiæ tribuit corpulentiam, hoc & anima suæ materiæ & plura meliora impartit. Si anima rationalis esset solũ intelligibilis, argumẽtũ cogebat, sed ipsamet est vegetabilis & sensibilis. Ne ergo mireris, si sit etiam forma corporeitatis. Quanquã igitur hoc donemus Herico, formã corporeitatis, generari: nõ tñ ob eã causam est ponẽda diuersa ab aĩa rationali, nisi solũ secundum rationem. Et collectio est sine neruo, anima nõ generatur, forma corporeitatis generatur, igitur sunt diuersæ formę in homine. Etenim si in priora aduertimus, prædixim⁹ animã rationalem post illum præparatorium apparatũ, primo diuina actione donari materiæ, & si qua alia est actio, secũdum Arist. terti⁹ indicabit liber. Ad animam hanc consequitur secũdum rationem esse corporeũ & esse phisicum &c. Quæ, exactus si sit sermo, nõ generãtur: sed consequũtur rem genitam: quia verò hæc cõsequutio est secũdum ordinem intellectus: nam re ipsa anima est forma corporeitatis &c. idcirco est solũ distinctio secũdum rationem inter aĩam rationalẽ & vegetalẽ &c. Argumẽto igitur dicito in homine forma corporeitatis, & aĩa vegetalis & sensualis, ꝓpriè nõ generãtur: quippe aĩam rationalẽ consequũtur, imò nusquam forma corporeitatis, si exactus sit sermo generatur: qa semper aliarũ formarũ est pedisequa, si vera sunt vt sanè sunt, quæ hactenus tradidimus.

Ad argu. 2. ¶Argumento secũdo, fateor beatissimã virginem esse veram Christi matrem, & propriè non genuit animã Iesu Christi, sed quod aliæ matres fœtibus propriis subministrant vi naturæ, ipsa, operante Spiritu sctõ, præstitit. ¶Ad ea verò, quæ ex Scoto retulimus, respondetur cadauera humana esse diuersa specie: qa formæ cadauerinæ, quæ tã diuersis causis, q̃ nos cernimus, ꝓcedunt, nõ sunt eædẽ specie. Etenim diuersis dispositionibus diuersę moliuntur à natura formæ. Iã verò mors non simplicem habet causam, sed variã & diuersam: aliis mors excellentia frigidi, aliis calidi, aliis humidi, aliis sicci. tam diuersis autẽ dispositionibus & solutionibus humani temperamẽti, nõ est expectanda vna forma morticinia aut mortalis, sed diuersæ specie sunt formæ mortuorum: crediderim tamen si Petrus atq; Paulus eadẽ causa obeũt diem suũ, vt excessu calidi aut frigidi, vitalis tẽperatura fuit euersa, & cadauer Petri atq; Pauli esset idẽ. Et nescio cur rem hãc reuocat in dubium Caieta. qui trepidus est in re hac cùm res sit satis perspicua. Et quanquã figuras mortales cernamus easdem gelidaq; & grauedine ponderosa cadauera sint omnia, tamẽ vitale temperamẽtum diuerso modo soluitur, vt, dudũ dicebam. Itidem necessarium est formas ipsas mortales aut cadaueris esse diuersas specie, &c. 2. Argumẽti solutio iã per hæc liquet. Neq; enim accidẽtia migrant de subiecto in subiectũ: priora nãq; accidentia, quæ viuidi corporis erãt, pereunt vniuersa defuncto corpore, & noua succedũt in cadauere nouègenito: etsi calor idẽ videatur, non idẽ est. Prior enim erat vitalis hic verò nulli operatio ni vitæ seruire põt. Neq; figura aut quãtitas eadẽ numero quæ priùs, nisi ad sensum qui discernere nõ põt, quę ratio põt discludere: sicq; vt aĩa præstabat & esse corporeum, & quantitatem, & accidẽtia: ita forma mortalis illi succedens dat esse nouum corporis, & cætera, quæ vidẽtur accidentia & cum hæc forma mortis sit mixtionis calidi, frigidi &c. nihil mirum est si in corpore mortuo calor quidam tangatur, & si quam citissime ille sensibilis soluatur. Et accipit mortuũ quantitatem æqualem viuo, & figuram: quia forma illa cadaueris generat corpus mortuum in loco, in quo præerat viuum, vt illa quæ in loco angusto generantur, sunt angusti & breuis corporis: quæ verò latum nacta sunt locum vastioris sunt corporis, vnde forma cadaueris sub quantitate viui videtur: quia in materia viui generatur, & sub dimẽsione eadem prioris loci qui viuũ continebat. Tertio dico, quaternarius nõ soluit ternarium, fateor: non tamen ita in formis substantialibus, quia numerus est vnus per aggregationẽ, sed composita naturalia habent vnitatẽ simplicẽ, vt lapis & planta. &c. Quare in istis cõpositis non põt esse plusquã

2. Argu. solutio.

plusquã vna forma: sed in vno numero sunt multi numeri, Ita soluit Diu⁹ Thomas in opusculo de multitudine formarum. 44. Qui autem simplicissimas credi disset numerorum formas & nõ compositas, ille planè diceret quaternariũ non cõponi ex duobus numeris, neq; cõglobari ex multis numeris, etsi multos exigat, ex quib⁹, idest, duobus binariis, vna dissultat forma simplex, quæ quaternarius est. Sed de hac re in præsentia nihil, sed in. 8. metaphy. est remittenda tex. 10. Quo libro de numeris quæstionẽ mouit Aristo. Si sunt vnum congerie, an simplices formæ. Cæterũ quod est huius loci, est numeros & species nõ vnitatis illo genere esse similes, sed in aliis referũt similitudinẽ numerorũ: vt. n. numero si fiat detractio, aut accessio, mutat formam & speciẽ: ita & species rei quocũq; essentiali incremento, aut decremento, idest, per nouam formam essẽtialem est noua species, aut si antiqua detrahatur: quanquã Aristo. non ibi confert numeros formis, sed rationibus, vel definitionibus. Quod tu aduertes in huius loci gratiam, etsi ratio sępe Aristoteli forma est. ¶ Argumẽto quarto. Concedimus multas partes esse organicas, & non solùm officiarias, vt visus, auditus: sed & similares: vt, caro, os, sanguis, quas interim vocitamus, organicas: verùm hę omnes partes non habent diuersas formas substãtiales, sed vna est forma totius mixti: habent tamen diuersas qualitatis cõplexiones, quæ omnes ab vna forma totius formantur. Alia est complexio carnis, alia ossis, alia visus. Nã partes cùm subsistãt in toto, sunt in actu à toto: habent ergo vniuersę partes cam tantum formam substantialem: & in animantibus perfectis est vna actu & non multa: neque actu, neque potentia, sed in imperfectis, est multa potentia: quia diuisa viuunt, vt in lacertis experimur, & lumbricis, & anguibus. Verũ in animatis sunt partes organicę multę & diuersę cõplexionis: vel quia ex com mixtione primarũ qualitatum, tẽperatur vna media qualitas, quę in capite gerit humoris & frigiditatis vicẽ: in corde verò caloris & siccitatis &c. aut sunt diuersę q̃litates in mẽbris organicis. Quare & si sint diuersæ formæ accidentales,

Argu. 4.

est tamẽ vna anima in singulo animato. Iã ergo colligamus, vt nemo culpet definitionem hanc Arist. lumẽ est actus diaphani, vt diaphanum est: quæ tamen datur per luminis subiectum, vt actu subiectum. Nã lumẽ est illud quod facit actu aliquid esse transparens: vnde & sensus definitionis hic reddẽdus. Lumen est ratio, qua transparens, est actu transparẽs quanquam lumen facit transparentia: tamen per transparens definitur. Itidem etsi anima facit actu corpus esse physicum & organicum, & vitale, definitur tamen per ipsum, vt per proprium subiectum: vt, si quis definiat calorem in formulam hanc. Calor est, actus calefacti, neque idonea est collectio, ergo definitur per seipsum aliquid. Nam quanquam in calefacto calor sit, & actu perlucido sit lumẽ, in corpore organico vitali sit anima, sunt sanè tãquam in effectu formali. Non ergo anima per animã definitur, sed per animæ formalem effectũ. Quare & hæc definitio est à posteriori exhibita. Etiam si D. Tho. quantum cõmentarium eius subindicat, credat hanc definitionẽ esse per priora: quia est per subiectum, vt sensus sit. Anima est actus corporis capacis vitę. Modo corpus hoc est prius anima. veluti si quis definiat figuram, non rectè definiet, si dixerit est actus corporis figurati quia definiet ipsam formam per seipsam. Sed hoc modò definiet. Est figura actus corporis figuræ capacis, vt actus definiatur per suã potentiã. Sed cõtra hoc est, quod nos diximus: quia esse physicum & organicũ sunt posteriora anima: ideò per posteriora exhiberi definitionem: facilis tamen est horum duorũ conciliatio. Etenim secundum rationẽ prius est esse physicum & organicum, quàm animę introductio. Quare est hac consideratione definitio per priora & per proprium animæ subiectum. Et actus per suam propriam potẽtiã. Vt anima per corpus animæ capax. ¶ At secundùm rem esse physicum & organicum sunt animæ, velut effectus, & anima posteriores, vt diximus.

Exploditur Auicena.

¶ Valeat iã Auicena in disputatiõe hac, quẽ theologi celebres quidã sunt sectati & Auincebrõ, quem in Cõm. huius loci S. Tho. citat ille enim in libro fontis vitæ

tæ, asseruit secũdum ordinem generũ & specierum, esse ordinẽ formarũ statuendum in materia, vt altera sit forma, per quam substãtia est homo: alia per quam est corpus, & per aliam viuat. Hoc enim ostensum est non congruere naturali rationi: quippe, anima quæ perfectiõe antecellit cæteras formas inferiores, hoc præstare potest, quod inferiores. Quare & ipsa sola dat esse substantiæ & corporis, & vitæ: etiam si, vt cogitatur, dãs esse substantiæ, aut corporis est imperfecta: Vt autem cogitatur, vt præbens esse viuum, habet gradũ perfectũ: quare ipsam materiam ordine quodã secũdum rationem cogitato, perficit vt prior intelligatur ratio generis, quæ est substantia, aut corpus, q̃ ratio speciei. Alioqui anima nõ omnino prẹstaret esse substãtiale corpori animato, si corpus aliunde esset corpus, q̃ ab anima: & hac parte esset minus substantia, q̃ forma ignis, aut forma, quã isti autores corporeitatis vocãt. Nã hæc præstat esse substantiæ sine dependentia ab altera forma substãtiali, quod nõ habet anima, & re vera Arist. agẽs in Platonem. 1. de anima tex. 90. probat in homine non esse plures animas, alioqui qd contineret illas animas diuersas vt vnũ hominem constituant, & vt esset homo vnum animal, & vnus homo: ita modò si esset alia forma corporeitatis ab ipsa anima, vt esset homo vnũ corpus, & vnũ animal? Nam quanquã sit forma corporeitatis ordinata ad animã, aut ad aliam formã perfectiorem: tamen hæc ordinatio solum colligit vnitatem ordinis, quẹ est vnitas accidentalis: tamen homo est vnum essentialiter. ¶Paululũ fudimus stilum in quæstiõe hac, quæ negocij erat metaphysici: vt, pateat veritas venturæ disputatiõis, an hõ sit plurimarũ anima rum & vt asserere si valerẽ, hanc veritatem à multorum scriptorum iniuria: Superest autẽ vt exactè particula hæc organicum, suum sensum aperiat, disputatio exigua aduersum definitionẽ Arist. aduersus quã sit hoc argumentum, Anima est actus corporis nõ organici. Nam est act⁹ carnis, caro aũt nõ est organica & est actus ossis: ossa. n. habẽt animã vegetatiuã, quẹ nõ sunt organica, sunt. n. similaria. ¶Et contẽdunt quidã esse organica

Argumen.

Solutio.

hæc, caro, os, sanguis: etsi de sanguine nõ est tam ambigua disputatio, qui autore Arist. 2. de partibus animaliũ cap. 10. nõ est pars animalis: quia etsi fundamus sanguinẽ, integritas animalis non tollitur. Hoc autem cum audis retine intelligentiam, sanguinẽ esse partem animalis in potentia: est enim alimentum vltimum tradente Aristo. 2. de partibus cap. 4. in quam formulam temperabis, si legeris apud Arist. sanguinẽ esse animatũ potentia sanè non actu: sanguinem ergo dimittamus qui est organicus potestate tãtum, vt est pars animalis & animatus: tamen actu non est organicus, neq; organici corporis pars. Caro verò cùm sit animata, atq; os: hẹc premunt dubiũ: sed leuis est huius dubij anxietas. Nanq; etsi huiusmodi partes non sint organicæ, nõ læditur Aristo. definitio, animã esse actũ corporis organici. Nam ipse totius corporis animati habuit rationẽ, nõ partiũ. Siue igitur caro, sit organica, siue nõ itidẽ & os, satis est totũ aĩatum corpus esse organicũ. ¶Aut aliter argumẽtum soluemus, organicũ dupliciter esse in vsu philosophorum. Altero modo, quæuis pars aĩalis situ, figura, cõplexione ab altera differẽs organica dicatur: ita sane os, caro, organica dicito. Altero mõ ea pars organica propriè est & cõpleta, quẹ in se potẽtiã officio virili exercẽdo aptã cõtinet quã appellauimus supra officiariã partẽ vt, visus, audit⁹, manus, pedes, & id gen⁹. In quẽ modũ, caro, & os, nõ sunt organicæ. Non. n. sunt officiariæ partes, quẹ distinctio est. S. Thomæ in quæstionib⁹ de anima. q. 15. ad. 3. respõdens argumentũ. quanquam prior nostra solutio abundè argumẽtum dissoluat. ¶Postrema huius definitionis particula est, potentia vitã habẽtis. Quæ itidẽ agitãda est pauca disputatione: vt quò magis cõcussa, eò magis emicet illius veritas. Quidam enim philosophus Germanus in epitome ad 2. lib. de anima, credidit adiectã particulam, semina. n. sunt viua actu, etiam si nõ exerceãt opera vitalia actu: sat est potentia vitæ opera habere. In quã sentẽtiam de familia medicorum Iacobus forliuiẽsis memorari solet ad. 23. canonis Auicennæ. Et quod facit cum hac opinione est, quòd semẽ est animæ causa: ergo semen animatum

Dilutio. 2.

Disputatio de vita seminis. animatum:alioqui esset effectus à semine prodiens,semine prçstãtior.Cui consequenti occinit philosophorum turba causæ primas semper nobilitatis & prçstantiæ concedens supra proprios effectus. Si ergo semen est causa vitæ,semen actu viuens est. Quod verò semina vitæ sunt causæ, Poëtarum eximius ille cecinit carmine dicens. *Virgili.lib.6*

Igneus est illis vigor & cælestis origo.
Seminibus.

Igneus sanè, quia vis seminaria efficax est:cælestis verò, quia à cælo habet,originẽ viuentibus præbere. Secundò Aristo.8.physi.tex.28.se mouentia dicit esse animata,quod ipse &in primo de anima item recepit. Age iam, semina se mouẽt 8.enim metaphysico.text. 12. semen esse mouens generationẽ fætus Aristo. tradidit,& cũ in ipso semine hic motus sit,semen enim se per vim intrinsecam trahit ad generationem viuẽtis,semen ergo viuit. *2. argu.*

3.argumẽ. ¶Ad hæc.2.de generatione animalium cap.1. Aristo. dixisse semen habere animam,palam est. *4. argu.* ¶Rursum operatio consequia est potentiæ : hæc autem essentiæ,vt supra exposuimus: sed operatio seminis est viuida: ab ipso enim procreatur anima plantæ & brutorũ (intellectiua non sit tibi curæ in præsentia) ergo habet viuidam potentiã, ergo habet vitam. Vt enim daret quod non habet? Figmenta reiecta sunt, quòd animæ horum inferiorum sunt à mũdi anima.Hoc enim est quod obuertit Aris.Platoni, ꝙ hic ad causas vniuersales refugit particularibus missis. Vnde secundùm Aristo. animç plantarũ & brutorum non ab anima mũdi:sed à semine fiũt.Quare si semẽ est habens vim viuidam,vt omnes philosophi fatentur,erit viuens. *5. argu.* ¶Rursum habet in se spiritum vitalem,& calorem naturalẽ.2.de generatione.cap.3.Porrò autem, si hæc sentẽtia vera est,nouit deus: illa tamẽ,quod certò dixerim,nõ est peripatetica:nam Aristo.expresè cap.3. secundi libri de generatione animalium, ait,semẽ non habere animam,nisi in potentia. Et si credũt generationem vnius, esse alterius corruptionem , quod Arist. nõ semel docet,quæramus ab ipsis,ex semine oliuæ,quãdo oliua procreatur, nũ semẽ,vnde fit,corrũpitur, an non? Si primũ dederint,vt ergo viuũ erat?si corrũpitur illiᵒ vita, quæ erat plãtalis vita,& de specie oliuç,& ideo nulla erat oppositio inter formam seminis & formam oliuæ, & actio inter contraria est: ergo non corrumpi poterat semẽ oliuæ,ab oliuæ forma.Quòd si dederis alterum, cõficies vt duæ formæ substãtiales eiusdem speciei sint in oliua,quod nulla schola cõcessit, nisi illa,quç falsa est inchoationes in materia formarũ,quæ iam abiecta est : quia si iam erat inchoata oliuæ forma , oliua non generatur simpliciter. Et præterea, si semen viueret (& est semper sermo de semine prolifico & fæcundo) esset pars viuentis:& tamen contra experimur semina corrumpi.Et Dominus ait, nisi granum frumenti cadens in terram mortuũ fuerit,ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit,multũ fructum affert.Ioannis cap.12.& Cõm. ait. 2.de generatione animaliũ. Semen nõ est pars conceptus, etsi Galenus aduersetur , & alij credẽtes semen esse partem,non materiæ,sed formç,tamen Aristo.hoc cap.tex.10.aperto sermone ait semen potentia esse viuens. ¶Primo argumento responsio sit,semen agere in virtute decidẽtis, idest, viuẽtis, quanquam Scotus in.2. Sententiarum. distin.18.discedat ab hac doctrina:sed iniustè ni fallor. Pater enim dedit semini virtutem, quæ menstrua valeat mouere ad prolem. Et itidẽ est de quolibet alio semine:quòd à seminante dissultat.Fuit autem Scoti placitum detrahens seminibus vim procreãdi viuentia. Cuius suasio hæc fuit, semẽ non viuit: ergo nõ potest producere vitam , sed vis seminaria (hoc autore) est quæ alterat materiã: generationem autem animç in Deum retulit. Itaq; animarum omniũ illam credidit proximam causam,non cælum, nõ semen:nam cælum cùm non sit viuens,nõ est causa animæ, quæ est vita , de semine autem iam collegit. ¶Atqui cælum esse causam vitæ negare non possumus, si de familia Aristo.sumus:ille enim.2.de Cælo,text.68.fatetur cęlũ esse vitç causam: & Auerroes hoc idem tradidit in eiusdẽ loci cõmentario. Et re vera quæ ex putrida materia procreãtur, vt apes,muscç & id genus,quæ sine semine exoriuntur si hæc à cælo non sortiuntur vitam, non faci *Solutio.1. argumenti.*

cilè in naturali philosophia, causam vitę habent. Etenim ex semine non procreātur: nam in Deum solum referre vt Scotus, non est peripateticum, sed Platonicum, causas vniuersales quærere, neglectis causis particularibus. Quare oportet animationis causam particularē exquirere, & non Deum afferre in causam, qui vniuersalis causa est. Expromit tamen se argumentum, nam cælum etiam est causa vniuersalis, quæ ergo erit causa particularis animandorum eorum, quæ sine semine procreantur: vt, apum, muscarum, &c. quæ spontanea animalia appellat philosophorum schola. Hæc autem dubitatio proprium deponeret podus (quod mihi crede graue est) si Beati Augus. doctrinā amplecteremur, quę de hac re est. Putat. n. ille aīalia spontanea ex seminib⁹ occultis & in sphæra elemētorū abditis procreari: quia semina quędam sparsa censuit in finibus elementorum. Et locus est. 3. de Trinita. libro. c. 8. &. 9. quem sequutus est Magister Sētentiarum in. 2. Sentē. distin. 7. quam quoq; credidit Augustin. causam, vnde magi Pharaonis maleficijs suis serpētes de repente expromerent. Istam verò August. philosophiam Aristoteles non audiret: nam apud Arist. vniuersa animalia, quæ ex semine sunt, gaudent sexus differentia & maris & fœminæ, id quod in spōtaneis non cernimus, vt sunt muscæ scarabei &c. Quare peripatetici quidā animationis causam dixerūt intelligētias: cælorū motrices sed re vera angeli motores cælorū nō possunt animare, nisi applicādo actiua passiuis, vt doctissimè Augus. 12. de ciuita. dei. c. 25. docuit & . 3. de Trini. ca. 9. idcirco vigēs est quæstio, quæ sunt hæc actiua, quæ animant spontanea: propter hæc cælum animatum cēsuit Auicena & animam eius, quā dixit cholcodiō, animatricem dixit. Sed re vera anima solum animat suū corpus. Quare hæc cholcodia solū animaret cælum, non muscas & alia hoc genus animalcula. Scio D. Tho. in opusculo. 28. motum cæli viuificum esse dixisse nō vt motus localis est: hac enim ratione non est vitalis, sed vt motus cęli. Et in. 2. Sentētiarum volumine dist. 18. motum cæli esse viuificum, nō secundū quod motus, sed vitam præstare ab orbe & in angelo mouēte. Verùm hęc non modicam petunt disputationē: etenim angelus motor nihil potest viuificare vt prædiximus, & cælum non est viuum, vt tradidimus. Vnde ergo motus cæli poterit vitam pręstare animalibus spontaneis, quæ sine semine ex materia putri procreantur? Porrò ꝙ ex peripatetica traditione habemus, vt quęstionem hāc resoluamus, hoc vnum est, calorem cæli habere vim seminis, vt in procreandis animalibus spontaneis. Itaq; & materia putrida habet suum temperamentū, & calor solis & stellarū illi temperamēto accedēs, animalcula generat, iā vespas iam apes, &c. sedm varietatem tēperaturæ. Aristotelis verò locum si desideras, illum habes. 3. de generatione anima li. c. 3. & propterea cælum est causa vitæ, vt ipse. 12. meta. tex. 18. & quāquam theologicum dogma, angelos esse autores vitæ dicere non sinat: tamen schola peripatetica fortè non inficiabitur calorē cęli ab intelligentia habere vim vitalem, non solum applicando actiua passiuis, (vt theologi) sed influendo vitam, vt. S. Tho. dixerat. Ante quem B. Dionysius. 4. cap. de diuinis nominibus calorē solis hæc inferiora fouere & nutrire dixit: hic ergo cælestis calor habet locum causæ particularis: quia in locum seminis à natura subrogatur, etiam si non sit semen, vt patet: quia semen substātia est, calor verò qualitas. ¶Ego tamen lubentius in sententiam August. iuissem, in gremio elementorum esse recondita semina huiusmodi animalibus ædendis: quæ semina cū calore cælesti vim suam proferūt: hoc enim modo effectus particularis habet causam particularem, secūdum Aristo. iussa. 2. Physicorum, quod vix asseri potest, si aliter philosophari iuuat, vt vidisti. Sed ne in hanc Augustini philosophiam totus incliner, moratur me: quia vnde ista semina decidant August. non tradidit: etenim semē viuentis est opus, à quo viuente ergo hæc semina gremio elementorū sunt commissa? Nā si à cælo vel elementis, redit quæstio quæ prior erat. ideo dicamus cū Aristote. in quod diximus. Iam verò referamus pedem in locū vnde discessio cepit initiū. Pugnabamus cū Scoto in semine esse vim viui

Argumētū.

Solutio ex August. de ciuita.

Resolutio quæstio.

Autoris opinio.

dam quod peripateticæ doctrinæ esse putamus. ¶Quod si hæc iusta libra penderis, nihil te morabuntur, quæ Alexãder Alensis in secundo theologiæ volumine.q.91.membro,1.arti.2. scriptis mandauit, inibi. n. anxiè quærit, quæ sit origo animarũ omniũ brutorum, & plantarũ. Et variis relatis placitis, credit secũdum Aristo.ex elementorum viribus illa prodire: vt enim matres sunt grauidæ fœtibus, ita elemẽta grauida animabus, quæ suo tempore se produnt. Credit hic eximius re vera theologus, Aristo.sapere cũ Augustino, elementa esse plena viribus seminariis, vt prædiximꝰ: sed re vera (pace tanti theologi dixerim) Aristotelem non assequitur: animę enim non sunt ab elementis, sed à generante: alioqui quid facit bos generans bouem, si anima bouis iam in elementis est actu? Et potius est Anaxagoram sapiens hæc philosophia quam Arist. Ille enim quodlibet in quodlibet & si occultè latitans cõcedebat. Quare seminãte mortuo vis illa manet vt colligitur ab Aristo. 2. de genera. animali.c.1. Secundo argu. similis respõsio est, semẽ se mouere: hoc autem habet à seminante, ꝙ cùm esset viuens, dedit virtutem vitalem, qua se moueat: non ergo se mouet propriè vt viuentia, quæ se mouẽt propria iam virtute, quam habẽt à propria & intrinseca anima: sed mouet se à virtute generãtis. Verba autem Aristo. soluta sunt: est enim viuens potestate, quia semẽ mouet ad vitã prolis. Tertio argumento, Habet semen operationem vitalem, non actu, vt viuẽtia, sed potestate: quia mouet ad vitam prolis, & talem habet potẽtiam, atq; naturam. Quod restat argumenti, in promptu est soluere: si hæc assequutus fueris, quæ diximus de semine, planè intelliges quàm demẽtatam quidam sparserunt in libris æditis, philosophiam, semen non habere vim à seminante, sed à radio syderum (præsertim animalium semẽ, quod quidã vsitato vocabulo sperma vocant, qđ faciunt gratia differentię duntaxat à semine plantarum: alias enim sperma Græcè semen est latinè) sed isti desipiunt experientiæ aduersantes: nam semen producit animal, non simile cęlo, aut stellis: sed seminanti. Radios cælestes cõuenire

Argu. 2.

Argu. 3.

cum semine non negat peripatetica doctrina, quæ confitetur: sol & homo generant hominem, sed radiis istis totam vim tribuere hoc ignoramus: non ergo ponitur potentia vitam habẽs in gratiam seminis, quasi semen actu viuat, sed operationes vitæ potestate cõtineat, vt istiį desipiunt: sed quia anima est actus, definitur per propriam potẽtiam, per corpus physicũ, &c. vt potẽs exercere operationes vitæ ideo dicitur in potẽtia vitã habentis, quæ potentia non est remota ab actu sed proxima. *Organa autem & plantarum partes sunt, sed penitus simplices. Vt folium fructiferi cooperimentum, fructiferum autem fructus. radices vero, ori similes sunt. Vtraq; enim trahunt alimentum.* ¶Exemplo Aristote. edocet, quod prædixerat, corpus animatũ esse organicum: & accipit exẽplum in plantis, quæ paratam videntur habere offensionem. Siquidem cum simpliciores sint animalibus, non ita ostentant membrorum officialium pompam, vt animalia, quæ multis distincta sunt instrumentis. Cæterum soluit dubium, esse plantas organicas: habent enim folia, quæ cooperiũt fructiferũ: vt, pampini accinos vuarum tegunt, & accini fructum ipsum, id est grana: radices autem sunt ori animalis similes, etsi nõ supremũ locũ habeãt, sed infimũ: sed quò sunt, ꝑ quas trahitur alimentũ eò, sunt instar oris. Huius aũt tantæ plantarum simplicitatis causam commemorat Aristo. 2. de partibus lib. cap.10. quia plantæ paucas habent vitæ operationes, ideo paucissimis sunt dotatæ instrumentis.

¶Si autem aliquid commune in omni anima oportet dicere, erit vtiq; primꝰ actus corporis physici organici. Vnde non oportet quærere, si vnum est anima & corpus, sicut neq; ceram & figuram, neq; omnino vniuscuiusq; materiã, & id cuius materia. vnũ enim & esse cum multipliciter dicatur, quod propriè est actus est. Text. 7

¶Hæc iam in initio capitis huius dedimus exposita. Quod restat scrupuli est in

in Aristo. cur particulam illam in potẽtia vitã habẽtis suppresserit in definitionis repetitione, quæ sanè superuacanea cogitari à quopiam potest, quãdo si organicum est viuum, motiua non habent organa, nisi æquiuoce, vt etiam hic asserit Arist. maximè ꝙ dixerimus potentia vitam habere, non est abiicere actum vitæ, sed perinde est ac si dixisset, potentis vel habẽtis facultatẽ exercere opera vitæ. D. Tho. in Commen. non necesse ait addere potentia vitam habentis, quod supplet organicum. Et priùs hoc docuerat Philoponus. Sed hoc non absoluit mentem dubiam, dicet enim continuò aliquis, supra meminerat organici, si hęc duo idem sunt, alterum superuacaneum est, sed dicito Arist. definiuisse paulò antè actus corporis physici potẽtia vitam habẽtis: & subdit, hoc autẽ organicum Itaq; non adiecit illud, tanquã particulam definitionis, sed in explicationem, eius quod dixerat, potentia vitam habentis. Nunc verò illã subticuit, & organicũ adiecit: vt inde, coniectandi sit occasio, hæc duo esse idem, & organicũ & potentia vitam habens: etsi ratione differant. Organicũ enim significat instrumentariũ, sed potentia vitam habẽs, qđ habet facultatem proximam exercendi opera vitæ. Quare nihil ociosum est in definitione. *Vnde non oportet quærere si vnum est anima & corpus, sicut neq; ceram & figuram.*

¶Aristo. 8. metaphy. satis sollicitus fuit in quærenda hac veritate, vnde res sibi comparasset vnitatem, quæ propriè vnitas esset & non vnitas per accidens: vt, ea quæ glutino aut ligamento sibi cohærent. Et produxit quæstionem in tex. 10. & illam solutã dedit text. 15. dicens causam vnitatis intrinsecam esse, ꝙ duo copulantur: alterum quod est in potentia, aliud quod est actus. Quare cum potentia non habeat ex se esse, aut vnitatem: sed habet ab actu, erit sanè totum ens ex potẽtia & actu, ex materia & forma, ens vnum quod est vnius esse. Et habet vnã veram vnitatem. Vnde expendere poteris si essent multæ formæ in eodem, fieri non posse, vt compositum haberet vnitatem essentialem: sed solum secundum colligationem, vt manipulus sarmentorum. Huius autem quæstionis modò meminit Arist. quia in. 1. de anima Platoni obiecerat, non esse hominẽ vnum, si animæ distribuẽdæ erant distributione Platonica, vt anima ratiõalis caput teneret & sensitiua cor, &c. vt prædiximus in pœmio. Et obiectio est peripatetica, qđ est quod vniret has animas? nũquid alia anima ergo hæc sola satis erit homini. Si aliæ aĩæ, quid ligat has? esset in infinitũ processus. ita tex. 92. causa extrinseca faciẽs vnionẽ, erit generãs, aut producens formã in materia: finalis rursum vniõis, erit generatiõis finis, &c. Probat aũt Aristo. ex aĩa & corpore esse vnũ totũ, non intercedẽte colligamẽto aliquo. Siquidẽ esse & vnum multipliciter cùm dicatur. 10. meta. tex. 7. est ens in potentia, & ens in actu, & est vnum in potentia & vnum actu: & est vnum in substantia & vnum in accidente, &c. tamẽ forma ipsa, quippe quæ actus est, habet vnitatem actualem. Materia in potentia cum sit ad formam, non habebit vnitatem actualem: nisi à forma quę cũ sit vna ex forma atq; materia, necessariò coalescit vnũ per se, & nõ per accidẽs: nã per accidẽs est vnũ, quãdo multa, quæ actu sunt, coeunt in vnũ: vt, homo & albus: albus & musicus. Cæterũ Aristoteli Arist. obiicio, meta. 7. tex. 27. Ait totum est quod fit, & nõ partes: quia partes habent subsistentiam in toto & ab hoc pendent: ideo totum est quod generatur & corrumpitur, & partes congenerantur ecquid ait modò, qđ propriè est formã esse? Commentator tamen Auerroes. Cõm. 7. verba Aristo. exponens ait dignius est formam habere hoc nomen ens, & vnum, quam totum congregatũ. Idemq́; 7. metaphy. Com. 7. esse & vnum, prius conuenire formæ, q̃ toti composito. Cui ego itidem consentio. Collisioni autem locorum dico, hæc simul esse vera: formam nõ generari, sed totum: & formam esse propriè quæ est. *Conciliatur Aristo. ipse sibi.*

¶Primum enim Arist. loco indicato palàm fecit in artificiosis: nam faber nõ facit æs, neq; facit rotũditatem per se, sed facit æs rotundum, id est, facit rotunditatẽ in ære, aut alio quouis metallo. Et eadem ratione anima non fit per se, & seorsum: sed in corpore. Quare animal fit. Non ergo negat Arist. formam fieri, sed negat fieri, seorsum & extra subiectum:

ſed concedit ab agente fieri ex potentia ſubiecti. Cũ autẽ ipſa forma, quæ ſubiecto cõceditur ab agẽte donet ſubiecto, & definitionem, & nomẽ: ꝙ enim primũ dicebatur ferrum, iam dicatur non ferrũ, ſed ſtatua, aut ſphæra, eſt à forma: ipſa ergo forma verè eſt, non quòd ſubſiſtat extra ſubiectum: verum in ſubiecto excepta ſubiecto elargitur vnitatem eſſentiam & definitionem: quod in accidentariis formis videre licet. Albedo proprius habet eſſe albi quam corpus album. Siquidem hoc ab albedine nomen conciliat albi: etſi albedo nuſquam extra corpus ſubſiſtat, neq; appelletur album propter cõcretionem implicitam in albo, quam nominis ſui abſtractio nõ permittit. ¶Et conſidera Ariſt. non obſeruaſſe quorundã ſubtilitatem. Cauent iſti ne dicãt, forma eſt quod eſt, ſed quo eſt: aperto. n. verbo ait anima propriè eſt quod eſt. Legitimus ſe pẽdebat locus, qui diſputaret, an homo ſit multarũ animarum: placuit tamẽ mihi quæſtionem hanc fini huius capitis attexere. Attamẽ in præſentia abundet ab Ariſto. didiciſſe, cauſam vnitatis totius compoſiti intrinſecam eſſe, quòd ſit potentia, illud actus, non ſolum in vnitate per ſe, quæ eſt ex materia & forma ſubſtantialibus, ſed in cæteris vnitatibus. Et Ariſtotelem exempla dedit in cæſera, & figura illius, & in ferro & illius figura orbiculari, aut quadrangulari: cæra & figura vnum per accidens, ꝙ cæra in potentia eſt ad figuram, & figura eius actus: quanquam aliqua eſt vnitas accidẽtalis, quæ rationem potentiæ & actus non ſeruat: vt, virga quæ media viret, media arida eſt, & lapidum cumulus, & id genus. Verum de iſtis non eſt Ariſt. exponendus, quæ impropriiſsimę ſunt vnitates accidentales.

Aduerſum formaliſtas.

Text. 8. ¶Vniuerſaliter igitur dictum eſt, quid ſit anima. ſubſtãtia enim eſt quæ ſecundũ rationẽ. hoc autem eſt, quod quid erat eſſe huiuſmodi corporis. ſicut ſi aliquod organorum, phyſicum eſſet corpus, vt dolabra. eſſet enim dolabræ eſſe, ſubſtãtia ipſius, & anima hoc. ſeparata autem hac, nõ vtiq; amplius dolabra eſſet, niſi æquiuoce. nunc autẽ, eſt dolabra. non enim huiuſcemodi corporis quod quid erat eſſe & ratio, aĩa: ſed phyſici huiuſcemodi habentis in ſeipſo principium motus & ſtatus.

¶Quæ dixerat, reſumit, vt clariùs exponat animæ definitionem. Anima igitur eſt ratio, & quod quid eſt corporis phyſici, vitalis. Id quod ipſe probat non per cauſam priorem, ſed propoſitis duabus collationibus excẽplaribus. Quarum altera ab arte eſt petita, altera à natura. In arte igitur ſecuris aut dolabra & ſunt ex materia ferrea, & habẽt formas artificiarias, quæ cum non ſint rationes ſubſtantiales, conferunt nomen accidẽtale. Iam verò ſi fingat aliquis ſecurim eſſe animatum inſtrumẽtum, cuius anima eſſet potẽtia inciſiua, hæc potẽtia inciſiua eſſet ratio, quare ſecuris eſſet ſecuris: ablata namq; potẽtia hac inciſiua, quã dudum finximus aĩam ſecuris, iã tunc ſecuris nõ eſſet inſtrumentũ ſecãdi: defuiſſet enim incidendi potentia: vt ergo potẽtia inciſiua ſe habet ad ſecurim, ita & aĩa ad animatum corpus. Atqui potentia incidendi ratio eſt, & ipſum ꝙ quid eſt ſecuris: ergo anima eſt ratio ſubſtantialis phyſici & organici corporis, & quod quid eſt huiuſmodi corporis: & ſeparata potẽtia inciſiua, quæ erat ſecuris, nõ eſt ſecuris: quia ratio qua ſecuris erat ſecuris, potẽtia inciſiua erat: qua ſublata eſt ſecuris æquiuocè: & hoc, ſeruata fictione ꝙ ſecuris eſſet inſtrumẽtum animatũ, id quod non contingit quippe ſecurius animata non eſt: eſt enim artificioſa & non naturalis, ſed animatum corpus phyſicum eſt & non artificioſum. Refert nihil ſiue legamus cum Boëtio dolabram, aut cum Philopono ſecurim, ſenſus non variat. Subdit autem Ariſtoteles corpus phyſicum habet in ſe principiũ motus, & ſtatus, phyſicum, inquit, quod eſt huiuſmoſti, ideſt, quod eſt phyſicum & organicũ, hoc ſæpe meminit Ariſt. corpora viuentia habere in ſeipſis principium motus, atq;

Anima definitio.

atq; quietis. Nam sub voce illa huiusmodi intellexit organicũ, & sub organico viuẽs: quæ duo in idem coëunt, vt superius diximus, quanquã habeãt diuersas significãtias: quod pulchrè exposuit Simplicius, cuius expositionem in hunc locum seruauimus. Organicum ait, & si coëat cum viuente corpore: verum organicum, significantiam habet pasiuam: nam organa formãtur ab anima: sed viuens significãtiam habet actiuam: nam vita, quæ est anima, vim habet motiuã, & formatricem organorum: sicq; viuens, quod mouet indicat: organicum verò quod mouetur: & hæc est lucida intelligentia verborum Simplicij, idemq; erit mouẽs, atq; mobile: sed alia parte mouẽs est, alia parte mobile est animatum corpus, de quo fert modò testimonium Aristo. in se ipso habere principium motus atq; quietis. Quod tamẽ verbum temperauit Philoponus, non de omni motu intelligẽs peripatetica verba, sed de motu locali de motu incremẽti & decremẽti. Horũ ait principiũ est in viuentibus, qđ mot⁹ huiusmodi pręstat, & illud aĩa est: inanimata verò huiusmodi principio intrinseco orbata sunt sed aliunde, motus ipsorum capit initium. Verùm quãtum attinet ad alterationis motũ, principiũ actiuũ habere inanimata cõcedit: itaq; ab intrinseco se alterare possunt, & lapidem facit exemplum, etsi non explicet: vt, se alteret lapis. Faciliùs exẽplum esset in aqua, quæ ab innata frigiditate vehemẽtem deponit feruorem, etiam si in aëre æstuante situm habeat: hoc tamen discernere, quantæ sit veritatis non est loci huius: & si huic placito meo consensio non est difficilis. Quod autem in pręsentia necessarium erat, explicuimus, artificiosa corpora non esse capacia aĩæ, vt ea quæ non habent in seipsis principium motus, & hoc est quod Aristo. ait. *Nunc autem est dolabra non enim huiuscemodi corporis quòd quid erat esse & ratio animæ.* Id est, missa fictione dolabram esse instrumentum animatum, dolabra est verè instrumẽtum artificiale, cuius ratio figura accidentalis est & non anima ipsa.

Expositio Simplitij.

Tex. 9. ¶Considerare autẽ & in partibus oportet, quod dictum est. si enim esset oculus, animal: anima vtiq; ipsi visus esset. hic enim, est substantia oculi quæ secũdum rationem, oculus autẽ, materia visus est, quo deficiente nõ est amplius oculus, nisi æquiuoce, sicut lapideus, aut depictus. Oportet igitur accipere quod est in parte, in toto viuente corpore, proportionaliter nanq; habet, sicut pars ad partem totus sensus ad totum corpus sensitiuum secundum q huiusmodi.

¶Quod dicit tale est, fac visum esse animal, ita se habet anima ad totum organicum corpus, vt forma vnius organi, ad organum illud, idest, visus ad oculum: visus enim est forma oculi, oculus autem est materia ipsius, in qua residet visus: at verò visus est ratio oculi. Corrupto.n. visu oculus perit, oculus nãq; mortui non est oculus ea ratiõe, qua viuit, sed diuersa: etenim oculus viui eò oculus quò potens est videre: mortui verò quo figurã habet oculi eò oculus dicitur: vt, oculus pictus in pariete aut papyro, ergo itidẽ anima erit ratio substantialis viuentis corporis: nam vt pars ad partem, ita totum ad totũ, qui locus est topicus. Hæc supra illata sunt quo probarem in vno composito non esse plures formas substãtiales, quanq̃ aduersarij nõ conuincãtur hæc legentes: sed sufficiat quæ aduersum eos obiecimus, & si quæ defuerunt in calce huius cap. sufficientur. Per duo igitur hæc exẽpla alterũ artis alterũ naturæ, quæ sunt probationes à signo: formæ.n. substantiales cùm sint occultę per formas artificiarias notiores, & ꝑ instrumenta ipsa, vt oculus auris, &c. quæ in foribus exposuit natura, sunt manifestandę, & si exemplum artis sit remotiùs à re animi: exemplum oculi cùm sit animæ familiarius, proprius definitionem animæ patefecit.

¶Non est autem quod abiecit animam potẽtia existens vt viuat, sed Tex. 10.

quod habet. Semẽ autẽ & fructus, potẽtia huiusmodi corpus est. Sicut igitur incisio, & visio, sic & vigilia actus. vt autẽ visus & potentia organi, sic anima. corpus autẽ, quod potẽtia est. sed sicut oculus, est pupilla, & visus, & ibi anima & corpus, animal.

Postrema pars definitionis animæ

¶Postremam definitionis partem. Arist. exponit, quę erat potẽtia habentis vitã: etenim, cùm multiplex sit potentia, alia quę longè distat ab actu, vt potentia infantuli ad gerendam militiam: alia verò est, quæ actui est proxima, vt potẽtia militis ad militaria munera: alia verò, quæ est media inter has, vt potẽtia viri ad militandũ, qui etsi artẽ militarẽ ignoret, potẽstñ est illã addiscere, vt exerceat id qđ infans pręstare non poterit: verùm quia aptus est, qui discat, & militiã præstet, hac ratione puer in potẽtia est, & non lapis: corpus aũt viuens potentia habet vitam, non vt puer, neq; vt is qui iam adultus est: sed vt miles, cui in promptu est officia militaria exercere. Et hoc est qđ Aristo. ait potentiam hanc non abiicere actũ, sed viuens, & si actu non exerceat opera vitæ: in prõptu tñ habet illa exercere, vt geometra lineas depingere, & scriba scribere, & securis habilis est, quę scindat, & dormiẽs qui videat. Reijcit autem semen à ratione vitæ & fructum, fructum vocat Philopono autore accinos: vt, qui in ficubus aut pomis, & id genus cernitur: thecam autẽ aut coopertoriũ accinorum pericarpium, aut fructiferũ, in quem modũ exposuimus supra. Hæc igitur aut semina aut fructus, non sunt animata corpora, quia etsi potentia habeant vitã, hæc autem potentia abiicit actũ vitalẽ, nullius aũt actus vitales sunt participes actu. Nec. n. se mouẽt semina hæc ab intrinseco motu locali: aut accretionis, aut decretionis, & nisi aliunde alterentur, potẽtia ad vitam non se prodibit in actũ. Aduertit autem Concilia-

Seminis status triplex.

tor differentia. 48. in semine statum triplicem, alter est quãdo semẽ in fontibus membrorum latitat spermaticorum seu seminalium, & aliis non sem inalibus: alter verò quando semen iam testiculis se immiscet: iam iam exiturum. Postremus quãdo in matricẽ iniectum est, & coẽuntis motu affectum, & in actum quẽdam cõcitatum. In primo sanè statu, est in potentia remota ad vitam, in secundo proprius est vitæ semẽ, in postremo verò in proxima potẽtia est, vt vitam suscipiat: tunc. n. virtus seminaria materiam propriã disponit, mẽstruũ, scilicet, fœminæ, sanguinẽ, & organa incipit distribuere, cor, caput & epar vt diximus superiùs, (primarias animę officinas) vt Arist. ait. ¶Et quia virtus hæc sine instrumentis hæc operatur, ideo anima nõ est: ob hãc aũt causam Arist. 2. de gene. anima. cap. 3. hanc vim vocauit separabilem vim & intellectui illam contulit: intellectus. n. non cooperante organo operatur: est. n. potentia incorporea: virtus aũt seminaria, corporea cùm sit citra opem instrumentorũ præparat ad vitã. Cæterũ qualitatib⁹ corporalibus subseruiẽtibus sua peragit munera p calorẽ cęlestẽ adiuuãtẽ & elementariũ concurrẽtem. Nam secũdum peripateticã sentẽtiam, tres coceduntur virtutes semini. Altera est quæ conuertit, alia verò quæ format, alia quę viuificat. Prima caloris est elementarij, secunda caloris est seminarij siue naturalis. Hic figurat fœtum, medius viuificat, primus pura ab impuris segregat. id qđ opulentius legat qui volet in Alberto Magno. 16. de animalibus. c. 4. En tibi vt qualitates istæ subministrant virtute seminariæ etsi alia instrumẽta defuerint. Quamobrem & virtutẽ seminariã contulit Aris. artifici à quo se abstinuisset, nisi vtcũq; habuisset instrumẽta, quibus prępararet aĩæ congruum domicilium. Qui verò crediderunt philosophi animã esse cæli, huic animæ cælesti similem voluerunt virtutẽ seminariam aut spermaticã. Siquidem anima cæli, nõ seruiẽte instrumento operatur, ita & virtus seminis, cũ quibus facit Aristo. verbis in. 2. de gene. c. 3. semẽ habet intra se spiritũ, qui calor illis vocatur, & natura quæ in eo spiritu est, proportione respondet elemẽto stellarum. Verũ non hoc sapit Arist. qđ isti sapiũt: attamẽ germanus sensus est, vt calor stellarũ viuificus est, ita & calor seminis, etiã si ego nõ assequor qd placuerit

Tres virtutes seminis.

Auerroi,

Auerroi, metaph.7. Côm.31. dicenti operationes seminis esse intellectuales, nisi dicamus virtutem seminariã esse quasi intellectualẽ, & huius vtcũq; referre similitudinẽ. Siquidẽ opera illius referũt intellectum practicũ. Hic enim superat materiæ & naturę qualitatẽ, vt ostendit nobis intellectus artificũ, qui ingeniosis machinamẽtis cogunt grauia sursum ascendere, & ad figuram artificiatorum illa reducũt cõtra propriã naturæ virtutem. Simili modo & virtus seminis terrestria & aquosa sursum, & in latera viuentis trahit, secũdum congruẽtiam machinæ, quæ ad vitam construitur. Vnde virtus hæc seminaria est natura superior, & supra huius conditionem eleuata, vt & intellectus artificis, materiam naturæ superat. & Côm. quod hic dixerat sine nota similitudinis operationes seminis esse intellectuales, exponit in.10. metaph. Côm.18. cuius verba sunt. Et ideo Arist. fecit assimilationem, de istis virtutibus ad virtutes artificiales, & dicit in lib. de animal. (& locus est, quem ipse nõ indicat.2. de gene. anima. c.3.) ꝙ istæ virtutes diuinæ sunt, cùm habeãt potentiam dandi vitã, & sunt similes virtutibus, quæ dicuntur intelligentiæ: quia adducunt ad finem, & quia ista semina non faciunt hoc, nisi per calorem, qui est in eis, & calor ignis non facit nisi calefactionẽ aut desiccationem, non figuram, neq; formã animatã. Et dicit Aris. in lib. de animali. ꝙ iste calor non est ignis, neque igneus: ignis. n. corrumpit animalia nõ generat, iste aũt calor generat, & ideo videtur similis calori artificiali, quem ars mensurat (ad aliquã operationẽ subaudi, idest, adcoquẽdum carnes & id genus) & iste calor habet formam qua conseruatur in sua mensura, & ista forma non est anima in actu, sed in potẽtia: & est quã Aristo. assimilat arti & intellectui: & ideo vocat calorem istum calorem animæ nõ animatum, & iste calor est seminibus, & fit ab habente semen & à sole: vnde Aristo. dicit, ꝙ homo generatur ex homine & sole: & factus est ille callor, scilicet, seminarius ex terra & aqua, ex calore solis admixto cum calore aliarum stellarum. Hæc Cõmentator. Vnde nullus cõcipiat falsum intellectum credens in semine nõ esse calorem elementarium, id quod supra negatũ est, sed ex his verbis solùm habeto in semine non latitare calorem summum, quem hic vocat igneũ, qui animalia corrũpit. Est autem necessarius calor tẽperatus, quem hic subintelligit Cõmentator per calorem artificialem, qui semper mensuram habet, & temperamẽtum, vt in decoctiõe carniũ, quilibet experitur: & hoc significãt verba, quæ intulimus, calor seminis est ex terra & aqua: habet. n. à terra siccitatem, & est similis in humore aquæ: alioquin cùm semen sit corpus mixtum necessariũ est, vt omniũ elemẽtorum cõplexiones, aut qualitates habeat. Colligamus ergo hęc omnia & referamus nos in priora. Semen etiam si in vltimo statu, qui est in matrice, aut in terra, si sit sermo de semine plãtarum, nusquã animam habet actu, quanq̃ vltimus status eius proximus est, vt ex eo viuẽs generetur. Porrò autem, verba Arist. in hoc textu. *Sed sicut oculus est pupilla & visus &c.* Nõnihil obnubilabunt animũ lectoris recolentis Aristo. dixisse.7. metaphy. tex. Cõmenti.59. ferre ad finem. syllaba, ba, nõ est, b, &, a, Iam ergo nec animal erit corpus & anima, neq; oculus erit visus & pupilla. Rursum.5. metaphy. tex. Cõmenti.19. sex nõ est bis tria nec ter duo: iam verò si hæc vera sunt, totũ, non est suæ partes. Itẽq; hoc Arist. physi. 1. tex. Cõm.4. in eodem sermone persistit, & ratio colligens hæc est, vnũ & multa opponuntur metaphy. 5. tex. 11. igitur animal cùm vnum sit per se, non erit multa, quę sunt anima & corpus, quæ cùm sint substantiæ duę, altera forma, altera materia, multa sunt. Ad hęc vnica est responsio, animal vt vnum, formaliter & per se si sermo sit, non est anima & corpus, nec ad hũc modum intellexit Arist. nisi ꝙ substantia animalis est substantia animæ, & substantia corporis. Cætera plana sunt.

Virtus seminis natura superior.

In semine nõ latitat calor summus.

Collisio in Aristo.

Conciliatur Aristo. ipse sibi.

Text. 11.

¶ Quod igitur non sit anima separabilis à corpore, aut partes quædam ipsius si partibilis natura est, nõ immanifestum est. quarundã enim actus partium est ipsarum. At vero secundum quasdã nihil

prohibet: propterea, ꝙ nullius corporis sunt actus. Amplius autem immanifestũ, si sic corporis actus, anima, sicut nauta nauis. Figura igitur sic determinatum & descriptum sit de anima.

¶ Hoc tanquam corollarium ad priora subiecit Arist. nam si anima est actus corporis organici & perfectio substantialis ipsius corporis, necessariũ est, ꝙ vel ipsa anima non sit separabilis à corpore, vel aliqua potẽtia ipsius, quã hic vocat partem id quod perspicuũ est in viribus animæ sensitiuæ & vegetatiuæ, quæ extra proprium perfectibile non extãt, idest, corpus organicum. Quòd verò Aristote. subdit: at verò secundum quasdam nihil prohibet, propterea ꝙ nullius corporis sunt actus, in animam rationalem retulit Philoponus, cuius substãtiam credit non esse endelechiam, aut perfectionem substãtialem corporis sed accidẽtariam, vt nauta naui est extrinseca pfectio, quã ob causam supra dixerat, initio capitis huius definitionem præscriptam animæ communem nõ esse omni aĩæ: nam quãtùm ex sermone autoris huius accipere licèt, perfectio substãtialis corporis extra corpus inueniri non potest. Quare si anima intellectiua est perfectio huiusmodi corporis à corpore vt separabitur? Et augeo verba hæc, nam si perfectio est anima intellectiua, alicui⁹ perfectio est, non aũt nisi perfecti: à perfecto ergo inseparabilis est, si substãtialiter perfectio est. Rursum. 12. meta. tex. 16. & 17. formæ quæ sunt naturales perfectiones, cũ materia simul sunt, nec hac priores tempore neq; posteriores. Age igitur, si anima intellectiua est perfectio naturalis corporis, secundum naturam suam à corpore discludi non potest. Rursum nihil discluditur à substantia propria sua: si aĩa substantialis est perfectio corporis, fieri non potest vt ipsa per se sit sine corporis consortio. Veruntamen neq; philosophus, neq; theologus hãc recipiẽt sententiam. Theologus illam damnat, quia legit Clementinam de summa Trinitate & fide catholica cap. vnico quę damnat expresse sentẽtiam Platonicã, animam iungi corpori non per se & essentialiter, sed vt gubernator nauis, est accidentalis quædam perfectio nauis. Et tradit vt catholicam sententiam, animam esse per se hominis formam, & substantialiter homini copulari: & est consensio theologorũ catholicorum. Qui verò rationem naturalem sectãtur, vtiq; credo inuehẽtur aduersus Philoponũ: nã aĩa rationalis si copulatur per accidẽs corpori humano: iã ergo homo non significat vnũ per se, & essentialiter, sed vnum per accidẽs: neq; propria vnitate per accidens, sed impropria, quę est vnitas nautę & nauis. Rursum aut intelligere operatio est homini substãtialis, aut nõ. Si secundum dixeris, Aristoteli contradices, qui actionem intelligendi vult esse hominis & non animæ intellectiuæ solius. primo de anima text. 64. & tam operatio substantialis est intelligere homini, quã vegetari est plantę: nam cùm essentia humana habeat potẽtiã & operationẽ, nulla alia ita est illi ꝓpria & intrinseca operatio, vt est intelligere cum phãtasmate. Nam anima intellectiua per se, id est, solitariè non sic intelligit, vt liquidum est: ergo si operatio intelligẽdi est homini intrinseca & substãtialis, anima intellectiua erit simpliciter & substãtialiter hominis forma, & nõ secũdum quid, vt Philopono placuit: secũdum operationes solũ sentiẽdi & viuẽdi, quin secundũ oẽm rationem est forma anima rationalis hominis: quippe, magis intranea homini est intelligẽdi actio, vt homo est, ꝗ actio nutriendi. Quòd si aĩa, vt nutrit, est homini intranea: multò vehemẽtius est anima, vt intelligens. Philoponus Platonicam sectam spirãs hoc negat, quod tamen nos, vt peripateticũ exponimus, ꝙ anima est forma substantialis corporis concidimus. Plato verò in Alcibiade dixit intellectũ non esse substantialem formam hominis: sed esse vt nautam ad nauim collatũ. Et quãtum ad intellectũ attinet multis est in confesso Aristotelẽ cum Platone amicam habere ambobus sententiam, intellectum non esse endelechiam substãtialem hominis. vt Theophrastus, Alexander, & Auerroes, quos in librum. 3. mittimus. D. quoq; Gregorius

An anima ratio. sit perfectio substãtialis.

Argu. 1.

Argu. 2.

Argu. 3.

Conclusio catholicorũ

Argumenta in diuersum.

rius Nissenus libro. 1. de homine. cap. 1. ita censuit secundum Aristotelem, intellectum non esse humanæ naturæ substantiam, neq; ad hanc pertinens sed solum, vt perfectio quædam accidentaria: qua philosophi potiuntur, & vtuntur solum.

¶Nos verò credimus secundum viam peripateticam animã intellectiuam esse perfectionem substãtialem hominis: vt quæuis alia anima est corporis endelechia substantialis. Neq; te moretur, ꝙ plurimum. D. Gregorius Nissenus inuehatur in Arist. lib. 2. de anima cap. 5. & inuectiuæ causa est, quòd Aristo. dixerit animam endelechiam. Quem corrigens ait, animam nõ esse endelechiam, sed autotelim, id est, perfectã in seipsam. & collectio contra Aristotelem est: nam cùm duplex sit apud hunc philosophum endelechia: & prima, vt scientia, & secunda vt consideratio, anima est prima perfectio corporis. Iã ergo quærit Gregorius cuius hæc est vt est prima perfectio, siue anima? quid est illud quod illam excipit, num materia prima? At verò materia prima non est corpus: anima verò est prima perfectio corporis: si corpus illam suscipit, ergo ante animã est corpus actu viuere potẽs, ergo ante animam corpus est potestatem habens vitæ. Anima ergo non est prima vitæ potestas. Sunt & alia, quæ inibi colligit, sed exilia & minimi pretij argumenta callẽti peripateticũ sensum. Dico igitur D. Grego. animam esse primam endelechiam, & quo istam suscipit est corpus organicum, & physicum: hoc tamen corpus non est priùs, quam anima tempore. Nam citra animã nullum corpus organicum, nisi æquiuocè: quia oculus mortuus, nõ est oculus: nisi dispari ratione quamviuus: dũtaxat est ordo prioris secundum rationem intelligendi. corpus enim organicum, vt habet esse corporis ab anima, est posterius anima. vt autẽ ipsum cogitas, vt subiectum animæ, est prius anima: nullũ ergo corpus viuere potest citra animã, nisi in potentia remotiuscula, vt semen. Negandum igitur. D. Gregori. corpus aliquod physicũ & organicum actu esse potẽs viuere sine anima. Quare est ipsa perfectio vitalis. Gregorius autem quia audiuit animam esse perfectionem vitę, putauit animam non esse vitam: & longe diuersum est. Hæc non eò diximus, quò nõ reuereamur autorem, qui dignus est quem suspiciamus: quia in catalogo diuorum est: at tractantibus nobis physicas speculatiões à dogmate physico sanctorum discedere non est crimen, præsertim si ea sit dogmatis conditio quæ religionem non spectat, quale hoc quod in præsentia agimus. Est ergo aĩa rationalis perfectio substãtialis. Quod si de religione sermo ageretur, magis staretur in dogmate isto Arist. cuius doctrinã, quã prædiximus, calculo apostolicæ sedis probatam legimus, animam esse corporis formam, quod si forma est, endelechia est, quàm hoc neganti, vt Diuus Gregorius negat. Excusat Diuum hunc suo seculo Clementina nondum edita, cuius Clementinæ decretum celebrat Leo papa in cõcilio Laterañsi. 3. sessione octaua, hæreticam assertionem decernens, animam nõ esse formam. Obstat autem minimè animam rationalem esse spiritualem, vt cogitetur secundum substãtiam suam minimè corpori posse coniungi: id quod Diuus Thomas aduersus Auerroẽ in. 2. contra gentes cap. 70. hoc argumento probat: anima enim cæli etsi spiritualis sit, iungitur tamen suo orbi immediatè: ergo anima humana etsi spiritualis sit, sine interuentu medij copulabitur corpori humano, id est, ipsa per substantiam suam erit forma. At verò ratio hæc postulat, vt concedatur cælos esse verè & propriè animatos: quod tamen (vt supra ostendimus) incerta res est, & Diuo Thomæ etiam incerta, si non in secundo contra gẽtes indicato, certè in prima parte summę theologicę, quęst. 70. ar. 3. Quo loco fatetur cælos æquiuocè esse animatos. Quamobrem cùm homo sit vniuocè animatus, & eãdem rationem teneat animationis, quam & cætera habent viuentia: quærenda est ratio altera, quæ hoc ostendat. Et præter indicatas rationes, est noua alia ratio: anima intellectiua cũ sit nobilissima aĩarum, est sanè necessarium ipsam comprehendere virtutem animæ plantalis, & brutæ animæ: ipsa ergo & vegetat & nutrit, & sentit & intelligit, vt clarius ostendemus in fine huius

D. Grego. inuehitur ĩ Aristo.

Responsio ad obiecta.

huius capit. Iã ergo plures operationes habet aĩa intellectiua, organicas,& materiales,quã spirituales,necessariò ergo ipsasecundùm substãtiam suam vnietur corpori,vt sit principium vegetandi,sentiendi,& secundùm locum mouẽdi, quæ præstare nequibit sine corporeo instrumento, & cùm substantia animæ intellectiuæ sit indiuisibilis, secũdùm se totam vnietur.Quare & si intelligẽdi operatio organo non egeat corporeo, hoc nõ tollit substantialem vnionem: habet siquidem alias & multas organicas operationes, & adhuc intelligendi operatio,quę in præsenti statu nobis cõtingit, non omnino exuit corpus,quandoquidẽ phãtasmate eget. Quod autem Arist.hoc loco ait,partes quasdã esse separabiles animæ, ipse se docet locus. non enim ait ꝙ anima sit forma accidentalis corporis. Dixerat enim supra animã iungi corpori sine aliquo medio,sed per semetipsam & superuacaneam esse quęstionem quęrentis, quo intercedẽte, anima iungitur corpori. Iam ergo aut anima rationalis iungitur corpori immediatè, aut per medium aliquod: quod Philoponus credit esse operationem intelligẽdi, si primum dederis substãtialis ergo coniunctio est, quandoquidem anima nõ est accidens. Si secundum,iam ergo interueniẽte operatione intelligendi anima & corpus in vnum totum hominem coëunt:quòd tamen Aristo.negat. Quare,vt cæteræ animæ sine medio in gremium materiæ excipiuntur, & sic in vniuersum oẽs formę substãtiales,vt traditio peripatetica ostẽdit supra.8.metaphysi.text. vlti. Aristo. enim repudiat spiritum aliquem esse vehiculum animarum, qui tanquam paranimphus animæ & corporis nuptias celebret,& demum quodcunq; animæ vehiculum, aut delatorium reiicit, siue potentia sit, siue qualitas sit, siue operatio sit. Sed vt sæpe diximus sine medio est coniunctio, & certè citra rationẽ est concedere per operationem animam iungi corpori. Quandoquidem operatio consequens est vnionis animæ & corporis. Aduertas tamẽ,& si anima ipsa in informãda materia nihil medij habeat :tamẽ ante informationẽ eguit præparatoriis quibusdam affectionibus in materia, & post informationem mediis quibusdam mouet corpus suũ:nam partem vnã corporis per aliã mouet.8.physi. tex.7. &.8. & illa quæ mouet per spiritũ mouet, & potẽtiam.Clausula ergo huius sermonis est nõ de anima dixisse Arist.sed de partibus animę,de quibus ait nihil prohibere quasdã partes aĩæ intellectũ, vel volũtatẽ,separabiles esse,id est, non organicas,& hoc sibi volũt verba Arist. *At verò secundũ quasdã nihil prohibet*.Id est,ꝙ separẽtur quædã potentiæ, ꝓpterea quod nullius corporis sunt actus.i. non sunt potẽtiæ organicæ, quãquam ipsa aĩa rationalis forma sit totius corporis: habet tamẽ potentias huiusmodi intellectũ, id est, voluntatem,&c. ¶Argumentis obiectis respõdeo, anima rationalis vt perfectio substantialis corporis,est distinguenda, aut vt actu perficit, aut vt nata est scđm suam naturam perficere. Si vt actu intelligatur perficiens corpus,à corpore seiũgi non potest: vt autem est perfectio secũdum aptitudinem, ita separari potest à corpore, qđ perficiebat.cæteræ aũt formæ nec actu neq; aptitudine possunt nõ perficere corpus.Nulla enim sunt operatione donatæ spirituali, quæ hanc exigat separationem,vt est in anima rationali propter operationem intelligendi. Et hæc solutio argumẽta vniuersa eneruat:ad locum verò Aristo.credentis formam,quę est ratio rei neq; priorem,neq; posteriorẽ re ipsa,verba respondent Aristo.excipiẽtia animã rationalem ab hac conditione formarum. subdit. n. fortassis formas quasdam esse toto dissoluto vetare nihil. ¶ *Amplius autem immanifestum est*. quem locum ferrè de anima rationali intelligunt omnes expositores. De qua,inquit, esse dubium, an vniatur corpori,vt nauta naui, quæ est vnio accidentalis & intrinseca.Cuius dubij occasio erat Platonica sententia id temporis vigẽs, animam intellectiuam nõ esse formam sed motorem corporis humani. Quare vnio erat motoris cum mobili & non formæ cùm materia.& huiusmodi dubium insinuarat iam in capite hoc, verbis illis.Si autẽ aliquid cõmune. &c. figura igitur sic determinatum &descriptum sit de anima, id est, definitio animæ præscripta cũ confusè & generaliter sit

Partes aĩæ separabiles esse quid sit.

Argu.1. dissolutio & aliorum.

sit tradita, & per corpus viuens, quod est eius subiectum, & extra animæ essentiã ideo vtcũq; est descriptio ipsius animæ, potius quàm absoluta eius definitio. ¶Superest modò quod polliciti sumus præstare. Sæpe, nanq; fidẽ nostram obstrinximus lectori nos quęstionẽ illã disserturos de multitudine animarũ in huius. cap. calce.

Quæstio capitis huius plures sermones illustrans, an sit concedenda in vno viuente animarum multitudo.



Væstio hæc de animarum multitudine in eodem, vetusta satis inter Platonem & Arist. & recens rursum. Sunt enim plериq; philosophi, qui pertinaciter defendunt hominẽ esse multarũ animarũ neq; solũ multarum aĩarum, sed & multarum formarum substãtialium, elemẽta quatuor in ipso & in cęteris mixtis perfectis concedentes. Neq; hoc cõtenti, tot rursum formas substantiales dant homini, & alijs viuẽtibus, quot partes organicas Deus cõcessit. Ita Paulus Venetus & alij nonnulli, quos supra retulimus. Sunt autem nõ pauca, quæ istis suffragantur.

Argu. 1. ¶Primum eædẽ operationes nutritionis accretionis, decretionis, quæ in plantis & in nobis: ergo cũ operatio indicet formam, erit in nobis anima vegetatiua eadem ratione, quæ in stirpibus. Itẽ de anima sensitiua.

Argu. 2. ¶Secũdò anima intellectiua est spiritualis, vt ergo ad spiritualem naturã cõsequentur potẽtię, quales sunt potentia nutriẽdi, & generandi, & augẽdi, & potentiæ aliæ sensitiuæ?

Argu. 3. ¶Tertiò si animam rationalem istæ potẽtiæ consequantur post mortẽ: ergo aĩa rationalis istis erit prædita potẽtiis: id qđ patentẽ habet falsitatẽ, essent. n. ociosæ. Et age, si vnica intellectiua est in homine, quando ergo hæc viguerit in homine, vigebit & sensus & vegetatio: id qđ falsum est. Nam senectus habet vigẽtem intellectum, & languescũt vniuersæ aliæ vires, tunc enim viuaces nõ sunt sensus altricisq; operationes: imò tunc decumbere incipiũt.

Argu. 4. ¶Præter hæc, proprietates specificas quælibet species seruat suas, & alteri speciei eas non cõmunicat, ergo anima vegetatiua proprietates alendi, augendi, & generãdi alteri non cõmunicabit: vt ergo anima intellectiua consequetur proprietates has? itidẽ de sensitiua.

¶Sub hæc quoq;, anima intellectiua nõ potest subire vicẽ aliarũ animarum, vt ea quæ diuersa sunt specie nõ se supplẽt: vt sol non supplet lunæ vicem, neq; luna solis, neq; albedo nigredinis, aut contra. Argu. 5.

¶Præterea anima vegetatiua & similiter sensitiua educũtur de potentia materiæ: anima intellectiua de foris venit. 2. de genera. c. 3. nõ ergo possunt esse vna anima. Argu. 6.

¶Adde animã sensitiuam habere actus repugnãtes cum anima intellectiua: vt, Paulus ad Gala. 6. caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. & item. Aristo. dicet hoc infra. 3. de anima tex. 53. ergo sunt diuersæ animæ: alioqui idẽ secũ pugnaret. Argu. 7.

¶Et Aristo. 2. de gene. cap. 3. ait hominẽ priùs viuere vita plãtæ, & deinde vita sensuali, & tãdem humanæ vitæ cõpotem esse. Sunt ergo in homine multæ animæ: alioquin cũ animæ vegetatiua & sensitiua sint corruptiõi obnoxiæ, & intellectiua corruptionis labẽ sentire nõ poterit: idẽ esset corruptibile & incorruptibile qđ Arist. vbiq; negat. Et naturale exẽplũ robustiores reddit probationes has: radius enim solis, & radius stellarum, & radius ignis conueniunt in illuminando aẽre: tres sanè sunt radij, sed vna est illuminatio ergo etsi in homine sint aĩæ tres, vna erit vita, & vnum viuens. Et quãq; in regno multi sint reipublicæ administratores, vnum attamen est regnũ, quia vnus princeps est qui inferiores moderatur, & legibus suis vniuersa sui imperij continet. Homo ergo instar regni vnius (nã minor mundus est) etsi habeat aĩas plures, est vna intellectiua, quæ cunctis pręsidet, & cæteras regit suo arbitrio, vt ea quę tenet principatum: vt & Plato dixit in simposio, sensus esse vt equos, animamq; illis præsidere, vt aurigam. Ergo cum animarum multitudine erit vnitas humanæ naturæ. Hæc autem opinio nõ habet cum Platone integram consensionem, neq; dissensionẽ. Plato etenim plures aĩas homini cõcessit, vt Arist. ipsum indicat. 1. de anima in fine: at verò dissensio est ꝙ Plato, si Aristote. est audiendus Argu. 8.

in re

in re hac, illas loco disclusit, sed id quod placiti Pythagorei nonnulli credũt Pytagorã tradidisse tot animas, quot operationes cernebat viuẽtibus loco disclusas: vt ratio capiti, ira cordi, concupiscẽtia alimẽtorum epati, generatio testiculis, visio oculo &c. totidem numerat animas. ¶Verùm nostrates philosophi animas tres tantũ homini permittũt, nõ tamen loco disclusas, vt Plato. & Pythagoras, sed in eodem subiecto. Cõtra quam tamen sententiã, est Aristote. in hoc cap. anima & materia nõ per medium vniuntur: verũ si anima intellectiua vnitur materiæ iam formatæ, per vegetalem & sensibilem: iam ergo eget anima medio, id quod Aristo. hic dãnat. Et rursum Arist. in. 1. de Anima, text. 65. si senex iuuenilẽ haberet oculũ, ita cerneret, atq; iuuenis: verum hoc erit si vna anima intellectiua sit in homine, quæ nunquam marcescat. Quod ergo operatio vidẽdi collabatur, non est ab anima, sed ab organo corporeo, quod senectutis vitio induratur, & animæ rationali congruenter non famulatur. Rursum quam isti philosophi suo principi aduersentur, primus de Anima ostendit tex. 92. quo loco Aristo. euincit plures esse animas loco seiũctas, esse impossibile: quin nullaten⁹ esse plures animas in eodẽ. Equidem istas animas plures quis colligabit, vt vnum constituãt? non corpus: hoc enim continetur ab anima, qua sublata labitur. Si autẽ has tres animas vna altera in vnitate continet, & dixerint animam intellectiuã vnire alias duas: cùm plantalis, & sensualis natura differant, & vna anima alterius non sit subiectũ: anima enim est actus corporis, non actus animæ: sed hæc vnitas erit tantũ impropria vnitas. Homo verò est vnũ per se, & propriè, & Cõm. Auerroes cõm. 93. primo de Ani. & cõm. 7. eiusdem libri animã dicit vnam esse secundùm subiectum, & plures secũdùm virtutes. Quòd si rationes proferre volumus, sunt sanè multæ, quæ hoc colligãt præter eas quas proferre cepim⁹. Primũ, hęc prædicatio esset per accidens, homo est animal, aut animal viuens. Nam ista prædicata sunt à formis diuersis specie, animal ab anima sensitiua, & viuens ab anima plãtali. Siquidem prædicata, quæ à diuersis trahuntur formis, quando de se mutuò prædicantur, per accidens prædicãtur: vt album, est musicum per accidẽs: quia albedo & musica sunt diuersæ formæ. Neque satis est, si respondeat aliquis, quod istæ formæ sunt vnum ordine: nam forma vegetalis ordinatur ad sensualẽ, & hæc ad intellectualem: quia vnitas ordinis per accidens est vnitas. Adde si iste esset ordo per se, esset vegetatiuũ dispositio necessaria & vltima ad sensitiuum, & hoc ad intellectiuũ: vt summus calor, & summa raritas, ad formam igneã. Id quod falsum est. Subinde vbicũq; esset vegetalis esset sensualis: & vbi hæc intellectualis. Et si rectam sectamur philosophiam, vna forma substantialis nõ potest esse, dispositio ad aliam. Nam vt potentia substantialis, quæ est materia, nõ potest actus esse, ita & actus substãtialis, non potest potentia ad formã substantialẽ: quia actus relatiuè opponuntur & potentia. Et rursum vt hæc prædicatio est per se animal est viuẽs? fortasis dicet aliquis: quia viuens est subiectum sensitiui, hoc tamen non constituit prædicamen per se, nisi quod est subiectum habeat subiecti locũ: vt in hac, numerus est par, vel impar. Mutanda igitur esset prædicatio, cõuertendo sic: viuẽs est animal: qua propositione viuens, quod est subiectum, habet locum subiecti: & prædicatũ sit animal, id quod relatum ad viuens, seu vegetabile, habet vicem formæ. Cæterum hæc nõ est per se, viuẽs est animal: quãdoquidem est indirecta prędicatio. ¶Nonnullum quoq; est Auicenæ argumentum ad colligendam vnitatẽ animæ in homine. 6. naturaliũ suorum, qui credẽs hanc sententiam illam suasit, hoc modo. Vna quæuis operatio, siue sensus, seu imaginationis, seu intellectus, cæteras ad se rapit, & totũ hominẽ, secum conuoluit, cùm hoc non sit propter cõtrarietatẽ: nam forma contraria vincẽs aduersam formã, illam suspendit à suo opere, & aliquando absumit: inter operationes autem vitæ nõ est contrarietas: est ergo indiculum vnã esse animam, quæ si fortem habeat operationem, propter vnitatem formæ, cætera opera vitæ suspenduntur: vt qui altissimam ingressus mentis considerationem ad extasin sæpe rapit corpus, vt quæ

Probatur animæ vnitas.

2. argumen.

3. argumen.

Noua argumenta quę idẽ colligant


2. argumen.

3. argumen.

4. argumen.

quæ corã & in prospectu habet non cernat, neq; acu si hominis carnẽ pũgas, se sensisse testabitur puncturam. Et opportunum Aristotelis est testimoniũ, ꝙ hoc colligat, vt trigonum (inquit) in tetragono: ita vegetatiuum in sensitiuo. & c. 2. de anima tex. 30. In anima igitur intellectiua cæteræ includuntur: superfluũt ergo aliæ in homine, si aĩa rationalis sufficit: vt homo vitæ vniuersa opera exerceat sine alterius formæ additione.

¶Quòd verò quidam huic exemplo insidiantur, non esse commodum exempli incõmoditatem colligentes: nã in quadrangulo etiam actu esse posse triangulos, vt in hac figura: ergo cũ aĩa intellectiua possunt esse aliæ animæ. Re vera insidiæ calũniosę sunt istæ: nã Arist. accepit figurã quadrati nudæ nõ cum diametro.



Manichæa hæresis. ¶Atqui illa animarum multitudo nõ solum Pythagoræ & Platoni arrisit, quin etiam Manichæi hæretici (vt opinionẽ quæ in suã rem erat) receperunt tradẽte August. 10. super genesim ad literã. c. 14. cernentes enim carnem sine anima non esse, quæ concupiscere valeret, animam sensualem induxerunt malo natam principio, quæ calcitraret aduersus spiritualem animam, id est, in intellectiuam optimo Deo (vt ferebant) natã: neq; pugnam intestinã aliter potuerũt intelligere, nisi duabus animabus in homine considentibus, vt ita quasi duello quodam conflictatio carnis & spiritus ageretur. ¶Et Præter hæc August. reiicit Didymi sententiam, qui credidit duas animas esse homini, alteram quę spiritus seu spiritualis: alia verò animalis in libro de ecclesiasticis dogmatibus, & docet vnam esse animam, quæ viuificat: quæ est animalis: & ipsa anima est quæ spiritus est. c. 20. illius libri, si liber nõ est August. sed Gennadij nihil mihi curæ est scribenti philosophiam, satis est & abundat hunc librum esse receptum apud patres: etsi Magister Sẽten. hæsitet in autore. 2. lib. Senten. distin. 18. ad finem. quid quod idẽ tradidit contra Didymũ in lib. de fide & Symbolo & 10. super Genesim. c. 12. ait, non solũ anima intellectiua præbet carni animalem vitam, verũ etiam secũdum ipsam caro aliquid concupiscit: & tanquã assertionem errore plenã damnet, dãnat multitudinẽ animarũ lib. de eccle. dog. c. 15. & errorẽ hũc cuidam Iacobo adscripsit, & quibusdam Assyriis. Et Damascenus nobiscũ philosophatur. 2. lib. de fide. c. 13. animã rationalem inquiens organico cõtineri corpore, & ei esse vitæ & augmentationis & generatiõis & sensus tributiuam, id quod dubio procul crediderim esse peripateticã traditionẽ. Coaceruat aũt D. Tho. huic sententiæ persuadendæ rationes aliquot ad quas lectitandas, quia egregiæ sunt in. 2. contra gẽtes, te remittim⁹. c. 58. & in. 1. par. q. 76. art. 3. & in summam de homine Alberti Magni. art. 3. q. 1. qui vt & insignis peripateticus calculo suo hãc itidẽ sentẽtiam probat cũ Alex. Alense parte. 2. q. 32. Et multi ex recẽtioribus theologis iunctis vmbonibus (qđ aiunt) rem istam defendũt, vnam tãtum animam homini esse tributam, & nõ plures: etsi Okam quodli. 2. q. 3. displiceat hęc vnitas, & quibusdam aliis abhorrentibus à vero dogmate peripatetico, quo docemur secũdum numerum mobilium motores inuestigare. 12. metaphy. tex. 43. & infra. ergo si vnũ corpus est physicum vnã habet formã substantialẽ: corpus. n. est ceu mobile, & aĩal ceu motor cõiunctus corporis. Et Cõmenta. Auerroes in opusculo de substãtia orbis si audiatur c. 1. vnũ subiectum clamat nõ habere nisi vnam formam substãtialem, & fieri non posse, quod habet vnam formam. s. substantialẽ, habere aliam, nisi prior destruatur: ergo multæ aĩæ, aut multæ formæ, non sunt in cõposito vno. Quod si sciscitaris, cur multas accidentarias formas in eodẽ admittimus, vt albedinẽ & dulcedinem, in lacte: & duas substãtiales tanta contentione negamus, vtique promptum est discrimen: nam à forma accidentaria vnitas rei & esse eius simpliciter non capitur: idcirco nihil detrimenti recipit philosophia si dixeris vnã rem simpliciter, vt lac, esse plura secũdùm accidens, id est, esse lac album, & esse dulce. Porrò si credis in homine multas esse aĩas, asseris hominẽ, qui est vnus simpliciter, esse plura simpliciter, quod cum intellectu pugnat. ¶Primum argumentũ non habet operosam solutionem. Est sanè in *1. arg. solutio*

nè in homine, atque bruto anima vegetatiua,& sensitiua eiusdem rationis dialecticæ,non tamen phisicæ: quia operationes longè nobiliores habet sensitiua in homine, quàm in brutis, vt posterior sermo indicabit. Item vegetatiua delicatiori nutrimēto, & subtiliori vtitur in animalibus,quàm in plātis:& ideo, si ex operationibus væriis hominis animā sensitiuam, has inuenies in hominem sublimiores.quā in brutis vniuersis:& hoc ideo ꝙ anima intellectiua ipsa est, quæ sensitiua & vegetalis: & ideo quæ præstant aliæ animæ,ipsa præstat & digniori modo,ideoq; homo est perfectius animal, & perfectius viuens brutis & plantis: & cùm sit mentalis anima,siue intellectiua optima animarū,sortita est optimum corporum. Corporū enim nullum temperarura maiori gaudet, quā humanum:vt ipsa anima,quæ est ordine spiritualiū infima,attingatur à supremo corporum,quale humanum, secundū regulam Dionysij infimorum supremum attingit supremorū infimū. ¶Secundò argumento sic respōde,anima intellectiua est planè spiritualis,sed ad ipsam consequuntur potentiæ corporeæ: & quid mirum si ad ipsam consequitur esse corporeum,& esse quantum atq; diuisibile, vt iam ostendimus, enarrando à cap. hoc. Nā etsi spiritualis sit,est tamen actus corporis physici & organici,& virtute continet vim aliarum formarum. ¶Tertiò argumēto, post mortem & obitum corporis,istæ potentiæ, vt vis videndi,audiendi,&c. non manent formaliter: nam destructo corpore,destruūtur potētiæ corporales,& Aristo.ait, quasdā partes esse separabiles (intellectum & voluntatem subindicans) alias verò inseparabiles à corpore, cæteras omnes, animę vires palàm ostendens,consentiētibus interpretibus.Ideo ego non tantùm audeo,vt dicam temerè potentias vegetādi &c. defuncto corpore, esse superstites:etsi quidam illud non vereantur concedere: tamen fundamētaliter,& tanquam in primo fonte & origine manent. i.quia anima superuiuit defuncto corpore,ipsa in virtute habet suas potētias potestate sanè nō actu,vt lux solis,virtute habet colores, non actu:sed cùm nacta fuerit lux

2.arg.solu.

3.arg.solutio

dispositum subiectum, varios ingenerat colores, vt in nube iridis coloribus fulgere experimur. ¶Quartò responde, viget intellectus,quando cæterę potentiæ iam labefactantur: quia intellectus est animæ potentia,quæ nō est actus corporis.Cæterū aliæ sunt actus corporis, ideo senescente corpore corporeæ vires infirmantur. ¶Quintò argumen.responde,& si concedamus in quibusdam speciebus illud ita esse, vt vult argumentnm, non consequitur vniuersas species eādem subire legē: attamē hoc nō egemus,quādo est in aperto argumēti solutio.Anima intellectiua,vt sensitiua est,habet proprietates sensitiuę.Intellectiua etenim vt intellectiua,intelligens est: non tamen habet opera alterius animæ, hac ratione: sed quatenus est sensitiua, aut vt plantalis, ita auget & nutrit.

4.argu.solu.

5.arg.solutio

¶Argumēto.6. Anima sensitiua aliquid sibi accipit, quod nulla alia forma supplere potest:ipsa enim brutū constituit, vt anima plātalis plantæ, speciē cōfert. Hæc ergo nō potest sufficere intellectualis anima, vt neq; sol subit vicem lunæ, neq; luna solis: sed quātum ad operationes,quę sunt vegetare,sentire,potest anima intellectiua reliquarū animarum locum in homine tenere: vt quod lunæ est illuminare,sol quàm luna vberi⁹ donat, & visibilem plus se ostētat albedo nigredine. ¶Septimo argumento respōdetur, anima sensitiua hominis, atq; vegetatiua,vt Albertus tradidit loco demonstrato,non educuntur de potentia materiæ, nisi in plantis,atq; in brutis:tamē in homine,quia intellectiua est, ipsa sensitiua atq; plantalis non educuntur de potentia materiæ propter eminentem dignitatem intellectus.Huic autē solutioni scio insultaturū. Vt ergo homo(dices) generat hominem, si nullā animam prolis generat pater? Neq; enim sensitiuam,neq; plātalem, neq; intellectiuam. Vbi ergo solenne verbum.2. physicorum.text.26. sol & homo generat hominem? & illud libri secundi de generatione animalium cap.4.mas est,qui fœtui animam sensitiuam,fœmina autē corpus tribuit. Quin etiam hominis generatiua facultas esset vilior, quam in brutis: bruta siquidem animant suas proles, & plāta itidem sua animat

Argu.6.responsio.

7.argu.sol.

animat virgulta. Hoc quale quale argumētum in varia distraxit autorum ingenia, imò præcipitio dedit. Albertus minor exoluit argumentū, Homo & brutum, inquit, non sunt agentia principalia in generandis filiis: sed Deus est, qui autor est animarum: ipsa verò fundunt semē quod est tanquam materia disposita in animæ productionem disponens. Quare sunt tantum hæc ministrantia semina, & nō autores vitę. Et nulla est differētia hominis & bruti in generanda sobole: quia nullus est qui animat, nisi solus Deus. Hæc autē solutio offendit Aristo. 2. de generatione anima. cap. 3. & 4. semini virili hoc tribuentē, animam tribuere fœtui: neq; inuenit quo semen viri, & fœminæ mēstruus sanguis differat, excepto hoc. ¶Præterea si hic Albertus placet iam anima bruti crearetur, vt anima humana, & vtraq; esset ab extrinseco agēte: id quod Aris. diffitetur. 2. de generatione animalium cap. 3. & alia multa in hūc autorem cōgeres si paululum apud te cogitaueris, quam inanis sit solutio. Gregorius Arimineus distin. 16. & 17. 2. q. 2. contendit argumentum diluere primò, animam vegetalem in primis generari ab homine, & hac destructa successorem habere sensitiuam, qua submota, à Deo infundi intellectiuam. ¶Istud autem sanæ philosophiæ quam aduersetur, mox ostendemus. Rursum ait brutū esse secundum quid nobilius homine, in generādo: brutum enim generat animā bruti, id quod non valet homo, humanā generare animam. Itidem de plāta. & latiùs se dilatat Gregorius vt angelis etiā bruta secundum quid præferat: quia angeli non generant brutis generantibus Tamē simpliciter est honoratior homo, qui dotatus est operatiōe honorabilissima intelligendi: sed si hoc ita habet, vt ipse scripsit, qua ratione homò est verus hominis pater, ita verus, vt brutū bruti. Neq; facimus satis Arist. verbo sol & hō generāt hominē, si sic soluimus argumētum vt Gregorius soluit. Quare dicamus tanta est virtus in semine humano ad generandum hominem quanta est in semine aliorum viuētium, habetq; potentiā generatiuā: alioqui vt humana species æterna successione in columis perseueraret, nisi semini hæc esset facultas producendi hominem similem homini generāti? Atqui forma ratiōalis cùm sit spiritualis, per virtutē humani seminis educi non potest de potentia materiæ seminarię. Cæterū seminaria hominis virtus, præparat materiam animæ producēdæ, seu creandæ à Deo. Et quanquam aliud non præstet, satis est, si hoc præstiterit: vltimam, inquam, dispositionem materiæ cōferre, qua idonea sit tantæ formæ. Et maioris præcij est, in tantam & tam dignissimam formam præparare materiam, quam animam bruti, aut plantam producere. Porrò quod semen agit virtute seminātis hominis, exequitur. Quare homo hominē generat, non generādo aīam, quā neq; Arist. illi generandā concessit, sed solum mari dedit. 2. de generatio. animalium, animā sensitiuam generare. Anima autem sensitiua cū sit eadē in homine, quę intellectiua, nullā animā generat homo, quādo proli dat operam. At verò adhuc verum est, homo verè generat hominē: etenim generatio totius est, nō partis. 7. meta. tex. 27. Quare generans pater, autor est humani seminis, qđ est causa coniunctionis animæ cum corpore: sublato .n. semine nunq̄ esset animæ ratiōalis cū corpore coniūctio. Deus etenim nunquā non in præparato semine aīam infundit. Homo ergo simul atq; Dominus Deus in generādo homine cōueniūt: Deus sanè infundēdo, homo verò sua vi generatiuę infusioni necessariā & idoneam materiā præparādo, & producendo. Et quia tota proles similiter enascitur homini & nō Deo, verus est pater homo hominis: à Deo verò est omnis paternitas in cælo & in terra. Quòd si adhuc quærēdo persistit aliquis, pater non confert materiā proli, quia materia non generatur, neq; animā rationalē, cur ergo generat? Responsio est, patris semen non esse materiā prolis, quia pater corpus non præstat, sed matris mēstrua hoc præstant. Aristo. autore. 2. de genera. animaliū. c. 4. & parētum nullus materiam primam generat, sed materiā secundam, quæ est semen: mater proli cōfert, patris verò semē matris menstrua excoquit & alterat format, & pręparat: vt, sint animę capacia, & vt iungātur anima & corpus. Nam

Alberti minor. solutio.

Grego. Ariminens. solutio.

Quæstio.

Nam quod animã prolis non educat pater ex materię potentia, nõ est dandũ vitio vi seminariæ paternæq; virtuti: sed celsitudini est adscribẽdum formæ: quæ meliorẽ autorẽ desiderat homine. Quòd si formę rationalis spiritualitas non obsisteret, nobiliorem animam vis seminis humani produceret, quàm viuẽtium omnium semina. Concurrit igitur homo cùm Deo in producenda anima rationali, modo quo potest, præparando: videlicet, vt diximus: neq; sol aliũ concursum habet. Item formatio membrorum fętus similium homini, vel patri, vel matri, parentes egisse prolis generationẽ testimonium est. ¶Argumento. 8. dico id quod hactenus dixi, in homine, neq; sensitiua, aut plantalis anima educũtur de potentia materię: sed sunt item de foris, quia illa sunt vna anima intellectiua. Neque scitè dixisset aliquis, anima, vt intellectiua, est à Deo: vt autẽ sensitiua est, aut vegetalis, est ab homine: quia ita anima rationalis ex parte crearetur, & ex parte generaretur, quod est absurdũ. Quare cõmodiùs philosophabitur, qui dixerit totam animam, & secundùm omnem rationem à Deo infundi: etenim sensitiuũ & vegetabile in homine, non sunt animæ, sed animę rationalis potentię: vegetabile, namq; aut sensibile (Auicena autore) iam vt genus considerantur, iam vt species, iã verò vt partes potestatiuæ: vt genus, ita vegetabile est quoddã vniuersale ad omnia viuentia sub cęli globo: vt species autem, pro plãta vsurpatur: vt pars verò ita vegetabile est potentia sensibilis: & hęc duo potentiæ animæ rationalis. Vnde videas vegetabile secũdùm aliquam rationem esse prius rationali, & secundùm aliã posterius, etenim vt genus est: antecedit rationale, vt autem est, potentia animæ rationalis sequitur.

Ad argu.8.

Hæc aduertas.

Vegetabile multiphariã capitur.

¶Nonò argumentò dicendũ, & si sensus appetat sensualia, & mens hæc respuat, non sunt cõtrariæ operationes istæ: nam semper diuersam rationẽ reperias. Mens vt turpe fugit fornicationem: concupiscentia, vt delectabile amat: non ergo cõtrarietas est, quia non secũdùm idem est fuga, & desiderium. Quod verò Paulus dixit ad Roma. 7. inuenio aliam legẽ repugnãtem legi mentis meę, per repugnãtiam non intellexit contrarietatem, sed concupiscẽtiam sensus, visibilia hæc admirari, in eaq; ferri summo impetu: hæc lex eius est ad modũ Pauli. At verò mẽs illustrata maximè Dei gratia, hæc nõ admiratur, sed spernit & effrenem lasciuiẽtis appetitus petulantiam infrenat, quia ergo sub diuersis rationibus ferũtur mẽtis appetentia & cõcupiscentia, hęc propriè non sunt contrariæ appetentiæ.

Ad 9. argu.

ad. Roma. 7.

¶Decimò argumento responsio fit, verba illa non esse subaudiẽda, vt quidam, vitioso intellectu, vt credamus ex humano semine primùm animã plantę educi, dein anima sensitiua, postremò intellectiua, Deo autore donari. Istud .n. quis ferat, primũ ex semine hominis plãtam, dein brutum, postremò hominẽ fieri? id quod cogetur fateri, qui ita voluerit intellectum, Aristotelem. Nam anima plãtæ sola reddit plantam, & anima sensitiua brutũ: & peior hæc esset metamorphosis quam Ouidiana, hominem transferre de planta in brutum, & de bruto in hominem transformare. Quid quod (vt diximus) anima vegetatiua non est vltima dispositio in animam sensitiuam, neque hæc in animam intellectualem.

10. argu. est solutio.

¶Scio respondebit aliquis, non esse brutum, aut plãtam, humanum fætum ante animam intellectiuã, neq; in specie esse: quia in via est ad formam venturam: sed mirabilis esset respõsio indiuiduum esse aliquid per se subsistens, nullius pars: & sub nulla esse specie, vt est illud, quod fit ex semine humano, & plãtali anima, aut sensuali; ante quam accedat vltima forma. Quamobrem aduertamus diligẽtissimè Cõmen. Auerroem. 1. meta. Cõmen. 17. & 2. meta. Cõmẽ. 33. docuisse materiã, primam, primo recipere formas vniuersales, & per has formas alias ad indiuiduas vsq;. Cuius sermonis nõ est sensus ordinem hunc esse secũdùm temporalia interualla, vt iam probatum est, sed solũ ordine intelligendi prius intelligimus materiã esse corpus, quã viuens: & prius viuens, quã animal. Qui ordo rectus est intelligendi, vt supra diximus, animam præstare prius corporeum esse, quàm viuens. Iam ergo nullus credat, Secũdùm temporis successum, prius embrionẽ viuere vita plantæ &c. sed quam primo viuit

uit humana vita viuit: etsi priùs intelligamus esse vegetabile, quã esse sensibile habere: & hoc priùs, quam esse intelligibile, & quanquam hoc mihi sit satis persuasum, angunt tamen me Aristo. verba 2. de genera. anima. cap. qui ait in humano semine primum esse animam plantę, dein tempore procedente, animam sensitiuam: quia non est simul animal atq; homo, non ergo est ordo intelligẽdi sed temporis: aduerto tñ, vt soluam me ab anxietate pri⁹ manifestari in embrione opera plantalis animæ & sensitiuæ, dein de tempore procedente, & tandem intelligentis animæ post longum tempus indicatur operatio, transacta infantia veluti depulsis nebulis opera tunc intellectus micãt. etsi hoc intellexissent ex nostratibus multi à lapsib⁹ multis cauerẽt. ¶Vltimo arg. resp. duo prædicata corruptibile, & incorruptibile de nullo predicãtur: sed genere differunt aĩa sensitiua hoĩs & vegetabilis incorruptibilis est, qa sunt vna aĩa intellectiua: aut dicito vegetabile & sensitiuum in homine sunt potẽtiæ non anima intellectiua, ideo corruptibilia sunt. Neq; obstat huic sermoni siquis obiecerit animam incorruptibilẽ habere potẽtias corruptibiles quod impossibile cẽsebitur. Obiectionis tamen huius dilutio est corruptibilitatem non esse à natura ipsius animæ intellectiuæ: etenim potentias, quas habet ex propria natura, vitium corruptelæ sentire non possunt, volũtatem & intellectum. Cæterũ à corpore cui connectuntur illæ aliæ potentiæ vegetabilis & sensibilis in corruptionem labuntur. Exemplum autem radiorũ nihil probat: nam tres radij tria sunt, quæ vnum nõ faciunt nisi per accumulationem: homo vero est vnum per se: cætera nihil colligunt: quia falsò innituntur fundamento, & tandem in huius quæstionis clausula illud animo adiungere libet, quod scripsit Albertus Magnus in libro de origine animæ cap. 4. cuius verba subscribam. Error est contra omnem veritatem naturæ vegetatiuum & sensibile esse duas substantias in animali, neq; vnquam hoc dixit aliquis peripateticorũ, sed quidam philosophiã ignorantes hoc errantes cõfinxerunt. Et ratio huius autoris est, ꝙ formæ priores collatæ ad posteriores se habẽt, vt potẽtiæ ad actũ, vt instrumenta ad motorẽ, vt formæ elemẽtares subseruiũt aĩæ vegetatiuæ, vt instrumẽta operationũ nutritiuæ, &c. ergo vegetatiuũ est instrumẽtum sensitiui ergo nõ est forma substantialis sed potẽtia in animalib⁹. & nõ est, ꝙ glorietur in Auerroe, qui alterius factionis sunt patroni, & exponunt Auerroẽ in. 6. physi. Comm. 59. asserentem partes generati differre specie: nam hic autor. 4. cæli Comm. 41. ait os non differre à carne nisi secundum modum: quia os est magis terrestre, quàm aquosum: caro verò contra. & hæc diuersitas est tantũ secundum accidens, & non absoluta partium organicarũ. Alter locus indicatus de partibus essentiæ verus est: materia videlicet & forma, quæ specie suo modo differunt, etiam si nõ propriè, quia materia est ens in potentia habens speciem non actu, tamen partes integrantes non specie differunt, id est, per formas varias substantiales, sed accidẽte tantũ vt expositum est.

CAP. II.

Posteriorem animæ propriam definitionem inuestigat, animæq; opera propria docet, gradus vitæ distinguit, si potẽtiæ sint hæsitat: de mente verò quid horum sit stilum suspendit.



Voniam autẽ, ex obscuris quidẽ manifestioribus autẽ, fit certum & secundum rationem notius: tentandum est iterum sic aggredi de ipsa. non enim solum ꝙ sit, oportet diffinitiuam rationem ostendere, sicut plures diffinitionum dicunt, sed & causam inesse, & apparere. Nunc autem, vt conclusiones, rationes terminorum sunt vt quid est tetragonismus? æquale altera parte lõgiori orthogonium æquilaterale esse. talis au- Text. 12.

I tem

tem terminus, ratio conclusionis. Dicens autē ꝙ terragonismus est mediæ inuentio, rei causam dicit.

¶Capite proximo primā dederat animę definitionem, iā hoc secundam exquisiturus proponit tritā in sua doctrina propositionem à manifestioribus nobis & obscuris secūdum naturam esse progrediendum in doctrina ad assequēdum ea, quæ secūdum naturā suam sunt manifesta, nobis autem occulta. Diximus multa de hac re in proœmio horū librorum de anima: nunc autē faciemus satis si adnotemus cum Philopono triplicem processum Arist. in doctrina physica obseruasse, in qua notior est effectus, quā causa, & ipsum, quod est, est notius quo ad nos, quàm cur est. Rursum notius item nobis est vniuersale, & quod est magis confusum, quàm speciale, seu particulare. Et tandē nobis notiora sunt, quę sunt cōpositiora, vt totū notius est partibus, quæ tria in hoc opere ostendūtur inuiolatè obseruata. Nam prima animæ definitio notior est nobis, quippe ea significat quod est anima, sed non ostēdit causam, vt hæc secūda, quæ addit principium viuendi, sentiendi, secundum locū mouendi, & intelligēdi. Quare præscripsit priorem, qua absoluta secundam definitionem adiecit: vt, ab effectu ad causam in hoc libro esset decursus. Præter hæc definitio animæ prima est, cōmunis & confusa, quæ generalē animæ donat cognitionem: at secunda definitio proprias cuiuslibet animæ notiones tribuit, vt vegetatiuæ, ꝙ sit principium vitæ: sensitiuæ imperfectorum animalium, ꝙ sit principium sentiendi: perfectorum, ꝙ sit secundum locum mouendi, & hominum intelligendi. Illa prima definitio docebat animam esse endelechiam, sed satis cōfusè. Non enim instituebat nos, vt esset endelechia, vel quantum, aut quid hæc endelechia præstabat. Posterior autem definitio hæc vniuersa, quæ adumbrarat illud nomen, endelechia, distinguit. Meritò igitur illa vniuersalis est definitio: hæc autē specialis, & propria est. Postremò, ad explicandam hanc posteriorem definitionē, à toto orditur ad partes finiens.

Triplicē Aristo. processus.

Ait enim animatū ab inanimato, vita distingui, atq; secerni. Vides vt commodè sibi initium fecit in cap. hoc ab obscuris secūdum naturā & manifestioribus nobis, esse inchoandā physicam doctrinam insinuans. Mathematicæ autē non hanc sequūtur regulam, quæ à causis ostensionē faciunt effectuū: mathematico nanq; notior causa est, quàm effectus est, dialecticus autem ab obscurissimis nobis, doctrinam construit, & illa quæ tormētum ingeniorum sunt, primò libātur ante cæteras scientias, ꝙ in vniuersis sciētiis dialectica sit necessaria. Qua causa dialectica etsi quo ad nos sit obscurissima, & minus nota, quàm quæ aliæ scientiæ tradunt: tamen eius cùm sit necessaria opera cūctis disciplinis, effecit: vt primò tradatur: sed in ea seruatur Arist. regula, à manifestioribus & palpabilioribus occultiora patefacere, etsi dialectica vt sciētia rationalis, ita à prioribus ad posteriora ordinem habet doctrinæ, à nomine & verbo in enuntiationem, ab hac in syllogismum. Physica aūt non item, vt Cōm. hic ait, sed à posterioribus in priora ordine inuerso. Quam ob causam tradita est primo loco definitio posterior, & postremo loco definitio prior. Aristotelicus autem contextus perlucidus. Est enim sensus, ex obscuris & incertis secundum suā naturam exquirere oportet, quæ secundum rationem & naturam propriā sunt manifesta, idest, Methodus hæc obseruāda in re inuiolabili in physicis traditionibus, vt ab effectis, quæ hic obscura vocat, ad causas quas hic manifestabit, secūdum rationem propriam progrediatur, & hoc mollitur initium: quia per animę naturam vestigare contendit. & hic vox hæc, ratio, naturam significat, & rei propriam essentiam vt sæpe alibi: hæc tamē vniuersa sunt ambigua valde, & vt certiora reddantur paululū agamus, aduersum ea. Primum enim diuersum ostēdit ratio, definitionem posteriorē esse notiorem & priorem, quo ad nostrā notitiam: nam si effectus notior est, priorq; quam causæ, hæc definitio principium viuēdi sentiendi &c. est tota per nomina operationum cōstructa ergo notior nobis. Secundum, actus primus, vt exposuimus, aliud nō est, quàm actus, seu forma substantialis.

Argu. 1.

Argu. 2.

stãtialis. Hæc aũt prior est, q̃ quęuis eius operatio, seu ea sit viuere sit sentire, & alia, quæ definitio posterior continet, opera: operatio siquidem accidens est, ꝙ necessario substantiã sequitur. Tertio prius est esse actum primũ corporis physici, q̃ esse principiũ operationum: nam operationem viuẽdi & sentiẽdi nõ exercet, nisi subseruiente corpore. Etenim si doctrinã Platonicam amaremus, verum est quod ait Arist. priorẽ esse definitionẽ posteriorem, & ꝙ causam demonstrabat prioris. Nam Platoni anima est motor corporis: prius ergo est animã esse principiũ motus, q̃ ꝙ sit actus corporis: vt gubernator nauis, priùs habet artem regẽdi nauem, q̃ ꝙ nauem regat. Et Platoni rursum aĩa habet esse antequã corporibus illabatur. Vnde est manifestũ, (secũdum traditionẽ Platonicã) animam primum esse principiũ mouẽdi, corpora, q̃ ꝙ sit adsistens regẽdo corpori. Quemadmodum & intelligentia cælestis, priùs intelligitur esse principiũ motus, q̃ ꝙ sit cælo adsistens. ¶At verò Arist. nõ putat animam esse motorẽ corporis, vt Plato: sed esse rationem substãtialem corporis, quã dixit endelechiam. Quare si anima est actus primus corporis, & viuere sentire sunt actus secũdi, cõficitur priorem definitionem causæ esse, & hãc quæ secũdum tenet locũ, esse effectus. ¶Aggrega istis Arist. immemorem documẽti huius capitis, à ignotioribus, secũdum naturã, & nobis manifestioribus doctrinas ordiẽdas. Namq; primò de visu tradidit, q̃ de tactu: & visus est secundum naturam notior, quam tactus: quippe, dignitate antecellit cæteros sensus. Et agẽs de potentiis facultatis altricis: primũ de generatiua, quæ tamen postrema est, egit, vt suo loco ipse docebit. ¶Diuus Thom. in Cõm. ad hunc locum, credidit definitionem illã, anima est actus, &c. esse definitionem causæ, & quæ ostẽdit, cur sit. hãc autẽ, quæ hoc capite traditur, esse definitionem, quæ demõstrat quod est. & exẽplum Arist. de tretragonismo & orthogonio, nõ esse penitus simile: sed solum hoc nomine simile ꝙ sicut vna definitio tetragonismi aliã ostẽdit: ita & vna definitio animæ aliam, cui suffragantur multa, quæ obiecimus. Iuxta quem demonstratio hoc sanè modo concinnanda est. Omnis forma, quæ actus corporis physici, &c. est principiũ viuẽdi sentiẽdi, &c. sed omnis anima est actus primus: ergo omnis anima est principium. Nanq; prima definitio est principium demonstrationis, propter quid ostendẽs. & 2. definitio est conclusio. Huic tamen placito occinũt Græci & Latini ferè vniuersi cũ Alberto Magno diuersa sentientes, priorẽ definitionẽ esse quod est anima ostendens, posteriorem verò causam prioris demõstrare. Quibus verba Arist. mirum est, q̃ faueant. Nam exordiens caput hoc dicit, ex obscuris secundum naturã, manifestis autẽ nobis, doctrinã physicã esse initiãdam, facilè significans primùm tradidisse definitionem obscuram, planè secũdum naturã: quia erat definitio, quod est, & iam se accingere nouæ definitioni construendæ, quæ secũdum naturæ ordinem erat notior, vt quæ causam ostendebat. Prioris iuuat etiam exẽplum tetragonismi quod produxit Arist. vt ostenderet quod diximus, etsi negocij multi est istud planè intelligere. ¶Laboratum tamen est ab Aegidio Romano in re hac vt rem difficilem aperiret, & sentiẽs primã quã dixit Arist. definitionẽ etiã causæ esse, excogitauit modũ, quo hæc secũda definitio esset potius causæ, q̃ prior. ait ergo vtranq; definitionẽ animæ, esse per causam. Cæterum, quæ prior tradita est, per causam remotam & generalem: hæc aũt posterior per causam propriã. Quare illa prior nõ ostendit, quid est: q̃a remota est. Hæc autem posterior (quia propiùs agit) ostendit quid est. Causæ enim remotæ non ostendunt effectum, nisi negatiuè: non est animal, ergo non respirat. Contrà, non esset ostensio. Multa enim sunt animalia, quæ non respirant, sed in causis propriis est ostẽsio affirmatiua, in q̃bus vt affirmatio affirmationis causa est: ita negatio negationis, vt rationale capacitatis disciplinæ. Iam ergo si colligas, est actus corporis physici, est ergo principiũ sentiẽdi, aut principiũ secũdum locũ progrediendi: non est idonea collectio, quod indicio est priorem definitionem, non esse causæ propriæ. sunt enim animæ quæ actus sunt corporis, & nõ sentiendi principium, vt

Argu. 3.

Conferuntur ambæ animæ definitiones.

Aegidij opinio.

plantalis. Verùm negatiuam construere licebit connexionē, non est actus corporis: ergo non est principiū sentiēdi, &c. ¶Porrò autē, si à secunda definitione reliquā colligere studeat aliquis, affirmatiuè & negatiuè, viam habet sine offendiculo. Est principium vitæ: ergo est actus primus. Non est principium vitæ, ergo non est actus primus. Et huius autoris expositio radicem habet in verbis Commen. qui ait, hanc definitionem, virtute esse plures proprias: licebit enim ex hac definitione omniū animarū definitiones colligere: vt anima plātę est principium viuendi: anima imperfectorum animalium, est principium sentiēdi: anima perfectorum, est principium sentiendi & secūdum locū mouēdi, &c. alioqui esset communis & confusa, vt prior. Sed fortassis me bene haberet Aegidij Commentatio, nisi in limine offenderē quod opponerem illi: hanc item collectionem esse firmam, & affirmatiuam, anima est actus primus ergo est principium viuendi, seu vegetandi. Et si Aegidius diuidit definitionem hanc posteriorem, assumo mihi integram, qualē & Arist. eam tradidit: & tunc colligā. Omnis actus primus corporis physici & organici, est principium viuēdi, aut sentiendi, aut secūdum locū mouendi, aut intelligendi. Quid quod Græci expositores nō causæ remotę, aut propinque dixerūt esse priorē definitionē: sed tātum illā definitionē esse, quod est: & hanc secundam esse, cur est ostendentem. Ita Philoponus & Themistius, quibus ego planè assentio. Quos vt exponā, cū Arist. aduertere oportebit, institutos esse nos ab Arist. ex cap. priori, à partibus philosophādum in totum: quando pars nobis notior est toto. Capio igitur partem nostri corporis notissimam idest visum: hunc definio duplici definitione. Altera est, visus est actus primus oculi: alia est, visus est principium videndi. Iā in quæstionē vertam, vtra harum prior? dicam posteriorem: namq; propterea visus est oculi huius actus, vt sit principiū videndi: & cùm actus sit potentia prior, vt Aristo. vbilibet docet, definitio quæ datur per actum, prior est ea, quæ datur per potētiam. Neq; poteris causam aliā petenti offerre cur oculus habet has tunicas, & humores illos, nisi quia principium est videndi, & ad visionem illa omnia necessaria à natura comparantur. Vt cur serra dēdata est & ferrea, quod habeat incisiuam actionem. Et. 6. topi. tradidit Arist. in hunc modum esse tradendas instrumētorum definitiones per actus. Secūdò aduertamus actū nō simplicē habere cōsiderationē: vno nāq; modo ipsum cōsidera, vt est in exequutione, & hac ratione prior intelligitur potētia, quàm actus: vt causa, quæ est potētia sit prior, quàm operatio, quæ à potentia affecta est. Altero autē modo licebit actum cogitare: vt est secūdum naturæ operātis oculum aut formam quālibet, intentionem. Natura autem construēs oculum prætendebat talem facere, qualē oportebat visioni producendæ. Quare hæc definitio, visus est principiū videndi, est prior secūdum naturæ ordinem, & intentionem, quàm illa altera, visus est actus oculi primus: sed hæc est prior, quo ad nos, quia nobis priùs est manifestus ordo effectus, quàm naturæ. Ideo priùs intelligimus visum videre, & esse actū oculi, quàm quod sit principium videndi. Sane nisi primū experiremur visum videre, & visum esse in oculo, non acciperemus esse principium visionis. In quem quoq; modū iam nobis in hoc cap. philosophādum, animam duplicem habere relationem: alteram, quæ ad corpus, aliam verò ad operationē: hęc autem secunda relatio est causa prioris relationis: ad hoc enim forma est corporis physici & organici, & non alterius artificialis, aut mathematici, quod operationes vitæ nō poterant exequi in corpore alio excepto physico & organico: & secundum differentias animarum sunt diuersa corpora, atq; diuersa organa accomodantur, secundum diuersitatem operationū: & operatio nobilior est aīæ nobilioris, & hæc corporis dignioris. Vnde humanū corpus humorum temperamēto, nulli corpori cedit, & iam supremorū corporum celestium in æqualitate refert similitudinē. Quāobrem definitio hæc, principium viuēdi sentiendi &c. est definitio causæ: quia etiā si operatio in exequutione sit postrema, tamen secūdum naturæ institutum, ipsa prima est. Quare Deus ipse eò intēdebat facere animam, quæ

Reijcit Aegidij Commentatio.


Exponit Philop. & Themist.

Actus multipliciter cōsideratur.

Animæ duplex relatio.


Obscurissimi loci germanissima intelligentia.

quæ esset corporis physici actus, quò illam volebat esse principium viuēdi aut sentiēdi, &c. ¶Et hoc est quod Arist. ait modò, hanc definitionem esse notiorem secundum naturam, idest secundum naturæ processum atq; ordinem: priorē verò esse, quo ad nos. Primū.n. experimur animā esse vitā corporis, q̄ intelligamus esse principium viuēdi, &c. est ergo hæc demōstratio per causam primā, propriā, atq; finalem. Omne principium formale viuendi aut sentiēdi, &c. est actus corporis physici & organici in potentia vitam habētis: omnis igitur anima est huiusmodi. Si autem prior definitio sumatur in demōstrationis medium, esset definitio à posteriori per effectū. Argumenta, quæ obiecimus, ruunt vniuersa, si hæc intellexeris. *Notanda.* ¶Argumēto tamen postremo quod cū Arist. pugnabat respondetur, nōnunquā in philosophia hæc duo, quę aliàs opposita & diuersa conueniūt, certum secūdum naturam & certum, secundum nos, vt sensus visus est certior tactu, & aliis sensibus secundum suā naturam, & itidem quo ad nos: sensus verò tactus dubius sensus, nam cæteri sensus vnam oppositionem obiecti habent, vt visus album, nigrū, &c. ille verò multas: calidum, frigidū, humidum, siccum, rarū & densum, & id genus, quæ sub vna oppositione nō concludūtur. Quare de sensibus agens Arist. vtrūq; retinuit ordinē, & naturæ à perfectioribus initium sumēs, & nostrū ordinē, certiora nobis primū capiēs: nā visus certior auditu: & hic, olfactu: & hic, gustu: & hic, tactu. Itidē in potentiis altricis aīæ inuenias, vt suo loco aperietur. *Regressio in tex. Arist.* ¶Iā verò opportunū est, in textum Arist. referre pedem, qui ostēsurus propositum, alteram animæ definitionem alteram demōstrare, accipit sibi mathematicum exēplum tetragonismi, quę duabus finit finitionibus. Altera est finiens quod est: & est tanquā conclusio in demōstratione: scilicet, figura quadrata, æqualis quadrangulo. Altera autem demonstrationis principium est, mediæ lineæ inuentio: & est definitio causæ, & propter quid, quæ in numeris planam habent intelligētiam. Sumito quadrangulum altera parte lōgiorem: nam hunc modò vocitabimus quadrangulum: videlicet, quadrāgulam figuram, cuius opposita latera sunt æqualia, & ipsa mutuò inæqualia. Sint duo latera maiora huius quadrāguli depicti: vt. 8. singulū lat⁹ sit huius quantitatis, latera aūt minora sint longitudinis duorum. *altera parte long.* Si mediā sumpseris lineā, quę qualē habet proportionē ad latus maius, talē referat in latus minus, vt linea longa: vt. 4. ex hac cōstituto quadrato, quod hic appellat Arist. tetragonismū, *Quadratum.* terragonismus quadrato erit æqualis: nempe, quadratum erit quantitatis. 16. quæ erat quantitas prioris, quę ex ductu maioris lateris per minus colligebatur. Euclides aūt in sexto elemētorum propositionē constituit, quæ modò amplissima egebat demōstratione: ideo Euclidis ostensiones hûc nolo vocare. *Euclidis propositio.* Propositionem aūt referam. Datis (ait) duabus lineis, illisq; directè coniūctis atq; ligatis, si super totā lineā sic ex duabus aggregatā describatur semicirculus: & à cōmuni medio duarum linearum sic coniunctarum linea orthogonaliter ad circūferentiam venerit inter datas lineas, secundum proportionalitatē continuā mediabit. Cuius sensus est, Omnis linea in circulo à circūferentia in diametrum circuli cadens, diametrum secat inter partes duas, inter quas ipsa mediam habet proportionalitatem.



¶Ita se habet vna diametri pars ad ipsam, vt ipsa ad reliquam partem. Vertas in hāc descriptam figurā oculos & sine magno negocio intelliges lineā, a, b, &, b, c, sibi in directum iungi: super quibus circūferentia, a, d, c, iacta est: linea ergo, d, b, est media linea & proportionalis. Vt enim se habet, a, b, ad, b, d, ita, b, d, ad, b, c, & hęc media est linea, cuius meminit Arist. Iam colligas, si hæc media linea proportionalis, quadrata figura, quæ fiet ex ductu mediæ lineæ huius per seipsam, quæ est, b, d, erit æqualis quadrangulo consti-

 tuto



tuto ex ductu a,b,per,d,c,vt secunda figura ostēdet,cōcinnemus demōstrationē: figura,quæ fit ex ductu lineę medię p seipsam,est ęqualis ei quæ fit ex ductu vni⁹ extremę lineę in reliquā:ergo quadratū est ęquale altera parte lōgiori seu quadrāgulo. Mediā subticebā, quadratū fit ex ductu mediæ lineæ per seipsam, & altera parte lōgius ex ductu extremaliū per seispas quanq̄ in lineis exēplum est subobscurū : in numeris linearibus est res aperta. ¶Huius tū capitis initialia verba ne te moretur, q̄a obscura sunt,sic iterū accipe.Quoniā autem ex obscuris quidē secūdum naturā, manifestioribus quo ad nos fit illud certū quod est secūdum rationē notius: & per rationē,subaudi, quod secundum propriā, naturæ rationē & essentiam est notius:etsi Philoponus doctrinā voluerit subintelligere, sed nō congruit expositio.Tentandū est iterum nouam definitionem aīæ cudere : non enim solùm qd̄ sit vt prior definitio ostēdebat, & plures definitiones ostēdunt:sed & causam inesse,propter qd aliquid est,quærere oportet:vnde appareat effectus ratio. *Nunc autem vt conclusiones terminorum.* Id est quædam definitiones sunt cōclusiones in demōstratione, vt quid est tetragonismus? Est figura æqualis altera parte longiori, æqualib⁹ lateribus rectis cōsistens. Hoc enim sibi vult orthogoniū,quod rectangulū.Hec est autē definitio,quam vocat terminū suo more.Nā definitio est, quæ ceu termino quodā habet rei naturam, aut nominis significātiam cōprehēsam. Dicēs autem, q̄ tetragonismus est medię lineæ,videlicet,inuentio rei, causam dicit definitio hæc secūda. Quare inquam est æquale quadratū quadrāgulo , quia hic ex linea media p̄portionali quadratum producit.De multiplici aūt genere definitionū satis superior sermo docuit.

Declaratio verborū Aristo.

Definitio quæ terminus dicitur.

Text. 13. ¶Dicamus igitur , principiū accipientes cōsiderationis determinari aīatū ab inanimato ipso viuere. Multipliciter autē ipso viuere dicto, etsi vnū aliquod horū insit solū, viuere ipsum dicimus. vt intellectus, & sensus, & motus , & status scd̄m locū. adhuc autē,motus secundum alimētum:& augmentum,& decrementum.

¶Definitionem alterā iam parās à compositis , vt notioribus nobis,initium facit, animata ab inanimatis vita distingui:quē modum obseruauit. 2. physico. vt exploratā haberet definitionemnaturæ. Naturalia ab artificiosis natura docuit secerni, q̄ hæc nō sunt habilia, neq; nata ad certū motū:vt, dom⁹, lectica:verū naturalia sunt nata ad certos motus p̄ficiēdos, aut suscipiēdo motū,vt lapis, ignis aut proferēdo motum vt viuētia. Et quia hæc ad præscriptos motus nata sunt, ideo naturalia appellata , q̄ sic nata,vnde natura est horū corporum principium &c.Ita modò Arist. aīæ secundā definitionē præscripturus accepit notissimū secūdum sensum, aīatum ab inanimato vita distingui . Et gradus quatuor aīatorū tradit, vegetabiliū sensibiliū imperfectorū,& perfectorū:quę cū sensu habēt progresiuū motum, & quartū intellectiui : quos recensuit gradus vt in vniuersis istis gradibus , qui totū ambitum animæ cōsequuntur, vitā discamus esse, & palā fiat omne animatū habere vitā, id quod primū dixerat. ¶Verū quia vegetabilia magis dubiā habent vitā , hac ratione vt sensum multorū excluderet credētium plantas non esse viuētes, primūm probat plātas viuere,eò q̄ habent in seipsis principiū sui motus in loca cōtraria,per se aluntur, crescunt, & decrescū. Hoc sanè modo Plato in Phædro inquit,Omne corpus,cui motus extrinsecus accidit, minimè est, viuēs:cui verò intus ex se ipso motus inest , id animatū est , tanq̄ hæc natura aīæ sit. Itē in dialogis de legibus,Quod interiore cietur motu,id viuere dicimus : quo etiā animatū differt ab inanimato. ¶Cæterū fige gradum paululū.Si omne viuēs, ex sententia Platonis & Aristo.habet in se principiū intrinsecū motus, qua ergo ratione gradū tertiū cōstituit Arist.scd̄um locū motiuū?Rursum,si omnis aīa mouet ad contraria

Quatuor animatorū gradus.

Quid viuere Platoni.

Consensio Aristo. & Platonis.

Dubitatio nō negligenda.

An anima sit natura. traria loca, nõ ergo natura est anima. Cæterum, cũ sit physici instituti animã exquirere ipsa anima natura est. Et nos in 1. quæstione in hos Cõmentarios, nonnihil attigimus: absolutior tamẽ huius rei expositio, huic loco est amica magis. *Simplicius animam esse naturam negat.* Simplicius igitur in libr. 2. physi. tex. 16. animam asseuerat non esse naturam. Primũ ꝙ natura est in subiecto: anima autẽ minimè. Secundò, ꝙ anima est quæ mouet: natura verò quæ mouetur. Anima est principium agens motũ, natura verò est principiũ idoneũ qđ suscipiat motũ, ad quod citat Arist. 8. physi. qui inibi viuẽtia habere in se initium motus atq; quietis: naturalia autẽ ab extrinseco agitari voluit. Et rursum hunc locũ producit in argu. huius rei, quẽ manibus versamus modò. *Expenditur Simplicius.* Harũ causarũ prima est planè reijcienda, neq; Simplicij autoritas est sufficiens, quæ illam defendat: anima. n. est actus substantialis corporis physici: habet ergo corpus physicũ & organicum in proprium subiectum. Vt ergo aĩa nõ sit in subiecto sibi corpore, (nisi digrediatur à via peripatetica, & fidẽ det Platoni aĩam nõ iungi vt formam corpori, sed vt motorem quẽdam separatum) nõ video: præsertim cũ Arist. doceat quasdã animæ partes esse inseparabiles à subiecto. cap. proximo ad finẽ. Et cedo quid physico cũ anima vniuersa, si aĩa non est in subiecto? vt Simplicius opinatur. ❡Secunda autem causa est scholæ peripateticæ germana magis, & iuuantur hæc. Nã autores oẽs distingunt inter motum naturalem, animalẽ, & rationalẽ. *Anima non est natura Auicena autore.* Et Auicena. 9. lib. metaphy. suorũ, cælum esse animatum voluit, ꝙ considerabat motũ cælestem non esse naturalẽ. Quæ. n. natura ferũtur, à loco altero diuertunt & in aliũ flectũtur. Diuertunt autem à loco cõtrario naturæ propriæ, & flectuntur in locum sibi ipsis plausibilem: quo adepto sistunt motũ, quem exercebant vt lapis superiora deserẽs in ima ruit. Cęlum autem non diuertit à loco incomodo, neq; illum fugit: vt, grauia, loca superiora destituũt, & in ima labũtur, est ergo motus ille non à natura, sed ab anima dirigente nõ ergo anima natura. ❡Præterea experientia docet quædam esse, quæ habent motus varios progressiuos, vt aues volãtes cernimus, antè retroq; agi, dextram iam tenere orbis suo volatu, iam verò sinistram. Vel hoc igitur præstant à natura aut altiori principio. Si naturam concedas, qđ igitur vniuersa naturalia entia huiusmodi motus sunt expertia? Si ab anima, aĩa igitur nulla natura est. Quod collegi de motu progressiuo, colligas de nutritione, accretione, quæ si naturæ congruerent, vniuersa physica entia traherent ad se alimẽtum, crescerent, & decrescerent. Quare anima non est natura, sed sublimius, quã natura principium. Nam animæ operationes nõ qualitatibus primis tribui possunt, neq; elementorum formis: elementa. n. alimenta non trahunt, neq; accrescũt, aut decrescunt. Et secũdum Aristotelem, Ex natura motuũ, motorũ natura est diiudicãda. At verò in viuentibus motus quosdam experimur, quorũ cætera sunt expertia: iam ergo forma, quæ hos operatur, nõ est natura. ❡Quod si obiecerit quispiã, tempe- *obiectio.* ramentum in certam formulã, ex primis qualitatibus & ex elementis coalitum, esse horum motuum vitalium effectricẽ causam: vnde & hæc argumẽta, quæ obiecimus, non ostẽdunt naturam non esse animam: cæterum vnicè probant naturam quãdam singularem insignium operationum vitalium esse operatricẽ, quoniam in magnete, adamãte, onichino, & gemmis aliis, insignes quoq; cernimus actiones: vt ꝙ onichinus sanguinẽ stringat, magnes ferrum trahat, absente adamante. *Magnes præsente adamãte ferrum nõ trahit.* Et metallorũ sunt vires celebres, aurum vitam producit, cor corroborat, vinũq; cor lætificat: quę tamen in numero naturalium rerum sunt, & non viuentium. Quæ qui rectè considerat singulari qualitatum temperaturæ adscribet. Itidem quoq; dicet quispiam de aĩa. *Altera obiectio.* Quin & hæc exẽpla deludũt argumentum. 2. Simplicij, naturã esse solũ principium, quod mouetur, & non mouet, quod idoneum est vt patiatur & nihil agat. Nam magnes agit, & cæteri lapilli, quorũ mira est in agendo virtus. ❡Hæc fortassis mouerunt quosdã credentes animã esse temperamentum qualitatũ. Atqui obiectio hæc, animam non esse naturã confirmat vehemẽtius: nam vis illa lapidum, non est solius cõmixtionis, sed superio-

ris principij, qualitatis, inquã, alicuius supernæ de cælo defluxæ; quæ est superior, quã temperatura qualitatum: vt, in reubarbaro purgamẽta facere biliosi hu moris. Quod autem à proprietate quadã citra complexionem natiuã huiusmodi operatio proficiscatur, non indoctè probant medici in scamonea, quę cùm leuis sit, & subtilis, per partem inferiorem bilem euacuat. ¶Aduertamus igitur oportet, operationum principia in triplex genus distribui ab Arist. metaphy. 9. tex. 3. etsi non lucidè. Sunt aũt hæc, natura, anima, ratio. Hæc tria conferũtur hoc sanè modo. Natura est infirmum principium, quæ simplicem motum habet vnicũ ve naturalẽ: ratio verò cum natura ex diametro pugnat, est. n. ratio oppositorum: nihil sibi naturale, modò vnũ iam verò alterum operatur, pro consilij sui qualitate. Anima autem mediũ habet locum inter naturam & rationem: neq; repagu gulis limitibusve naturæ constricta est, neque libertate rationis fruitur: verum vtrũq; sapit, & cum vtroq; mirabile habet cõmertium. Anima necessario operatur, nutrit, auget generat id quod naturæ est participium. Cũ ratione autẽ hoc gerit societatis, ꝙ anima liberiore vagatur motu, quã natura, vt hic ait Arist. vegetalem operationẽ in contraria ferri loca, & sursum & deorsum &c. breuiuscula est hæc adnotatio, sed quæ nubila densa argumẽtorum illustrat. Nãq; & dicetur anima natura, perpensa necessitate suæ operationis. Qua ductus consideratione fortassis August. lib. cõtra Iuli. 5. anima, ait sine dubitatione est natura: & est supra naturã: quia non vnico cõtenta motu est vt, natura: auis igitur non necessario volat sursum aut deorsum, sed necessario nata est ad volatum, vt aĩa plantæ etsi vndiq; nutrit, tamen necessariò nutrit. Quis autẽ sit cæli motus ex his quæ diximꝰ facilè patebit. *Dicamus igitur. &c.* ¶Hic lucidè gradus enumerat, quos recensere orditur à nobilissimo vitæ gradu, qui est intellectus, secundo gradu locans sensum, in tertio motũ (subintellige processiuum, vt est ambulatoriusmo tus, aut brutorum ingressus.) Quarto loco est vegetalium, quia opposita in idẽ referũtur, ad eundem gradũ referas operationem & quietem ab operatione. Et quietem statum appellat Aristo. intelligẽdi: ergo actio & cessare ab actione, sentire & quiescere à sensione, &c. eiusdem gradus sunt. ¶Et expende omnia viuentia habere initium motus, autore Arist. non motus progressiui qui est animaliũ perfectorũ, sed motus vitalis. i. nutritiõis augmẽti, &c. quo caret nõ viua. Quãobrẽ quatuor gradus viuentiũ distinguit.

Tria principiorum genera.

¶Vnde & vegetabilia omnia videntur viuere. videntur enim in seipsis habere potentiam & principiũ huiusmodi, per quod augmentum & decrementum suscipiunt secundum contraria loca. non enim sursum quidem augentur, deorsum autem non: sed similiter in vtraq; & omnem in partẽ aluntur & viuũt semper quousq; possunt accipere alimentum. Tex. 14.

¶Ex verbis istis Arist. quæritat aliquis cur quinq; sunt operationes animæ, quatuor recensitę & appetendi actio, & quatuor gradus solum dinumerati sunt? responsio est prõpta, appetitiuum & sensitiuum nõ esse duo diuersa re: sed vna est ratio illa separans Themistio autore. 3. de anima. c. 48. & nusquam discludi valent hæc sensitiuum & appetitiuũ. Quare non erat connumerandum appetitiuum in gradum nouum.

¶Separari autem hoc quidem ab aliis, possibile est: alia autẽ ab hoc, impossibile, in mortalibus. Manifestũ est autem, in vegetabilibus. nulla enim, inest ipsis potẽtia alia animę. Viuere igitur, propter hoc principiũ inest omnibꝰ viuẽtibus. Text. 15.

¶Graduum viuentium ostẽdit ordinem Aristo. habent enim se vt prius & posterius. Nam vegetabile est primus & cæteri sequuntur: id quod probat. Nam hic gradus separatur ab aliis, & alij non ab hoc. Etenim in immortalibus contingit intellectiuũ separari à reliquis gradibus vt

vt intelligẽtię viuũt optimo vitę gradu, intelligẽdi videlicet & nõ secũdum gradus alios. Quin & aĩæ cęlesti tribuit Auicena.9.meta.suorum intellectum nõ purum, qui est intellectus intelligẽtiæ, sed intellectũ iunctũ imaginatiuæ & æstimatiuæ singulariũ, secũdum quem aĩa cæli est intelligens & sentiens singularia, nõ tñ est in alio gradu viuentiũ, neq; habet altricem potẽtiam, neq; motũ progressiuum. Cuius doctrinã Auerroes carpit.12. meta.tex.Cõm.41. &.2.de cælo. Cõm.17. colligẽs aĩam cæleste nihil imaginationis sensitiuæ habere. Et citra cõtrouersiam est, aĩam cælestem à sensu tactus abhorrere: hic nãq; tẽperaturam tactilium qualitatum caloris & frigoris exigit quę tñ temperatura à cælo abest: reliqui aũt exteriores sensus nescio vt in cælo erũt. qui cũ postulẽt decreta organa, quæ in cælo nõ constant, nõ erunt in cælo exteriores sensus, neq; interiores, phantasia aut cõmunis sensus. Isti enim ab exterioribus pendẽt, vt infra patebit. Credit ergo Comm. cæli formã esse intelligẽtiam purã, & nihil citra intellectũ aliorũ gradũ vitę habere, & penitus explodit Auicenicum dogma in libello de substantia orbis.c.1.&.3. Auicena.n. legẽs Arist. cælum moueri ex desiderio primi.12. meta. tex.36. arbitratus est appetẽtiam illã esse imaginationis, quæ tñ est intellectus: intelligẽtia quippe, cælũ mouẽs desiderio referendise in primũ motorẽ suo incũbit operi. Et sanè si vera esset Auicenæ opinio, aĩa cæli & nostra vniuocè essent animæ:& motus cælestis, secundũ se esset fatigabilis: nam esset à forma toti orbi intrinseca & illi coextẽsa. Vnde Cõmẽta. 8.metaphy.Cõm.12. gradũ vitæ cælestis tradẽs ait, Substãtiæ cælestes non habẽt materiã: quia nõ sunt cõpositæ ex materia & forma, sed ex corpore & forma animata, intelligibili, non ita ꝙ anima sit res aĩata, nõ ita ꝙ illic est aliquid, quod aĩatur per animam, aut viuit per vitam: sed sunt aĩata per se, &c. significãs hoc sermone corpora cælestia non viuere, vt nostra, sed motores esse viuẽtes vita intellectuali. Cæterũ etsi falsum cẽseatur cælos nõ esse nisi solã materiam, tñ verũ est nõ esse viuẽtes vita nostra: nobis.n. viuere, est esse: illis non est. Arist. aũt texit sermonẽ de mortalibus modò. Qđ haud dubiũ euertit Auicenicam fictionem intelligẽtiam habere imaginationẽ. Nãq; Arist. in immortalibus, quæ intelligẽtiæ sunt solũ intellectũ insinuat & sensus & alios vitæ gradus substrahit. Vegetabilia igitur separantur à reliquis gradibus vitæ:& alij gradus ab eo nõ separantur. Vegetabilia præter vitã primã, aliud nihil habẽt. Nulla, ait, inest ipsis potentia alia aĩæ: plãtis etenim nõ adest vis sensifica, aut intellectiua, sed infimũ vitæ gradum sortitæ altricẽ dũtaxat vitã habẽt. *Viuere igitur ꝓpter hoc principiũ &c.* Idest, propter altricẽ facultatẽ vniuersa mortalia viuũt: qua sublata labũtur in interitum. D. tñ Augus. lib. de spirit. & aĩa. c. 8. dicit, virgulta & herbas sine aĩa crescere, & moueri, itẽq; humanum corpus in vtero matris cõditum vegetatur & crescit, habetq; humanã figurã citra aĩam. atq; idẽ author à gradu viuẽtium reiicit vegetabilia, sed in primũ gradum collocat vitę sensum vimq; apprehensiuã, in secundũ vim concipiẽtẽ & iudicãtem, in tertium memoriã, in quartũ verò vim ratiocinãdi. & sunt nõnulli alij sctõrum, qui subscribũt huic August. sermoni, plãtas nõ æstimãtes viuere. Et Cõm. Cõm.15. quosdã dixisse, ait, plãtis adesse somnũ & vigiliam illas sensitiuas credentes, & ante ipsum Arist. lib.1. de plantis. illius meminit opinionis & reijcit itidem in.5. de genera, c.1. nullus.n. somnus est qui expergisci nõ põt: quare plãtæ nõ dormiũt, qa nunquã expergiscũtur à somno. Sed reuera liber ipse se prodit nõ esse August. Quare vt laborãtem autoritate librũ nihil iniuriæ esset despicere. Quin ipso. c. 8. sibi aduersatur libri autor: ait. n. aĩam rationalẽ eò aĩam quo vegetat corpus, eò spiritũ, quò cælestia cõsiderat. Et quidam quoq; credũt plãtas nõ viuere per aĩam: ser per virorem: ideo siue liber August. sit, siue non dictũ intelligamus locũ non habere plãtas aĩam animalem: quia non sentiunt & in vulgato hominũ vsu aĩalia solũ credũtur esse viuẽtia. Verùm philosophorũ alia ratio est. Quod enim alimentum attrahere valet, illud viuere putant. In quã sententiam Plato & Aristo. consenserunt.

Immortalia sentiunt autore Auicena.

Auerroes negligit doctrinam Auicenæ superiorẽ.

Autoris confirmatio.

Augu. ibid. cap. 14.

¶ Animal aũt, propter sensum pri- Tex. 16.

mo, etenim quæ nõ mouent, neq; mutant locũ, habẽt autẽ sensum, aĩalia dicimus, & non viuere solũ.

¶Viuẽs siquidem propter vegetationẽ, sed aĩal, ait, propter sensum. Primò nãq; quæ non mouentur motu progressiuo, sed sũnt terræ defixa, vt conchilia, hæc aĩalia appellamus ꝙ sentiunt. Etenim si pungãtur acu, pũctionis dolore malè affecta cõstringuntur, quod in plãtis cernit nemo. Dilatãt se sanè plãtæ per aũgmenti facultatem, & constringũtur decrescẽtes per imminutionẽ. Verũ hæc dilatatio aut constrictio, non est ꝙ fugiant triste, aut ament delectabile: vt, cõchę, & marinæ spõgiæ, sed solũ per vim altricẽ, quæ quia potest alimẽtum multum trahere, accrescit: cũq; augmenti potens nõ est, decrescit. Quod verò animalia hæc non habent motũ processiuũ: eò est quò habẽt sibi alimentũ coniunctum, nihilq; opus extrauagari, vt cibaria sibi querãt. Ideo sensu tactus donata tantũ, imperfecta sunt animalia plantis quã simillima: quia humi defixa perpetuò degunt.

Tex. 17. ¶Sensum aũt, primo inest omnibus, tactus. Et sicut vegetatiuũ põt separari a tactu & omni sensu, sic & tactus ab aliis sensibus. Vegetatiuũ aũt dicimus, huiusmodi partem aĩæ qua vegetabilia participant. Animalia aũt omnia, videntur tangendi sensum habere.

¶Vt prima vita est in altrice vi, ita prima ratio animalis in tactu cõsistit. Et vt altrix facultas ab aliis vitæ partibus disclusa est in plãtis, ita tactus ab aliis sensibus in imperfectis animalculis, quæ tãtum non sunt plantæ. Sic ergo vt plantę leuantur supra elemẽtorum naturã, etiã animalia hęc imperfecta plãtas: progressiua verò animalia nobilitate superant animalia imperfecta: homo demum vniuersorum habet principiũ. ¶Literã autem Aristo. elucidemus. De sensibus miscet sermonẽ, primũq; fatetur & aliorum fundamentum esse tactus sensum. Vt autem vegetatiuũ à tactu separatur, vt in stirpibus quibus nullus est sensus: ita & tactus ab aliis sensibus discludi potest. Est autem vegetatiua aĩa vel potentia, quã participant vniuersę plãtæ. At verò sensu tactus nullũ est animal, qđ careat: quia sensus hic prima radix vitæ est.

¶Propter quã aũt causam vtrũq; horũ accidit: posterius dicemus, nũc aũt in tãtum dictũ sit solũ, ꝙ aĩa est horũ quæ dicta sunt principium, & his diffinita est, vegetatiuo, sensitiuo, cogitatiuo motu. Text. 18.

¶Remittit absolutã horũ causam in posteriora, quãdo de tactu agetur. Nũc aũt viuẽtium gradus ab expertis operationibus collegit, vt definitionẽ posteriorẽ aĩę, quã hactenus est mollitus, instituat: aĩam esse principiũ istorũ. 4. graduum. Per cogitatiuũ aũt subaudi intellectiuũ.

¶Vtrũ autẽ vnũquodq; horũ est aĩa, an pars aĩæ, & si pars vtrum sic vt sit separabilis ratiõe solũ, an & loco: de quibusdã quidem horum non est difficile videre, quædã autem dubitationem habent. Tex. 19.

¶Vertit in quæstionem primò si gradus isti sint animæ an animæ partes, idest, potẽtiæ animæ. Secũda quæstio est tex. 20. Si sunt separabiles potẽtiæ istæ, an hæc separatio sit solũ secũdum rationis operationẽ, an, vt Plato dicebat, loco discludens rationalẽ, sensualẽ, & vegetalẽ, & hoc est quod ait: etsi pars, vtrũ sic vt separabilis ratione solùm, an & loco? En duas ꝓpositas quæstiones: ordine inuerso primam harũ remittit in tex. 23. & postremã iam modò dissoluit, cũ ait. *De quibusdam quidem horũ non est difficile videre.* ¶Est autem quæstio aperta in viribus altricis aĩæ, quæ neq; loco separantur, neq; subiecto discluduntur. Abscisus ramus habet vires vegetatiuas oẽs: nam terræ infixus, aut arbori insitus, crescit, alitur & generat sibi similem. In abscisso ergo ramo inuenias operationes vegetalis aĩæ, vt in tota arbore nisiꝙ anima rami, dum erat pars arboris ramus, erat anima in potẽtia, non actu. ne dicamus plures animas

mas altrices, vnam arborem occupare, quando vna sola anima viuificandæ arbori toti sufficiat: est ergo anima rami in potentia non actu distincta ab anima totius: abscisus autem surculus animam per se iam gestat vt etiam August. tradidit. 3. de Trini. cap. 3. Hoc autem ob hanc causam in natura cõtingere arbitramur planta enim est partibus simplicissimis constans & rami parum differunt figura à radicibus: ideo rami abscisi instar radicum facilè exsugunt humorem à terra quod erat radicũ. Vnde anima plãtę sufficiens subiectum in qualibet parte inuenire potest: id quod cõtingit serpentibus, lacertis, lũbricis, id genus animalculis, quæ in frustella siue partes decissa viuunt, maximè si plagam, aut incisionem sub diaphragmate recipiãt: tũc sanè pars quæ supra diaphragma locatur, viuit abscissa propter cordis pręsentiã, cętera verò quæ caudã continẽt, in qua mẽbra digestionis claudũtur, qa mẽbra hęc vitalẽ aliquanto tẽpore calorẽ seruãt, est itidẽ anima in frustulis istis, sed nõ multa mora: quia animaliũ anima organis diuersis cũ egeat, illis orbata vitã diu prorogare nequibit: etsi hæc entoma, seu quæ incisa, viuũt: quippe ea quæ non tãta multitudine organorũ egent, (vt, anima perfecta) diuisa maiori tẽporis spacio vitam habẽt, quã animalia perfecta, quę diuisa citissime collabũtur. Quod aũt hæc entoma diuisa animam retineãt inde Aristo. collegit, ꝙ partes abscissæ sensum & motum habẽt. Motus experimento est: sensus autẽ est, quia si tangãtur, se cõstringunt, aut se cõuoluunt & plicãt. Quod si sensum habẽt, & phantasiam & appetitum: hæc enim amãt delectabilia, tristitiaq́; fugiũt, & hoc est appetẽtiæ sensualis. Vnde cocleæ (vt ait Philoponus) aqua plata, de testis suis prodeũt: quòd si durũ aut asperum tactu offendant, cõtrahũtur. Item vermes, & id genus animalia & lætãtur conueniẽti admoto obiecto, & offendũtur incõmodo & noxio incidenti. Rursum hæc quoq; imaginationem habẽt: nã imaginatio nõ discluditur subiecto à sensu, & appetitu. Cùm ergo incisa habeãt motum secũdum locum, sensum, appetitum, habent itidem imaginationẽ, siue phãtasiam. Philoponus autem phãtasiam negat imperfectis istis: vermes. n. habent motus vagos atq; errãtes: & lũbrici & partes abscisę (quas imaginatione etiã donauit Arist.) vt illã habeant maximè latet: phantasia. n. certam sedem sibi deligit in aĩali, non ergo diffusa est per vniuersas partes animalis phantasia. Sed dicẽdum per imaginationem nõ certam & absolutã intellexisse philosophum: hæc. n. organũ pręscriptũ habet, vt suæ actionis propriũ instrumẽtum. Alia verò est imaginatio exilis, & obscura, quã alij vocant indeterminatã, & hanc inesse vniuersis animalibus hîc docuit Arist. Etenim partes illæ entomorum diuulsæ à toto, post acceptã plagã tristis tactus seruabũt dolorem. Hæ ergo animales potẽtiæ, sensus, imaginatio, & appetẽdi facultas sibi cõnexæ sunt, neq; mutuò diuelli possunt: tantaq; est colligãtia, vt vbi alterã inueneris, aliã necessariò colligas. Aliæ tamen potẽtiæ, quæ seiungi possunt, vt visus, auditus, inuicẽ non tam strictæ sunt colligationis, quæ vt patet dimoueri inuicem valẽt. Quod potentiarũ genus à philosophis dicitur potentiarũ particulariũ. Vniuersales. n. potẽtias appellitãt philosophi, quæ nõ adciscũt sibi statuta organa, sed diffusæ sunt per viuentis corpus: vt, nutritiua, augmẽtatiua, generatiua, quæ etsi in perfectis animalibus portionẽ corporis sibi vendicẽt, ad propria exercenda officia à natura mãdata. vt stomachus est, & epar, quæ maximè alẽdo animali seruiunt: tñ in plantis nulla videtur huiusmodi particula. Itẽq; & sensus tactus vniuersaliũ potẽtiarũ numero est adscribẽdus, qui à cæteris sensibus loco aut subiecto nõ est separabilis. Potẽtiæ autem particulares, quæ sint ex oppositorum ratione, facilè diiudicabit quiuis: & istæ separantur loco, vt visus ab auditu &c. ¶ At obiicit aliquis, si appetitiuũ & sensitiuũ se mutuò consequũtur, plantæ autem sunt appetentes: iam ergo & sentientes. Colligo antecedens. Quidquid desiderat cibum, assequuto cibo delectatur, & illo submoto tristatur eius appetitus: plantæ sunt desiderantes cibum, & illum radice ceu ore sugunt: ergo ex satietate huius appetitus cõsequetur delectatio. Vbi autem delectatio, & tristitia est sensus

Animalia entoma quæ & qualia.

Entoma imaginationẽ habent.

Duplex imaginatio.

obiectio.

sus:quod est Arist. argumētum. Sunt igitur plantæ sensitiuæ. Fuerūt vetusti philosophi, qui hoc commoti argumēto vt Arist. meminit lib. 1. de plantis. Anaxagoras, & Empedocles, qui sensum stupidū, plātis cōcesserūt & tristari, & delectari. Sed re vera hoc nō, vt opinio, est reijciēdum sed vt insomniū deridēdum. Nā vbi nō est apprehēsio neq; desideriū: plātæ autem non sunt apprehendentes, qđ coiicit naturalis philosophus vel hoc solo indicio, ꝙ non habent organa ad sensum: & ita natura deficeret in necessariis, si sensum donasset citra organa accōmodata sensibus. Et Aristo. in princi. libri. indicati ait vita quæ cōmunis est plātis & animalibus, in animalibus est manifesta & euidēs: sed in plantis occulta. Vnde tam longe sunt à sensu vt vegetalem vitā non habeāt patētem. Quare & quidam dixerūt plantas non viuere, vt supra diximus. At verò fortasis quispiam in Aris. offendēs locū. 1. de anima. tex. 85. si elemēta habēt animam ergo sunt animalia, putabit plātas esse animalia: quippe, sunt animatæ. Sed obseruare oportet argu. illud Arist. esse ex hypothesi. Si habet animam sensitiuam, vt antiqui intelligebant, cōcedentes mūdū esse animal, tunc sane collectio firma est: si plantę habent animam sunt ergo animalia. ¶ Argumento autē huic dico, appetitus plātarum est naturalis, non animalis: ideo plātæ nō delectantur, aut tristātur cibi copia: aut inopia quia neque hoc, aut illud apprehendunt. Hinc etiam adhuc sublucebit id quod diximus supra, animam mediā esse inter naturam & rationē: vnde & anima vegetatiua habet appetitum naturalē, vt cætera physica corpora: sed anima sensitiua, magis se efferēs supra naturā, nō naturalē sed aīalem habet appetentiam: rationalis verò anima iam ex diametro pugnās est cum natura: vt quæ volūtaria suiq; iuris est. sed anima plantalis, quia magis immersa est materiæ: hac ratione vicinior est naturę etsi Albert⁹ Magn⁹ libro de origine animæ animam nullo modo compellādam naturā autumat, causis quatuor persuasus. Prima, ꝙ vegetatiua nō dat esse simpliciter, vt natura: sed esse & viuere. Secunda, ꝙ natura vnū operatur: sed anima plantę plura. Tertia, natura habet locum decretum: anima plantæ & sursum & deorsum residet in plantis. Quarta, ꝙ virtus vegetans ex vna radice fluit in omnia membra plantarum vitam, quod non est naturæ, sed summi Dei imitatio. Ita fere cap. 4. illius libri. Sed cū hæc nō tollant appetētiam naturalē, melius vt opinor, dixim⁹ animæ naturā, vt anima est, mediā esse inter naturā: & volūtatē.

obiectio.

Resp. obionis.

¶ Sicut enim in plantis quædam diuisæ videntur viuere & separatæ abinuicē, tanq̄ existente in his anima, actu quidē vna in vnaquaq; plāta, potētia autem pluribus: sic videmus & circa alias differentias animę accidere, vt in entomis decisis. etenim sensum vtraq; partium habet, & motum secūdum locum. Si autem sensum, & phantasiam, & appetitū. vbi enim sensus est, & tristitia & lætitia consequitur. vbi autem hæc sunt, ex necessitate & desiderium est. Tex. 20.

¶ Nos text. 19. enodantes, quæ huius textus erant, itidem exposita dedimus. Cæterum contexturam absoluamus. Prædixerat dubitationem suam Arist. text. 19. si gradus animātium erant animæ vires, an animæ loco disiunctæ, vt Platonis ferebat cogitatio, an sint separabiles secundum rationem. Ea autem separātur secūdum rationem, quæ habēt rationes diuersas: vt, alia est ratio animalis, alia hominis: quanquam Arist. mutato ordine hoc, quęstiones has protulerit tamen soluens hūc seruauit ordinem. Respōsio cuius hæc est prima dubitatiōis, in quibusdam animantibus esse animas loco separabiles: vt, in plantis, anima rami disclusa à toto viuit, vt exposuimus. Et nō solū in vegetalibus, sed in aliis differentiis idē accidit, vt in animalibus quæ Latinè insecta dicuntur: quia quibusdā scisuris succingūtur, vt apes, musca, & id genus. In his quoq; anima separatur loco, quāquam in partibus abscisis anima non

1. Responsio dubitatio.

nõ diu manet. Diuide apẽ, & experieris: & Arist. idem te docebit. 1. de aïa text. 83. & 94. At verò in partibus decisis apis & aliorum, adest, vis sentiendi, & motus localis: nam palpitantes partes abcissas videmus, itẽq; phãtasia incerta & appetitus. Quod colligit Aris. qa in partibus decisis manet delectatio & tristitia: quia si has partes pupugeris acu, se cõtrahũt, quod doloris est indiciũ: sed vbi est delectatio & tristitia, est appetitus seu desiderium. Hinc colligas secundę dubitationis solutionem, quasdam animæ partes esse solum ratione separabiles, non locis: vt sentiuũ, appetitiuum, & imaginatiuum, imaginatone incerta, quæ est muscarum, quæ plurimum circumuolitantes fortè foramen attingunt. Itidem de aliis insectis.

Tex. 21. ¶De intellectu aũt & speculatiua potẽtia, nihil adhuc manifestum est: sed videtur genus aliud aïæ esse, & hoc solùm posse separari, sicut & perpetuum à corruptibili.

¶Hoc autem trepidè scripsit: nõdum. n. decreuerat, si mẽs (quam potentiã cõtẽplatiuam appellãt) sit ab aliis partibus separabilis, si habeat organum, an non: sed superficie tenus re aspecta, videtur mentem aut intellectum esse alterũ animæ genus ab aliis separabile. Hæc autẽ meminit de speculatiua potentia, seu cõtemplatiuo intellectu, & non de actiuo: quia autore Philopono actiuus est habitus ad corpus. Actiuus. n. eatenus dicitur, quatenus ministrante corpore aliquid gerit: sed de contẽplatiuo nihil manifestum. ¶Quòd verò adiecit, sed videtur aliud genus animæ esse, & hoc solũ posse separari, sicut perpetuum à corruptibili, Philoponus non dubitantis esse verba, sed asserentis, ait: vt Porphirius in isagoge inquiens. Videtur itaq; neq; genus, neq; species simpliciter dici, non hæsitanter astruxit: sed constanter asseuerabat, genus esse vocẽ multiuocam. ¶Ego verò magis eo in expositionẽ Themistij. c. 9. vt verbum (videtur) sit dubitantis, & hærentis. Et paraphrasis sic habe. De intellectu verò, & de vi ea, quæ commentatur & cogitat, nõdum liquet,

Philoponi interpretatio.

Autoris opinio.

quid probãdum sentiendumq; sit. Cùm quo sapit. D. Tho. vnde ne fallaris cum Cõmen. atq; cũ Philopono, credens animam esse æquiuocam ad animam vegetalẽ, sensitiuam, & intellectiuam. Et quã quam aliud genus Arist. affirmasset, non de genere logico erat interpretãdus: est enim ratio aïæ cõmunis omnib[9], animabus, sed de genere physico, quo spiritualia & corporea, eodẽ genere gaudere nõ possũt. Vnde est illud peripateticũ, Corruptibile & incorruptibile genere distãt, non ꝙ angelus & homo non sint in prædicamento eodem substãtiæ: sunt. n. etiam reclamante Auerroe, in cathegoria substantiæ: sed in genere physico nõ sunt eiusdem generis: homo enim est ex materia, quã, tanquã genus, hæc inferiora omnia participãt. Sed angelus expers est materiæ, itidem anima rationalis non habet originem ex materia, sed vt immaterialis angelis est cognata: aliæ verò animæ ex semine originem trahunt, qua ratione nõ habent idem genus physicũ, quod materiam esse philosophi docuerunt. Id quod nõ tollit cõmunionem definitionis, vt liquet. Supererat dubium agitare, an animæ sensitiuæ & plantarũ sint diuisibiles, quia hic locus efflagitabat huius rei tractationẽ: at verò in finẽ reponamus, disputationem hanc inibi aptiorem adepturam locum.

D. Tho.

¶Reliquæ aũt partes animæ, manifestũ ex his ꝙ separabiles non sunt, sicut quidã dicunt. Ratione aũt ꝙ alię, manifestũ est: sensitiuo em̃ esse, & opinatiuo, aliud. siquidem, & sentire ab ipso opinari. similiter autem, & aliorum quę dicta sunt vnumquodq;. Text. 22.

¶Contra Platonẽ verba hæc dirigit: cuius reprehensionem latẽter insinuat (vt quidã dicũt) aiebat ille partẽ cõcupiscibilẽ loco disclusam à vegetabili, diuersũ aũt Arist. docuit, sensum à vegetatiuo secludi loco esse impossibile. Quãquã autem loco & subiecto sensitiuum, & vegetatiuũ, non separẽtur, tamẽ ratione separantur. Sensitiuo (ait) & opinatiuo esse aliud: sub voce opinatiuo, intellectiuum intelligunt

intelligunt quidã,& sensus est,etsi idem homo sit sensitiuus intellectiuus& vegetatiuus:tamen hæc habent diuersas desinitiones, id quod per esse intelligit suo more.Expendas tamen Aristotelicã collectionẽ,intellectiuum & sensitiuũ inde sumit diuersarũ esse rationũ, quia aliud est sentire,quam opinari: itaq; ab actionibus diuersis principiorum connectit differentiam.

Text. 23. ¶Adhuc autem quibusdam animaliũ omnia insunt hæc: quibusdam verò quædam horũ, aliis aũt vnũ solum. hoc autem, facit differentiam animaliũ. propter quam autẽ causam sic fit, posterius perscrutãdum. Similiter aũt, & circa sensus accidit.alia. n. habent oẽs, alia vero, quosdam. quædã verò, vnũ maximè necessariũ, tactum.

¶Soluta iam quæst.2.vt primã soluat adiecit,quæ proponuntur verba.Erat autẽ quæst.1. si gradus isti viuentium sint animæ,an potẽtiæ animæ & dilucidatio dubij hæc est,iam esse potentias, iam verò animas:in homine vtique sensitiuum,& vegetatiuũ, & sunt potẽtiæ animæ intellectiuæ.Nam vt prior noster sermo edocuit, priores formæ sunt posteriorũ formarum potentiæ. Sunt autem priora secundum naturam vegetatiuum,& sensitiuum intellectiuo. Quapropter nõ sunt animæ illa priora in homine: ita enim essent actus respectu intellectiui,id quod ordo naturæ non fert priora esse actum respectu posterioris: imò posterius est perfectio, & cõplementum prioris,vt intellectiuũ vegetatiui, & sensitiui.Et rursum simili arte,in bruto vegetatiuũ non est anima,sed potentia animæ sensitiuæ. Nam etiam si vegetatiuũ secundum absolutam rationẽ actus sit & perfectio & complemẽtum viuentis corporis: tamẽ si illud conferascũ sensitiuo,nõ est actus sed in potentia est ad illud,vt genus, ad suam differẽtiam se habet. Quapropter mirum est,quam delusi sunt philosophi multas animas introducentes:non ergo potest esse aĩa vegetatiuũ in sensitiuo, sed eius potentia. Et simili errore ducuntur alij,qui quatuor esse animas dogmatizant plãtalem, & aĩam sensitiuã imperfectã & aĩam motiuã & animã rationalẽ. Et video Aegidiũ & alios plerosq; qui obseruãtes quatuor gradus viuẽtium,totidem animas docuerũt. Sed tu caue,ne tibi imponat horũ autorum autoritas, quæ in præsentia cùm sit falsa, leuis est. Non sunt.4.animæ sed duntaxat tres, vegetalis, sensitiua, rationalis. Secundum locum motiua sanè sensitiua est: principium habere motus progresiui non nouum animæ genus est: sed gradus perfectionis, gradum igitur nouũ instituit vitæ,sed non nouũ genus aĩæ: sensitiuæ enim oẽs animæ eodẽ genere ambiũtur. Vt autem, subeant generis eiusdẽ rationẽ, suo loco disseruimus lucidius. Est iã Arist.tex.animalia illa, quæ omnem gradum viuentium assequũtur, vt homines, habent illa, vnũ intelligẽdi gradum non in partẽ animæ, sed in animã: reliquos gradus nõ in animas, sed partes animæ. Contextus autẽ hic est.adhuc quibusdã animalium,vt hominibus oẽs gradus viuẽtium cõgruunt,vt hominibus,qui vegetantur,sentiunt,secundũ locum ingrediuntur,& optimo deniq; munere donati,idest,intelligẽdi principio intelligũt. Brutis autẽ perfectis omnia quæ retulimus conueniũt, sed intelligẽdi carẽt vi: imperfectis aũt adhuc angustior est vitę supellex.Non enim progrediũtur, vt cõchæ:plantæ verò minimam habent vitæ pompam, quæ solũ minimis vitæ muneribus fungitur.Quæ autem huius sit causa posterius tradenda,& quod in vniuerso graduum globo diximus in sensitiuo duntaxat aspicere licet,quædã animalia omnibus gaudẽt sensibus,quæ perfecta, vt equus:alia verò multis orbãtur sensibus,vt imperfecta,quæ tactu solum vitã seruãt,vt qui animalib⁹ est in primis necessarius.¶In homine aũt,vbi omnia vitæ officia cõgessit Deus,præter animam intellectiuam cætera sunt animæ potentiæ:itidẽ in brutis plures sunt potentię: vt vegetatiuum & secũdum locum motiuum. Vbi verò vnus gradus obtinetur, is anima est. Et aduertas,quòd Aristotelis verba, vbi est appetitiuum, & sensitiuum,est secundum locum motus, videntur

Delusio nostratiũ philosophorum.

Hæc bene cõsidera.

videtur calumniam pati in ostreis marinis, spongiis, quæ affixa vi maris crepidinibus vitã degũt, & mobiles nõ videtur. Quare intelligito hæc habere motũ exilem: siquidem se dilatant cibi congruentia, seq; cõstringũt, si noxia offenderint: & dilatatio & constrinctio sunt locales motus, etsi non processiui. *Similiter autem & circa sensus accidit.* Quod de gradib⁹ dixerat, de sensibus replicat, quædam animalia omnes sensus, vt homo, & equus, alia plures, etsi nõ omnes, vt talpa: alia verò vnũ sensum tactus, vt ea quę ostreacea diximus, qui tactus est phantasia imperfecta, per totum animalculũ diffusa.

Tex. 24. ¶ Quoniam autẽ id quo viuimus & sentim⁹ dupliciter dicitur, sicut id quo scimus (dicimus enim hoc quidem scientiam, illud aũt animam. vtroq; enim horũ, dicimus scire) similiter autem & id quo sani sumus. aliud quidẽ sanitas est, aliud autem parte quadam corporis, aut etiam toto (horum autem scientia quidem & sanitas, forma est & species quædam & ratio & vt actus susceptiuorum, illa quidẽ scientifici, hæc vero sani. videtur enim in patiente & disposito, actiuorum inesse actus. anima aũt, id est quo viuimus, & sentimus, & mouemur, & intelligimus primo) anima vtiq; ratio quædam erit & species, sed non vt materia & subiectum.

¶ Hoc tex. 24. quæ in exordio huius capitis dixerat, priorem animæ definitionẽ, esse demonstrãdam per posteriorem, absoluit, & iacit sibi in fundamẽtum, antequam connectat demõstrationem, positionem per se notam in philosophia, omnis actio, quæ compositi est alicuius, illa propter duo sibi competit: alterum sanè forma est, aliud autem materia, aut subiectum. Vnde sanũ cõgruit animali, & ratione sanitatis, quę est forma, & corporis, qđ est materia: & sciẽtia sciẽti, & ratione sciẽtiæ & ratione aĩæ, quę est subiectũ, scire tribuitur, & videre, & audire, & id genus sensiões: & ratione aĩæ, & ratione corporis: vt, comedere, ambulare, dormire, vigilare. Secũda positio huic priori sociãda, quãdo actio duobus est tributa, & materiæ & formæ. Primò hæc operatio, aut actio aut denominatio formæ est, dein materiæ: nam forma actus est, & ꝑfectio materiæ: aut subiecto tribuitur, vt susceptiuæ actionis, non vt operariæ primæ: sed vt recipienti, aut instrumenti vicẽ gerenti in obeunda actione: vt, oculo tribuitur visio, quandoquidẽ sermo recipit per oculum video, oculus autem instrumentum visus est, vt auris auditus. Corpus est susceptaculum sanitatis. Primo ergo ratio sani refertur in sanitatem, quàm in corpus, & esse scientis in scientiam, quàm in animam. Nam multi habent animas ignorantes, & corpora malè habentia. Iam ergo Comm. autore syllogismus est construendus, quo vna definitio per aliam ostẽditur hoc pacto, actiones animati tribuuntur corpori, & animæ simul. Hæc maior. & omnis actio, quę tribuitur alicui enti, propter aliqua duo simul, necesse est, vt vnum eorũ tantum sit materia, & aliud sit forma. Ergo alterum horum, idest, corporis & aĩæ est forma & alterum materia. Et accepta secũda positione propter formã, actio primò tribuitur enti, siue cuius primò actio est forma, idest, propter qđ primò actio toti congruit cõposito est forma, & contra: & forma est per quã primò actio cõuenit rei, cũ aĩa sit, qua primò viuimus, ipsa est forma, & perfectio corporis physici & organici &c. quod erat probandũ. *Ostẽsio vnius definitionis ꝑ aliam.* verba autem Arist. *Et id quo sani sumus aliud quidem sanitas est aliud autem parte quadã corporis aut etiam toto.* apertũ habent sensum. Nam sanitas iam est partis alicuius, vt, mẽbri languidi, vt oculi, aut manus, siue pedis. Et tunc sanamur parte corporis, quando membrum illud sanitati restituitur, aut toto sanamur corpore, si à toto corpore languor depellitur. Sanitas autem & sciẽtia sunt actus, nõ cuiusuis subiecti, sed dispositi, ait. Nã act⁹ actiuorũ sunt non in quouis patiẽte, sed bene

affecto. Ideo est sanitas forma corporis sani,& scientia scientifici vel scientis.

Litera antiqua tex. ¶Litera antiqua legebat, sanitas est forma sanabilis:sed cõmodius nostra legit, sani,idest,apti vt sanetur.Actu tamen sanitas est forma non apti solùm, sed sani. Verùm sanitas illud corpus potest perficere,quod aptum est, vt sanetur, igitur paucis demõstratio construetur,quo primò competit alicui esse aut operatio,est forma, animato competit esse,& operatio vitæ primò ratione animæ, ergo anima est forma & actus corporis,&c.

¶Qua in re obseruandum est, Arist. voluisse hanc esse veram demõstrationem per causam, vt prior noster sermo edocuit.Nõ ergo sunt definitiones istę æquiuocę, vt Græci autores tradiderũt Alexãder, Themistius.c.12.huius Paraphraseos.& Philoponus, etsi Themistius alia ratione cum Alexandro hoc asseruit, q̃ Philoponus, & Commentator:illi enim has definitiones, etiam in animam mundanam retulerũt,quæ æquiuocè est anima cũ nostra. Isti aũt quare ita dixerint supra exposuim⁹, Cõmentator vero hãc non esse demonstrationem, sed quasi demonstrationem in suo Commẽtario. 12. reliquit:quippe hæc definitio principiũ viuẽdi &c.nõ est per se nota,sed per operationem.Hoc autem ipse dixit, quia codex Arist.quem ipse lingua Arabica legebat, aduerbium similitudinis habebat,quędã(aiebat)definitiões sunt quasi præmissæ. Porrò autem hoc non est necessariũ Auerrois documẽtum, non esse hanc demonstrationẽ,sed quasi demonstrationem;quia illa definitio nõ est per se nota,ideo pręmissæ sunt quasi præmissæ demonstrationis:& non sunt propriè principia.Siquidẽ hæc definitio per causam est indemonstrabilem:ipsa enim est causam continens primã alterius definitionis. Quare ipsa de se nota est,etsi quo ad nos operatione manifestetur: vt hæc propositio, quando duo conueniunt ad esse aut actionem alicuius, alterum forma est aliud materia per se nota est, secundum Commentatorem sed operatio est manifestanda. Non enim ita per se nota est definitio hæc, vt, apud mathematicos illorum principia. demonstratio autem hęc physica est,non mathematica & idcirco in gradu physico. per se nota est.

Dubium. ¶Dubium autem,quod vrgentiorem habet difficultatem, est cur Aristo.definiat per principium viuendi,sentiendi? Nam viuere est commune ad sensum,&ad cæteros gradus vitæ.suffecisset igitur definiuisse aĩa est principiũ vitæ, aut, qua primò viuimus.Nã principiũ illud significat quo primò actio aut esse datur &.12.Meta.tex.49. intelligere vocat Arist. vitã. Commẽ. Auerroes Cõm. 16. veluti huic dubio respondens dixit: secundum dialectum linguæ Græcæ, viuere esse id q̃d vegetari,& alimẽto vti,& augeri.& sensus definitionis hic erit,est principium vegetandi sentiendi & secũdum locum mouẽdi,sentiendi & intelligendi.Et facit cum Auerroe Aristo. verbũ,loquens de anima vegetali.Supradixerat propter hoc ait principium viuere,inest cunctis viuẽtibus, & hanc expositionem imitati sunt interpretes non pauci,nisi ꝙ illi obstat, Arist.dixisse hoc capite, viuere multipliciter dicitur:ergo non solum propter vegetalem viuimus, sed per sensum, &c.

Caietanus. Caietanus cardinalis nõ hoc recipit ꝙ diximus vulgatum esse sensum definitionis. Ait autem sermonem hũc definitionis esse formalem quo viuimus abstrahẽdo ab hoc gradu vitæ aut illo.Et sensus hoc modo efferatur,anima est principium quo viuimus, siue hæc vita sit vegetando,aut sentiendo, &c. sicq; vox illa quo viuimus non arctetur ꝓ specie aliqua vitæ, sed in sua amplitudine relinquatur.

Carpitur Caietanus. Atqui pace ipsius dixerim, tãta vitæ formalitas physici negocij non est, quia nõ potest physicus vitam ita abstrahere: vt sit superior omni gradu vitæ: hæc amplissima consideratio vitæ metaphysicorũ est. Hic autem de vita agitur, vt est animæ operatio.Illa autẽ vita abstracta, ab omni gradu,neq; est gradus vitę,neq; operatio vitæ. Rursum illa vita abstracta & formalis, non est qua viuimus, vt patet.Quid quod Aristo.definitionem auget,quo viuimus, quo vegetamur, quo sentimus, quo intelligimus,&c. quo mouemur secundum locum:verum Arist.noluit tantam definitionis suæ accessionem. ideo ait anima est qua primo viuimus sentimus,&c.non ergo hæc collocãtur in definitione

finitione, vt credit Caietanus, vt determinationes cōmunis vitæ: alioqui definitio noua eguisset particula. ¶Quare dicendū videtur viuere grecis iam pro certo gradu viuentiū vsurpari, qui est plantalis. Iā verò in amplitudine ad quatuor gradus vitæ habet significantiam: quæ duo Aristo. notat hoc capite, qui viuere multipliciter dictum asserit, & item animā vegetalem esse per quā viuere adest cunctis viuētibus. Et zoophita Græcis, Latinis dicūtur plātanimes, vel plātanimalia, vt ostrea & spongiæ, quæ, ꝙ sensu sunt prædita, animalia: ꝙ verò imperfecta sunt & humi defixa, plātis sunt similia. Et paruo discrimine huius vocis & plāta & animal significatur à Græcis vt Aristo. ait in. 4. lib. de partibus animalium. c.7. ¶Definitio ergo in sua synceritate perseuerās, est hæc, principiū viuēdi, id est, vegetandi, &c. Quòd verò Aristo. in lib. topicorum. 6. c.5. reprehendit Dionysium definiētem vitam esse motū generi nutriendi naturaliter inseruientem, non ideo fecit, quia Aristo. latebat vocem vitæ aliquando vegetalē solum significare: sed quia vocem vitæ generalem ad omnem gradum vitæ per vitam plantarum solum modo Dionysius definiebat: quanquam vitæ nomen vegetabile sibi vsurpat: quia vita prima est in vegetatiōe, qua sublata omnis vita mortalium perit. Dubium secūdum est, hæc definitio non colligit animā rationalem esse actum corporis: nam etsi vegetemur anima & corpore, & sentiamus, non tamē intelligimus corpore: intelligere etenim est operatio non organica: ergo anima rationalis nō est forma corporis: non enim duob⁹ intelligimus: altero primo, vt anima, alio secundo, vt corpore. Cui fundamento totius demōstrationis structura inclinata est. ¶Sunt qui dicant ex recentioribus tametsi nō colligatur animam intellectiuam (vt talis) esse actū, satis erit ipsam, vt est alēs & sensitiua, esse actum hominis: mihi hoc est creditu difficile animā intellectiuā vt talis est, non esse actum corporis: si non est actus, neq; anima. Quare censeo intelligere animæ intellectiuæ, vt ipsa est corporis forma, esse mediāte corpore: quia fit intelligendi actio ministrante phantasmate intelligēdi materiam. Et quanquā ipsa à corpore semota phantasmate non egeat, vt tamen est in corpore, nisi corpus subseruiat, non possumus intelligere. Nihil. n. est in intellectu: qđ prius in sensuū foribus non imprimat vestigium suum, nisi ꝙ discrimen est nutritionem, accretionē esse corporeas, & in corpore, itidē & sensione: at verò intellectio, etsi seruientibus sensibus actum capiat tamen non in corpore, sed in aīa rationali excipitur. est enim intellectio spiritualis & spirituale amat subiectum, quale est rationalis anima. Tertium dubiū diximus iuxta Arist. doctrinam operationē primò animæ, deinde corpori. Hoc falsum tētabit conuincere aliquis obseruans dixisse Cōm. primo de anima. Comm. 3. somnū primò corpori, deinde animæ tribui: falsa ergo est physica illa suppositio, esse & operatio primò conuenire animæ: post hæc corpori. Responsio est. somni actionē ab anima proficisci. Hæc enim vitali calore operās in corporis cibum somnū excitat: & submota anima, mortuū corpus neq; dormit, neq; vigilat. Alioqui si corpori primo ergo omnia corpora istis afficerentur affectibus: somno. s. & vigilia. Verùm cum somnus fit à vapore in stomacho cōcitato, & sursum lato caput versus: vapor autē est quædam substantia corporea, hac ratione cū initiū somni sit hæc corporea vaporatio. dixit Cōmen. huiusmodi affectionem esse corporis. Constat autem fumidum istum halitum ab anima per calorem natiuum excitari. Quartum dubiū processum Arist. demonstratiuum sibi assumit exponendū. Nam Arist. tradente Cōmenta. Auerroe tacitam subintellexit propositionē, si actio aliqua duobus tribuitur, alterū est forma: alterum est materia. At verò hæc ꝓpositio multas habet offensiones: nam duobus loquimur pulmone, & lingua, & hæc non ita se habent duobus locamur & corpore & loco: duobus sanamur & corpore & medicina: & viuimus corde & capite, quæ tamen non sunt vt materia & forma. Quo argumento Caietanus demonstrationem Aristote. non pendere ex propositione illa Auerroistica est persuasus. Nam si obstiteris esse intelligendam propositionem in princi-

Viuere apud Græcos quomodo accipiatur.

Plantanimes quæ.

Dubium. 2.

Dubium. 3.

Somnus vnde fit.

Dubium. 4.

piis essentialibus, iam petis principium & non demonstras. Et esset hoc probandum animã esse formã quod sumebatur: ideo credit, argumentum Arist. ex proportione quadam ducere ostẽsionem, sicut duobus sanamur corpore & sanitate, & duobus scimus anima & scientia, sic duob⁹ viuimus anima & corpore. Vt ergo sanitas ad corpus & scientia ad animam, ita anima ad corp⁹, sed sanitas est forma sani: & scientia forma scientifici: ergo aĩa est forma corporis. Sanitas autem est forma, est enim qua primò sani, & scientia forma, qua primò scimus: ergo aĩa quæ est qua primò viuitur, erit actus, & forma corporis. ¶ Verũ quod me male habet in subtili hoc interpretamẽto, est quod eneruat Aristo. demonstrationem. Et egregium colligit Caietanus topicum argumentum. Nanq; demonstratiõis autoritas similia respuit. Argumentum enim per simile, per dissimile soluitur. ¶ Verùm propositio Commen. quam infregit Caietanus, est eadem propositioni, quam Philoponus demonstrationi Aristo. præponit: omnia ait cõposita duplici modo dicuntur esse, & secũdum materiam, & secundum formã, quæ propositio & virtute est Arist. non tamẽ expressè, & qđ dixit de esse, dicito operatione omnia composita, quæ operantur, secundò modo, operari dicuntur & ratione materiæ, & ratione formæ. Nam si materia nihil faceret actioni, ecquid ergo actus actiuorum sunt in patiẽte bene disposito? & ad hũc sensum reducas propositionẽ Commen. etsi verbis sit discrepantia, non tamen sensu. Et argumenta Caietani cessant, & est propositio hęc per se nota, quæ sola inductione probabilis; sumus albi albedine & superficie, sumus calidi aut frigidi propter frigorẽ aut calorẽ: & corpus itidem de operationibus. Et quia propter formam primò dicimur esse aut operari, ideo vis demonstrationis sine proportionib⁹ aut proportionalitatibus à Græcis & Latinis ostensa est, excepto hoc autore: sic ergo etiam si lingua & pulmo non se habeãt, vt materia & forma, veritas propositionis, oĩa cõposita quę operãtur ratiõe materię & formę operantur, solida manet & Caietani instãtię nihil offendũt, vt vides. Quinto vocandum in quæstionem, quod non est momenti exigui intelligendæ huic definitioni, an sit audienda hæc definitio referendo partes eius coniunctim: aut diuisim. Refert autem plurimum sic aut secus accipere, si enim coniũctim definitionem recipias, solius animæ rationalis est definitio, id quod apud quendam legi in epitomate de anima sed sinistrè scripsit illud: hæc enim definitio, si solius animæ intellectiuę est, vt demonstrabit omnem animam esse actũ corporis, quod est Peripatetici instituti? In capite hoc Arist. antiquos carpit Philosophos: quia de anima rationali solùm tradiderũt doctrinã. Quare si vnam animam definit, suæ reprehensioni Aristo. succumbit. Quod autem quatuor illa simul, principium viuẽdi, sentiendi, &c. soli animæ intellectiuæ congruant, hebes satis est qui nescit. At verò si diuisim definitionem audiamus, hoc modo, principium viuendi vel sentiendi, &c. nobis pcius impendet argumentũ: esset enim tunc non vna simplex definitio, sed plures, & demonstratio nõ haberet vnicum medium, sed plura, vnde neq; esset vna demõstratio. ¶ Hoc autem quod postremo loco dicebatur Latini non pauci facile argumẽto concedũt, hanc definitionem esse plurium animarum & non vnius, & esse complementũ prioris, & in hunc modum rẽtur esse quatuor definitiones animæ vegetatiuę, sensitiuæ, motiuæ, & rationalis. Id quod supra explosum est. Quapropter, vt inre hac abstineamus à multis citationibus & cẽsuris aliorum, dico semel, etsi diuisim acceperis definitionem vt accipienda est, cæterum medium esset vnicum propositum & simplex: est enim hoc mediũ principium vegetandi, vel sentiẽdi, &c. siquidem non est propositio, neq; categorica neq; hipothetica, definitio enim non est enunciatio, sed oratio quædam. ¶ Postremò quęret quispiã, cur Arist. tex. 24. adiecit, primò, in definitione animæ. Paulus Venetus, inquit, alioqui definitio esset inabsoluta: nam cum viuatur corpore anima, & potentijs, nisi dicatur primò, definitio non habebit conuertentiã. Hoc tamẽ non arbitramur necessarium Arist. enim, primo posteriorum tex. 5. principium ait & primum esse idẽ. Quare sat est

Reprehendẽt Caiet.

Dubium. 5.

Postrema dubitatio. Paul. Venetus reijcitur.

est definiuisse animã esse principiũ: nam si principiũ est, vitæ ergo prima ratio vitæ. Verũ Arist. compingens demõstrationem, vt ostẽderet id quod compositorũ est forma, esse cui primò congruit esse & operatio, explicauit principij vocabulo.

Altera obiectio. ¶ Insultas adhuc huic definitioni, Deus est primum principiũ vegetandi, sentiendi, &c. ergo Deus aĩa est: dixerit aliquis, Deus nõ est formale principium, sed efficiens: atqui cõtra hoc est, iam enim definitio esset petens principium in ostensione prædicta. Dicere ergo oportet, ꝙ fortassis hoc argumẽto inclinati quidã Platonici sectatores dixerunt, Deũ esse animam mũdi, vt August. denarrat in. 10. de ciuitate Dei. cap. 29. estq; locus apud Plato. in Timeo. At verò Aris. dixit animam esse principium quo viuimus sentimus, Deus autem nõ est, quo viuimus, sed à quo est vita, & motus vt actorum. 17. Paulus apostolus ait, in ipso (& est sermo de deo) viuim⁹, mouemur, & sumus. ¶ Vt autẽ secũdum Arist. Deus sit à quo, est vita, motus, sensus, & intelligentia, nõ est huius loci. At me in Arist. nõnihil comminiscor offendisse quod deum animã asserat. etenim lib. de plantis. 1. quærit quod sit viuentibus vitæ principium & respondens, quod nã aliud inquit prę ter nobile istud animal, quod cælum, solem, stellas, & planetas circuit? quod sit hoc animal quod omnia circuit nescio nisi deum dixeris, deus igitur anima aut animal est Arist. quid ergo tam acerbas commeritus est Plato inuectiuas Deum vocitans animam mundi: & vniuersum hoc oculis nostris spectabile dixit animal sempiternum? En vt Arist. manibus & pedibus in Plato. it sentẽtiam, dicens vnum esse animal quod vniuersa circuit quod vitæ præstat originẽ. In angustias redigor nisi hinc pateret exitus vel librũ de plantis non esse Arist. sed Theophrasti aut alterius prędarissimi philosophi, aut equiuoce deũ appellasse animal nobile, quia animalibus vniuersis origo est vitæ. Quod si in eundem sensum verba Platonis tẽperemus nulla digna sunt cẽsura. At crediderim librum de plãtis autorem habere Arist. nam stilus plurimũ Aristo. sapit. Idcirco quod loco secundo diximus, coloris prefert nonnihil: aut demũ si peripateticũ rigorem seruare magis iuuat, postremò dicito per animal qđ hæc circuit, solem, &c. zodiacum intellexisse Arist. qui ab animalis voce nomẽ sibi accepit. & cælũ sidereum quod octauum est & cælorum vltimũ apud Arist. zodiacus cingẽs, vniuersos alios circuit orbes solẽq; lunam, stellas, &c. etsi verũ est placitũ cælos viuos esse, germane animal zodiacus est nuncupatus. Nihil autem inculcanda rursum disputatio hæc si cæli viuãt, quam superioribus chartis egimus vt locus & vires ferebant. Porro autẽ missis istis, Arist. collegit egregiè si aĩa est qua viuimus & nõ est materia aut corpus, erit ergo forma. ¶ Aegidius Romanus credit hanc definitionẽ secũdam esse addendam priori, vt definitio bene sibi constet hoc modo, Anima est actus corporis physici & organici, qua vegetamur, &c. Et hac ratiõe Deus nõ esset anima, quia non est actus alicuius corporis. Verũ vtraq; definitio per se & seorsum capta non est mutila, sed integra, nisi ꝙ vna communis altera propria, vt supradictũ est: quare dissẽtio ab Aegidio. Collige ex totius hui⁹ sermonis summa animam intellectiuam esse actum corporis physici: quod quidem si vtaris Aristo. argumento facilè intelliges: nã quod est principiũ quo intelligimus, aut est corpus aut forma corporis, non est corpus: ergò forma corporis. Si hæc connexio infirma est de anima intellectiua & in cæteris vt valebit animabus? nam itidẽ argutum est in anima plantæ, principium quo viuimus, aut est materia: aut forma: non materia ergo forma. ¶ Vltimò considera, animam esse principium vitæ & est ipsa vita & ipsa viuit & est qua viuimus: non est, vt albedo quæ albat & non est alba & id genus abstracta, sed vt bonitas quę cum reddat bonos ipsa est bona, & veritas quæ item vera est & veros instituit, sic anima viuificat & est vita. Cõtextui non est quod sudemus explicãdo quia lucidũ satis fecerunt quæ diximus.

¶ Tripliciter enim dicta substantia, sicut diximus, quarũ hæc quidem species, illa verò materia, alia autem ex vtrisq;, harũ autem materia. Tex. 25.

teria quidem potentia, species autem actus: postea quam quod ex vtrisq; animatum, non est corpus actus animæ, sed ipsa corporis cuiusdam.

¶Noua ostensione animam esse formam demõstrat Aris. colligẽs partes diuisiõis, cuius supra meminerat, tres esse substantias dixerat primo.c. materiam formam, & compositum, ex vtroq;. Iam ergo anima nõ est materia, aut corpus, hoc enim subiectum est vitæ & non vita: quia vitã haurit ab alio, & non ipse fons vitę: quia subducta anima collabitur in terrã, neq; est ipsum animatum: ergo est species & actus corporis viui forma.

Tex. 26. ¶Et propter hoc bene opinantur, quibus videtur neq; sine corpore esse, neq; corpus aliquod aĩa. corpus.n. nõ est, corporis aũt aliquid est. Et ꝑpter hoc in corpore inest & in corpore huiusmodi: & non sicut priores ad corp⁹ aptabãt ipsã nihil vltra diffinientes in quo & quali. quanuis nõ videatur quodlibet, recipere quodlibet. Sic autẽ fit, & secundum rationem. vniuscuiusq; enim actus, in eo quod po tẽtia existit, & in propria materia aptus natura est fieri. Quod igitur actus quidam est & ratio potentiã habentis vt sit huiusmodi, manifestum ex his.

Arist. argu. ¶Hunc locũ magnificãt, qui contẽdunt secundum Arist. sentẽtiam, animam humanam esse mortalẽ: ait enim neq; corpus est, neq; sine corpore, si non est sine corpore: ipsa ergo defuncto corpore vita defungitur, atqui istud in.3. lib. de anima differendum est. Et quod huius loci est tradamus, animam non esse corpus, sed aliquid viuẽtis corporis, id est, actus eius: quo reprehẽdendi sunt philosophi, vt Hipparchus, Hippoxenophãtes, Epicurus, & alij, quibus anima corpus erat, aut ignis, aut terra, commixta igni, aut aqueus humor, aut complexio elemẽtorum, aut crasis & temperatura quatuor qualitatum, aut sanguis. Isti enim hanc sibi suaserunt sententiam: quippe disturbata crasi, aut humorum tẽperatura animal emoritur: effuso sanguine, corpus labefactatur, & interit. Et errorũ in origo fuit non pẽsitare animam esse actum, nõ cuiuslibet corporis, sed physici & organici, & habentis temperaturam, qualem operationibus vitalibus exercendis congruebat: quia actus actiuorũ sunt in patiente non quolibet, sed bene affecto: & satis demonstrat Arist. Animam non esse corpus: id enim quo primò viuimus, non est corpus, sed anima est, quo primò viuimus, non ergo est corpus, sed requirit corpus: quia duobus viuimus, & viuunt mortalia omnia, & anima, & corpore: non quolibet, sed physico & organico: & demum si corpus est aĩa, quod aut quale corpus? nũ simplex, quale elementi corpus, num mixtum imperfectũ, aut perfectum? Cùm autem anima operationes habeat excedentes longè naturam elementi & mixtorum corporum, vt supra ostensum est, ipsa nõ est corpus: etsi ipsa corpus & animatum est corpus, corpus est in corpore id quod rerũ non sustinet ordo duo corpora esse simul se penetrantia in eodem. At verò antiqui isti philosophantes, humi repẽtes, ad spiritualis substãtiæ contẽplationem mentis instinctum erigere non poterant: nihil ducebãt esse nisi corpulẽtam habuisset substantiam, continuò animam corpoream esse censebant. At verò argutulus aliquis probabit animã esse corpus: omne.n. quod mouet, mouetur. 8. Physicorũ, excipitur mouens immobile, Deus gloriosus: anima ergo quę est motor corporis mouendo corpus, mouebitur: est ergo corpus, quippe, mouetur locali motu. & quod mouetur omne, corpus est. vt 7. physi. demõstrat tex. 2. Huic tamen obiecto responsio parata est, animã mouere corpus, & ad motum corporis moueri, non quidem per se, sed per accidens. Plato autem aiebat se mouere per se animã, quẽ magis argumentum factum premit, nisi

Variorũ philosophorũ sententia de anima.

Error veterũ philosophorũ

Responsio ad obiectum.

nisi illum cum Macrobio intellectũ velimus esse animã originem. & fontem motus. At vero schola peripatetica animã moueri per accidens, ad motum corporis confitetur: & propositionem Aristo. Quod mouetur corpus, est in motu per se, verum esse, non aliàs concedunt. Contextus autem nõ est operosę intelligentiæ. Textus quę hactenus digessimus tripliciter, inquit, substantia dicitur. Hæc quidem species, id est forma, illud etiam vocatur substantia materia, id est, aliud autem cõpositum ex vtrisq;, sed harum substantiarum esto discrimen materia, substãtia, in potentia, forma est substantia actu, cõpositum ex vtrisq; animatũ: corpus verò nõ est actus animæ, quia nõ est anima, sed anima est actus corporis cuiusdã, idest, non est anima actus corporis mathematici, aut artificialis, sed physici & organici. Quæ restãt huius .26. tex. persequamur. *Et propter hoc in corpore inest & in corpore huiusmodi.* Vetustã arguit philosophiam, quæ etsi animam corpori dabat: tamen nihil de legitimo susceptiuo animę edisseruit, quod illi vicio datur. Nam actus omnis habet sibi secundum rationem actus potẽtiam sibi aptã, vt ars ipsa demonstrat: ad sectionẽ enim non quæuis materia assumitur, sed quæ incisioni sit accommoda, vt ferrea, aut calybea. Antiqui ergo quidã, etsi animã aliquid esse corporis dixerunt, non tamen cuius corporis decreuerunt: est ergo anima actus, & ratio, potentia corporis vitam habentis. Vt iam præscriptum est. ℂContextus hic est, Et propter hoc anima est in corpore, & in corpore tali, id est, physico &c. & non sicut philosophi antiqui, qui dicebant animã esse formam corporis, nihil exprimentes cuius corporis: quamuis forma quęlibet habet certum subiectum, Et hæc ratio exigit, vt vnusquisq; actus habeat certum subiectum, in quo naturaliter fiat: vnde itidem est huiusmodi.

Quæstio prior vtrùm anima quelibet sit quantitate donanda.



OPPORTVNVS accessit locus, quo disputemus in calce huius capitis de animæ quantitate, si diuisibilis est anima, an indiuisiblis: quo illustrabitur veritas huius capitis. Et originem accipiet disputatio ex verbis illis Aristote. Plantæ & imperfecta animalia conuulsa viuunt. Prima autem fronte coniectabit quispiam esse omnes animas indiuisibiles: sunt enim incorporeæ hîc docente Aristo. ergo indiuisibiles: incorporea enim non sunt quanta. ℂAccedit eòdem animam esse in toto corpore animato & in qualibet animati corporis parte: quælibet. n. pars viuẽtis est viua per animã igitur est indiuisiblis. Contra est quod hic Aristo. tradidit vegetalem & sensitiuã esse diuisibiles. Et in libello de iuuentute & senectute cap. 1. ait animas has esse velut plures aĩas quæ sibi coadunatæ & in vnum societate sunt. De re hac est extrema sententia, quæ credit omnes in vniuersum animas esse diuisibiles, & nõ excipit animam rationalem, quæ secundum leges peripateticæ disciplinæ, (semota fide) itidẽ diuisibilis ducitur. Hãc sententiã in placitis Cleãtis & Chrisippi stoicorum legimus, quib⁹ anima omnis corpulentæ est substantiæ. Colligebat Cleãtes: quia filij non solũ corpore similitudinem patrum referũt, sed & anima, ergo genita ex patre & sic corporea. Rursum aĩa simul cum corpore patitur: nã congaudet & cõtristatur. Est autẽ corporis cõpati corpori. argumẽtabatur Chrisippus, Mors est separatio aĩæ à corpore: ergo prius dum viuebatur, se tangebãt: sed corpora se tangunt ergo aĩa est corpus. Hæc refert argumẽta. D. Grego. Nissenus lib. 2. de anima. cap. 2. Creduli sunt huic placito nostri seculi philosophi nonnulli, è quorum numero est Petrus Pomponatius in opusculo de augmẽto formarum. cap. 11. neq; accretionẽ, & decretionem aliter potuit intelligere, nisi diuisibili anima. Aristo. tradente de generatione. & Commen. libr. 1. tex. 38. accretionem, esse non secũdum partes materiæ, sed formæ & Commentator Auerroes in libello de substantia orbis. c. 1. Omnis forma, ait, quæ est in magnitudine est indiuisibilis: at anima rationalis est forma in corpore quod est magnitudo ergo est diuisibilis. Et hui⁹ generis sunt argumenta non pauca, quæ modò non sunt congerenda: quia multa colligũnt

 animam

animam esse mortalem, & sic suo loco reseruentur. ¶Alia autem est sententia huic ex diametro opposita, omnes animas esse indiuisibiles, quam Marsil. Ficinus lib. 6. de theologia Platonis, Platoni adscripsit: ego verò Aristo. lego. 1. de anima suggilantem tex. 45. de hac re Platonem in Timæo, animam esse magnitudinem ex elementis contemperatam; & vt Themistius. 1. de anima exponit. c. 2. Platonis placitum erat, mentem esse corpoream cæli molem, quæ & anima mundi. Quare si Arist. est audiendus & non Platonici, Platonis sententia fuit omnes animas esse corporeas, & diuisibiles. Id quod Arist. de intellectu falsum esse inibi ostẽdit: qui cum impartibilẽ intelligat rem impartibilis est, indeq; vt Simplicius collegit neq; instrumento vtitur corporeo. De qua re in. 3. At quod in præsentia se offert, nos in medium; proferre possumus Platonis familiares. vt Plotinũ, Ammonium & Numenium iunctis vmbonibus pro Platone dimicantes, quædam argumenta congessisse, quæ colligant animã esse incorpoream Platoni. Primũ, corpora non se mouent, sed anima se mouet, id est, est principium motus, quod nullũ assequitur corpus. Secundum est, disciplina est incorporea: cùm ergo hæc in anima recipiatur, anima est incorporea: & ad modum hoc verisimile est Platonẽ sic sensisse, vt ego in procemio expressi Platonicos sequutus & D. Grego. lib. 2. de anima. cap. 1. ¶Alij verò medium statuentes opinationem, ex vtrisq; temperatam extremis docuerunt, quasdam videlicet animas esse diuisibiles, alias autẽ indiuisibiles: vt vegetales animæ, & quę sunt entomorum, vt vesparũ, apum, araneorum & imperfectorum aliorum: vt, coclearum, spongiarum, lumbricorum, & id genus innumera, diuisibiles sunt. Quæ verò nobiliores sunt animæ, vt sensitiuæ perfectorum animalium, & humanæ animæ, indiuisibiles sunt. Habet assertores hoc philosophicum placitũ Albertum Magnum. 2. lib. de anima cap. 7. & in finali. c. 1. de anima & Diuũ Thomã parte. 1. q. 76. art. 8. & demum horum imitatores istis autoribus subscribunt.

Platonis defensio.

¶Est autem horum radix hæc, quã mox subdemus, formarum differentia: sunt enim formæ, quæ in subiecto non requirunt variam dispositionem, & membrorum, partium ve discrimen: aliæ verò cõtra. Primi ordinis sunt primę qualitates, atq; secundæ, quæ simplicitate subiecti contentæ sunt, & formæ deniq; elementorum, & mixtorum inanimatorum. Vnde quælibet pars ignis, ignis est: item de lapide & id genus. Secundo verò ordine sunt animæ, quæ exigunt in suscipiente variam partium figurã. Et hic ordo distribuitur in gradus duos: sunt enim animæ quæ magnum apparatum organorum sibi vendicant. aliæ verò simplicioribus vtuntur. Primæ sunt animæ perfectorum animalium: vt bouis, equi, canis: aliæ autem, vt, animæ plantarũ, quæ imperfectissimæ sunt animæ: & admodum occultę. Ob quã causam philosophi quidam negauerunt eas esse animatas, vt supra tradidim⁹: at verò inter animas herbarum, & virgultorũ, & arborum, & animas perfectas, brutorũ quorundam, sunt aliæ animæ, quæ mediam habent naturã quæ maiori egent organizatione plantis, & minor sufficit, quàm perfectis animalibus, vt diximus spongias maris & cõchas huius generis esse, quę propterea plantanimalia effico vocabulo appellitantur: vnde & natura horũ differentiã ostẽdit in perfectis animalibus quorum conuulsa pars continuò perit. ergo anima non residebat in parte illa cõuulsa: nam substitisset & ad moram aliquantã seruasset vitam, id quod non cernimus. & exemplum sumito in parte bouis abscissa aut ouis, quæ simul atque diuelluntur pereunt, non ergo ibi anima manet post diuulsionem: diuersum autẽ ramus plantæ abscissus ostendit. seruat. n. vitam longiusculo tempore & plãtatus suppullulat. & insertus germinat: & adhuc appẽsus diu sustinet virorẽ, id quod aĩæ adhuc vigentis indiculũ est. id qđ sanè ducit humanã mẽtem vt sibi suadeat, animas plantarum esse diuisibiles in potẽtia, & si actu sint indiuisibiles, alioqui arbor non esset vna, si plures actu haberet animas. sunt ergo in potẽtia plures. ¶Animæ autem perfectorum indiuisibiles actu atq; potentia, imperfectorum verò & plantanimorũ, Item animæ diuisibiles sunt potentia: quippe, eodem argumento

mēto, quo plantis animarum est diuisio. Horum quoq; animalculorū probabis animas diuisibiles, quia partes horum conuulsæ habent animam. Nam habent motum processiuum lumbricorum partes diuulsæ. Verùm quia huiusmodi animæ sunt nobiliores, q̃ plantarum: hac ratione vitam modico tempore seruant, deficiēte ore & stomacho, aut vētre, quibus alimentum trahatur, & condatur, & digeratur. Et impēsissimè facit cum Alberto Magno &. S. Tho. locus Aristo. in lib de iuuentute & senectute cap. 1. qui postquam docuerat animā plantæ, esse veluti animam vnam ex pluribus aggregatam: quia vna est actu & plures potentia, paulòq; differre animā entomorum ab hac plantali, adiecit in optimè constitutis. i. perfectis animalibus, non sic res habet, subindicans animas perfectorum esse maximè vnas: & perfecta esse maximè vna, cætera viuentia non item. Vbi autem maximè vnitas est, est indiuisibilitas: ratio enim vni⁹ est indiuisibilitas.

Argu. 1. in contra. ¶Huic tamen sententiæ occinunt multa namq; (si expertis est danda fides, quę maxima est in philosophia) etiam ducemus argumētum, quod colligat animas perfectorum esse diuisibiles: nam cōuulsæ perfectorum partes, motum progressiuum ædiderunt aliquando vt Cōmentator Com. 4. contra sermonem Galeni *Galenus.* physi. 7. refert taurum se vidisse trūcum id est, abscisso capite, ambulare multoties: & refert Galenum asserentem auulso corde animal perfectū posse duos passus ingredi, vt inde colligeret non esse cor principiū motus progressiui. Quod si hic motus spiritibus impressis ab anima, qui non continuo commoriuntur, detur, quid impediet hoc idem fateri in partibus euulsis animalium imperfectorum, palpitatioq; illa, motus, quæ frequens partium nō animæ superstiti, sed spiritibus nondum emortuis tribuatur: vt, lapis aut sagitta à manu proijcientis eiecta aliquandiu virtutem proiicientis seruat, qua languescēte labitur in suum *Argu. 2.* locum? Addas quoq; Arist. libro de partibus animalium. 3. cap. 10. verba habere non multi fauoris, sed quæ planè videntur animas perfectorum tradere diuisibiles. Corpus, inquit, detracto capite progredi quòquam nō temerè credi potest. Quod velut probans à maiori subdit: nā ea, quæ sanguine carent, vel viuere diutius possunt truncata capite. Cuius rei causam se alibi docuisse dicit. Iam ergo si motus progressiuus imperfectorū, in partibus lumbrici abscissis, colligit partem illam viuere, ecquid non colliget in corporibus truncis, vt tauri aut aliorum vitā adesse? non est leue discernere, & vehementius latiusq; serpit argumentum. Arist. enim non excipit humana corpora, iam ergo truncus homo quòquā progredi non temerè credet aliquis. Quin si *Argu. 3.* anima nutritiua est diuisibilis, & hæc eadem quæ sensitiua: ergo hæc in vniuersum erit diuisibilis. Et cùm hæ sint idem in homine cum intellectiua, hæc quoq; erit diuisibilis. Et rursum nemo dat, q̄d *Argu. 4.* non habet: anima autem quæuis ea sit, dat materiæ quantitatem: ab illa enim esse organicum dimanat in materiam, & non à forma corporeitatis, quam potiùs dedimus commēto quorūdam q̃ verę doctrinæ. Ego lubens istis argumētis assensissem, si hoc vnum contēdissent animas quaslibet, sensitiuas tamen extensas esse atq; diuisibiles, vt anima lūbrici, ita anima equi esset quælibet vna actu & plures in potētia: nisi ꝙ hæc argumēta, etiā animam humanam inuoluunt: quandoquidē Arist. corpus abscisso capite progredi, ait, valere: q̄d nullus arctabit aut ligabit, sermonē hunc esse subaudiendū minus de hominis corpore, quā de quocunq; alio corpore. Neq; argumentum ab experientia petitum conuincit, si citò emoriuntur partes abscissæ perfectorum, animam esse indiuisibilem. Eue stigio dicet aliquis hoc attribuendum esse optimæ constitutioni perfectorum, quæ quā primò læditur vehemēter, tam citò anima discedit & corrumpitur, quæ quidē in parte abscissa erat: in aliis autem, quæ peiorem habent constitutionē, diutius experitur vita. vnde Arist. 5. particula problema. 20. problemate, ait corpora æquabiliter commersurata frequentius laborant, & facilè patiuntur: æquabilitas etenim nimia læsionis, vel modicæ sentiunt detrimēta. Corpora autem, quæ non tantæ æquabilitatis habēt temperaturam, non item. ¶Hæc ergo dicet

aliquis causa est quare partes imperfectorum aliquādiu remorantur vitā: alia verò velocissimè emoriuntur, & non animæ indiuisibilitas. ¶Verùm istis nō obstantibus, primā propositionem probabilem ipse iudico, atq; etiam Alberti & D. Thomæ sententiæ vt probabili placito herendū esse, in quā me credēdam vtcūq; trahit non experiētia sola, sed Aristo. testimonium iam depromptū libro de iuuentute & senectute cap. primo etsi non nescius hoc testimonium non cogere aduersarium: vt, supra ostēdimus. Verùm vtcunque colligit animas perfectorum esse indiuisibiles: nam ait, Non autem sic in optimè constitutis. Expende verborùm vires, Animas, ait, plantales & imperfectorum esse actu seruātes vnitatem, sed singula anima harū est multæ potētia, sed perfecta: nō sic ergo hæc aīa est vna actu & non plures, potentia: ergo est indiuisibilis. Verbo autem philosophi de partibus animalium libro respondetur: verba illa de trunco humano nō sunt intelligēda: hactenus.n. non est expertum humanum trūcum progressum fuisse deciso capite, nisi vi diuini miraculi, vt corp⁹ beatissimi Dionysij detractū iam gladio carnificis caput manib⁹ fertur accepisse, & passus aliquot ambulasse. Verū hoc miraculo tribuēdum est, vt & Pauli caput ferro (vt historiæ ferunt) in terrā deiectum, vocē protulit. Iesum proclamantem: id qđ impossibile duxit Aris. libro de animalibus indicato: quippe vocalis arteria rescissa, vox ædi non potest: corpus autem brutum, vt bouis & aliorum, si progredi potest, vt Commen. retulit, & Aristo. consensio est, dicere oportebit, illud sanè esse, nō quod anima scindatur in frustra cum corpore, sed (vt Albertus tradidit in summa de homine, articulo. 3. quæstione secunda) in neruis motiuis remanet virtus quędam, quę non est pars animæ, sed causata ab anima, & est corporea, quæ post mortem in incerto mouet quædam membra. Hæc ipse. Scio obtrudes nobis idē esse sapiendum de animabus entomorū, quæ post auulsionem etiam habent incertum motum. Respōsio est in procinctu, quòd entoma & annulosa diutius seruant illum vitæ motum. Præter hæc animæ illorum sensitiuæ, quòd sint superstites in partibus auulsis, est indicium non leue, si pupugeris illas particulas, retrahunt se diffugientes compūctionem, id quod non expertus sum in perfectis, sed solum motum vagum atq; incertum, cui absoluendo breuicula morula virtus illa neruis impressa ab anima satis est. ¶Quòd verò arguebatur, si anima intellectiua est eadē quæ sensitiua & plantalis: si hæc diuisibilis, ergo & illa: negamus consequentiam: aut, vt hæreamus doctrinæ priori, fateor hominis animam vegetatiuā, sensitiuam, & vegetalem, esse indiuisibilem: est enim diuersa appellatio: res tamen vna est, & itidem anima vegetalis in bruto perfecto est indiuisibilis: quia est vna quæ sensitiua: non semel enim diximus supra in homine sensitiuum, & vegetatiuum esse potentias, & non animas: quippe intellectualis virtute cōtinet cæteras, & similiter in cæteris. ¶Reclamantibus autem aduersariis & obtrudentibus, iam ergo homo & planta non haberent animas vegetales eiusdem speciei, id quod sensus negat indicans operationes nutriendi, augendi, specie easdem in viuentibus cunctis: verùm, quòd non sint eiusdem speciei prōptum est vt colligatur: anima enim plantæ diuisibilis est, at vegetalis in homine est indiuisibilis. Verū hæc duo differunt necessariò specie diuisibile & indiuisibile. ¶Respondetur operationum vegetalium vnitatē potentias vegetales hominis & plantæ, esse eiusdē speciei colligit: nō tamen animas: quippe (vt diximus) vegetale in homine potentia est, non anima: anima siquidem rationalis est, anima plantalis non secundum speciem, sed secundum valorem & eminētiam, vt nulla sit offensio, cum audis animam plantalem in homine indiuisibilem esse. Hæc solutio producenda quoq; in alia, quæ hîc (prioris formæ tamen) imminent argumenta. ¶Vnum aūt hic super est, scilicet, Diui Augustini, argumenta duo quę probāt esse indiuisibiles in vniuersum omnes aīas sensuales, hûc vocare. Alterum in libro de animæ immortalitate cap. vltimo. & in libro de animæ quantitate, alterum. Etenim vermis cauda si cōstringatur, totus ipse constringitur: anima ergo quæ in toto verme

Propositio resoluens inductā quæst.

obiectio.

obiectio.

Responsio obiectio.

Argumēta duo. D. Augus.

me dispersa est; eadē pœnitus est in cauda vermis.

¶Præterea species, quibus sensus apprehēdit sunt indiuisibiles: id autem quod apprehendit indiuisibile, necessario est indiuisibile. Quo argumēto vtitur dialogo de aīæ quātitate. ¶Primò tamē respōdetur, animam vermiculi esse diuisibilē verùm partes eius cū sint vnitæ mutuò: ideo, si cauda constringitur, totus constrinctionis sentit dolorem. Secundò dico species non esse indiuisibiles, sed extensas vt infra excutietur. Iam verò secundam placet inserere propositionem lōge probabilius mihi est omnes animas esse diuisibiles excepta vna humana: & trahit me in hāc sentētiam. Primò quod Aristoteles docuit, accidentia magnam partem conferre, ad naturas rerum per callēdas. Atqui nulla est operatio, quam experiamur, aut qua colligamus, esse indiuisibilē animā brutis: omnes enim sensiones sunt operationes diuisibiles, vt opportuno loco vberius tradetur.

1. Argu. solutio.

2. Argu. solutio.

¶Rursum si indiuisibilis est aīa, perfectorū brutorū: ergo est incorruptibilis. Connexionem colligo, quia assertores huius placiti illam dicunt indiuisibilem corruptibilem tñ per accidēs. Quod aūt hoc modò vt aīa indiuisibile est, incorruptibile est: nam si punctus mathematicus corrumpitur, sanè ad corruptionem lineę & si indiuisibilis sit: habet enim positionem in cōtinuo. At verò anima non est hoc modo indiuisibilis: sed vt substātialis forma: sic ergo nihil mirādum si pūctus etsi insectilis sit corruptioni obnoxius concedatur: quia habet sitū in continuo, qđ corruptioni subditur. tñ quandoquidem aīa est in materia prima quæ corruptionis detrimēta nescit, si ipsa aīa sensitiua est ex natura sua indiuisibilis ex nulla parte illius corruptionē legitime videtur affirmādam. Nā si à toto viuēte dixeris nullum detrimentum sibi accedere hinc tibi dicam, nam diuiso viuēte ipsa non diuiditur: vnde ergo corruptio? Quin & anima hæc sensitiua esset in toto, & tota in qualibet parte. Id qđ solius esse animę intellectiuæ in quęstione consequente manifestabitur. Locus autem ille Aristotelis de iuuentute & senectute, nō hoc tollit. Dicerē enim optimè constituta non ita se habent, vt reliqua: non quantum ad omnia attinet, sed ad quędam. Optime enim constituta maiori potiuntur vnitate reliquis, non ita sic constitutis. ¶Rationibus aūt in principio factis huius disputationis, quæ totum pondus habent inclinatum in verbis Aristotelis & Commentatoris, dicerem augmentationem secūdum Aristo. secundū formam & non secūdum materiam exerceri, hanc intelligentiam habere peripateticam, idest, augmentatio simili specie nō eodē numero absoluitur. Caro enim increscit alia carne, quæ etiā cum priore specie retineat vnionē indiuiduo tamen distat. Est autem Aristoteli solenne speciem vocare formam, & materiam. Primo de cælo tex. 92. cælum ait significat formam & speciem, hoc cælū materiā. Auerroes verò nō est quod nos vexet: ipse enim omnes materiales formas, idest, quę materiæ donant esse, censuit diuisibiles. Quare cælo dedit motores indiuisibiles angelos, veritus ne si à forma substantiali quæ verè esset orbis forma, mouerētur orbes, motus ille non esset perpetuus: quia à virtute diuisibili motus nō est infinitus: de quare alibi. & quæstionis huius esto periodus, hoc adiecto animas esse diuisibiles non per se alioqui essent corporeę & quātę si per se essent diuisibiles id quod nō solum animæ verum nulli formæ substātiali conueniens est: sed sunt diuisibiles per accidens ad diuisionem totius & propterea corruptibiles sunt. Et in hūc modum argumētum diluitur quod sic colligebat, anima quælibet est incorporea ergo, indiuisibilis: est enim secundū se incorporea tamen extensa est extensione totius & per accidens diuiditur, vt ab albedo ad diuisionem superficiei.

Argumēta soluuntur.

Locus Aristo de modo aug. expen.

¶Libet autem iam in quæstionis periodum nōnulla de ecclesiastico dogmate, physicis disputationibus nostris attexere. Et quidē in septima generali synodo de animabus humanis traditur illas esse intelligibiles, ac etiam corporeas & visibiles, non sanè vt nos corporei sumus ex quatuor elementis concreti, crassæq; materiæ pondere presi, sed ex tenui materia, quæ visibilis est illis, quorum oculos dominus aperuerit. Et gentili philosopho

Quæstio periodus.

losopho, qui in synodo illa de hac re disserebat, & animas spirituales omnino tradenti, ecclesiã Dei diuersum sentire obijcitur: hãcque esse patrũ sanctorum fidẽ, Basilij, Athanasij, Methodij, synod⁹ illa gloriatur: & docet solum Deum incorporeum cætera omnia, angelos vniuersos, & animas nostras tenui corpore esse præditas: id quod in dogmatibus extat Plato. quæ. D. Aug. in epistola ad Nebridiũ. 115. angelos aërea, vel etherea animãtia dixit. Et libro de ecclesiasticis dogmatibus cap. 11. & 12. angelos, & omnẽ creaturam esse corporeã: quia circũscribitur locis. Quod si quispiã dixerit esse animas nostras corporeas, non absoluta ratione, sed illas in summum spiritum referendo, cuius collatione corpulentam gerãt substantiam, hæc est vera traditio sed verborum synodi suffugiũ est: quippe, clara voce tradit, animas & angelos esse ex aëre aut ignea materia constitutos: & dogma hoc non adeò obsoletum, iam & carie cõfectum est, vt recentes nõ habeat patronos Domi. Caie. in Cõmenta. ad epistolã Pauli ad Ephes. 2. & alios, quibus in cõfesso est, rem esse adhuc sub iudice. Cæterum locus non admonet, vt quidquam pronunciemus. At verò anima rationalis si corporea est: ergo extra duce est. Quod sancta Dei horret ecclesia, & nos in. 3. ostendemus: catholicum proinde puto animum spiritualem esse: synodus autem disputat & non tradit.

Vltimi arg. solutio

Vltimo argumento, respõdetur, animam sensitiuam & vegetalem esse sanè diffusas per totum corpus viuentis: verùm tota aĩa est in toto viuente, & pars in parte. Ideò nõ sunt indiuisibiles. ¶ Neq; terreat nos obiectio illa, anima rationalis largitur corpori corpoream substãtiam, ergo est corporea: solùm colligit virtute esse corpoream, non tamen essentia: vt, ex prioribus liquidò constant hęc.

Argumentorum Cleantis solutio.

¶ Ad argumenta Cleantis respondeo. Primò fateor prolem non solùm corpore, sed & moribus parentes sæpe referre: at verò corpus confiteor esse ex parentum semine, non tamen animam intellectiuam cuius spiritualitatẽ impetere argumẽtum videtur. Siquidẽ animæ affectio plerũq; sequax est corporalis tẽperaturæ. Quãobrem anima prolis sępe parentum mores sequitur, non q̃ illa sit genita à parentibus, sed causam iam absoluimus, affectiones scilicet animæ temperaturas corporum sequi: at verò prolis temperatura parentum sequitur cõplexionem. Sed age, si bene iste Stoicus colligit, obiiciã illi frequenter prolis animam mores patrios deserere. Optimi quique parentes pessima dolent sobole, & optima proles corruptissimis nonnunquam excusa est parentibus, vt exempla suppetunt legẽtibus gestorum chronica, & vulgatus rerum, quas ob oculos habemus, vsus indicat.

Ad. 2, argu.

¶ Argumento secundo respondetur, dolorem & voluptatem non esse animæ affectus, sed cõmunes animæ & corpori: vt in procemio prædiximus: quare totius coniuncti sunt. Quare, si exactus exquiritur sermo, anima nõ compatitur corpori, sed cum ipsa est passionis principium, & corpus sibi sumit in instrumentum, & totius est affici non animæ solius, aut corporis. Si ꝓbasset Cleantes dolorẽ in sola excipi anima, forsitã non nihil suam iuuasset sententiam: sed contra est, est enim in toto coniuncto, vt ex procemio contra Adamum nobis disputantibus disces.

Argu. Chrysippi solutio.

Obiectioni demũ Chrysippi dico, animam non tangere corpus tactu physico, aut mathematico: nulla enim anima corpus est, sed corporis forma. Et deliri fuerunt Stoicę amatores disciplinæ, animã corpus dicentes, seu sanguinem, seu spiritum: quasi verò multa non sint exanguia, quæ vita gaudeant. Quare ipsa non est corpus, neq; tangens corpus, sed corporis forma, & finis, & principium. Separatur sanè anima intellectiua à corpore, sed hæc separatio non est ea, quæ separat contigua, vt lignum à domo: quia hæc separatio non est corruptio alterius, quod separatur. At verò absente anima, corpus quod erat, iã non est, sed aliud. Quare librato sermone, potius mors est viui corruptio corporis, q̃ separatio animæ à corpore.

Alia quæst.

¶ Huic autẽ disputationi est alia germana disputatio, si anima quælibet totum corpus occupat, & implet, an particulam cordis vt pręcipuam, & dignissimã, sibi in principatum & residentiæ locum reseruat, vnde vniuersas partes alias corporis regit, & vitæ opera administrat, & vt

& vt intelligentia cæli motrix non totum cælum implet sua substãtia: sed periferiæ partẽ sibi accipit quæ ocyssimũ voluit motum. vnde & aliæ partes circum aguntur. 8. physicorum tradẽte Aristo. tex. 84. concertatum satis est. De dubio hoc scissæ sunt sententiæ. Quibusdam anima totũ non implet corpus, essentia, sed operatione, persuasi sunt Aristote. verbo in libro de communi motu animalium cap. 2. ait non est necesse animam esse in quolibet membro & cap. 5. animam confert principi residenti in regia sua, vnde suæ dictioni subiecta, administrat. In quem prope modũ anima est in corde secundũ substãtiam suã & operationem suam impartit membris viuentis.

Argu. 1. ¶Huic autem placito suffragãtur nõ pauca præter hæc argumenta: etenim si essentia animæ esset diffusa in totũ corpus: & potentiæ quoq; essent diffusæ, & in pede esset potẽtia visiua, & auditiua.

Argu. 2. ¶Adde anima est actus corporis organici: igitur partes non organicæ, vt caro, quæ cùm sit similaris, non est organica: non erit animata.

Argu. 3. ¶Rursum perfectio est anima, & corpus perfectibile: secundum ergo modum perfectibilis erit modus perfectionis, corpus autem nõ secũdum omnẽ partẽ est capax sensus, vt ossa, nõ sentiunt, neq; manus, & pes, sunt capacia intellectus: igitur neq; anima in has se fundet partes.

Argu. 4. ¶Et istis adiũgam⁹ Aristo. in lib. de iuuentute & senectute cap. 2. proferentem animam vegetalem esse in medio corporis viuentis, & item sensitiuam mediam regionem sibi in sedem habere testatur.

Argu. 5. ¶Rursum cum aĩa sit vitæ principium, erit ergo in parte quæ est principium vitæ, quæ pars est cor Arist. pluribusque suę doctrinę locis loco iam indicato & libro de partibus animaliũ. 3. cap. 4. Cætera autem mẽbra, cùm principium vitę non sint, neq; habebunt animam, quæ est vitæ principium, sed participia erunt vitæ, à fonte vitæ corde. Vnsanguis motus, atq; sensus in totum riuãtur corpus.

Argu. 6. ¶Præter hæc, si in quauis corporis parte anima residet, ergo pars animalis est animal: iã ergo animal ex multis conflaretur animalibus. Id quod saltem in perfectis reprehensum est ab Aristo. Optimè ait cõstituta non hoc patiũtur, sed sunt maximè vna, vt iam proxima quæstione indicauimus. Et tandem ipsa anima simul afficeretur contrariis motibus: mota enim manu pes quiescit sæpe, si vna est anima, per totum corpus diffusa eadem anima, quæ moueretur, quiesceret simul. & id genus sunt argumenta pleraq; alia.

Pars quæstionis, diuersa agitatur. ¶In diuersum autem est Aristotelem hoc loco dixisse animas plantarum in ramis abscisis viuere, & in frustellis entomorum vitam animalem esse. Quin & de testudinibus, quæ perfecta sunt animalia, absciso corde, habere quandam tradidit inibi animalem passionem: ergo vel per diuulsionem anima noue in abscisis partibus generatur, aut quæ præerat anima subsistit. Primũ, qui seriò philosophabitur, non audebit dicere: nam ipsa diuulsio sæpe fit sine corruptione præsentanea: ergo si non est corruptio, neq; generatio. ¶Item à quo esset sperãda noua illa animæ procreatio? ergo anima, quæ præerat persistit, erat ergo diffusa in totũ. ¶Accedit istis suasiuncula alia: dixit quippe philosophus cap. 1. huius libri, vt visus ad pupillã, ita anima ad corpus: vt ergo visus est forma totius oculi ita erit & anima corporis. ¶Adde si pars inanimato est inanimata, animatum ergo cõstabit ex partibus non animatis: vt ergo animatũ erit vnũ? Animatum enim & inanime, nequeunt vnum per se cõflare. ¶Et si vbi est operatio vitæ, est viuens: partes autem viuẽtis viuũt, mouetur. n. & sentiunt: eodẽ ergo modo quo totũ viuũt, ergo vt totũ animãtur.

Decretum autoris de quæstio. Quapropter crediderim secdm peripateticã doctrinam animam quãlibet esse secũdum essentiam suam in vniuersum corpus diffusam. Superat etenim fidem meam quod video plerisq; esse in confesso animam residere solùm in corde, quasi verò ipse Aristo. non hoc vicio vertisset Platoni, qui animam quandam cordi dedit, sensitiuam videlicet, & in ceteras corporis partes illam non diffudit, & rationalem capiti & vegetalem iecori. Vt ergo isti audeãt se peripateticos profiteri in huius dogmatis cõfessione me fugit, in memoriã non referẽtes hãc Plato. reprehẽsionẽ, & pluris ęstimãt isti Trusianũ monachũ, & nescio quos hui⁹ factionis philosophos q̃ Arist. traditiões, quas

vniuersa

vniuersa peripatetica schola vt oracula quædã suspicit & colit. Cæterũ ad pręstitutã cõclusionem colligẽdam his neglectis redeat oratio. Age iam nũ aĩa nõ est superioris naturæ q̃ formæ elemẽtariæ, & harum nobilitatem totam prętantiori modo assequitur? forma autẽ ignis & aëris: quin & forma lapidis & aliorũ nõ viuentium totam occupant materiã: vnde quælibet pars ignis, ignis est & lapidis lapis: ergo & anima totum suũ replebit corpus. Neq; anima est instar intelligentiæ motricis cælorum: hæc enim vni parti assistit: vnde cæteras mouet: neq; cælum totum replet sua essentia: sed sua virtute. At verò anima non item, sed totum corpus replet, quod informat: nam totum corpus accipit esse ab anima: est enim ratio corporis & forma eiusdẽ nõ cordis solum: alioqui cor solum animalis forma potiretur, quod qui sapit, dogmatizat cum Platone & nõ philosophatur cũ Aristo. Quòd verò non quælibet pars animalis animal appelletur, eò est, quò animal est totius nomẽ & nõ partis. Nanq; animal est totum, tamen partes sunt animatæ & viuentes, etsi nõ ducerem incõmodum, si de animalibus imperfectis sermo verteretur, horum particulam esse animal in potentia, non tamen actu: de perfectis verò, respuo tanq̃ philosophiam anilem hoc sapientium, esse animalia quędã perfectorum partes: imò neq; sunt animalia actu neq; potentia: nisi quis alio spiritu, quã peripatetico afflat⁹, in diuulsis partibus horũ etiã motum sensum breuissimũ extare velit. ¶Si quis huiusmodi est, valeat cum suo cerebro, fruaturq; suo eleganti vt volet inuento. ¶Ex quibus iuuantibus tamen prioris quęstionis traditionibus colligo animam plantalẽ esse totã in tota plãta, & partem in parte: nam diuiditur per accidẽs ad diuisionem totius: anima enim etsi non sit quanta, neq; diuidua per se tamen diuisionem assequitur à diuiduo subiecto: vt, de albedine ait Themistius ipsam non esse maiorem in maiori superficie, neq; minorẽ in minore, sed diuiditur ad diuisionẽ subiecti. 1. de anima. c. 2. Secũdò colligo animam sensitiuam hãc eandem pati conditionem cum plantali, nisi q̃ in perfectis habẽt maiorem vnitatẽ. Quare diuulsa parte cõtinuò agitur anima. Tertiò colligas intellectiuã (quæ omnino indiuisibilis cũ sit) esse totã in toto, & totã in qualibet parte: quod hactenus nõ est legitimo rationis pondere ostensum, verùm opitulante Dño Iesu Christo. 3. de anima occasionẽ opportunam probandi concedet. Nunc abundet theologorum confessio, quæ cum Augustino. lib. 6. de Trini. cap. 7. cõfitetur animam intellectiuam non mole diffundi per spacium loci, sed in vnoquoq; corpore & in toto totam esse & in qualibet eius parte totam. Argumẽto primo Respon. D. Tho. in. q. 76. art. 8. locum illum esse verũ de potentia motiua, quomodo nõ est anima in qualibet corporis parte, nam aduertẽdum est. etsi animæ essentia sit in totam molem corporis diffusa, nõ tamen eius virtus: non enim omnis animæ potẽtia est in qualibet corporis parte: dicitur autem anima residere in corde, vt deum in cælo, locauit philosophorum cana sapientia suffragante Arist. 1. de cælo textu. 22. quia ibi nobilissimas exercet operationes, quanq̃ sit vbiq; diffusus, secũdum fidei veritatem, quæ deũ cælum & terram implere non semel tradit, vt extat in vaticiniis Ieremiæ. 33. & sępe alibi hæc proclamatur veritas. Simili quoq; modo cor cũ sit vitæ fons & origo, maximè in eo collocat animam Aristo. non tamen animæ partes alias sua essentiali pręsentia subinde credas destitutas. Exemplum verò productum de principe nõ omnibus modis æquale est huic negocio, neq; exẽpla tãtam sibi poscunt autoritatem. Exemplo illi sit satis regiã quoq; animę esse cor sed plurimũ discrepat vt prædixi. Argu. 2. dico in potẽtiis animæ quasdam esse, vt supra Aristote. habuit, quæ non discluduntur subiecto: vt, sensitiuum, vegetatiuũ, quas dicebamus vniuersales potẽtias. Hæ ergo quæ sunt huius rationis potentiæ, sunt cum aĩa, & vbi ipsa extiterit, comites habet has necessariò: vt vbi vegetatiua, inibi & nutrix potẽtia, & generatrix, & auctrix: hæ. n. generales vires nõ sibi vendicãt sedẽ destinatã in corpore. Qua ratione in totum corpus sese effundunt: aliæ autẽ potentiæ particulares, vt visus, auditus, olfactus, propter delegatas sibi à natura sedes,

Cõclusio quæstionis.

Dilutio argu. 1.

Argu. 2. solutio.

sedes, non sunt vbiq; corporis. Et quanquam huiusmodi potentiȩ consequãtur animam, non tamen secundum quamlibet corporis partem, sed decretã. Quare argumentum fallit, & nullatenus concedas potentiam visiuam esse in pede: nanque esset ociosa & vana, id quod natura abhorret vehemẽter, temerè quicquam edere. Vnde iustissima est illorum reprehẽsio, qui putant esse argumẽtum necessariũ. Si anima est in qualibet parte corporis, inibi esse eius potẽtiam nõ tamen ibi operari: quia non habet sibi organũ operationi exercendæ deputatum. Cuius placiti assertor est Ioannes Gandensis in quæst. 7. de anima, quanlibet docẽs potentiam esse in qualibet corporis parte: quem sequitur omnes potẽtias esse simul in qualibet parte corporis, & visum auditum, & odoratum: cum tamen Arist. hoc respuat dicẽs hoc. cap. quasdam esse separatas subiecto potentias, quasdam non, secundum quod suo loco exposuimus, & Alexãder in paraphrasi in libros de anima quædam colligit hanc sententiam euertentia, sed sufficiant, quæ proposuimus. ¶Argu. 3. diximus in antè habitis, vt caro est organica: quare & ipsa est animata, & sensitiua: & satis sibi esse partem organici corporis, vt esset aĩata quã & si contẽdas, non esse organicam, est certe organũ constituens. Quartò argumento resp. animã non omnibus partibus corporis re omnes suas impartire vires (vt habuimus) sed actus actiuorum sunt in patiente bene disposito. secundũ ergo complexionem partium & qualitatum sufficientiam anima diffundit suas potentias. Quare in pede non est visus, quia inibi non est complexio apta, quæ hoc recipiat: vnde & definitio visus est, actus oculi, & disturbato oculo visus offenditur, &c. Intellectus autem nõ est actus partis, est enim potentia non organica, verùm nõ in qualibet parte est etsi anima intellectiua sit in qualibet parte tota: quin Aristo. 1. de anima text. 64. totius voluit esse intellectum & non partis alicuius, cùm aduertisset ille intelligere non esse organo deputatam actionem, toti homini dedit. ¶Quinto respõ. animam regionẽ tenere mediã non quãtum ad essentiam secundũ quam totum

Animæ potentia nõ est in qualibet corporis parte.

Reycitur Gãdensis.

Argu. 3. solutio.

Argu. 4. solutio.

Argu. 5. solutio.

corpus replet, sed secundum suã operationem: vt reges eas vrbes sibi eligũt in sedem, quȩ mediȩ sunt toto regno, vt in eam partem cęteræ facilius vrbes confluant, & reges citiùs in reliquas regimen suum referant: sic anima mediam suo regimini aptam tenet sedem, cor inquam, vnde anima motitat & nutrit viuentia. ¶Finali argumento patet respõsio priora tenenti. Cor sanè nõ est primum principiũ vitæ: sed anima est quæ prima est ratio vitæ: quare ipsa ꝑ se viuificat totũ viuens: verùm cor est primum relatũ in in cætera membra: quia cor est viuẽs primum: id est quod primò anima suscepit & hinc cætera mẽbra animam hauserũt. Secundum quam quoq; rationem fortassis. D. Hieronymus dixit animæ sedẽ nõ in cerebro, sed in corde esse, lib. 2. Com. ad Matthæ. cap. 14. Quo loco postquam indicauit Platonicã sententiam, rationẽ esse cerebri, sed iram fellis, concupiscentiã iecoris: & hæc tria significari in satis illis tribus euãgelicis: dein Plato. reprehendit, ductus verbo euãgelico, A corde exeunt malæ cogitationes, furta, adulteria &c. Atque hoc verbo putat rationem non esse in cerebro, sed in corde: atqui cùm cor in diuinis scripturis variam habeat significantiam, signifiicat enim iã mentem, iam voluntatem humanam, & sexcenta alia, quæ sacras literas lectitanti promptè sublucebunt. Quare locus euangelicus nõ conficit esse in corde rationem, imò ratio neq; in corde, neque in cerebro est: quippe, rationis facultas non est virtus in corpore, vt tertius lib. de aĩa indicabit fauente Christo. Quod verò sacer Hierony. in Platonem aduertit, peripateticè si pendimus, nõ recipiemus: quippe Aristo. rationẽ, vt diximus, non esse instrumẽtariam, nunquam non docet. Vnde neq; cor sibi deputat, neq; capitis verticẽ. Cæterum sanctus hic nõ iurauit in verba Arist. At verò cũ hac in re Arist. de intellectu traditio, sit catholicę veritati amica, Hieronymum absoluamus, rationem dixisse in corde locandam, nõ ꝙ intellectus sit instrumẽtarius sed ꝙ cordis affectus rationem ad se trahunt, & qualis quilibet est, talẽ sibi præstituit finem: vt, mulierum amantissim⁹ quisq; mulierosã (vt sic dixerim) habet rationem

Argu. vlti. solutio.

Sententia. B. Hiero. expenditur.

Matthei. 23.

rationem, illas cogitat, illas vigilans illas per quietē voluit, in illas totus rapitur: cōtra verò castimoniæ cultores, ratio igitur frequenter affectus est pedisequa.

Posterior quæstio an anima sit ipsa vita.



Væstionem hāc opportunam duxi, quā ad calcem huius secundi capitis attexerē: quippe Arist. dixit animam esse viuendi principium: at verò pleraq; reperias, quæ etiam si sint vitæ principia, vita priuātur, vt semina vniuersa: & solem quis non fatetur caloris principium? at quis ipsum esse calidum confiteri audebit, si peripatetica osculatur vestigia? iustè satis quæret aliquis, postquam crediderit animā esse vitæ principium, an sit ipsa vita: ipsa. n. anima est motus principium, & nō est motus, num ergo itidem de vita audendum erit? Et age, si vitā animam esse contendis, audi Arist. in libro de vita & morte. cap. 1. vita ait, est mora animæ vegetatiuæ in calido. At mora hæc, & anima, nō sunt idem: quippe mora illa temporis est, & accidentis, at anima est substantia. Adde, eundem Aristo. cap. 4. 10. lib. ethicorum, vitam dixit oēs appetere, quam finiens ait esse operationem. Cæterum operatio non est anima, sed plurimum ab anima diuersa. Et accedit istis, Arist. Politicorū. 1. c. 3. vitam inter actiones retulisse, vitam dicens esse actionem & non factionem: at actio non est agēs, ergo neq; anima est vita. Et Dionysius philosophus finiens vitā, ait esse vim, quæ nutricationi seruit, referente Aristo. 6. topicorum. c. 5. Quòd si vita est seruiens nutritiuæ seu altrici animæ, anima altrix non est vita: imò vitam habet famulātem. Et si librum de motu cor. inter Arist. authenticos computas libros, inibi vitam dixit primùm & cōtinuum actū. Iam quod prius quærebatur cōfectum videtur, si vita est actus primus, & hic actus continuus alius non extat, præter cordis motum, qui iugis & irrequietus est, quia in corde anima plurimū vigens est nobilissimo potita instrumēto. Hic autem cordis motus non est anima, sed ab anima profectus. ¶Et D. Bernardus vitam finit, esse internū motum intrinsecus vigentem libro de libero arbitrio, & hæc finitio colligit quod priora.

Argu.1. *Argu.2.* *Argu.3.* *Argu.4.* *Argu.5.* *Argu.6.*

¶Indiuersum autem est Arist. qui vt nos exposuimus in commētario. c. 2. in confesso habuit, si vna actio alicui tribuitur propter duo principia hæc duo necessariò se habent, vt materia alterum & alterum vt forma. At vero viuendi operatio tribuitur viuenti, & propter corpus & animam: igitur cum corpus non sit forma, sed materia: est ergo anima forma viuēs, iā si hæc est forma viuēs, an viuit per aliam formā, an per se: si per se, ergo ipsa est vita. Si per aliā esset processio formarū sine fine. ¶De quæstio. hac Alex. Alēsis in. 2. vol u. summę theolo. q. 91. memb. 2. art. 1. certam putauit huius quæstionis negatiuā partem, animā. s. nō esse vitam, sed esse in aīa aliud, quod illi origo sit vitæ. Et quāquā vetustus hic theologus & honorabilis sanè vniuersæ theologorū cateruæ obscuris animū suum caracteribus exprompserit, tamen nisi fallor, hęc est Alexādrinæ doctrinæ summa, anima quæuis, cùm non sit creator ille rerū qui actus est, labem potentiæ non admittēs, habebit necessariò cōpositionē potētiæ & actus: aīæ actus est origo vitæ: potētia est quæ viuit, non ergo ipsa anima est vita, etiā si secū intrinsecū habeat actū vitæ: quo differt à corpore. quod item non est vita tn̄ actum vitæ nō sibi cohęrentē essentialiter, sortitur, vt anima in cuius essētia actus vitæ est infixus & illi intraneus: Deus igitur vnus est qui viuus & vita sincerrima est: cui sermoni cælestia oracula attestantur Ioannis. 11. Ego ait dominus sum resurrectio & vita, qui credit in me etiam si mortuus fuerit viuet, & Ioannis. 14. ego sum via veritas & vita. Quæ verba sacer enarrās Augustinus homiliis ad Ioānem, sacrum hoc retegit misterium, Christum viam esse vt homo est: veritatem & vitam quia deus, & hoc spirantia testimonia passim fundunt archanę literæ. ¶At verò. Diuus Thomas in quæstione. 18. 1. partis. articulo. 2. mota quæstione, quid nam sit vita? an sit idem atq; operatio? Respondet, vitæ vocabulum ab operatione traxisse notionem: nam intellectus vestibulum, sensus est: per ea enim quæ foris sensus demōstrat, mens rerum rationem apud se fabricat interius. Aduertit aūt per sensum mens quædam

Argu. indiuersum.

quædã ex se ipsis in motum localem & alios excitari: & hæc viuentia vocitat, & hanc operationem vitam: & quę se motitare nõ possunt, & mortua appellat aut non viua: vnde & nos diximus superius, plerisq; Philosophis plantas esse nõ viuas: pendebant enim vitam à motu, plãtas igitur fixas humi cernentes viuere negabant nos tamen illas viuere diximus, quia se alũt, se augent, etiã si ocultior est plantarum vita. Quare & infimum vitæ autor Deus illis gradũ concessit, vt Aristo. docebat, & cum illo cõspirant doctores orthodoxi, vt sacer Dionysius libro de diuinis nominibus ca. 6. plantas dixit viuere secundum postremam resonantiã vitæ. Itidemque Aug. lib. 11. de ciuitate Dei ca. 16. & D. Grego. libro de anima & cæteri alij, quos hũc vocare nihil operæ est. At in S. Thomam referamus stilũ: vitæ ergo nomẽ ab operatione se mouendi traxit originem, vt lapidis à lædendo pede. Porro autem intellectus vitam nõ solùm hoc vocitat, sed naturã, quæ hoc prestare potest, & quæ huius interni motus principiũ est vitam vocitat & esse huius naturæ est viuere Arist. ergo vita iã operationẽ & functionem indicat, iam verò ipsam substãtialẽ formã vitalis functionis originẽ, quæ forma aĩa est. Est igitur ipsa aĩa vita, id quod collegit D. Ambrosius in libro de bono mortis: separatio. n. animæ mors est, & compositio illa actus atq; potentiæ, quã Alexander cogitabat non detrahit huic veritati, hæc enim cõpositio non est estimãda ex partibus duabus quæ sese colligunt ad conflandã animam absit hoc à peripatetico intellectu, absit à sincera veritate, quæ animam docet esse substantiam simplicẽ, & incorpoream. At vbi simplicitas est, vt compositio erit? Eò autem animam crediderim ex actu & potentia conflatam, quô ipsa est perfectio corporis physici & organici, vt Aristo. superius nobis tradidit. Est autem vt perfectibilis potentia. Nã vox hæc potentia non aliud prefert, vt modò sermo vertitur, quam aptitudinem, quæ perficienda est, aut valẽtem perfici. Anima igitur perficienda sanè est per operationes suas: paulatim enim absoluitur per actuum suorum exercitium, vt abunde vna anima intellectiua demõstrat propterea, quia vt hãc compositionem saltẽ remotis indicijs Aristo. subindicaret, definit ipsam animam per actum & per potentiam: est (inquit) actus corporis physici, organici potentia vitam habentis. Sinat igitur pessima philosophia, compositionem animæ tribuere ex partibus diuersis, & cãdidè fateamur animam eò potentiam & actum habere: quia perfectio est & perfectibilis. Deus autẽ gloriosus summa perfectio est in se ipso, neq; ab aliquo perfectionem assequi potest vt oraculum sacrum cecinit, Deus meus es tu, quia bonorum meorum non eges: hac causa ipse purissimus actus est. At etiam si hæc quæ diximus cũ veritate peripatetica germanè satis constẽt, tamen si altiore stilo, idest, theologico rem hãc exigat quispiam, forsitan mihi non præbebit fidem, qui memorans septimam synodum generalem sanctorum patrum olim decreuisse, animã intellectiuã esse compositã ex igne aut aere aut subtili alia materia: & vt traditionẽ fidei aduersum Philosophos decreuisse synodum illam, animam esse corpoream, solùm Deum esse incorporeũ neq; solũ aĩas intellectiuas corporeas, sed angelos, archãgelos & eorũ potestates, & verba synodi sunt. Sic autẽ multos sanctorũ patrũ sensisse cognouimus, quorum est Basilius cognomento magnus, beatus Athanasius & Method. & qui stant ab illis (subaudi quæ antecedunt hæc) angelos, scilicet, & animas intellectiuas esse corporeas. Et sequitur. Solùmmodo autem Deus incorporeus, & informabilis, intelligibiles autem creaturæ nequaquam ex toto sunt incorporeæ: & imitabiles pictura existunt. Quare etiam in loco existunt: & circumferentiam habent. Quanquam autem nõ sunt vt nos corporei, vt pote ex quatuor elementis, & crassa illa materia, nemo tamẽ vel angelos: vel dæmones, vel animas dixerit incorporeas: multoties enim visi sunt: sed ab illis quibus dominus oculos aperuit hæc ibi. Et hæc. Animas locales pictura imitabiles visibilesque tradunt, quæ omnia, vt animæ congruerent, nisi animæ essent verè compositæ ex materia? etiam si, vt synodus ait, hæc tenuior sit quam quæ corporea componit: ideo angelos ex aëre conflat synodus aut ex

Sacer. Dionysius.

Vitæ vocabulum vnde originem traxerit.

Anima cur potentiã & actũ habeat.

Septima generalis synodus, & anima.

ex igne: etiam si hæc itidem animas con ferre non in aperto edocuerit, sed satis subintellectũ synodus voluit. Quare anima si composita est, ipsa nõ est vita: quia totum compositum ex materia atq; forma non est vita, sed viuens: quippe, siue aër, siue ignis, aut quæuis alia materia animam constituat, illa materia viuens sanè est: non tamen vita, neq; ex illa conflatum vita est, quippe, q materiã secum inuoluat in vita nãq; originẽ motus præfert: in materia verò nõ est origo motus, sed participatio. Quare corpus aĩa sublata cadit & à cadendo cadaueris nomen accepit. Et ante synodum hoc Platonis fuit dogma, animã esse compositã ex elementis: quod etiam si satis purgent Platonici, quibus nos adhæsimus superius, Aristo. tamen in confesso habuit animã Platoni corpoream esse, & elemẽtariam. Arist. enim sensus Platonis abditissimos eruere curabat nihil: sed verba, vt præferebãt ita carpebat. Et re vera Platonica verba si ex cortice pẽderis, ita præferũt, vt Arist. 1. de aĩa meminit, aĩas esse corpulẽtæ substãtiæ, vt proprius huic rei locus satis ostẽdit. Nos tñ animam esse incorpoream & spiritualem, secũdum germanam Aristo. philosophiam sentimus. Etenim si anima intellectiua ex igne aut aëre aut quauis alia materia cõcreta est, me latet cur ipsa ex traduce non sit concedenda. Vocant autem theologi ex traduce id quod philosophi, ex potẽtia materiæ. Anima verò intellectiua nõ est ex materiæ potentia eruta, neq; ex vi seminaria exorta. vt Aristo. 2. de generatione animalium lib. c. 3. aduertit. Firmitatem collectionis facilè demõstro: nã si anima materialis est aut elementaria, formę autem elementorum sunt in materiæ gremio ergo & ipsa itidem in materiæ gremio, in potentia erit. Hoc autem philosophi damnant, imò & theologi diffitentur: anima ergo intellectiua nullius corporis est, sed simplex & incõposita, nisi ad sensum priorem sermonem temperare velis. Et fac angelos aut animam ex igne concretos, aut aëre: vtique angeli & anima mortalia erunt, & corruptionis noxam sentire valebunt: quia ignis aqua extinguitur, & aër: quia contraria hæc habent: ergo corrũpi possunt. Si ergo Plato animam credidit immortalẽ, & certa fide credidit. In Menone. n. Pindarum ait & omnes diuinos poëtas animos humanos immortales sensisse: vt ergo ipsa elementaria illi erit, aut corporea? quando cælestes globos mortales dixit suapte natura: quia corporeos cernebat. Sed dé istis hactenus: qa in. 3. lib. propriã illis sedem fecimus. Porro autem non solum anima intellectiua incorporea est, imò & cæteræ animæ vt diximus, quanquam longo interuallo distãt: quia aliæ aĩæ non sunt sic puræ spirituales, vt anima intellectiua. vt tertius demonstrabit liber. Quod si anima intellectiua spiritualis & angeli itidem spiritus. Nam si quod in cõmercio corporis est, spirituale est, quod cõmercia corporum abhorret spiritualius erit. Synodus aũt septima dixit ecclesiã sensisse aĩam ex materia concretã, & angelos, differẽdo potius & quærendo, quàm definiendo. Lege actionem quintã illius synodi. Est ergo anima vitę principium & vita, neq; quodlibet principium est tale, quale opus, vt anima nõ est motus: quippe motus est solùm accidentaria actio. At verò vita non solùm est operatio & functio, vt videre, audire, & id genus: Quin est substantialis natura, & est æquiuoca vox operationem & substantiã significans. Et Aristo. definiẽs esse moram in calido non aliud intellectum voluit, quàm vitam viuentibus adesse, quandiu calidum & humidũ adsunt: istis submotis virtus animæ cadit. & argumẽta si aduertis, vocem vitæ esse multiuocam, nihil conturbant.

Cadauer vnde dicetur.

Extraduce quid.

Autoris confirmatio.

CAP. III.

Potentias animæ quinq; discernit & quoto quæq; earum sit ordine, miro ingenio docet & definitionem priorem animæ per posteriorem compleri demonstrat.



Potentiarum autẽ animæ quæ dictæ sunt, alijs quidem insunt omnes, alijs verò quædam harũ, quibusdã verò vna sola. Potentias Tex. 27.

tias autē diximus, vegetatiuum, sensitiuum, appetitiuū, motiuum secundum locum, cogitatiuū. Inest autem plantis, nutritiuum solum. alijs autē, & hoc, & sensitiuū. si autem sensitiuum, & appetitiuum. appetius enim, cōcupiscentia est, & ira, & voluntas. Animalia autem omnia, habent vnū ex sensibus, tactum. cui autē sensus inest, huic lętitia & tristitia, & delectabile & triste. quibus autem hæc, & cōcupiscentia. ipsius enim delectabilis appetitus, hæc.

¶Capite proximo duas induxerat quæstiones, quarū priorem apertè exposuerat: si animæ partes, loco discludebātur. Aliā rursus attigerat, sed non exactè exposuerat: si partes animæ, sint omnibus viuētibus communes, quis ve numerus ipsarum extet. Quam dubitationem modò lucido sermone soluens loquitur. Potentiarum animæ quibusdā esse omnes communes, aliis pauciores. & tria demum toto hoc capite comprehendit.

¶Alterum est quod dudū diximus, deinde ordinem potentiarum exponit. ¶Postremò autem reuertitur in definitiones animæ communē & propriam. Primum igitur numerum potentiarum absoluit, quem quinario cōclusit numero, nutritiuam, sensitiuam, appetitiuā, motiuam, & intellectiuam recenset. Considera autem Arist. literam non ait enumerās has potentias animæ, quas vocat animæ partes (subaudi potestatis, & non integritatis) quippe anima, vt sępe docuimus, incorporea est. Quare nō habet partes integrantes eius quantitatem, sed sunt illi partes absoluētes eius munia. Connumerans ergo non ait intellectiuum, sed cogitatiuū & litera græca διανοἶτικον habet. Et sub hęc, tex. 29. apertè distinguit inter intellectum & cogitatiuum illud græcè vocat νȣ̃ν & hoc διανοἶτικον & supra text. 19. enumerans vitæ gradus cogitatiuum intulit id quod grauissimè expendunt Auerrois familiares. hinc rotundè colligentes, intellectum non esse recensitum in potentiarum numero: proinde, neq; inter potentias viuentium, sub hoc globo lunari adscribendum. Dianœa. n. est in parte sensitiua, & non est mentalis potestas notante Simplicio Comm. ad. 2. de anima tex. 29. & hanc dianœā vocant intellectum particularem, discurrentem q; rationem per particularia: & hic intellectus est dianoeticus. νȣ̃ς autem seu mēs vniuersalis est intellectus qui abstrahit formas vniuersales, ab speciebus & visis particularibus. Et Themistius libello de memoria & reminiscētia. 2. c. 14. vocis huius significantiam exponens ait Dianęa vel Dianoea: nihil aliud est, q̄ cum imaginatione actio intellectus cōiuncta. Itē hoc ipsum probant: nam tex. 32. huius secundi Aristo. enumeratis animæ viribus & eleganti proposito documento. Vbi sunt superiores animę vires, sunt inferiores, & non contra intellectum speculatiuum excipit à numero isto potentiarum aīæ. Et adnotatio Themistij est in eodē loco mētem qua cogitamus & sapimus non inire cōmunem rationem cum aliis animæ virtutibus. Neq; enim potentia, aut pars animæ, esse potest, vt cæteræ: sed substantia quædam intelligitur longè præclarior, melior, pulchriorq; reliquis, quæ tamen in naturam inferiorem ignobilioremq; se inserta receptaq; sit. Quare duo quæ vulgata credit huius seculi schola, reuellunt. Alterum est, intellectum, quo intelligimus, esse animę partem & potentiam: aliud autem esse accidens de secunda specie qualitatis. Hæc penit⁹ abhorrere cēsent à peripatetico dogmate, intellectum non esse animam, rētur neq; aīæ partē, sed supra animam: & hęc supra naturā, at Deus excedit vniuersa, & naturam animam, & intellectū. Quod rursum textus. 21. & 22. huius secūdi libri ad maiorem ducūt fidem horum placita: ait enim Arist. intellectum videri aliud genus animæ. Hanc bellam ducit philosophiam Antonius Zimara & alij philosophi, qui fidentes Auerroi ab Aristotele aliquādo desciuerunt. ¶Porrò autem cùm Aristoteles finierit animā esse, qua viuimus, sentimus, & intelligimus, quærendum est ab istis, quæ anima

Quid cogitatiuum.

Dianæa quid sit.

Auerroes et familiares excutiuntur.

L est

sit hæc, qua primò intelligimus, aut est sensitiua aut intellectiua. Primum si dederint, & dixerint per Dianæam nos intelligere, re vera hoc argumenti pondus non leuat, nã Dianæa est vis sensitiua & nõ intellectus (vt ipsi concedunt) quanquam illam dissimulẽt vocãtes nomine honoratiore, passiuum intellectũ. Cæterum vocitent vt illorum animus tulerit ipsa dianoëtica vis sensitiua est, quæ homini soli concessa est, per quam in singularia discurrat. Non ergo sunt tres animæ, sed duas coguntur fateri in mortalibus, & animam nutritiuã, seu vegetalem & sensitiuam: quippe, cogitatiua nõ est anima, sed vis aĩæ sensitiuæ, & ita euertent peripateticorum celebrem animarum partitionem. ¶Rursum quęrendum esset ab istis, quid est illud, quo nos primò intelligimus vniuersalia abstracta, si est anima intellectiua, ipsa est, quã quærebamus, sin verò est aliquod principiũ aliud separatum: non ergo est, quo nos primò intelligimus. Nã esse quo formã inhærentem aut formantem significat, alioqui vt valens est demonstratio Aristo. si quo intelligimus est separatũ principiũ. Infirme vtiq; colligit, est quo primò sentimus: ergo est actus, & forma dãs esse: imò vniuersa funditus ruũt, si hæc duo sibi nõ sunt socia, est quo primo intelligimus: ergo est, endelechia, & forma intrinseca hominis. Hæc obiter accipito, donec expectatus locus accedat.

Solutio argumentorum. ¶Argumentis, quæ obiiciunt, respõdeo dianoëticum iam interpretari cogitatiuum: iam verò intellectiuũ, neq; in eius significantia esse regulam certam apud interpretes: imò omnes exposuerũt animam esse, qua primò intelligimus loco cuius Græcè legimus διανοούμεθα reliqua loca exposita sunt supra & text. 32. cum in eum locum stilũ deduxerimus, exponemus. Auerroes autẽ in hac re nõ est audiendus, qui etsi credidit, id quod ipse dixit, esse Aristotelicum non tamen est. Quin neq; Themistius, qui forsitan fomitem præstitit Auerroi, vt intellectũ separatum institueret. à nobis audiatur, vt tertius de anima liber Dei gratia demonstrabit. Sunt igitur animæ tres gradus, viuentium quatuor, & potentiæ generatim quinq;. Animæ autem trinitas sic colligitur: nam formæ rerũ quædam sunt, quę non sunt principium actiuum motus, quæ egent motore extrinseco: vt grauiũ, & leuiũ, sunt aliæ formę quę proprium valẽt inchoare motum, & harum quædam hoc solo potiuntur: & hæ sunt vegetatiuæ quas hic vocat Arist. nutritiuas. Sunt verò aliæ animæ, quæ non sola hac gaudent nobilitatis prærogatiua, qua plãtales animæ, sed habẽt aliud superioris honoris in alia se diffundere, & alia in se recipere, & quodãmodo effici illa: & hoc dupliciter illis cõgruit aut esse alia cuiusdam generis tantum & nõ oĩa, & hæc est aĩa sensitiua, quę est quasi oĩa sensibilia secundum apprehensionẽ illorũ: & quia illorum potẽs est suscipere similitudines & ob hoc gaudet meliori & puriore essendi modo, quàm plantalis anima: hæc enim nõ suscipit aliarum rerum species: quia anima illa admodũ est à materia oppressa, neque in tantum munus, vt est rerũ notio, materia deprimẽte aspirare valet. At aĩa sensitiua liberior est à materia: quare sensibilia trãsfundit in seipsam, quæ suscipit sine materia. Intellectiua verò non solum est hæc, aut illa: sed est quasi omnia, & suspicit rerum species abstractas à materia, & conditiones materię repurgat quæ sunt hic: & nunc etsi coniunctione cum materia poscẽte, materiali eget spectro, aut phantasmate. Quapropter plãtalis aĩa est, q̃a motũ initiat: sensitiua, q̃a cognoscit singularia materialia, intellectiua verò q̃d vniuersa à singularibus discernit. ¶Et secundum animam primam primus statuitur viuentium gradus, & secundum animam postremã, vltimus gradus, qui siue appelletur cogitatiuum, siue intellectiuum, idem in præsentia cẽsentur. Media autem quæ sensitiua est anima, in duos gradus discissa est, quia secundum illam est insignis differentia, quæ duos distribuit gradus: sunt enim quædam, quæ à tota specie non habent motum progressiuum alia verò progrediuntur. Hęc tanta varietas sub eodẽ genere animæ, duos creat gradus, & si physicus substantias illas separatas scrutaretur, item duos gradus intelligendi institueret, intelligere cum phantasmate, & mora, & sine phantasmatis adminiculo, & subitô. Verum huiusmodi

Colligitur animarum numerus.

Gradus viuentium colligitur.

huiusmodi intelligẽdi actio non est physici instituti sed in metaphysicum mittẽda. Ideo quatuor sunt solum gradus vitę statuti, potentias autem quinq; adiunxit nutritiuam, id est, potentia alendi, sub qua & generandi & augendi concluduntur. Sub potentia autẽ sensitiua quæ apprehensiua, & potentia appetendi, & motiua, & demum intellectiua quę voluntatẽ comprehẽdit, quarum numerus colligendus & petẽdus est à finitione potentiæ actiuæ, quę est principium operandi in alterum vt alterũ est. 5. metaphy. text. 17. Quare secundum diuersitatem generalem operationum generatim sunt diducendæ potẽtiæ. Vnumquodq; autem operatur, vt est ens: & vt habet esse consequitur suum opus vt calidum calefacit, & frigidum frigefacit. Viuẽtium autem quædam, vt paulò ante dicebamus habent esse à materia vehementer ligatum: & hæc viuentia habent itidem operationem secundum illius esse merita: & hæc operatio, est alendi, quæ operatio est vegetabilium quæ actio, ad seruandũ proprium indiuiduum ordinatur, quod etiam inanimatorum est propriam incolumen seruare naturam. Alia verò sunt, quæ habent esse immateriale, idest, quæ materia repurgatiora sunt, & secundum huiusmodi esse nobilius, Sunt etiam aliæ operationes præstantiores, prioribus. verùm quia hoc esse à materia abstractum anima intellectiua habet, maximè secundum hoc est operatio intelligẽdi, & potẽtia intellectiua. Anima autem sensitiua etiam si habeat esse abstractum à materia secundum quod esse est operatio sentiendi: tamen quia non est perfecta à materia abstractio in genere cognoscendi subsidens est. ¶Cognitionem verò necessario sequitur alia operatio appetendi. Ideo est potentia appetendi alia à potẽtia cognoscẽdi. Veruntamen, quia quædam sunt quæ habent perfectã sentiendi rationem, quibus adest motus progresssiuus, istis est potentia motiua secundum hoc esse perfectè sensitiuum.

Potentiarum numerus colligitur.

¶Platonicorum autem nõnulli, omnem vim motiuam animæ esse voluerunt: vnde & cælos animatos, (quia rapido ferũtur agitatu) & metheoris vt fulminibus, grandinibus, animam cõcesserunt: quia illa moueri considerabant. ¶Verùm potẽtia motiua, quæ modò inter animæ potentias refertur, est vis ab intrinseco mouens, secundum locum (quam progressiuam dicimus) nam vt sæpe diximus, viuẽtia omnia habẽt in seipsis motus principium, quod motum agat: naturalia verò habent, quo motum patiantur, at verò quædam viuentia habent motũ progressiuum, in quem absoluendum motiua potentia vtuntur. Hunc autem motũ cæli non habent, & illo fulmina carẽt & metheorologica. ¶Opportunè quæret aliquis, ecquid est quod Arist. non recensuit voluntatem inter animæ potentias? vt enim enumerauit appetitiuum cum sensitiuo, & in duas est partitus potẽtias sic oportebat & cum intellectiuo, cõnumerare voluntatem. Dicito sub appetitiuo volũtatem fuisse Aristotelem consequutum, vt ipse mox docebit: partitio autem potentiarũ in specie sermonibus sequentibus ostendetur. ¶*Inest autẽ & plantis nutritiuum solum.* Plantis non solùm nutritiuum, sed & augmentatiuum & generatiuum: ex semine enim generant alias similes plantas. Verùm Arist. voce illa nutritio cætera colligit nutritio autem est operatio prima, & aliarum fundamentum. *Appetitus enim concupiscentia est & ira & volũtas.* Occurrẽs dubio dudum proposito, ait appetitum, in ambitũ suæ significationis hæc continere concupiscentiam, quam vocamus partẽ concupiscibilem, & iram, quæ est pars irascibilis, & volũtatem quæ est appetitus rationalis. Alij superaddũt membrũ aliud huic partitioni non necessarium, affectũ videlicet, affectus quippe est passio appetitus sensitiui, & nõ est nomen potentiæ: concupiscibilis igitur atq; irascibilis sunt potentiæ appetitiuæ, sensuales: volũtas aũt intellectualis. Concupiscibilis est desideriũ boni particularis, aut fuga mali: ea deniq; sibi accipit quorum neq; persequutio, neq; fuga maximi negocij est. Irascibilis autem altius sapit, & in bona ardua audax est, mala difficilia depellere confidit aduersariumque reuincere, sperat, vt milites bella gerentes in victoriã aspirant, & cruentissimos hostium ictus non formidant. Porro voluntas, neq; concupiscibilis, est neq; irascibilis

Platonicorũ sententia de vi motiuæ animæ.

Quæstio notãda.

ſcibilis, hæ enim vires cum tranſmutatione corporisve alteratione animalia afficiũt:etenim organicæ,ſunt vires, voluntas verò non eſt organica potentia: alioqui vniuerſale bonum non appeteret,neque vniuerſale malum odio haberet. Quare neq; volendo neq; nolendo, alterato eget corpore,ſed tranquillo corpore vtens & poteſt velle & nolle. Sunt autem iraſcibilis & cõcupiſcibilis in voluntate, ſecundum quandam tranſſumptionem. voluntas ſiquidem nõnunquã eſt amans boni,quod citra negocium aſſequitur,& itidem reſpuit malum, quod reſpuere leue eſt, id quod imitatio quædam eſt concupiſcibilis.Iam verò grandia ſperat bona, aut horrenda pauet mala, quod iraſcibilis eſt ſimilitudo.

Partitio appetitus.

¶Conſiderandum tamen ſub appetẽtia non adnumeraſſe Ariſt.naturalem appetentiam, qua inanima fruũtur: eſt enim vulgata partitio appetitus:alius eſt naturalis, alius animalis, alius rationalis, namq; cum appetitus nõ ſit aliud,quàm inclinatio quædã,inclinatio verò eſt formæ conſequia ſecundum quod variant formæ & variant appetentiæ: eſt autem quoddam formarum genus,materiæ immerſarum quæ prorſus materiales ſunt, quarum appetitus ob hanc vnã cauſam naturales ſunt, qui ſunt inanimatorum vt elementorum,lapidum, metallorum & id genus.& viuentia nonnulla hoc ſolo donata ſunt appetitu, vt plantæ: etenim horum anima, etſi nonnihil ſeſe ſupra craſsitudinem,& materię ruditatem erigat,non tñ tantum ſe leuat,quantum vt haberet animalem appetitum,erat opportunum ſibi. Vnde appetitus plantæ alendi ſe generãdiq; fruticem ſimilem etiam ſi viuẽtis ſit, naturalẽ tñ illum putato.Sunt autem aliæ formæ,quę iugum materiæ vtcunq; excutiunt, & ſuſcipiũt aduentitias formas ſine materia, vt ſenſus rerũ ſimilitudines albi, & nigri, ſine albo,& nigro.Et iſtæ formæ quæ hoc potiuntur honore, habent aliud appetẽdi genus:animalẽ,ſcilicet, qui ſequitur ad formas & ſpecies rerum, apprehenſas. hæ autem cum apprehẽdantur ſub tẽporis & loci & figuræ materialibus appendicibus, adhuc hic appetitus ſingulariũ ſenſibilium tantum eſt. ¶Eſt deniq; formæ alterum genus, quæ non hoc vnicẽ habet formas alias rerum ad ſe rapere: ſed illas quoq; potens eſt nudare à ſarcinis materiæ & à veſtigiis materiæ, quæ ſunt figura,locus,& id genus. Quam formã (quæ intellectiua eſt) ſua quoq; propenſio conſectatur,quam appetitum rationalem, aut intellectiuum vniuerſalis boni rectè nuncupant.Ariſto.autem loco iſto non de impulſione, aut appetitu naturæ,ſed reliquos eſt proſequutus.

¶Vnum tamẽ aduertito in quibuſdam codicibus non legi voluntas, ſed voluptas: corruptè tamen Græce enim eſt vuliſis hoc loco, quæ eſt Latine voluntas. *Animalia autem omnia vnum habent ex ſenſibus tactum.* Ideſt ex viribus ſenſitiuis ſenſus tactus qui primus eſt: nullum animal deſtituit: & hoc colligit rationibus. Prima eſt, ſenſus tactus eſt ſenſus delectabilis, aut iocundi & triſtis: vniuerſa autem animalia ſentiunt iocundũ & triſte,ergo vniuerſis animalibus eſt ſenſus tactus. Siquidem ſi ſentiũt iocundũ atq; moleſtũ,habẽt cupiditatem iocũdi, & fugã moleſti. Quod ſi habẽt cupiditatẽ,ergo appetitũ animalem: ergo & ſenſum, qa diximus vbi eſt appetitus,huius modi & ſenſus neceſſariò eſt.Et quia huiuſmodi connexio in cõuertibilibus fit terminis nõ moreris illius formã. ¶Secũda ratio eſt, tactus eſt alimẽti ſenſus: at vniuerſa aĩalia alimẽti potiũtur ſenſu,igitur habẽt ſenſum tact⁹.2.ppoſitio oſtẽditur nã ſenſus alimẽti eſt diſcretiuus cibi cõmodi, & naturæ cõducẽtis à cibo noxio quę ſunt tactus.Secũda propoſitio itidẽ, docetur, vniuerſa aĩalia iã fameſcunt, iã ſitiũt, iã vtroq; & fame & ſiti premũtur. At fames atq; ſitis ſunt alimẽti ſenſus: nã frigidis,humidis,calidis,ſiccis,nutrimur:ex eiſdẽ nãq; ſumus atq; nutrimur. Verũ,calido,ſicco,frigido, humidoq; cõſtamus.Fames eſt appetitus,calidi,& aridi, ſitis appetit⁹ frigidi,& humidi. Verba aũt Ariſ. quæ hæc loquũtur ſunt hęc.

Colligitur vniuerſis aĩalibus eſſe tactum.

Adhuc autem, alimenti ſenſum habent. tactus enim,alimenti ſenſus.Siccis enim & humidis,& calidis,& frigidis,aluntur omnia viuentia.horum autẽ ſenſus,tactus. Tex.28.

ſed

sed aliorum sensibilium, secundū accidēs. nihil enim ad alimentū cōfert sonus, neque color, neq; odor. sapor autem, vnum quoddam est tangibilium. Fames autem & sitis concupiscentia. & fames quidem, calidi sicci. sitis, autem, frigidi & humidi & sapor verò, vt delectamentum horum est.

Quid delectatio et tristitia.

¶Vtranque autē rationem exponamus. Et prima, id quod offert pensitatione dignū quid dolor, aut tristitia quidve delectatio, & quæ horum causæ. Hæc enim cùm sint animales affectus, sunt nostri instituti illa exquirere. Diffiniuit autem Commenta. in 3. collectaneorum cap. 32. delectationem esse comprehensionē obiecti temperati: ex Auicena verò in doctrina secunda & fen secunda ca. 19. esse sensum conuenientis accepimus. dolorē autem finit esse sensibilitatem contrarij, vel rei contrariæ inibiq; omnes doloris causas, duobus comprehendi generibus s. aut per mutationem complexionis subitam, id est, quando animalis corpus excedens calidum aut frigidum afficit ab extrinseco superueniens: nam excessus horum, qui mansiuus & non de repente irruens est, non est doloris causa: vt quando malitia complexionis viciū est excedere vel calido aut frigido, nullus torquet dolor. Altera autē causa est continuitatis dissolutio. Auicena autem Galenū indicat, qui libro de causis sympto. cap. 6. doloris causam totam retulit in diuisionem continui. Etenim calidū excrescens aut frigidum superabundās causæ sunt doloris: quia continuitatem animalis soluunt calidum distrahendo nimis animalis partes: frigidum autem illas plusquam satis est comprimendo. Diuisionem autem hanc non esse necessariam doloris causam multis probat Auicena: sępe enim sine diuisione dolore capitis, aut oculi diuexamur: quia sola vehemens à gelu infrigidatio, doloris causa est citra dissolutionem continui. Rursum dolor est sensio contrarij, igitur hoc sat, vt doleat aīal etiā si eius partes nō diuidantur. Porro Galenus, modice differre creditur ab Auicena, quia libro de locis affectis idem cum Auicena sapere videtur, quanq; si non aliorū mea certè sententia dissentiunt satis. Etenim Auicena secundum physicā veritatem, de dolore sermonem habuit, duas esse doloris causas, tradēs quas tamē Gale. nō rectè dixit species, vt sub hæc indicabimus. Cæterū quia res hæc physica plusquam medica, Aristo. audiamus. ¶Aristo. autem hos affectus finit voluptatē, quæ eadē delectationi est, ait motus quidam animæ, & affectio q̄ tota simul & sensibiliter in naturā proficiscitur, cuius cōtrariū dolor est 1. Rheto. cap. 11. quæ omnes finitiones eò dē tendūt, vt intelligamus delectationē esse affectionem animę in instanti ab obiecto, conuenienti potentiæ causatam: illud enim quod Arist. dixerat esse totam simul, hoc sibi volebat esse delectationē subitam & non morosam, vt sunt naturę aliæ operationes. Animæ solius autē est delectatio, inanima enim nō delectatur, neque dolent, ab obiecto autem conueniente secundùm naturam proficiscitur delectatio. Vnde temperatis delectamur vehementia autem, vt ingēs calor aut frigus, quia corruptiua sunt doloris sunt causæ. Et Aristo. huic testatur sermoni. 3. Ethico. cap. 12. dolor ait distrahit & corrumpit naturam eius, in quo est, &. 7. Topicorum ca. 3. eodem autore dolorē esse separationē partium cum violentia sensus accepimus. Vnde atroces pugnæ medicorū subortæ vtra sit causa doloris, an alteratio irruens in sensum obiecti lędētis: an dissolutio cōtinui? quippe Aristo. separationi partium violentæ dat dolorē, id quod non est aliud, quā diuisio continuitatis animalis. Superioribus autem testimonijs alterationem violentam & præter naturam præfertur causam esse doloris: nam si delectatio est comprehēsio temperati, dolor erit comprehensio intemperati idest læsiui.

Doloris et voluptatis causæ buærunt.

¶Conciliator in differentia. 76. medicorū cōcertationes de hac re scripsit, duasque retulit factiones: harum prima negat dolorem esse solutionē continui per se, nanque solutio aut diuisio continui non est sensibile perse, sed solum per accidens, nanque diuisio non est qualitas

tactilis, dolor autem est obiectum tactile: sed quia ad diuisionem succedit alteratio læsiua, vel à calido, vel frigido quā sentiens animal dolet, ideo dolor non est sensio illius diuisionis, sed est alterationis sensio, quæ dissolutionem partium, continui, quod est animal operatur. Et hoc Commenta. placitum aduersum medicorum principem Galenum, cuius opinionem credidit Auerroes esse quam dudum recensebam. Et reuera verè Auerroes & secundum peripateticam docuit viam dolorem non esse ex diuisione continui, sed ex alteratione aut sensione nociui. Et si Galenus in lib. de locis affectis 2. cap. 1. in duas species diduxit genus doloris. Quarum alia est ex intemperato accidēte, vel distēperie complexionis, excessu, inquā, calidi, aut frigidi. Alia verò ex diuisione continui, quæ re vera nō sunt species sed potius duæ doloris causæ, aut duo dolorum modi: quorum alter ex mala complexione quam id quod naturam lędit facit. Alter ex diuisione cōtinui qđ est in animali. Nā nusquam erit dolor, nisi sit sensio nociui, quam sensionē dicunt medici, malæ esse complexionis, quam læsiuum naturæ operatur, animalis chrasim disturbans. ℭ Conciliator autē anxia disputatione Galenum suum tuetur, & ad physicam sententiam illū trahit, alijs medicis reclamantibus, & contendentibus dolorem non aliam causam habere prę ter solutionem continui. Nam dolorifica duo sunt perse tantum: aut calidū excrescens, aut frigidum superabundās. Calidum quidem, quia rarefacit, & extēdit animalis partes plusquàm naturæ cō pago fert: frigidum autem constringit, & contrahit. Cæteræ autem qualitates, quæ non sunt item actiuæ non sunt dolorificæ, nisi per accidens, vt siccitas nimis comprimens dolorem excutit. Cum ergo frigidum atque calidum sint solutiua continui, hæc solutio continui erit propria causa doloris. Sed isti etsi viri opinatissimi sint falluntur, quippe, causam remotam capiunt in causam propriam rei. Diuisio etenim, nisi secum haberet caloris extendentis aut frigiditatis comprimentis consequentiam, non esset dolorifica. Vnde non statim accepta plaga sentitur dolor, quousque, humorū aut qualitatū alteratio subsequatur. Quid quòd si in rigore solutionem continui, sumant sæpe dolor est sine huiusmodi dissolutione, vt oculorum puppæ, solem spectantes dolent, sine diuisione oculorum, &c. Et manus algētes, quādo calefiunt dolēt vehemēter, maximè ad radices vnguium qui dolor ab intemperatura, vt ait Galenus, causatur, & à compressione frigidi: vbi non est diuisio continui, vt fit vulnere vel plaga accepta, sed est solutio cōtinui: quia est tensio à calido, aut comprehensio à frigido, secundum modum, quē intelligit Galenus. Locus autem Aristotelis dolorem esse separationem partium cum violentia sensus, nō est admodum antēticus, quia exempla physica in dialectica, multo robore non pollent, Sed iā patet ex dictis vt sit intelligendus locus hic, quòd in omni dolore, suo modo est cōtinui solutio: aut compressio, siue constrictio partium, aut extensio violenta, sed causa propria non est hæc, sed intemperatura membri, aut totius corporis. ℭ Aduertas autem non hic de delectatione sensus, texuisse sermonem, & non de omni: nam etiam voluntas habet suas voluptates, sed huiusmodi delectatio dicitur æquiuocè quippe citra corporis alterationem, itidem de tristitia, vt est affectus sensus, & sunt ambæ passiones cupiditatis, quæ est sensualis appetitus. ℭ Circa secundam rationem pauca adnotato ex Aristotele rhetoricorum primo capit. illato cupiditas ait, duplex quædā naturalis, quę est sine ratione, vt quę per corpus sunt, vt fames aut sitis, alia autem cupiditas est cum ratione, vt cupimus, multa homines quæ ratio dictat cupienda: vt spectacula videre. Fames igitur & sitis, sunt cupiditates naturales: ergo nō animales. Et tamen dixerat Aristo. eas esse sensuales, & sensui tactꝰ proprias. Rursum si sensus tactus est alimenti sensus, quæ ergo potiuntur alimento habebūt sensum hunc, plantę tamen alimento nutriuntur: & non habent sensum alimenti. Neque vis argumenti obtūditur solutione Com. qui alimentum in potentia dicit esse alimentum, plantatum & non actu. Quare neque sensu alimenti egent, atqui reuera actu nutriūtur plantæ. ℭ Et rursum calidis sæpe sitim sedamus, non ergo

Censura de Galeno.

Argumen. 1. solutio.

Expenditur Aristo. secūda ratio. conclusio in Aristote.

ergo sitis est appetitus frigidi. Antecedens patet: nam vinum, quod calidum suapte natura est, sitim extinguit. Adde potus est sæpe cibus, & cibus potus, vt vt ipsum ius, quod sorbemus, & est potus, & cibus. Si ergo est idem obiectum vtriusq;, & famis & sitis, nõ habent contraria obiecta, vt Arist. ait, famem esse calidi & sicci, & sitim esse frigidi, & humidi.

Diluuntur obiecta in Aristo.

¶Hæc autem vt soluantur, adnotare oportebit famem & sitim desideria esse suppletionis eius, quod nostræ substantiæ absumptum est. Manifestum est aũt per caliditatem excitari sitim, vt feruente febre experiuntur infirmi: itẽq; stomachi siccitas sitim prorritat: vt, qui itinere premũtur, exsiccato stomacho aqua humectãdo sibi medẽtur. Quare si à duabus desideriũ hoc proficiscitur qualitatibus quod sitim vocamus, & cõtraria contrariis curantur: frigido atq; humido siti remedium comparatur. Quam ob causam si istis nutrimur calido, sicco, frigido, & humido: & sitis est desideriũ frigidorum, & humidorum, fames erit calidorum, & aridorum, alia non restãt quibus nutriamur. Sapor autẽ non est obiectum per se (ait Arist.) tactus sed solum est quoddã gustus condimentum, qui est quidam tactus. Itaq; cibi sapidi non vt sapidi nutriunt: sed vt calido constantes & arido, aut liquido, & frigido. Hanc demũ rationem pendens tactum Arist. ait esse sapidorum per accidens, & itidem alias qualitates per accidẽs tactus spectat siue cibus albus, siue rubescens sit, aut flauus, istud est per accidens. Hæc sanè iunguntur frigido & liquido &c. quæ sunt obiecta tactus, ideo per accidens dicuntur tangi, quia tãgitur subiectũ, in quo sunt illa.

Argu. 1. solutio.

¶Argumento. 1. respondetur famem & sitim esse naturales, nõ quia non sunt animales, sed eò quò sine rationis imperio erumpunt. Vbi vides, vt anima naturæ etiam habet participationem, vt dictum est satis alibi.

Argu. 2. solutio.

¶Secundo argumento responsio esto hæc, Plantas, vtiq; ali non tamen habere sensum alimẽti: quia nihil discernũt alimenta, quòd fortè alimentum non discretum Auerroes alimẽtum in potentia vocat: grossioribus enim victitantur plantæ, quam animalia: quare discretione alimenti non indigent. Arist. autem libro de plantis. 1. initium alimenti plantarum esse à terra dixit, citans sibi Anaxagoram, qui ea de causa motus terram dixit plantarum matrem: quia humiditas plantarum à terra est: solem verò patrẽ, quia calore solis fouẽte pullulãt. Porrò hoc argumentũ cui soluẽdo hæc diximus, multos fefellit veteres, vt crederent, plãtas habere sensum quia alimentum sugunt & longam vitã ducunt Aristo. libro indicato meminit: imò Anaxagoras, Democritus, Empedocles, plantis mentem & cognitionem inesse affirmabant. Arist. indicante. Sed de hac re supra.

Argu. 3. solutio.

¶Tertio argu. dicito, sitim extingui calido, esse verum, vt vino & aqua calida, verùm hęc, quia frigus potẽtia retinẽt: aqua etenim sub calore virtute friget: illud autem habet humorem, etsi premente siti vina respuimus, frigida ardenter postulamus.

Vlti. argu.

¶Vltimo argumento facito satis, eundem sæpe & cibũ & potum & qualitates vtrasq; adsequi, non tamẽ qua ratione est cibus ea est potus, sed cõtraria: vt, patet ex dictis. Et nihil philosophię molestum est, idem obiectum esse materiale famis, & sitis: tamen rationes formales sunt discrepantes: est nempè cibus vt calidus & aridus, est autẽ potus, vt friget & humet. Colligamus ergo bifariam collegisse Aristotelem animalibus cunctis sensum tactus adesse: textu etenim. 27. quia vniuersa animalia appetentia quadam prædita sunt, nõ naturali, vt plãtæ: sed sublimiore: delectantur enim & dolent. text autem. 28. quem elucidamus in præsentia, quia animalia cuncta sunt appetẽtia cibi & potus: sed hæc tactus sunt necessaria argumẽta. Est autem iam perspicuus contextus. Adhuc inquit animalia alimẽti sensum habent, quia alimenta sentiunt & quia tactus est alimenti sensus: habent ergo tactum. Et antecedens colligens, subdit, siccis enim & humidis, &c. alũtur omnia: at sensus tactus, est frigidi, calidi, &c. ergo animalia hoc sensu gaudent. Quòd verò ait nos potu ali sanè intelligas, id est, citra potum cibaria non alerent: potus enim per se non alit, sed hoc alimenti est, calidi, & sicci. Sensibilibus aũt alijs per accidens alimur: qa cibariis quod sonabilia, quod alba, aut olẽtia sint, est accidens

cidens,non hoc nutriunt.Eſt autem humor tanigibilis , ideò humidi & frigidi appetit⁹ eſt ſitis : vt fames eſt appetitus, ſeu concupiſcentia ſicci & calidi. Et germanius definiuntur fames,inquã,& ſitis per concupiſcentiam, quã per appetitũ. Etenim appetitus generis nomẽ habet, & ad omnem appetitum etiam naturalẽ transfundit generalem ſuam ſignificantiam. At verò concupiſcentia ſiue cupiditas,quam trãſtulit Argiropilus eſt animalium proprius appetitus.Quã ob cauſam per concupiſcentiam, vt per genus proprium famem & ſitim finiuit genere remoto miſſo. Subdit poſtremò saporẽ non eſſe neceſſarium ſimpliciter,cibo vt cibus eſt ſed condimẽta eſſe ciborũ excitantia guſtum : vnde prouerbio fertur, quod ſapit nutrit:tamen etiam ſi non ſapiat, nutrit ſæpe : quia non hoc eſſentia cibi eſt, ſed quam non ſemel præſcripſimus, quod ſit calidũ, videlicet & ſiccũ. Obſerua autem non omne calidũ,& ſiccum cibariã habere vim.Ignis enim alere nequit, quippe puram ſortitus eſt elementi naturã.Quare calidum & ſiccum, cibabit,quod viuentibus congruit,vt reſtauret natiuo calore abſumpta. Purum autem elementũ,vt aqua in potum aptũ eſt:nullum tamen purum in cibum accommodum credas.

Text.29. ¶Certificãdum aũt de his poſteri⁹ eſt: nunc aũt in tantũ dictũ ſit, ꝙ aĩalibus habẽtibus tactũ & appetitus inſit.De phantaſia aũt,manifeſtũ:poſterius aũt intendẽdum eſt. Quibuſdam autem ad hæc ineſt & ſecundum locum motiuũ:alijs autem cogitatiuũ, & intellectus, vt hominibus, & ſi quid aliud huiuſmodi eſt, aut etiã honorabili⁹.

¶Quod dixerat saporẽ eſſe delectamentum, & tactus ſenſum per accidens ferri in cætera ſenſibilia, ait modò de iſtis certificandum eſſe in huius libri vẽtura doctrina. Nunc autem ſatis ſciuiſſe ſit animalib⁹ omnibus,quo ineſt ſenſus tactus appetitus quoq; animalis inerit.De phãtaſia verò vt eſt in animalibus in poſterũ tractandum mittit. ¶Diximus autem ſuperius, in omni animali eſſe phãtaſiam: in certam,ſaltẽ & obſcuram, quæ in abſentia rei parum mouetur: nam phantaſia certa eſt, quæ in abſentia rei mouet animal:& hac ratione rhetoricorum primo cap.11.phãtaſia finitur,eſt debilis ſenſus : quippe veſtigio exili agitur in rem præteritam ſenſatam : vt muſcæ aut araneæ, & id genus:exilis traditur phãtaſia quippe in latibulum, quod primô tenebant,niſi fortè,nõ offendunt.Quare hæc & alia huiuſmodi,habent exilem phantaſiam,animalia autem,quæ plãtanimalia dicũtur,itidem habent phantaſiam: quæ tamen nullum motũ progreſsiuum habent. At dicet quiſpiam ſi ergo phantaſia eſt debilis ſenſus:quia eſt abſentis: hæc autem quæ diximus animalcula abſentia non apprehendunt : vt igitur habent phantaſiam? hoc diſſerẽdum eſt in poſterum.*Alijs autem cogitatiuum & intellectus vt hominibus.* Non hęc dixit,quò cenſeas cum ſectatoribus placiti Auerroiſtici hominem intrinſecã habere animam cogitatiuam:intellectũ autẽ adherentẽ: ſed eò dixit ,quo hominib⁹ practicus intellectus,adeſt,qui ſingularium eſt imaginatione interueniẽte, & ſpeculatiuus intellectus,quem hic vocat intellectum ſimpliciter.Sed hic,atque ille vires ſunt animæ intellectiuæ,quæ eſt hominis forma. Atqui alia trãſlatio habet intellectiuum, & intellectus loco iſtarum vocum cogitatiuũ & intellectus.& textus Græcus vtrãq; lectionem nõ reiicit quanq̃ altiorẽ interpretationẽ huius loci ego à Platone didici in Dialogo.6.de iuſto, vt viſui ſubiecta ſunt,ait, duo viſibiliũ genera.Alterũ quod ſine imagine videtur, vt video ſolem,& lunam: alterum quod ipſius vmbræ,vt qui videt ſolẽ,per aquã aut ſpeculum:ita mens habet duo intelligendi genera.Alterum,quando intelligibile perfectè intelligit, & hoc eſt intelligere: aliud quando ſub vmbris, & hoc eſt cogitare.Vnde & Aug.lib.đ prædeſt. ſanct.nõnihil Platonicũ ſapiẽsdixit.Credere eſt cũ aſſenſiõe cogitare: qa qui credit ænigmaticè intelligit Paulo.2.adCorin.3.tradẽte:hoc ergo intelligas per cogitatiuum:hoc loco nãq; non ſolũ fides diuina ſub vmbris intelligit,ſed & fides humana.

Phantaſia quid.

Plato. Ariſto.interpres

humana. Et aduerte hoc admodũ: quod si aduertisset Com. non monstra finxisset & huius discipuli magistri sui monstra nõ proni adorassent, vt adorãt. sunt in homine vires vt puræ quædã, intelligat quæ vis intellect⁹ est, alia quæ nõ pu rè intelligit, sed sub vmbris, & hęc vis co gitatiuum Aristo. appellat. Fortasse, etenim quãdo humana mens credit, aut opi natur vehementer, non syncerã assequitur rerum intelligentiam, sed vmbratilem exilemq; notionem. Et pulcherrimè Plato huiusmodi notionem specularem pronuntiat, & non rei, sed similitudinis: vt is, qui solis speciem in limpidis aquarum gurgitibus cernit. Ille non solẽ sed solis speciem, sic qui opinatur aut credit nondum naturam rei est consequutus, sed rerum quædam vestigia & imagines. Quod verò, ait & si quid aliud huiusmo mi est, aut etiã honorabilius, idest, intellectiuum & intellectus, non solùm homi nibus facultatem intelligendi insinuat esse, sed etiam substantiis separatis, quæ honorabiliores sunt ipso homine: quia purè spirituales sunt.

Tex. 30. ¶ Manifestum igitur est, q eodem modo vna vtiq; erit ratio animæ & figuræ. neq; enim ibi figura est præter triangulum & eas quæ con sequẽter sunt, neq; hic anima præ ter dictas est. Fiet autem vtiq; & in figuris ratio cõmunis, quæ con ueniet quidem omnibus, propria autẽ nullius erit figuræ. similiter autẽ, & in dictis animabus. Vnde ridiculum est, quęrere commu nem rationem & in his & in aliis, quæ nullius erit eorum quæ sunt propria ratio, neq; secũdum propriam & indiuiduam speciẽ, dimittentes eam quæ huiusmodi.

¶ Hic Aristo. se superius prudẽter duas tradendo animæ definitiones egisse ostẽdit, insinuans quoq; Platonis reprehensionẽ, qui idæalis aiæ definitione cõtentus, cuiuslibet speciei animæ neglexit definitionem. ¶ Physicus autem vtrunq; exquirere debet, & communem definitionẽ in primis tradere, vt quæ notiorẽ habeat traditionem, & post illã proprias indagare: ad quas perquirendas definitio communis est instituta: vt post quã animalis ratio est à dialectico inuẽta, in species est declinãdum hominis & equi. Reprehensio autẽ Platonis hæc est. Plato idæas non instituit, aut numerorũ aut figurarũ: quare definitio communis numeri non est vnius idææ, sed omnium nu merorum binarij, atq; ternarij. Et rursum definitio figuræ est terminus quãtitatis quæ nõ est vnius figuræ exemplaris: sed circuli trianguli &c. ergo anima habebit definitionem non idæalẽ, sed propriarũ specierum. Consequentiam probo: nam eo Plato negabat idæas numeri, & figuræ quo hæc habebant ordinẽ prioris, & posterioris: & à binario numeri alij sufficienter colligebantur. Itidemq; in figuris ab vna ceteræ procreari queũt: quare si hæ sensibilem habent causam, & sufficientem, non erat necesse aliã causã idealem excogitare. Atqui in animabus itidem prioris & posterioris extat ordo: vegetatiuum enim prius est, quàm sensitiuum: & hoc quàm intellectiuum: vt figurarum multiangularũ, triangulus est prima, deinde quadratũ &c. Vnde infert Aristo. vt ergo trigonus in tetragono, ita vegetatiuum in sensitiuo. Sunt autem duæ causæ q conferantur anmæ figuris. Prima est vt figuræ est ratio vna, seu definitio vna, diffusa in omnes figurarum species: illa enim terminus quantitatis, &c. in omnes se transfundit figuras: sic definitio animæ est cõmunis omnib⁹ aïabus quæ sunt velut species animæ, si vniuersali ratiõe illã cogites. ¶ Altera verò collationis ratio est: in figuris enim vt Boëtius ait. in lib. Diui. quæ prior est potentia continetur in posteriore, vt triangulus in tetragono: hoc. n. virtute continet triangulos plures. Ita quoque vegetatiuum minimè est in sensitiuo tanquam forma specię constituens per se, vt est in plantis: sed est tanquam potentia ipsius sensitiui. Itidem de sensitiuo dicendum quod sub complexu intellectiui cõprehensum est. Has autem collationis cau-

sas primam & alteram Aristote. non lucidè edocuit sed non est arduum illas ex orationis contextu colligere. Quanquã hæc secunda cum figuris similitudo non nihil præfert dissimilitudis: nã in quadrato etiam inuenias triãgulum in propria forma & specie, vt quæ hîc depicta est figura demonstrat: hoc autem in animabus fallit, quia sensitiuum in homine non constituit speciem, neq; vegetatiuum: alioqui esset homo plãta, & bestia, & homo, sed tantum sunt hæc, vt animæ intellectiuæ vires & facultates. At non indocte sed argutè satis colliget contra hæc quispiam, virtus nõ operatur nisi in eo, cuius virtus est: separata namq; prorsus aget nihil: virtus enim magnetis in magnete operatur. Porrò à magnete disclusa, neq; inuenitur neq; inuenta operabitur. Quare si vegetatiuum est virtus sensitiui, fieri non potest vt extet citra sensitiuum & item sensitiuum est virtus intellectiui, citra hoc vt existet? Atqui Arist. diuersum & sensit & persuasit hoc cap. & superiore vegetatiuum separari posse à sensitiuo & ab intellectiuo sensitiuum. ¶ At verò vera accipit argumentum istud & verissima colligeret, si vegetatiuum tantùm esset virtus, vt magnesia virtus. At verò æquiuocam valde hæc gerũt rationem: vegetatiuum enim iam habet generis rationem & diffunditur in omnes species plantarũ, & herbarum, &c. iam habet rationẽ partis, & non totius, vt quando pro sola anima vegetali, & non pro toto viuente supponit, iam potẽtiam, & vim altricis animæ, vel viuentis: significat iam differentiam viuẽtis à non viuente iam verò gradum viuẽtis: & ita animam simul cum potentia in suam significãtiam trahit. Itidem de sensitiuo. Secũdum quem disserendi modũ vegetatiuum quinq; significationibus ditatur & hæc. 3. genera viuentium sub alterna sunt aliquãdo vegetabile, sensibile, & intellectiuum: nam vt vegetabile genus ita & sensitiuum capitur nonnunq pro genere & intellectiuũ. Quod speciei vocẽ esse solũ forsitan quis contẽdet, non tamẽ rationem generis horret: quia non solum de homine, sed de angelis, qui homine præstãt, vt hic autor est Aristo. prædicatur: sunt enim angeli substantiæ intellectuales, vt Aristo. physicorum. 8. ex motu sempiterno collegit. Virtus enim corporea sempiterna agitatione orbes voluere non potest, & ante Aristo. Plato angelos spirituales nuncupat substantias, quibus & assensit beatissimus Dionysius. c. 11. cælestis hierarchiæ angelos mirabi dictiõe formas ab omni labe & materiæ consortio seiugatas purissimè intelligentiæ esse dicens. ¶ Et secundum hæc cum intellectiuum de angelis atq; hominibus, vt genus prædicetur sic gradus entiũ partiemur, vt entia distribuantur. Primò in viuẽtia, & nõ viuentia. Dein viuentia, in sensibilia & nõ sensibilia: dein sensibilia, quæ animalia sunt in ratiõalia, & rationis expertia, dein ratiõalia, quæ modo intelligibilia, in corporalia & pure spiritualia. Quam obrem si secũdum generis rationem hæc tria pendũtur vegetale sensibile & intellectiuum, tria vt diximus genera viuentium sunt. Si secundam verò aduertimus acceptionem tres significant animas vegetalem sensualem & rationalem: secundum verò tertiam acceptionem potentiarum quas supra retulimus sunt voces. & hęc diuisio, viuentium aliud vegetabile aliud sensibile, &c. hac sanè acceptione esset totius in suas partes potestatiuas: secundum verò quintam sunt viuentium gradus, per hæc patet argumentum. ¶ Hinc expendas, quàm secus philosophãtur in figuris Arist. atq; Plato. Nam hic contulit animam triangulo quod triangulus ab vno defluens angulo, in duos alios desinit: ita & anima à diuina substantia ortum ducens in diuisibilem corporis substantiam labitur: & vt triangulus tribus lineis cõprehensus est, incipiens ab vno puncto: ita anima exoriens à Deo, tribus contẽta est viribus & discurrẽdi seu ratiocinãdi, sentiẽdi, atq; vegetandi. Verùm Arist. non de anima intellectiua vt Plato solum, sed in vniuersum animas contulit figuris. Cum istis scito græcanicam expositionem longè distare ab hac nostra quam dedimus huic tex. 30. quæ est Latinorum. ¶ Græci verò non de idæis locum exponunt: siquidem figuram aiunt non esse genus, neq; animã. Nam vbi est ratio prioris, & posterioris

Tetragon⁹

Vegetatiui acceptio varia.

Gradus entium.

posterioris non est ratio generis: figura autem descẽdit secũdum rationem prioris, & posterioris in species suas & itidẽ anima. prius vegetatiuo cõuenit quam sensitiuo. Quare etsi detur vna communis notio figuræ aut animæ, illa nõ significat vnam rem vel naturam: vt, definitio animalis, quę apud Aris. 2. de genera. animali. cap. 3. est substãtia animata sensibilis: significat vnam naturam animalis, sed definitio animæ nõ vnam animã, neq; definitio figuræ vnã figuram, quia nõ datur vna figura, præter alias figuras: neq; vna anima, præter alias. Verba autem Themistij. cap. 12. huius. 2. hæc sunt. Ea namq;, quæ ita inter se habẽt, vt priora hæc posteriora sint illa, quanq̃ cõmunem aliquam notionem habent, quæ de his dicatur: fieri tamẽ nequit, vt illa aut genus sit, aut natura vna: ita vt sine his intelligi seorsum posit, de quibus indicatur diciturve. Quamobrem huiusmodi definitiones admonitionẽ potius quãdam & enumerationem continẽt, quam simplicem & generalem rationem ostendant. hæc ille, cum quo secũdum omnia facit Philoponi Commẽtarius. Et horũ omnium ratio est, propterea, quod animam crediderunt æquiuocam: æquiuoca autem nõ sunt definibilia vna, simplicíq; definitione, & verba Aristo. hoc sapiunt, cùm ait nõ est figura præter triangulum, & figuras consequentes. Item neq; anima præter dictas est, idest, nõ intelligibilis figura vnã præter figuras speciales: neq; anima præter animas particulares. Verùm animal intelligi potest sine speciebus: ergo anima nõ est genus, neq; figura. ¶Com. autem Commẽtario. 30. animã analogam asseruit, & figuram non vniuocã: quia æquiuoca non habẽt rationem prioris, & posterior. vt canis, enimuero æquiuoca voce fruuntur vna, ratio autem diuersa omnino. Sed animæ habent vnam rationem actus, corporis physici, & organici, &c. Ergo anima analoga est & non multiuoca genus verò vt animal non est analogum: quia nõ est ordo naturæ inter species animalis, vt est inter animas. Nam homo non præsupponitur asino, vt cõstat & sic in aliis speciebus ꝙ si Themistius cum Philopono hoc tantum voluisset analogam esse rationem animæ, vt Com. propter ordinem prioris & posterioris vtcũq; ferendũ erat etsi ægrè ego tulissem: quippe, analogata ita se habẽt, vt principale analogatum præcipuam cõtineat rationem analogi: cętera verò diminutè cõsequuntur, vt sanũ. primò de aĩali, diminute de vrina & medicina atque lotio siue vrina quæ sani appellationẽ sequuntur in animal relata cuius est sanitatis primaria ratio. Id quod in hoc animæ negocio non est: quæuis enim anima plenè gaudet & animæ titulo & ratione: est vtique actus corporis physici, & organici & in figuris singulis. Similis quoq; ratio est: definitio enim figuræ non præcipuè tribuẽda est circulo, cæteris aũt figuris secundum participationẽ circuli: aut in eundẽ relationem. vt sanum de medicina prædicatur relata in animalis salutẽ. At verò hęc relatio & participatio in figuris non constat, neq; in animalibus: figuræ namque non referuntur in vnam, vt circulum, sublato namq; circulo, trigonus atq; tetragonus verè sunt figurę, vt sublata anima intellectiua, anima sensitiua verè est anima atq; vegetatiua. Cęterum quia sublato vegetatiuo aufertur sensitiuũ, & hoc submoto tollitur intellectiuum, quod apud homines est. Proinde videtur nonihil analogiæ in animabus, vt dixit Commentator. ¶At verò notandum est ordinem prioris & posterioris alterũ esse inter ea, quibus vna ratio non est vna, nisi secundum quandam proportionem aut relationem. vt est ordo prioris & posterioris inter substantiã, & accidẽs, actum & potentiam, Deum & creaturas, & id genus multa. Alterum verò inter ea, quę vnam rationem subeunt. æq̃uè plenè & æque absolutè, vt est ordo in figuris: æquè enim ratio figuræ de triangulo atq; quadrangulo, & de reliquis figuris. prædicatur, æque dixerim, non quantum ordinis est. quippe triangulus figurarum quæ in rectum protenduntur, prima est. Sed quãtum rationis est, & definitionis figuræ. Similiter dicito in numeris atq; aĩabus. Ordo igitur prioris atq; posterioris, q̃ primò recẽsitus est, ille tollit generis rationem: sanum. n. non est genus ad omnia, quæ appellantur sana, neq; ens genus est ad substantiam, & accidens, potentiam

Gemina ratio prio. et posterio.

potentiam & actum Deum & creaturas: nam esse sani non ex æquo participant vniuersa, quę sana iudicātur. neq; ipsum esse, æqualiter est in substantia & accidētia, &c. Ordo verò prioris atq; posterioris secundò illatus, non tollit generis rationem: nā ordo hic admittit rationem vnā esse in ordinatis, vt ratio figuræ est vna figuris, & ratio numeri numeris, & ratio animæ animabus. Quapropter si non aliorum, certè mea sententia latina expositio sancti Thomæ, Aegidij, Pauli, &c. præferenda est Græcanicæ. Ex hoc loco q vniuersalibus insidiantur, vt sunt nominales autores, habēt testimonium, illis fauens qđ supra retulimus: ait enim Aristoteles. Neq; enim figura est præter triangulum & eas quæ consequēter sunt ergo vniuersalia nullum prorsus habent esse in rebus, quanquam parata est respōsio, locum hunc intelligendum esse de idæis. *Vnde ridiculum est quærere communem rationem.* Idest, in doctrinis ridēdus est, qui genera exquirit & communia cōsiderat neglectis propriis speciebus. Itidem ridendus, qui propriam vni aut alteri speciei definitionem inuestigat, neglecto communi, quo communicant species, vt supra exposuimus. ¶Sed iā postquā longiusculā in elucidādo Arist. sermone traximus morā contexturā sermonis breuibus attingamus. Inquit igitur. *Manifestum &c.* Id est, definitio animæ atq; figuræ similes sunt. Etenim ratio figuræ non est alicuius idæalis figuræ; sed figurarū, quę sunt apud nos, vt triāguli, qui est prima recti lineatum figura, & aliarū quæ post triangulum consequūtur, vt quadratum pentagonus &c. *fiet autem,* vtiq; construere licet definitionem communem figuræ quæ velut generis sit, omnibus figuris communis propria nulli, vt figura est terminus quantitatis. Itidem vna est definitio communis animæ actus primus. &c. ridiculum igitur idæarum definitiones quærere, vt animæ idæalis & animarum specialium, vt animæ vegetatiuæ & sensitiuæ, &c. definitiones contemnere, *& in his.* Idest, ridiculum est in negocio animæ quærere communia, & propria despicere. Verùm in alteris, idest, in quacunq; alia scientiæ inquisitione fatuitatis erit cōmunes definitiones exquirere & pro-

Conextura huius loci.

prias rerum naturas ignorare. Nam communis definitio nullius inferiorum propria est ratio: neq; exhibetur secundum propriam, & indiuiduā speciē, id est, specialissimā. *Tali definitione omissa.* Idest, omittendo definitiones, quæ singularū sunt specierum, quæ liquent omnia.

¶Similiter autē se habēt ei quod de figuris, & quę circa animā sunt. semper enim in eo quod est consequenter, est potentia quod prius est, & in figuris & in animatis, vt in tetragono quidem, trigonū est, in sensitiuo autem, vegetatiuum. Quare secundum vnumquodq; quærendum, quænam sit vniuscuiusq; anima. vt quæ plantæ, & quę hominis, aut bestię. Propter quam autem causam consequēter sic se habent, considerandum est. Sine enim vegetatiuo, sensitiuum non est, à sensitiuo autem, separatū vegetatiuum in plantis. Iterum autem sine tactiuo quidem, aliorum sensuum nullus est. tactus autem, sine aliis est. multa enim animalium, neq; visum, neq; auditū habent, neq; odoris sensum. Text. 31.

¶Vt conueniant figuræ atq; animæ late persequuti sumus, ideo ab ampliori repetitione supersedendū est. Cætera quoq; huius textus priora intelligenti perspicua erunt, & nostro Commentario egēt nihil.

¶Et sensitiuorum, alia quidem habent secundum locum motiuum alia vero non habent. deniq; autē & postremum, raciotinationem & intelligētiam. quib⁹ enim inest ratiotinatio, corruptibilium, his & reliqua omnia. quibus autem illorum Text. 32.

illorũ vnũquodq; , non omnibus ratiocinatio. sed quibusdã quidẽ, neq; imaginatio, alia aũt, hac sola viuũt. De speculatiuo aũt intellectu alia rõ est. Quod igitur quæ de horũ vnoquoq; ratio, hæc propriissima & de aïa, manifestũ est.

¶Quod supradixerat cogitatiuũ modò vocat ratiocinatiuũ: ait enim hominib⁹ competit ratio, quàm Græcè vocat logismon, quibus & reliqua oïa, hoc est enim quod ait, quib⁹ inest raciotinatio corruptibiliũ, his & reliqua omnia, id est, sensitiuum & vegetatiuum. Aduertẽdum autem in hoc textu est, variã esse lectionẽ huius Latini interpretis à greca veritate: hic enim legit. *Denique autẽ & postremũ ratinacionem & intelligentiam*, Græca tamen lectio sic habet *postremũ autem & minimum ratiocinationem & Dianœam*. Quam cogitationẽ poteris vertere aut intelligẽtiam. In quem sanè modũ legit Philoponus. Quorum verborum hic sensus est. viuentium gradus sunt. Primus vegetalium, alter sensibiliũ, tertius progresiuorum, quartus qui postremus est, rationalium. Hic est sanè vltimus & minimus, quantitate, seu multitudine. Nam hominum numerus non est ita numerosus, vt reliquorum viuentium omnium, quãquam autem minimus est multitudine, est tamen nobilissimus, & potestate & dignitate princeps, vt Arist. lib. 2. de partibus cap. 10. dixit, & plures habet vires anima intellectiua, cæteris animabus. Nam hæc gradus viuentium omnes consequitur & illis vt instrumentis aut potentiis gaudet, & vt Themistius ait in animã rationalem progressa natura mortalis receptui canit, neq; procedit vltra. Hic autem Paraphrastes particulam minimum etiam prætermisit: ratiocinatiuum verò intellectũ humanũ prefert, vt vi discursiua pollet imitatus est Platonem in Timæo Aristo. in re hac: ille enim vim discursiuam potẽtiam dixit esse animæ rationalis, homini ergo & ratiocinãdi vis adest, & intelligẽtia sine discursu, vt quãdo intelligit quodlibet esse aut nõ esse, & alia scientiarum proloquia. Plantis autem, brutis perfectis, & imperfectis ratiocinatio non est, quibusdam autẽ neq; imaginatio. Hęc ratio ambigua est: nam si relatiuum referat animalia, falsam conuincemus ex prioribus. Dixerat enim Aristoteles, quæ habent sensum, habent appetitum, & quæ appetitum imaginationem: appetitus enim est desyderium absentis, qđ imaginatione comprehẽditur: vt ergo constabunt quæ modò, inquit, quibusdam animalibus non inesse imaginationẽ Themistius propter hoc de animantibus & non de animalibus, Aristotelicã intellexit orationem? Philoponus dubius est quid velit. Latini facilè rem indicant de imaginatione perfecta subaudiẽda esse verba Aristotelis, quanquam mihi dura est horum expositio, credunt enim imaginationem indeterminatam aut imperfectam moueri solũmodo in præsentia rei. id qđ ego difficilè dixerim. Nã si imaginatio est, absentis est: & nõ pæsentis erit tamẽ posthæc locus huic rei discutiendæ. Quanquam nihil detrimenti philosophia ferret neq; iura ei⁹ solueret aliquis, si diceret in animalculis illis imperfectis esse imaginatiõem de re absente, impfectã vel abstractiuam notionẽ, vt in musca & ape, & id genus. Etenim sensibile præsens illis speciem imprimit: hęc aũt absente sensibili, cur aliquanto tẽpore non retineatur, nõ video. sicq; imaginatio hęc nõ est pręsentis sed absentis, quanquã obscura & exilis & breuiculæ durationis, quæ imaginatio mouet muscas & apes, vt quærant sibi relicta domicilia. At verò, motus horum vagus est, neq; certũ habet scopũ: quia abstractiua notio infirma est, Ego nõ dubito in hoc genere imperfectorũ, quæ se mouent, vt sunt insecta animalia (de quibus superiùs cõmeminim⁹) imaginationem esse absentium: alioqui vt mouentur? & falsam esse nostratium philosophiam imaginationem hanc exilem asseuerantem, esse præsentis rei. At qualis imaginatio sit animalium, quæ locum non mutant (quæ Zoophita supra appellitauimus) maioris vtiq; est negocij. De qua tamen crediderim imaginationem esse absentis quãquàm obscurissime. Et quod me, vt meæ opinioni præstem fidem, cogit aperiam. etenim postq̃

A. ist. collisio.

Iuniores carpũtur philo.

marina

marina spongia (esto hæc exempli gratia) comederit, se comedisse delectatur aut sebibisse aut se dormiisse, vt in reb⁹ naturæ amicissimis ergo absentis habet notionem & ab intuitiuis ingenerabit quas dixim⁹ abstractiuas. Quod si succlamas ergo poterunt mutare locum si absentis fruuntur imaginatione, collectio est exilis quia loci absentis nusquam notionẽ habuerũt, quia humi sunt defixæ. ¶ Reliqua expendamus. Alia autẽ sunt animalia, quæ sola imaginatione viuũt: bestię enim sola regũtur & ducũtur imaginatiõe: exceptio autem hæc sensus externos & alios non tollit: imaginatio.n. à sensibus excitatur. Sed sensus est sola imaginatione.i.nõ intellectu aut ratiõe. Porrò excutere modo, si bruta discurrũt an non, non arbitror in præsentia necessarium. Sed quando opportuna se dederit occasio. *De speculatiuo autem intellectu alia ratio est*, Paraphrastes Themistius rotũdè intellexit intellectũ speculatiuum, quẽ ipse mentem appellat nõ esse animæ potentiam, aut partem, sed substantia quædã intelligitur longè præclarior, melior, puchrior, quę tamen in naturam inferiorem ignobilioremq; se inserta receptaq; sit: quantæ tamen sit veritatis sermo hic, tertius liber ostẽdet & nonnihil in capite hoc de hac re attigimus. Sufficiat modo Arist. locũ hanc subire intelligẽtiam speculatiuum intellectum esse alterius rationis, quia contemplatiua mens plus est metaphysici, q̃ physici: vt enim contẽplatiua est, à materia separatur: & hæc mens contẽplatiua, finis physici negocij & in metaphysicũ remittitur. ¶ Non tñ inde, vt probè adnotat Philoponus credat aliquis de mẽte diuina inseruisse Aristotelem sermonem, eamq; dixerit alterius esse rationis: mens nãq; diuina theologi est, non physici. Sed de mente humana sermo est hîc, quæ vt actiua est, habet actiones à corpore inseparabiles, vt texere, ædificare: vt autem contẽplatiua est, habet actionem, quæ contemplatio est, à corpore secundum se separabilem. Cõtemplatio enim vt talis est, corpore non eget: ideo ait alterius rationis est, mens contemplatiua, q̃ cæteræ animæ potentiæ. *Quod igitur quæ de horum vno quoque ratio.* Idest inter definitiones animæ ea accomodatior est, quæ singulis animabus propriissima est, q̃ ea quæ cõmuni & promiscua ratione in omnes referebatur. Et patet quid velit, definitionem illã actus corporis physici & organici esse nõ exactam: quæ tamen absoluitur & completur definitione postrema, quæ erat, qua primò viuitur sentitur, &c. ꝙ si ambæ definitiones in vnam confluant, tertiam, hæc erit absolutissima virtute totam demonstrationem comprehendens vt Aristo. meminit posteriorũ primo tex. Commen. 23. Et erit hæc actus primus corpoporis physici & organici potẽtia vitam habentis, quo primo viuimus sentimus progredimur & intelligimus. Est autem enarrati loci contextura hæc. Prædixerat Arist. vt gradus inuicem abiungantur prior gradus à posteriori vt vegetatiuũ in plantis à sensitiuo. Itemq; sensitiuum secundum tactum ab aliis sensibus semouetur, tactus quippe sine visu auditu, &c. est in spongiis videlicet marinis & id genus aliis. Post hęc subdit *& sensitiuorum autem*. Idest gradus viuentium, qui est animalium habet differentias: nam quædam animalia motu progressiuo nõ sunt potita, sed instar plantarum immobili adiecta sunt loco, vt cõcharũ & spõgiarum genus: alia vero locum demutãt, vt bruta perfectiora. Sunt verò alia quæ postremò numerata gradu priorib⁹ gaudent omnibus, vt homines *Aut huiusmodi aliud* quod propter Platonicos dęmones dictum credas. Nam illos animalia Plato affirmabat de qua re in. 3. libro *quibus enim* quod dicit tale est in animalib⁹ corruptibilibus, vt homines sunt collectio firma est, habet rationẽ: ergo & sensum, & motum, & vegetalem vitam. non tamẽ habet rationem etiam si alia habeãt cætera anmalia, & quædam animalia imaginatione orbantur non omni, vt exposuimus: sed perfecta. Alia verò hac sola viuunt, id est, vitam suam regunt ducti sola imaginatione, vt bruta perfecta, quę imaginatione ducũtur sola, non cõsilio rationis in operibus, quę exercent. Quod sequitur noua non est referendum expositione: quia apertum satis fecimus hactenus de cap. 3. Commentario. Quo expleto, solennem disputationem de distinctione potẽtiarum huc ad calcem

Themistij opinio de intellectu specula.

Loci enarrati contex.

cem vocare animus est. Quæ etiam si plura ex metaphysicorũ officina admisceat. porrò huic loco est admodum accomoda, quando de numero viriũ animæ multus est habitus sermo, boniq; lector horum cõsulet, si paululum fuderim in disserendo sermonẽ meminerit q; quod necessarium est, prolixum non esse. Quia ergo, quæ de potentis animæ diximus ad viuum exponi nequeunt nisi acris ea mordeat disputatio non ab re me facturum arbitror, si solennem disputationem vt dixi, in medium producam.

si animæ potentiæ ab ipsa anima secernantur re, an ratione.

Dubitatio grauissima ḋ potentiis anima.



Væ quęstio etsi interim dissimulanda esset, erat enim metaphysici pensi hæc edisserere: verùm quia locus hic Aristoteles inculcat non pauca atque conuoluit quæ naturalis philosophi scire interest. Hac ratione tractanda in præsentia atq; agẽda res, quod si pugnæ litesq; quas consertissimas habet vtraq; factio super re ista ad plenũ, & ad amussim essent hîc transcribendæ, heu quis posset? aut qu æ sufficeret chartæ? multa.n. sunt quæ affirmationi suffragãtur, potentias distingui re, ab anima & multa, quę refragantur: quæ prorsus distinctionem realem potẽtiarum ab aĩa extrudunt. hanc ergo instituamus disputationem expressam. Num potentiæ animæ ab ipsa secernantur & qua secretione? vtrum sint anima ipsa idem quod visus, auditus, & anima altrix, idẽ quod vis alẽdi augẽdi, &c. & anima intellectiua idem quod mens atq; voluntas nunquid, hęc vniuersa nõ idem, sed res sunt diuersę, an si idem secũdum naturam rationis discrimen duntaxat admittant? vetusta sanè huius dubij

Vetustorum placita.

tractatio. Platonicus Plotinus intellectum substantia diuersum ab anima credidit animãq; & intellectum & corpus hæc sanè tria diuersa secũdum naturam, hominem componere, & multis celebribus philosophis Aristote. esse placitum in sententia habent intellectum nõ esse animam rationalem, sed esse substãtiam separatam hominem de foris contingẽs, & absoluens: vt Theophrastus Alexander, Auerroes, vt peripateticum dogma creditum habuerũt: cum quibus Gregorius Nissenus in. 1. libro de homine. c. 1. communem habet opinationem Aristo. sic sensisse. Aliorum factio etiã vetusta intellectũ eiusdem substantiæ cum anima rationali vnde intellectũ vt hãc vnitatẽ significarent voce græca ἡγεμονικὸν appellabãt vt Gregorius loco illato meminit. Iam verò vetustã quæstionem nouis agamus argumentis. Et primum partem hanc contẽdamus postremã, animã & vires suas vnum scdm substãtiam esse. Etenim potẽtia. 9. meta. est operãdi principium videlicet actiua. tex. 17. anima autem est principium viuendi, & sentiendi, &c. ergo anima est potẽtia vel potentiæ ipsæ. ¶Secundo materia per seipsam est suscipiens formas: & nõ per aliquod accidens, nam si potentia materiæ esset accidens, iam ante substantiam esset accidens & esset prior accidentalis forma, q̃ substantialis id quod pugnat cum Aristo. qui substãtiam ait esse priorem accidentibus, & natura, & tempore, & ratione. 7. meta. tex. 27. ergo anima nõ per aliqua accidentia, sed per suam propriã essentiam vitæ opera exercebit. ¶Tertiò aĩa est qua primò viuimus, sentimus, &c. sed si potentiæ essent accidẽtia re diuersa ab animæ substãtia, iam tũc esset, qua primò viueremus & sentiremus. Nã anima per potentiarum ministerium illa opera præstabit: non ergo ipsa est qua, primò viuitur quia p aliud viuimus nẽpè per potentias. ¶Rursum si potentiæ vegetatiua, sensitiua, & intellectiua, in homine realiter distinguũtur: aut quia homo totidem animas habet, id quod, vt à vera philosophia abhorrens, supra explosimus, aut esset: quia habent diuersas operationes. Hoc autem nõ colligit validè realẽ diuersitatẽ: siquidem potentia vna habet operatiões diuersas: vnus namque intellectus opinatur, & is ipse scit, & conclusiones, & intelligit principia, quæ sunt mentis distantia opera, voluntas vna & amat, & odit. Sensus vnus visus videt alba, & nigra: & gustus vnus dulcia, & amara: potentia vegetandi & alit, & auget & generat: potentia motiua, & sursum se agit & deorsum & in aliis simili modo. Aut hæc distinctio potentiarũ quęrẽda est ab obiectis. Sed

Argu. 2.

Argu. 3.

Argu. 4.

Sed neq; hoc:nam potentia altrix & gustus, re diuersa sunt : at habent idem obiectum alimentum, vt hic Arist. insinuat, & sensus cõmunis in diuersa obiecta fertur in visibilia, audibilia, & sensibilia omnia qui tamen vnus est. ¶Adde si obiecta spectas in potentiis distinguendis, quæ ergo potentiæ habent obiectum vnum, & erunt eiusdem speciei? Visus ergo equi & hominis sub eadẽ specie atoma visus comprehendentur. Quàm autem hoc sit falsum ad manum est colligere: nam anima hominis, & bruti, sunt essentia longè distãtes, vt ergo habebunt potentias eiusdem rationis? Et interpres Arist. Auerroes. 1. de anima Com. 53. mẽbra ait equi, & cerui specie differunt: quia animæ differunt & 2. de anima Cõmen. 60. idem insinuat. Quid quod obiectum est extrinsecum potentiis, vt color visui: erit ergo distinctio hæc per extrinseca, quam modo non quærimus: sed intrinsecam & essentialem potẽtiarum distinctionem, aut idẽtitatem, quam & cũ aĩa & secũ inuicẽ habent. ¶Accedit quoq; istis propriorẽ aĩæ esse potẽtiam quã sit obiectum: ergo potentia distinguẽda potius per animã quã per rationem obiecti: siquidẽ obiectum remotum est ab aĩæ essentia distinctio verò nõ per remota est quærenda sed propinqua. ¶Et demum subiectum accidẽtia distinguit: potentiæ autem sunt accidentia quædam, non ergo obiecto: sed subiecto, quod est anima, distinguentur & Arist. hoc lib. 2. tex. 42. generatiuam & augmentatiuam credit easdẽ, ergo æqua ratio est de omnibus. ¶Cum sentientibus partem diuersam facit, ꝙ Aristo. scripsit capite isto vegetatiuum esse in sensitiuo in potentia, vt triangulus in quadrato. Id autẽ quod in alio est, ab illo distinguitur, potentiæ autem sunt in anima : distinguntur igitur realiter ab ipsa. ¶Præter hæc, anima est substantia, potentiæ autem sunt qualitates sub specie qualitatis, quæ est naturalis potentia, comprehensæ. Substantia & qualitas nõ sunt res vna sed diuersæ, igitur. ¶Rursum sexto libro Ethicorum Arist. cap. 1. clara voce sonat, partes animæ esse diuersas ab anima & mutuò differre: ait enim alteram esse vim sciendi, alteram verò opinãdi, seu consultandi, aut rationem subducendi quam ratiocinatiuam philosophi dicũt : quippe hæc habent obiecta re ipsa diuersa : illa enim quæ sciendi vis est, necessaria versat, quæ aliter quã habent, se habere non possunt. Hęc autem ratiocinandi vis nõ necessaria, sed variabilia pro loco & tẽpore. Verum si hæ duæ vires animę intellectiuæ essent eædem, & inuicem essent idẽ: nã quęvni idẽ, sibi idẽ atq; eodem argumento probabis sensitiuas vires easdẽ nõ esse animæ sensitiuæ, essent enim sibi eædem visus, auditus, olfactus, gustus, cõmunis sensus, & imaginatio, quod fieri non potest. ¶Sub hæc anima est totum quoddam potestatiuum, vt Boëtius tradidit in libello diuisionum, ergo vt totũ integrale ad partes integrales, ita totum potestatiuum ad potentias suas: at verò totũ integrale partibus suis nõ idẽ, ergo & totum potestatiuũ distinguitur à potestatibus suis, quę sunt veluti partes eius. Quare cùm anima sit totum potestatiuũ & vires eius sunt partes eius, aĩa distinguetur à viribus suis. ¶Eisdem accedat, ea quæ habent ordinem realem re distinguntur : at verò anima & vires ipsius rei habent ordinem. Anima siquidem prior est: potentiæ autẽ sequuntur. Sunt enim eius veluti propriæ affectiones. ¶Præterea quæ separantur re, nõ sunt idem. Verùm anima vegetatiua aliquando destituitur potentia generandi, & augendi: viuẽtia enim neq; semper possunt generare neq; semper augeri: nutritiua tamẽ incolumi, anima rursum sensitiua ab omnibus sensib⁹ excepto tactu in multis animalibus orbatur, & imperfectis animalibus naturæ vitio visus deficit, aut auditus, anima tamen saluatur, &c.

Pars quæst. diuersa agitur. *2. Collectio.* *3. Collectio.* *4. Collectio.* *5. Collectio.* *6. Collectio.*

¶Huius generis argumẽta innumera cõglomerarentur, si in hæc spatiandi esset facultas. Nos tamen inde clauem huius quæstionis assumemus si in primis tradiderimus, vnde sit à nobis petenda potentiarum diuersitas. Et nulla traditio aptior est, quàm peripatetica, potentias actibus, actus autem obiectis secerni: etenim sunt quædam, quorum esse est gratia finis : id qđ artificiata haud dubiũ indicãt, quorum materia atq; forma à fine temperantur : etenim serra & ferrea est, & incisa dentibus est, non propter aliud quàm

Quæstio. resolutio.

quàm vt habeat incidendi potentiã quã nõ adiſpiſcitur, niſi quæ diximus haberet. Iam verò potentię animę ſunt gratia finis: etenim propter operationes obeũdas anima prædita eſt viribus, & deniq; potentia omnis propter actum eſt meta phyſicorum.9.tex.15. Quapropter quælibet potentia eam ſortita eſt ſpeciẽ, eoq; modo temperata eſt, quo actui exercendo neceſſarium erat. Secundum ergo diuerſitatem actuum & operationũ diuerſę itidem erunt potentiæ: vt alia eſt potia inciſiua ſerræ, alia eſt potentia ſcribẽdi calami. Atqui cùm operatio terminetur in obiectum, eſt enim operatio gratia obiecti: nam viſio terminatur in colorem. Vnde colligitur actum ſpeciem mẽdicato accipere ab obiecto phyſicorum 5.tex.& Comment.4.motus ſpeciem accipit à termino, ad quem. In obiectis aũt latitat grandis varietas, quæ imponit imprudentibus. Altera quidem eſt ſecundum naturam, vt variant color, ſapor, & ſonus. Altera verò eſt ſecundum diuerſam rationem, vt variant bonum atque verum. Alia eſt ratio boni, quæ eſt appetibile alia veri quæ eſt adæquatio cũ intellectu. In potentijs rurſum eſt magna diuerſitas, quędam enim ſunt quæ verſant determinata obiecta, vt viſus colorem, auditus ſonum. Et demũ omnes vires ſenſitiuę determinatę ſunt, quia ferũtur in determinatum obiectum ideſt corporeum. Senſus enim corpora ſenſibilia non traſcendit. Hęc autem ſenſibilia corpora conſiderantur & ſecundum, quòd conueniunt in natura ſenſibilitatis aut ſecundum, quòd differũt iuxta diuerſas ſenſibilium affectiones. Vnde quædam vires ſunt ſenſitiuæ, quæ feruntur in ſenſibile ſecundum rationem generalẽ ſenſibilis vt communis ſenſus & imaginatio quorum poſterior habebitur ſermo: quę vires & ſi in totam naturam ſenſibilitatis diffundantur, ſunt tamẽ vires ſenſitiuæ organis affixæ: decretum enim habẽt obiectũ corpus ſenſibile. Sunt & aliæ vires, quę non in totum ſenſibile ſe fundũt ſed in certum atq; præſcriptũ ſenſibiliũ genus, vt viſus in colores, auditus in ſonos, & id genus, quæ ſecundum naturam obiectorum ſortiũtur organorum qualitatẽ: & tẽperaturã. Vires autẽ intellectuales intellectus atq; voluntas quia non habent determinata obiecta, ſed in totam entis naturam feruntur ſunt etiam indeterminatè, non tamen affiguntur organis, ſed ſunt quaſi infinitę. Intellectus enim eſt quaſi omnia intelligibilia, & volũtas eſt quaſi omnia appetibilia. Siquidem omnia & appetere poteſt. Primam iam ſtatuamus concluſionem, diuerſitas obiectorum ſecundum naturam potentias ſenſitiuas ſpecie diſtinguit, vt color atque ſapor, viſum & guſtum & itidẽ in alijs ſenſibus. *1. concluſio.* Secunda cõcluſio. Hæc naturæ diuerſitas non ſemper colligit ſpecie potentias diſtingui, etenim album, & nigrum viſum non diſtingunt, calidum & frigidum tactum non ſeparant. *2. concluſio.* Tertia concluſio. Diuerſæ potentiæ ſæpe idem ſecũdum naturam habent obiectum: et enim nutritiua potentia & ſenſus tactus alimentum verſant, vt obiectum, & eiuſdem naturæ eſt vtrobiq;, Nam alimentũ vt alimentum, eſt frigidum, humidum calidum, atque ſiccum, hoc eſt quod ſibi accipit plantarum potentia nutriua, & ꝙ animalis ſenſus cupit, vt Ariſtoteles hoc capite nos docuit. *3. concluſio.* At verò nutriendi vis & ſentiendi, vis ſpecie ſeiungũtur: & eodem obiecto ſecundum naturam fruuntur. Et rurſum potentia hęc nutritiua, & potentia generandi atq; augendi alimẽtum idem ſecundum naturam tractant tametſi diuerſæ ſint. Pręterea intellectus agens, atq; paſſiuus idẽ intelligibile ſpectant, & voluntas & intellectꝰ idem ens ſecundum naturam, etiam ſi diuerſę ſint potentiæ: id enim quòd intellectus intelligit voluntas appetere poteſt. Quarta. *4. concluſio.* Diuerſitas obiectorum ſecundum rationem potẽtias ſpecie diſtinguit. Hanc peripateticã credimus concluſionem etiã ſi Scotus neſcio quo iure quave iniuria illi obloquatur in.2. Sẽtentiarũ volumine diſt.24.q.vnica vbi ait, non omnẽ diſtinctionẽ formalem obiectorum diſtinguere potẽtias. Alioqui obijcit, tot eſſẽt viſus quot colores: credit hic autor colorẽ, a, & colorẽ, b, formaliter diſtingui. Cui occinimus, colores enim omnes vnam habent rationẽ coloris: quare &, a, color &, b, color nulla cauſa formaliter diſtinguntur, ſed per ſubiecta indiuidua aſſequũtur diſtinctionẽ. Quã iuſta hęc ſit cõ-

tra Scotum censura, ea quæ primum tradidimus in huius quæstionis vestibulo, quando illam decernere cepimus, satis indicāt & sequentia indicabūt vberius. Nā ferri nō potest nec aures peripateticę sustinebunt, quod ibidem pergens docet Scotus, obiecta potius distinctionē assequi à potentijs: quàm cōtra, quia nēpe visus est talis naturæ, ideo est alterius obiecti, quàm auditus. Aristo. autem clamat diuersum potētias per actus & actus per obiecta tanquam per causas primas secerni, vt post hæc elucidabitur. Cæterum conclusionē hanc exponamus. Vt sensus tactus alia ratione se refert in alimentum, atque potentia nutritiua. Hæc enim trahit alimentum non sub ratione, qua sentit illud sibi commodum, sed solùm secundum naturalem conuenientiā & inclinationen. Sensus verò nutrimentum affectat, secundum rationē, qua nutrimentum est sibi sensibile conueniens, quare sibi noxia respuit. Itidem potentia nutritiua in nutrimentum se refert, vt quod esse seruādo necessarium est, augendi verò potentia alio respectu capit nutrimentum sub ratione quanti vt inquam ad perfectum incrementum se promouere gestit, demum potentia generādi nutrimento vtitur, vt speciei multiplicande opportunum est. Sunt ergo diuersæ rationes, quæ in eadem alimenti naturam aduertuntur. Et singula harum rationum est finis potentiæ, quapropter nihil mireris, si ratio diuersa, diuersam potentiam colligat. Quinta conclusio. Diuersus actus diuersam facit potentiam. hęc conclusio multiplicē habet intelligētiam, neq; enim simpliciter illa vera est. Paulus Venetus in summa philosophiæ questione quadā in libros de aīa, act⁹ credit extrinsecè distinguere potentias, nō intrinsecè. Nam actus est potētiæ extrinsecus, & non est eius differentia substantialis. Rursum addit negatiuè ab actibus sortiri potentias diuersitatem non tamē affirmatiuè. Neque enim si quis colligat actus, a, & actus, b, differūt: ergo potentię differūt colligit sufficiētèr. Vna enim potentia multos parit actus lōge inuicē discrepantes, vt visus, & album videt, & nigrum & sensus communis & phantasia. Multa, imò in omnia sensibilia feruntur & circa omnia diuersas assequūtur actiones. Et intellectus & ratiocinatur, & intelligit: quę sunt: operationes diuersæ At verò, si per negationem res hæc agatur, idonea erit collectio, a, act⁹ est à potentia hac & non potest ab alia, vt visio est à visu, & non est ab auditu, neq; fieri poterit, vt auditus illā præstet: igitur visus & auditus differunt. ¶ Præter hæc, & obiecta ait distinguere potentias extrinsecè, de qua re nos infrà disputabim⁹. At verò ego crediderim magis esse de peripatetica schola, act⁹ affirmatiuè diuersas colligere potentias, In cuius rei gratiam Diuū Thomā producamus in quæst. de veritate quæstione. 15. articulo. 2. respondentem argumen. 12. & verba ipsius trāscribam immixta tamen nostra explicatione. Ad. 13. inquit, dicendum sicut Auicena ait. 6. naturalium diuersitas actuum quandoq; indicat diuersitatē potentiarum quandoq; non: quinq; enim modis in actibus animæ diuersitas inueniri potest. Vno modo secundum fortitudinem & debilitatē sicut opinari & credere, opinari enim est fides quædam remissa & debilis, verū credere est fides fortior vt Aristoteles in. 4. Topicorum cap. 5. fidē definiens illam esse vehementē opinionem. Est sanè vocabulum fidei multiplex. Iā fidem diuinam, quam Paulus in Epistola, quā Hebræis misit magnificis laudat vocibus, & definiens ait, est fides rerum sperandarum substantia, argumentū nō apparentium indicatæ Epistolæ cap. 11. De qua fide sermonem hîc nō sumus habituri. Est item fides apud rhetores, quā faciunt demonstrationes: aut exempla, aut enthimemata autore Arist. 1. rheto. c. 2. Atqui nos in præsentia fidem capimus pro intēsa opinione, vt indicatus ex libro topicorū locus admonebat. ¶ Alio modo, secundum velocitatē & tarditatē sicut currere & moueri: nam currere, motus velox est ambulare autē motus tardior. ¶ Tertio modo, sicut secundum habitum & priuationē, vt quiescere & moueri: quiescere est velut actus permanēs, mouere actus transiēs. ¶ Quarto modo, secundum comparationem ad contraria eiusdem generis, vt sentire album, & nigrum. ¶ Quinto modo, vt quando est actus diuersorum generum, vt apprehēdere

5. conclusio.

Actiones animæ modis 5. sunt diuersę.

re & mouere vel sentire sonũ & colorẽ. Diuersitas primi & secundi modi, diuersitatem potentię nõ indicat, quia sic oporteret tot esse potentias animæ distinctas quot gradus fortitudinis, & debilitatis & velocitatis & tarditatis inueniuntur in actibus: id quod augeret potentias in infinitos numeros: nam gradus intensionis & velocitatis augeri citra mensuram possunt. Similiter etiam neq; diuersitas 2. & 4. modorum cùm eiusdem potentiæ sit cõparare, oppositũ vtrũq;. Et vt cõtraria sub vna assequũtur scientia tradente peripatetico. 8. physicorum tex. 7. sic prope modum vna quoq; est potentia, quæ contrarias, aut cõtrariorum nata est sensiones excipere, vt visus visionem alborum, & nigrorum, & auditus grauium, & acutorum. Est siquidem materia vna exceptrix contrariorum, vt. 4. physicorum tex. 84. demonstrat, vt calidum & frigidũ eidem corpori corruptibili vicissim nata sunt contingere. Iam verò potẽtia saltem cognitiua est, vt materia, quæ sensionum est susceptaculũ. Non ergo actionũ ista cõtrarietas diuersam esse colliget potentiam. ℭ Vna est igitur quinti modi diuersitas iam recensita, quæ hoc colliget, diuersas (inquam) esse potentias, aut potẽtiarum diuersitatem, vt dicamus actus diuersos genere, qui in ratione obiecti non cõueniunt, hæc ad mentẽ. S. Thomæ & Auicenæ. ℭ Fuit autem vetusta philosophorum sententia (quæ Pythagoræa creditur) quæ nulla distinctione, aut moderationis libramine secũdum diuersas operationes potentiarum dimetiebatur diuersitatem vt numero operationum, numerus potentiarum æquaretur, vt meminit Albert⁹ in summa de homine. Sed ridenda est hominum horum opinio nisi aliud, sub verborũ cortice tegat quã externa verborũ facies præferat. Cæterũ si externum prætextum obseruas duntaxat, nihil stultius horum placito, numerare animæ vires & rerum aliorum potestates secundum numerum functionum. Erit igitur visus hominis alius qui alba, alius qui nigra, quæ ridenda est philosophia, vt esset ridendus qui aliã medicinã diceret sani, & aliã ægri: quandoquidem non solùm in viuentibus visus vnus multipliciter videt, sed non viuentia secun-

Quid veteres philosophi de quo.

dum vnã potentiam variè operãtur, vt cęlum lumine mirabiliter & vario supra modũ opere, circa inferiora hęc se gerit de qua re aliàs. Sic ergo, si actus diuersi sint genere. i. habeãt in obiectis diuersas quas rationes obiectiuas vocãt diuersas affirmatiuè non negatione ostendẽt potentias quia (vt diximus) est potentia gratia actus, & hic est vt finis potẽtiæ & finiũ vt finiũ diuersitas, potentiarũ & actionũ arguunt esse diuersitatẽ vt Arist. ethico. 5. c. 2. in remoris facilè docet finẽ dicens esse causã speciei actionum, vt is qui furatur, vt fornicetur fornicarius est. ℭ Quare etsi intellectus habet varios actus & longè diuersos isti tamen conueniũt in ratione obiecti intelligibilis. Sũt enim entis, vt est intelligibile, quæ ratio se fundit in omnes actiones mẽtis, & sensus communis, etiam si varia spectet sensibilia, tamen illa spectat, sub ratione cõmuni sensibilis. Quare actus varietas huiuscemodi non distinguit sensum cõmunem. ℭ Visus verò & auditus, &c. hæc habẽt diuersam speciẽ actus, vt albi & nigri: visus acuti & grauis auditus. Verũtamen visus fertur, in album, non vt album, sed vt sub visibilis ambitu continetur. Cum autẽ sub hoc visibilis ambitu contraria sint constituta ideò illorum actuum varietas potentiam non variat itidẽ de acuto & graui, quæ sub sono coercẽtur calidũ & frigidũ sub tãgibili quia vna potẽtia causa præmissa contrariorũ est. Quod autem. 2. loco aiebat Paulus, non infringo actum distinguere potentiam extrinsece: nam actus est causa finalis potentiæ. 2. cæli tex. 17. vnumquodq; Aristo docuit propter suam operationẽ esse institutum &. D. Dion. libro de cęlesti hierarchia ca. 11. vniuersas creaturas tribus esse præditas dotib⁹ Deo autore, & essentia, & potẽtia & operatione ait. Hoc haud dubiũ qd' Arist. ait insinuans esse potẽtiã gratia actionis: idcirco creatura habet substantiam, qua fulta subsistit. Habet præter hæc potestatem, qua potens est in opus faciũdum, & ne temere sit potens, actionem habet. Vides vt actio est omnium finis. At causa finalis est extrinseca rei diffiniẽdæ, nisi quòd huic nostræ doctrinæ oppedit verbum Arist. primo de cælo tex. 16. qui ait potentias

Euertit Paulus.

 defi

definiendas per suos fines postremos id est potentia per vltimum suum actũ definiẽda venit, vt potẽtia motiua, quæ cẽtum absoluit stadia, per cẽtum stadia est definienda, non per motum in .50. stadia. Quòd si actus vltimus, vt is qui finis postremus potentiæ est, definit potentiam, cõnexio non imbecilla erit, actus esse potentiæ intrinsecos? ¶ Familiares D. Thomæ nolunt cum Caiet. prima parte quæstio. 77, art. 3. actus esse simpliciter extrinsecos potẽtijs. Quibus suffragatur locus dudum à me indicatus. Ego tamen sine trepidatione illud non concederẽ. Scio enim causam finalem esse causam extrinsecã: & extra essentiam speciei quod verò definiat actus potentiam, definitio illa per extrinseca est, non per intrinseca, quando vnum relatiuum per correllatiuum diffinitur etsi deficiant à corrollatiuis actus & potentia. Nam potentia & actus non sunt correllatiua, vt in prohemio exposuimus, verùm hæc quæstio vocis est controuersia, & non rei. Ideo mittenda: contendunt enim eo finẽ vtcunq; intrinsecũ, qã definit, ea quę sunt ad finẽ & si ita fuso dixerint sermone finem intrinsecum donandum illis. Cęterùm reuera finis, vt finis, nusquã intrinsecus est rei physicæ. Quare neq; actus est intraneus potentiæ, & neq; sectio est substantia serræ & quod hîc fælicia obtrusit ingenia est non discreuisse inter actum, & ordinem in actum. Actus sanè extra potentiam & non de substantia eius est, vt visio nõ de substantia est visus. Porro ordo in visionem intranea est visui. Hunc autem quia nequimus exprimere ordinẽ nisi actus quoq; mentionẽ faciamus, hac causa Aristo. dixit actum definire potentiam. Sic quoq; Aristotelis morale documentum Ethi. cap. 2. lib. 5. finis est, qui largitur speciem, subaudiendum est secundum priorem censuram, nõ quod ipse finis, qui causa extrinseca est sit substãtia ipsius actus, sed ordo in finẽ: hic quidem est de substantia actus. Et quale quale hoc fuerit quod modo diximus nõ modicam prædictorum suppeditabit intellegentiam. Itidemq; philosophandum tibi erit de obiecto: quod versat potentia, nam obiectum est terminus potentię postremus. Sunt enim potẽtiæ gratia actuũ & isti gratia obiectorum. Obiectum igitur extrinsecum est potẽtiæ. At ordo in obiectum intrinsecus est vt etiam si color extrinsec⁹ visui. At verò ordinẽ & habitudinẽ in colores extrinseca visui qs dicet? Et D. Tho. 1. parte summę. quæstio. 77. ar. 3. probè affirmat obiectum esse causam extrinsecam actus. At verò obiectũ definit actum: quia est principium vel finis actus: aduertit enim geminã esse potentiã, & passiuam, vt sensitiuæ vires, visus, audit⁹, & hoc genus: & aliã actiuã, vt vis altrix, aut auctrix, &c. Obiectũ si conferas passiuis, est principium & efficiens causa, per principium rectè hoc loco effectricẽ causam subintellexit. Nam color est qui mouet visum: est. n. sentire passio quædam à sensibili, si verò obiectum in potentias secundi generis compararetur, est obiectum finis & non principiũ. Nam finis auctricis est quãtum perfectũ quod viuẽs per accretionem sibi conciliat. Iã ergo q̃ ob causam etsi definitur, actus per obiectũ itidem concedet actũ extrinsecum potentiæ, quia effectus potentiæ est. ¶ Hic aduertas obiter obiecta etiam passiuarum sunt finis potentiarum, quia visio coloris est in gratiam visus. Viuimus enim vt visibilia cõprehẽdamus, vt Deus finis nostri intellectus, qui tamen inter passiuas cõnumeratur potẽtias, est enim intelligere quoddam pati. Item alimentum agit in vim altricem, vt mox ostendemus. Idcirco intellige hæc D. Tho. verba hoc modo, in obiectis potentiarum passiuarum plus ostẽditur ratio principij, quã finis. Itẽ cõtra in actiuis. ¶ Grandior esset replicatio in ea re quã diximus varietatem finium variare, potentias. ait aliquis, num materia variatur propter formas? non sanè & tamen materia habet in finẽ formas. 2. physicorum tex. 16. Atqui cum vna sit materia vniuersarum formarum capax: non erit diuersitas finium sufficiens, quæ indicet potentiarum diuersitatem. Nam forma est materiæ finis & actus eius, qui & si varius, & multiplex: materia vna est. ¶ Respondetur, si firma esset quorundã sententia materiam primã non suscipere formas elemẽtorum, nisi prius affecta sit primis qualitatibus quarum affectio hoc materiæ donat habilitatem videlicet

Caieta. expẽditur.

D. Tho. exponitur.

videlicet elementarijs excipiendis formis, & istarum commixtio potentiã concedit materiæ in formas mixtorũ, id q̃d sibi colligunt ex Auerroe.12.meta.Comment.11.&.3.cæli.67. prõpta esset implexi argumenti huius solutio secundum diuersarum qualitatum affectionem habere itidem materiam diceremus potẽtias diuersas ad formas diuersas. Et quanquam materia vna concedatur secundum essentiam, tamen habet qualitates varias, quę sunt illi perinde atq; si haberet diuersas potentias. ¶ Ego tamen huic non do fidem ita modò vt nunquam, sed ipsam materiam sentio esse in potentia ad formas elementorum non affectã qualitatibus, sed nudam ad sensum quem prætulimus supra. Quapropter dicamus materiam aliam primam, aliam propriam esse tradente Aristo.8.libro pri.philo. tex. 11.aliam ait esse materiam generalem omnium aliam propriam singulis rebus, vt phlegmatis dulcia. Quæ ꝓpria est variatur secundum actus, & finis diuersitatem. Vnde & locus indicatus demõstrat alia est materia quę phlegmatis, alia cholerę, hæc.n.habet amara in materiã, illud verò vnctuosa & & dulcia, vt propriam amat materiam. Et alia est materia animę corpus idest physicum, & organicum. Et alia aliorum mixtorum, quanquam vt aliquando diximus, hęc materia commodiùs subiectum appelletur: quam materia: vt Themistius inquadã ad physicẽ digresſione cum Simplicio & alijs sapit. Materia verò prima geminam habet notionẽ. Prima est, si illã cogites vt ẽs quoddã informe. Secunda est, vt est in potẽtia ad formas quò enim ipsa est informis eò habilis est quæ formas omnes suscipiat, vt colligit Plato in Timæo. Hæc autẽ potentia materiæ non est aliqua qualitas, aut materiæ affectio aliqua quia adhuc secundum postremam notionem informis est & contemplatur, sed est relatio quædam rationis in actus formarum vel in formas ipsas, quod relationis genus aptitudinale appellitant nostrates dialectici: relatio autem hæc varia est secundum varietatem terminorum: nam forma est materiæ terminus. Et quanquam hæc solutio extenuet motam quæstionẽ & colorem habeat Cõmentatoris Auerr. verbo.1.physi. Comm.70. Potentia (inquit) nõ est de substantia materiæ: ergo potẽtia materiæ poterit esse multiplex & si materia sit vna, verius tamen indico potentiã materiæ non esse relationẽ. At qui ni fallit me mea sententia, est quasi quædã qualitas essentialis materiæ, qua differt à forma. Itaque non per relationẽ sed per se ipsam materia est in potentia; & quãquam variæ sint formæ, quæ sunt materiæ actus, tamẽ diuersi actus substãtiales nõ faciũt materiã diuersã, vt actiones accidentales potentias, vt visio & auditio variant visum & auditum, &c. materia enim est alterius modi potentia quam animæ potestates: quę accidẽtariæ sunt: illa verò substantia formæ capax ideoq; subiectiua est potentia hac ergo ratione actus diuersus illam non variat, ¶ Hæc ergo esto censura nostra propositionis illius, actus distingunt potentias. Actus subintelligas accidentales nõ substantiales. & etiam. S. Tho. illam temperauit propositionem. 1. p. summæ Theo. quæstio 77. arti.1. Com. autem sermo alibi est edisserẽdus. In præsentia autẽ ille locus absoluitur Comm. fuisse in sentẽtia qualitates primas afficere primũ materiam, vt idonea fit, quæ elementarias formas in suum vocet gremiũ, vt multis hoc est in confesso sic Auerroem sensisse. Quòd si vera sentiunt, potentia materiæ non est de substantia eius. Quãdoquidẽ calor frigus humor & siccitas quę sunt materiæ potentiæ ad formas elemẽtarias, non sunt de substantia materiæ. Hæc enim est substantia, illa verò sunt accidentariæ formæ. Sed quidquid sit de glosemate isto, falsũ indico calorẽ & frigus esse potentias materiæ, essent enim pasſiuę potentiæ id quod nusquam extat apud Aristot. Sexta conclusio sic habet, quæ prioribus illata sunt, obiecti videlicet diuersitatẽ diuersas reddere potentias, etsi sufficiẽter diuersas ratione, & in genere potentiæ, indicet potentias esse diuersas: non tamen irrefragabiliter conclusiones illæ conuincunt potentias esse diuersas re. Hoc probo, namq; si potẽtię adeò est obiecti varia ratio, vt potẽtiæ realiter distinguantur, cur non valebit tantũdem, vt animas faciat diuersas? Itidem de actibus colligas. Nunc autem

Quę sit materię.1.potẽtia.

6. Conclusio.

anima vna in homine in omnia opera se fundit, etsi genere discrepantia qualia sunt intelli gere & sẽtire, generare & ale re. In vniuersa obiecta rursum tẽdit, quã libet etiam vt obiecta discrepẽt, in intelligibilia sensibilia atq; incibum atq; po tum. Vt ergo hæc tanta atq; multiplex distinctionis pompa, obiectorum varietas & actuum differentia, solùm euincũt in anima rationali diuersas rationes. Alia enim ratione est anima vegetalis, alia sensualis, alia deniq; intellectiua, æquo quoq; currat oportet pede & obiectorum distinctio relata in potẽtias. Nã si euaseris potẽtias, esse principia operãdi nõ aĩe, eoq; vehemẽtius vrgẽtur potẽtiæ diuersitas diuersis obiectis & actibus quàm animę, habes reclamãtem Aristo. animam esse principium operandi. Et re uera aptior est sermo aĩa intelligit per potentiã quam si dixeris potẽtia intelli git: & cõmodiùs dicemus ignem calefacere, quàm quòd calor calefaciat, vt ope ratio potiùs artifici & primo motori accõmodanda est quã instrumẽto. Et rectè Themistius dixit potentias vt animæ satelites esse. c.12. Paraphrase. Quòd si primarius vitalium functionũ artifex: qui anima est tam diuersa instrumentorum, (quę sunt animæ vires) nõ variatur multitudine sed vna est anima quæ multis illis & omnigenis instrumẽtis vtitur, vt vi alendi, generandi, sentiendi, intelligẽdi: est porrò multiplex secundum rationem. Quid quod ipsę animæ vires multitudine & varietate rationum obiectiuarum non varientur, vt sint diuersæ secundum rẽ, sed sola rationis arguatur diuersitas? Hæc accipe, non vt credas, me sentire potẽtias, nullam assequi realem differentiam ab anima, & interse ipsas, hoc in præsentia nõ asserimus, quia post hæc quid de re hac ferat ingeniũ proferemus. Sed hoc solùm nunc contendimus rationes differentes obiectorum non demonstrare indissolubili argumento potentiarum realem differentiam, sed vnice colligit eam quæ secundum rationem est, diuersitatem, neq; locus ille cui D. Thom. insistens multum sibi fidit. 9. meta. tex. 13. & .12. met. tex. 26. actus & potẽtia sunt in eodem genere, potentias ab anima re ipsa separat. Nam etsi demus, potentiã quæ in actum per se ordinatur, esse reponendam in eodem prædicamento cum actu, vt Capreolus in .1. Sententiarum. d. 3. Aristo. verba decreuit exponenda, sint sanè illa, at verò nũquid ignoramus quędam esse in genus accidentis inferenda, quæ non secundum esse naturæ sunt accidentia, sed secundum propriam illarũ rationem, quam dialecticus considerat de genere accidentis esse pronũtiamus. Ego certè & cum multis hoc sapio figuram esse re ipsa idem quantitati, quæ tamen duo, habent diuersa genera nam figuram in prædicamento qualitatis collocamus. Relationẽ itidem eãdem cum re quæ refertur (credo) numerum quoq; cum rebus numeratis: & positionem cũ substantia, quæ ponitur, vt sessionẽ eandem sedenti, & stationem stanti, etsi prædicamẽta horum varient. Quo vt:q; modo, dicerem potentias secundum rationem significandi, atq; prædicandi, esse qualitates & accidẽtia: vt actiones ipsæ: visio, enim & auditio, & cæteræ notiões qualitates sunt, quanquam ipsæ potentiæ secundum esse physicum si librẽtur & non secundum esse dialecticum sunt idem cum anima, cuius dicuntur potentiæ. Et quid potentia generandi, augescendi, alendi, hæ potentiæ num sunt in eodem genere cum actibus? nõ sanè. Generatio enim & actio atq; nutritio sunt in prædicamento actionis, non qualitatis. Verũ prænominatæ animæ vires vt cæteræ vires animæ sunt in prædicamẽto qualitatis, non ergo illud inuiolata obseruantia obseruandum documentũ potentiam & actus esse ab eodem genere comprehensa. Neq; est quod dicatur altricem potentiam auctricem, &c. non esse per se ordinatas ad actiones suas, cũ reuera hę animę vires sint actiuę, & vires actiuæ actionem habẽt in necessariũ scopum. ¶ Com. autem Auerroes. 12. meta. tex. 26. propositionem: potentia & actus sunt in eodem genere expressit duo esse principia in quouis prædicamento dicens & potẽtia & actus. Nam quodlibet ait, est aliquando in potentia, & aliquãdo in actu. Itaque hæc duo vniuersa prædicamenta circuũt vt esse in potẽtia substantiam, & esse actu, sunt in prædicamẽto substantiæ. Et hæc duo, esse in prædimento

Expenditur locus Arist. actu. & potentiã in eodem genere sunt.

mento qualitatis, esse albedinem in potentia, & esse albedinem actu. Neq; hæc commentatio est solius Com. sed longo ante ipsum æuo Alexander eundē locū Aristo. 12. meta. tex. 26. actum & potentiā esse in omnibus generibus, & omniū principia suggessit sensum eundem cū Arabe: res. s. omnes iam esse in potētia, iā verò in actu. Et quæ actu modo, erūt in potentia: & quæ in potentia, erunt in actu: vt humor qui in vite est vinum potētia, & quod vinum actu est acetum potētia est. Nō est ergo propositio illa accipienda ad sensum, quē multi accipiunt, quē falsi credunt esse Aristo. germanum potētia. s. ordinata per se in actū est in eodem genere cum actu. Id quod à veritate abhorrere peripatetica, ostendimus. Cæterum de actu & potētia in prooemio plura satis edisseruimus.

7. cōclusio. ¶ Septima conclusio. Probabile est mihi potentias omnes tam actiuas quàm passiuas, esse diuersas re ab ipsa anima, & non solum ratione differentiam habere. Vocitant porro philosophi altricem & auctricem & generatricem vegetalis animę vires actiuas: nam nihil recipiunt ab obiectis. Id est, potu & nutrimento: quibus suā operam impendunt. Agunt sanè in nutrimētum & hac ratione actiuas illas appellāt. Vires autē apprehensiuas, vt sensus, atq; mētis, eò passiuas quò hæ ab obiecto suscipiant rerum, similitudines quanquam re ista oculatius expensa altricis animæ vires etiam patiuntur ab obiecto, alimēto, idest, nā potētia nutritiua ab alimentorum actione flacescit tandem & agendo repatitur: vt ferra quæ secando exeditur. Cuiquoq; doctrinæ Auic. subscribit lib. 1. cap. 15. fen. 2. doctri. 2. alimētum tradens agere in viuēs, & secūdum qualitates primas, calidum frigidum, &c. quę vt experientia testis est oculatus, satis agūt in corpora nostra vt calidis cibarijs incalescim⁹, & humidis humectamur. &c. rursum cibaria agūt, inqt ille, ratione materiæ, vt lactuca, quæ comesta sanguinem frigidum comedentis efficit: & demum agunt ratione substātię. Et vocat substātiam specificam proprietatem, quæ in cibarijs, quibusdam in est, veluti vires corroborādi cordis, aut capitis, &c. Iam ergo si alimenta variè agunt in viuētia, cur has vires, quas diximus, solēniter vocēt nostrates, philosophi actiuas nescio, sunt actiuæ verùm etiam dixerim passiuas. Nam inde viuentibus mors impendit, quòd vires animę in alimēta operantes, absumuntur paulatim donec lassatæ iam occumbant. Placuit tamen philosophorum, turbæ recentiorum & vetustorum actiuas illas fortassis nuncupare, ꝗ actio illarum sentiatur vehemētius, quā passio. Cōtra in viribus apprehensiuis. ¶ Porro vt ad institutum redeat sermo, vniuersæ istæ animæ vires re secernūtur, id quod suasorijs argumētis, quia demōstratoria desideramus indicari poterit: in physicis enim animatis, elemētis atq; mistis, has vires secerni à rebus ipsis constat. Color enim atq; siccitas frigiditas, & liquor, vires sunt elementorū: quæ nō sunt substantia elementorum, & lapillorum vires quasdam lapidarij tradunt in magnete in adamante, in carbūculo, quę non sunt lapillorum substantia: quando & magnes allijs oblinitus vt Comm. tradidit vim deponit neferrū trahat. Neq; lux solis sol est, neq; cęli influētia est cęlū: ergo neq; visus est aīa videns, neque auditus est anima audiens, &c. Neq; mihi pensiculatè dixisse videtur, qui nihil verentur cōfiteri animam esse auditum, visum, gustum, olfactum, intellectum, appetitum, ne multiplicent res sinè causa, vt Gregorius colligit in. 2. Sentent. d. 16. Marsilius in. 1. Senten. q. 7. art. 7. & Alber. Saxo. in hoc. 2. & aliorū nō modica, 1. ratio. turba & consectariam debent ad hæc cōfiteri sententiam visum esse auditum, & auditum, esse gustum, & voluntatem esse mentem: nam si potentiæ animæ nō sunt inuicem diuersæ, neq; secum rei habebunt differentiam, quia quæ vni idē & sibi idē, quo velut principio syllogismorum nexus, constans est. Si, a, est, b, & c, est, a, c, est, b. ¶ Et rursum quod est, ab- 2. ratio. surdius, & philosophas aures magis offendens, sensum sequitur esse intellectū & intellectionē esse sensionem. Id quod ipsi non inficiantur spernentes Arist. voces secundo de animo tex. 152. Et nescio quibus confictis cōmentis ipsum commentātes omnes notitias sensuales isti in anima intellectiua locant, nulloque modo in consortiū subiecti pro notioni

bus sensitiuis excipiendis corpus vocantes. ¶ Quare & corpore vita defecto inpeius, isti proficiscentes cōcedunt intellectiuam animam secum reportare auditū, gustū, olfactū, & id genus vires omnes. Sed quia corpus viuum vita iā orbatum est, non est anima tunc potens videre, neque audire. Vnde fateātur oportet ociosas habere potentias. Porro autē etsi certò essem persuasus animam esse suas potentias nusquam probare potuissem sermonem hunc esse verum, sensus est intellectus, est auditus gustus, aut gustus est visus: quia differentia rationis sat est, vt hæc mutuò dese negētur. Neq; hoc est in dogmate peripatetico insolēs. Scimus. n. apud Aristo. 3. physi. actionem non esse passionem: illi tamen vna operatio est actio & passio solo ratiōis interuallo differens. Iam ergo mens atq; voluntas habent obiecta, vt obiecta discrepantia, auditus gustus, itidem sensus mensque obiectis summoopere distant. Quæ vniuersa si non realem certè secundum rationē differentiam præstant. ¶ Ne ergo hoc genus monstra quæ hactenus currente calamo collegimus, quispiā imprudēs aut fingere ominetur aut concedere prouocetur, vt quidā, quos citabamus. Ego. n. monstra duxerim quæ retuli vel visū esse auditum, vel mentem esse sensum, id quod vicio vertitur & Platoni & Democrito, vt supernus demonstrabat sermo. Nam quanquam ferri vtcunq; posset intellectum esse voluntatem: at quis queat horrēdam, ferre philosophiā sensus quinq; idem sunt & si vnus sunt, cur quinq; traduntur? Aut illud, anima exonerata corporis sarcina, potētias sensitiuas actu habet: habet auditum & non est potens audire, obsurdescit igitur? visū, habet & nō potens videre: lippit igitur aīa post corporis mortem? & id genus alia, quæ coguntur fateri qui dixerunt animam intellectiuam esse vires omnes suas, vt præ nominati sapiunt autores. Quam ob causam ne pessimę huic philosophiæ incentiua offeramus tam male sapiendi, credamus probabilē esse potentiarum realem differentiam, quam & inuicē gerunt & cum ipsa anima admittunt. Presertim viri theologia clarissimi vt. S. Tho. Durādus D. Bona. & alij realem diuersitatem potētiarum ab anima certò, crediderūt. ¶ Verùm Durandus, altricis animæ vires excepit, quas easdem docuit esse animæ vegetali, cęteras distinxit. d. 3. 1. Sen. par. 2. q. 2 & est consensio. B. Bona. in. 1. d. 3. sectio. 2. Quo loco tribus verbis indicabimus quid, voluerit. Alterum est vegetalis animæ vires idem esse, quod substātia animæ. Argumento colligit: nam anima hæc nutriendo viuens formam substantialem in materia nutrimenti, vt panis aut aliorum imprimit, sed substantiā non potest virtus accidentalis producere, ergo potentia nutriendi non est accidentaria virtus sed vis hæc alēdi est ipsa anima altrix. Decoctio quidem cibi à calore est natiuo: verùm carnis generatio ab anima est solùm. Alterum est, vires alias apprehensiuas re esse differentes, ab anima vtiq; sensiua sensuales, & ab intellectiua, intellectuales cum appetitu: hæ enim vires sunt animæ affectiones: & ab essentia animæ egrediūtur. Postrema sentētia eius est, huiusmodi vires & si nō sunt animę essentia, tamē nō sunt accidentia, subintelligit separabilia. Vt ergo propria affectio rei nō est accidens commune sed proprium eòq; mediū tenet inter substātiam & accidens. Sic philosaphatur sanctus hic de virib⁹ animæ. Non ergo potentiæ animæ sunt accidentia hæc vulgata, quæ dimoueri queunt à subiecto, vt albedo ab homine. Neq; substantia sunt animæ, sed propriæ eiusdem affectiones. ¶ Durandus autē rem istam auxit maiori probationum copia D. Bona. placitum cōtendens persuadere. Prima est, motus fundamētum habet super stabili, & quieto: sed animę operationes sunt variabiles, vt sentire, intelligere & appetere: ergo tantus operationū fluxus erit in quieto aliquo consistens. Hoc autem est potentia animæ: vt dealbatio & denigratio super quantitate substantię, vt stabili accidente, suę fluxibilitatis habent fundamentū. Secūda probatio est. Anima suapte natura indifferens est ad intelligendū volendū, sentiendum: ergo sunt danda illi accidentia, quæ ipsam accōmodent & determinent ad hoc vel illud actionis genus, vt per sensū quo sentiat, per intellectum quo intelligat, & adpetitum, quo affectet. Tertia probatio. Poten-

D. Bona. expenditur.

Potentia separatur aĩa illæsa, vt in cæco qui eò cæcus, quò amisit principiũ vidẽdi. Et quæ inuicẽ diuelli queũt, & mutuã admittũt separationẽ, non sunt idem re: ergo si animæ vires abolẽtur, vt visus in cæcis, auditus in surdis, anima intacta, se cernũtur hæc. Quarta probatio, quędam potẽtiæ aĩæ sunt organicæ, aliæ nõ: ergo non sunt idẽ anima, & eius potẽtiæ. ℭVerum has & alias rationes quas Scotus ex Aegidio Roma. acceptas refert in. 2. Senten. dist. 16. q. vnica. indicans Com. 1. lib. de anima. Cõm. 92. Cuius verba sunt, Anima partitur in potentias, vt pomũ in colorem, odorẽ, & saporẽ. Hæc autẽ tria re sunt seiũcta. Rursum istæ vires aĩæ autore Simplicio super prędica. quali. sunt in secũda specie qualitatis: anima autẽ substantia est. Adde istis, aliud est esse rei & aliud operatio, vt esse calidũ & calefacere: ergo similiter aliud essẽtia, aliud potẽtia. Nam vt esse ad operationẽ, ita ad essentiã. Legẽdus Aegidi⁹ quo. 3. q. 10. Has verò cõnexiones alterius factiõis patronus credẽs cũ Scoto potẽtias esse animã, non multi duceret pẽsi, quas ipse loco citato soluit. Ego tamẽ soluere non cogor, quia in sentẽtiam, quã recipio nonnihil fauoris & gratiæ cõferunt etiã si indissolubili nõ sunt plexæ nexu. Quãobrẽ argumẽtis Durãdi faciẽdũ est satis. Primò satis physice respõderet, qui diceret accidens secũdum peripateticũ sensum substantiam producere posse. Arist. n. 8. physico. in principio, motũ cæli vitalẽ tradidit: qui rebus istis inferioribus vitam distribuat. Quare ipsa potẽtia alẽdi, si accidens est, poterit generare carnẽ, & ossa. Quid quod, vt prædiximus aĩa ipsa per vim generatricẽ generat, vt artifex ꝑ instrumẽta, & artis machinamẽta fabricat? & Themistius. 2. de aĩa ad tex. 50. & alibi nõ semel ita tradidit: anima, ait, duobus instrumẽtis vtitur, & cõiũcto, vt potẽtia & separato, vt calore. Et exẽplo producto rẽ patefecit, vt nauta gubernat nauẽ clauo, & manu: & clauus instrumẽtum separatum est, quia non est naucleri pars: manus verò coniunctum. Qui locus impensè fauet. D. Tho. & secum sapiẽtibus in dogmate isto. Secũdo verò argu. respõdemus, argumẽti iaculũ in autorẽ retorquentes: nam augmẽtatio motus est: ergo habet accidens stabile, & potentiam differẽtem ab aĩa, cui initatur eius varietas. Id quod ipse negat. Augmẽtatio verò, ita est aĩæ motus, vt sensio, & intellectio, vt supra iã prædiximus. Durãdus autẽ negat potẽtiam auctricem esse diuersam ab aĩa altrice, & suo se gladio peremit. Id quod liquidiùs aperietur, quando augmẽtationem esse propriè animæ motum cõstiterit. In quẽ lapidem Durãd⁹ quoq; impegit. Quid ꝙ, si stabile quærit motus animæ receptaculũ, quo illius motus exerceãtur, nonne satis est anima in operationũ suarũ stabilimẽtum? quæ stabilior longè est, quã accidentariæ vires, quæ per se subsistere nequeũt: nisi animę fulcimẽto contineãtur. ℭTertiò respõdebit, aĩam esse indifferẽtẽ, in vniuersam operationũ multitudinẽ. Hæc autẽ determinatio nõ est per accidẽtarias vires, sed ab obiectis: nãq; & potẽtia etiam indifferens est ad actum hũc, aut illum: vt intellectus, quem quasi infinitam esse animę vim hac quæstione cõuincebam⁹. Si ergo Durandi fabrica stat, oportebit intellectũ per aliam vim esse terminandum. & Themistius doctè rẽ istam aduertit. 1. de anima. c. 25. geminum tradẽs esse animæ motũ, & ad ipsam, & ab ipsa: ad ipsam ab obiecto: & ab ipsa est, quando iam anima speciebus rerũ imbuta, in res ipsas egreditur, cognoscẽdo ea, quorum seruat similitudines. Obiectũ igitur est quod animæ indifferẽtiam tollit, nõ potentia. Et si quod aliud argumẽtum exegerit, principiũ postulat. Quarto argum. Resp. cũ Arist. 1. de aĩa text. 65. Seni si detur iuuenilis oculus, æquè videbit atq; iuuenis. Dices sanè potentiam visiuam non labascere in sene, sed organũ visus labefactari. Conficitur etenim ætate humor ocularis, ille christallinus, & tunicæ quę oculũ obmuniũt rugãtur. & hic loc⁹ facit cũ Scoto, ꝗ aĩæ & potẽtiarum suarũ non credit differẽtiam realem. 2. Sẽten. dist. 16. Sic ergo diceret aĩam esse visum, nõ simpliciter, ne aĩa quę est in pede, etiã sit visus in pede, sed vt portiũculã corporis visioni meditãdæ accõmodã naturæ opa sibi aptat. Postremo argu. dic. Potẽtias aĩę quasdã esse organicas, vt sensitiuę: quippe aĩa sentire nõ poterit, nisi organo corporeo vtatur, mens verò est nõ orga-

Diluitur Durandi argu. — *2. Argu. solutio.* — *3. Argu. solutio.* — *Themistius.* — *Argu. 4. solutio.* — *Scoti placitũ vt est intelligendum.* — *Postremo argu. solutio.*

organica potentia, ꝙ intelligere organi opera non eget, etiam si anima sit & ipse sensus & intellectus secundũ rem ipsam, quanquã sensus anima dicatur non simpliciter, sed eò sensus, ꝙ cõnexionem habet cũ instrumentis corporis: intellectus verò quatenus in sua actione instrumenta respuit. Quapropter illa ꝓpositio sensus est intellectus, aut illa, visus est auditus, & quæ sunt id genus propositiones, reiiciẽdæ sunt, vt à sensu peripatetico lõgè abhorrentes, vt superior sermo satis docuit. Iam verò vt in clausulam prolixa hæc disputatio ducatur, quod postremo dicendũ mihi est, nullam istarum factionum conuincẽtibus argumẽtis rem suasisse. Quare nihil indignũ philosophiæ grauitate diceret, qui planè pronuntiasset hoc genus disputationis problema esse: ne tamẽ pendulum & ambiguũ relinquam lectorem, mihi semper magis arrisit animæ vires, re ipsa seiungi à substantia animæ. Inquã sentẽtiam lego Platonem in Timæo in hæc verba. Mentem quidẽ (subaudi opifex Deus) animæ: animam verò corpori dedit. Et iuuat me, in hãc Platonis intelligẽtiam id quod Marsilius Ficinus in cõpendio Timæi Plato. dixit, quatuor enumeratorum à Platone vt intellectus anima, intelligẽtia, vis naturę seminaria, intellectũ & animam substantias esse: intelligentiam verò & seminariam vim qualitates. Conducunt præter hæc vniuersa quæ colligimus in huius quæstionis partem oppositã, & si Aristo. liquidò hanc quęstionẽ non excussẽrit, eam tamen in numero quæstionũ numeratam legimus in procemio. D. Tho. 1. part. q. 77. art. 1. multis contendit hanc quam præscripsimus sententiam colligere. Etenim Arist. dixit actũ & potentiam esse in eodẽ genere. Atqui locus hic neruis non abundat, vt colligat: nã ex Auerroe & Alex. illius loci germanum protulimus sensum. Postremò collegit si anima esset sua potentia, esset aĩa actui semper vitali incũbens. At verò nonnunquã ab actu secundo cessatur, vt quando per quietem somni otiũ potentijs à propriis functionibus naturæ beneficio conceditur. Antecedẽs colligit: nam ipsa anima est actus primus: quod si anima est ipse intellectus exẽpli gratia iam intellectus

Plato. de distin. poten.

Expenditur S. Tho.

est actus, si actus est, nõ ergo in potentia est anima, vt intelligat, sed est semper in actu intelligẽdi, vt in actu viuẽdi. Atqui hæc collectio si excutitur cõtinuò obijciemus, animam ab actu alẽdi nunquam quiescere. Iam ergo vis altrix est eadem quæ anima vel certè de hac vi argumentum non colligit. Et multi & grauissimi ab actu nutritionis animã cessare nunq̃ crediderunt, vt prædiximus cap. 1. & rursum etiam si cõcedamus, altricẽ ab actu nutriendi, qui nutricatio est, vacare non nunq̃, salua vita: argumẽtum nõ firmam præfert cõnexionem. Demus animã esse potentiam, non continuò conficitur: igitur anima semper est in actu intelligendi aut sentiendi: etenim actus sentiendi, aut intelligendi, non solũ ab anima proficiscitur, sed ab obiecto extraneo, quod anima secũ non gerit: sed de foris sibi offertur: notio. n. rerum ab obiecto & potentia proficiscitur. Quãobrem etiam si anima sit sua vis, nõ subinde erit semper incumbens functioni. Deus autem, quia suam essentiam propriã habet sibi in obiectũ, est in actu semper intelligendi atq; volẽdi: quod nobis accidere nequit, quibus obiecta mutuari necessariũ est. Sed fortassis. D. Tho. neruosam credidit connexionẽ suã: quia censebat si intellectus est ipsa anima est, ergo actus & non egebit obiecto extraneo vt notionẽ assequatur, sed huius rationis. S. Tho. vires amplius nõ experiamur: sufficiat ipsum credidisse animę vires nõ esse animã ipsam, sed esse proprias (quas dicũt animæ passiones) vnde non sunt accidẽtia vt albedo & nigredo quæ absunt & adsunt subiecto seruato, non sunt substãtia, sed medium tenent locum. Id quod eius coetaneus. S. Bonauentura similiter sapiebat. Argumẽta autem nulla crediderim sufficiente demonstratione non mathematica, sed vt poscũt materiæ vires alterutrã partẽ colligere posse. ¶ Prioribus igitur argumẽtis faciamus satis. Primo respondetur, animam esse principium operationis, sed primum sanè, & non proximum: hęc enim ratio est potẽtiæ, proximæ spectare operationem vt scitè. D. Thomas dixit 1. Sententiarum distinct. 45. artic. 3. ad. 2. anima enim quo anima est in actum secundum non fertur, sed eò est anima,

quo

quo corpori præstat esse substantiale, in actum verò secũdum refertur per potentias suas: inesse verò vitale ꝑ semetipsam quæ cũ vita sit vitale præstat esse, & hoc simulatq; in corpore est. Quaꝑpter Aristo. non dixit aĩam esse proximũ, sed primũ: vnde operatio secũda est quidẽ finis aĩæ: quia aĩa principiũ illius est, & si nõ proximũ saltẽ primũ: generationis itaq; substantialis ipsa est terminus sed ipsius est finis altera operatio, alioquin hęc definitio principiũ viuendi & sentiẽdi &c. prima nõ esset nisi per causam finalẽ, id est, operationem exhiberetur. Causa etenim finalis prima causarum est. Quæ vt

2. Animæ consideratio. planiora sint, animam cõsidera, & vt forma & vt efficiens causa. Secundum priorem considerationem aĩa non est gratia operationis, sed esse substãtialis qđ elargitur materiæ: vt aũt ipsa est causa efficiens, gratia operatiõis est. Quo sanè modo illam vocauit Arist. principium operandi: etenim principij nomen proprius causæ efficiẽti tribuitur. 5. meta. in prin. principiũ est quod primo habet esse, sed causarum omniũ, quæ prima habet esse reale, est efficiens causa, ideo huic est valde propriũ esse principium, etiã si cæteræ causæ principia dicãtur: vt ergo anima principiũ est, causa efficiẽs est: & qa vnaquęq; res est gratia operationis subinde & aĩa huius gratia erit, operationes autem quia per seipsam nõ præstat, præstat per adminiculatorias vires. Hinc planè intelliges quid voluerit. D. Tho. 1. parte sum. theo. q. 77. art. 1. quo loco, inquit, essentiam aĩæ nõ spectare operationem seu actũ secũdum, id quod eatenus intelliges, quatenus anima est forma non vt causa efficiens, ne Aristotelice definitio

Argum. 2. prin. solutio. ni obstemus. ¶ Argumẽtum. 2. in quęstionis discussione solutum est, aduertas tñ materiæ potẽtiam etiã Platone tradente in Thimeo eandẽ esse materiæ: cuius verba sunt. Siquidem ex propria potẽtia recedit nunq̃. Sermo est de materia prima.

Argum. 3. prin. solutio. ¶ Argu. 3. priora soluũt: est enim anima prima ratio vitæ, seu vitalium operationum: non tamen proxima, aliud est primum, aliud est proximum. Vires aũt animæ eo operãtur quò stabilitæ sunt in essentia animæ, eò valentes sunt ad operãdum. Quarto quod causam quærit diuersitatis huius aĩæ, & viriũ suarũ, dixerim causam nullam peremptoriam esse, causas verò alias reddidimus in quæstiõe hac. *Argum. 4. prin. solutio.* Quod autem argumẽtum inculcat, si visus hominis & visus equi sunt eiusdem speciei, ambigua res est quã cõtrouertũt multi. Sed si vera sunt quæ de ratiõe obiectorum aduertimus, nihil dubij restat quærenti, sed planè cõcederẽ esse eiusdẽ speciei: quia obiectum quod est visibile eandem habet rationem, & ad hominem & ad bruta. Et nihil mirum est, si ad aĩas specie diuersas, quæ sunt & anima hominis, & anima equi, potẽtiæ eiusdem speciei sequantur, quanq̃ vt admonuit. D. Boëtius in libello diuisio. potẽtia animę ipsam animam esse colligit, cuius est potentia: potentia aũt sensitiua non colligit animam esse intellectiuã vt bruta indicant: quapropter potentiæ sensuales, quæ hominis sunt, non sunt hæc potẽtiæ animæ intellectiuæ, si exacta regula Boëtij amplectẽda est, sed sunt potentiæ aĩæ intellectiuæ, vt ipsa est sublimi quodãmodo sensitiua, & hoc argumentũ eneruat. *Hæc aduertenda.* ¶ Nõ latet me Albertũ Magnũ in sũma de homine. q. 22. in numero quæstionum, sensisse potentias nutriendi & augẽdi & generãdi, quæ in homine & in plãtis sunt specie differre, quippe nutrimẽtum plantarum qđ iam illis est simile lignũ est, in proxima potẽtia saltem, nutrimentum aũt quod est nutriens animalia, est caro aut simile carni, qa ergo obiectum specie differt ideò & potẽtiæ vegetalis aĩæ in animalibus nedum in homine differunt à potentiis plantarum, hoc autem quale sit disputabitur infra, quando de incremẽtis viuẽtium agetur. Quinto responsum satis est, quãdò superiùs dicebatur actũ distinguere potẽtiam, & si ille extrinsecꝰ sit. ¶ Sexto respõdetur potentiam, quãtum ad esse reale suum actũ præcedere. At verò in ratione potentiæ actus est pedisequa. 9. metaphysi. tex. 13. *Argu. 6. solutio.* ¶ Postremo argumẽto respõdetur potẽtias animæ, & vt accidẽtia & vt potẽtias esse contemplandas si vt accidentia distinguũtur per subiecta, qui mos accidentium est. In duobus. n. subiectis plura numero accidentia esse est necessariũ: at vt potentiæ sunt nõ ab aĩa à cuius essentia egrediũtur, sed ab obiectis hauriũt differentiam, *Postremo argu. solutio.*

rentiam, & hactenus de quæstione hac: nam locus postremus in c. 4. aperietur.

CAP. IIII.

Altricis animæ vires exequitur, vt sit anima corporis causa tradit, de principio alendi vetustum errorem commeminit.

Text. 33. 

Ecessarium autem est eum qui de his perscrutationẽ facturus est, accipere vnũquodq; eorum quid est: postea sic de attinentibus inuestigare. Si autem oportet dicere quid vnumquodq; ipsorum, vt quid intellectiuum, aut vegetatiuum: prius adhuc dicẽdum quid sit intelligere, & quid sentire. priores enim potentijs, actus & operationes, secundum rationem sunt.

¶Proximo cap. denarrauit quoto numero sint habendæ potentiæ. iam verò proprius potentiarum tractatum aggrediẽs, quid singulæ potentiæ sint ostendit. Et quia sæpe vtens traditione illa. 9. libri metaph. tex. 33. &. 13. actum esse priorem potentia secundum rationem, & obiectum esse prius actu: potentia enim per actum definitur, vt visus est vis per quã videntur colores. Et rursus visio per obiectum definitur: visio enim si definiatur hoc pacto definietur, est visibilis cõprehensio. Hac ratione hic ordo est statuendus, vt in primis de obiectis, quã de actibus: & de istis antequam de potentiis, & de istis priusquam de attinẽtibus ad potentias, vt sunt organa & operandi modus, atq; organorum affectio. ¶At verò obiecta summatim collecta sunt alimentum vegetans, sensibile: & intelligibile. Priorem autẽ sibi præripit locum vegetans alimẽtum, quàm cætera, quòd hoc genus obiecti est natura prius & vniuersalius, eóq; notius cæteris: nutrimentum enim competit animalibus cunctis, atq; plantis: tamen cætera obiecta non sunt tãtæ amplitudinis. ¶Dubium primum, quid hic & in metaphi. velit loco illato actum esse priorem potentiis, secundum rationem? Et res patula est, per rationem definitionem subintelligendam, vt ipse Arist. 9. metaph. tex. 13. exposuit. At verò Philoponus per rationem ordinem doctrinæ voluit: quippe actus, quo ad nos notiores sunt, potentijs, vt effectus efficiente & causatum, quam causa ipsa. In quem sensum, & Commen. & Paulus, & alij actum notiorem quantũ ad quia est, aut quod est: non tamen quãtum ad propter quid est, senserunt: sed vt iam admonuimus, actus est finalis causa potentiæ, & item est effectus potentiæ nam causæ sunt sibi inuicem causæ. 2. physi. Quapropter actus non solum quo ad nos, sed secundum naturam suam, vt est causa finalis potẽtię, est potentia prior. Opulẽtiùs autem hęc prosequuti sumus cap. proximo. ¶Aduertas autem Themistiũ etiam credidisse actus esse secundum naturam suam minus notos potentiis suis, vnde proficiscuntur: nobis autem apertiores. Id quod facilè intelligere poteris, si cogites actum, vt est effectus potentiæ, esse ignotiorem secũdum naturam, quam sit potentia: non tamen vt finis est, per attinentia autem (quę hic ab Arist. dicũtur) potentiarum græci, vt Themistius. c. 13. para. huius secundi & Philoponus accidentia per se potentiarum subaudiunt. Primũ igitur obiectũ, dein actus, dein potẽtia, postremò accidẽtia per se potentiarũ, excutiẽda, quẽadmodũ conducũt inuestigãdæ essentiæ potẽtiarũ. Docuerat enim supra Arist. accidentia magnã partem cõferre ad cognoscendũ, quod quid est: quòd verò ait Arist. prius de intelligibili, quàm de intellectu, non videtur ab ipso obseruatum in tertio de anima. Verùm hoc suo explicabitur loco, & superius nõnihil de hac re attigimus: sed vberius proprius demonstrabit locus. Decorum enim doctrina seruabit suum si singula propriis agat locis. Et nihil est qđ autorũ ingenia vehemẽtius commẽdet, quàm si doctè, & aptè vniuersa tradiderint, in proprias sedes singula, quę tractãda veniunt, remittentes.

Ordo peripateticus. 1. Obiectum. 2. Actus. 3. Potentia. 4. Apparatus.

Dubium primum circa lite Arist.

¶Quare, primum de alimento & generatione dicẽdum est. Vegetatiua Tex. 34.

tiua enim anima, & aliis inest, & prima & maximè communis potentia est animæ, secūdum quam inest ipsum viuere omnibus. Cuius sunt opera generare, & alimento vti. naturalissimum enim operum quæ in viuentibus quæcunq; perfecta & non mutilata sunt aut generationē spōtaneam habent, est facere aliud quale ipsum, animal quidem animal, plantam autem plantam. vt ipso semper & diuino participent, scd̄m q possunt. omnia enim, illud appetunt, & illius causa agunt omnia quæcūq; agunt secūdum naturam. Ipsum autem cuius causa, duplex est. hoc quidem cuius, illud verò quo.

Obiectio. ¶Obijcit aliquis alimentū non est priùs quam sensibile, & intelligibile: nō enim alimentum de sensibili prædicatur, aut intelligibili. Multa enim sunt sensibilia, quæ non sunt alimētum, & si quodlibet alimentum est sensibile, & intelligibile: non ergo prius de alimēto quàm de sensibili, & intelligibili, edisserendū, quia alimentum non est vniuersalius quam sensibilia & intelligibilia. *Responsio ad obiectio.* ¶Respōdetur nō esse hanc prædicationem attendendam, sed eò Arist. ait esse primum alimentum: quia conuenit primæ quæ est in viuentibus potentiæ nutritiuæ, scilicet, vt ipse elucidās ait: vegetatiua enim anima & aliis inest, & prior & maximè cōmunis potentia est aīæ, idest, de alimento: ideo primo agendum est, q alimentū sit obiectū aīæ vegetalis, per quam adest vita viuentibus omnibus. Obseruabis aūt non segniter q notatum lego apud Diuum Tho. in. 1. part. q. 77. ar. 4. potentias tripli cem obtinere ordinem, aut secūdum generationis seriem: & hac ratione expēsa, vis nutritiua seu altrix prima est: etenim priùs vita plātæ viuitur, quam animali. secundus lib. de gene. animali. c. 3. tradidit. Alter ordo est naturę secundū quem perfecta primas habent partes: nam posteriora generatiōe sunt priora perfectione, vt mixta præeunt elementis nobilitate naturæ & substantiæ dignitate: & hac consideratione, intellectus est potētiarum prima. Secundum habent locum vires sensitiuæ postremas autem partes vires altricis animæ. Nam istæ sunt gratia sensitiuar um & hę gratia intellectus. Vltimus ordo est secundum obiecta, & hoc ordine visus est prior quā auditus. &c. quare cū nutritiua sit vis prima suo ordine de alimento prius, differitur mō. ¶Sunt autem potētiæ altricis, seu nutritiuæ opera, hæc alere, augere, & generare. & si horū duo hic solum denarrentur, generare, & alimento vti, quia infra tex. 42. dicet potentiā augmentatiuā esse generatricē vim id qđ suo reseruabitur loco. De opere verò generandi immiscet hoc loco sermonē, esse opus naturalissimū viuētibus, nō omnibus, sed perfectis, non orbatis scilicet neque spontinis. Ex quo sermone colligit Com. 34. tria obseruanda, vt aīal aut viuens generet, aliud quale ipsum. ¶Primum temporis accessio: pueri etenim & nouellæ plantatiōes generare nō possunt: quia temporis accessione nondum profecerunt. ¶Alterum est nō esse orbata, aut quouis naturæ impedimento impedita: vt sunt frigidi, suapte natura impotentes ad generationem. Sunt itidē spadones, qui ad hoc muneris sunt inhabiles. ¶Rursum. 3. quę nō seminis sparsione sunt genita, sed quę vltro terra & aqua caloris solaris fœcundata fauore effundūt, vt apes vespę culices & semices: ita in plantis, vt in animalibus: animalia siquidem hoc conueniūt cum plantis, q vt animalia quædā semine procreantur, vt homo, bos, alia verò non semine, sed sponte ab elemētorum mixtura egrediuntur: ita plantæ quædā semine fuso aliæ sine seminis opera vita potiuntur, vt Arist. ait. 5. lib. de historia animaliū. c. 1. Quod si de mulis fiat interrogatio qui nō videtur ab istis. 3. enumeratis, conditionibus excipi & non generant, respondet Philoponus mulos esse veluti mācos: non. n. sunt potentes generare, vt eunuchi: neutrā. n. speciē seruāt, neq; equorum neq; asinarum, vnde sunt progeniti: ideo vt degeneres aliud simi *Non generāt muli.*

le

le non possunt generare & mulam ait, quandam aborsum fecisse, natura nō potente, perficere fœtum: quia fœtus non habebat purā & integrā naturam. ¶Ait verò Aristo. generationem esse opus naturalissimum viuentibus perfectis, quæ verba multis sunt obsita scrupulis, & offensiōibus, Naturalius est viuētibus esse quàm procreare sibi simile: vnūquodq; etenim plus tēdit in proprium bonum, quàm alteriùs. Aristo. docente. 8. Ethico. cap. 2. amabile quidem bonū, sed vnicuiq; proprium: & amicabilia ad alterū originē sumunt, ex amicabilibus ad se. Iam ergo si amor prolis qui est amor ad alterum: ex amore erga se ipsum, quo animal perfectum se amat, dissultat: ergo naturalius est sē cōseruare in proprio esse, quā alia generare. Et rursum animalia deterrita fuste, aut quouis alio exterrēte, abstinent à coitu: id quod non esset si generationē plus amauissent, q̄ propriam vitam. Ecquid nū homini, vt homo, quod est essentialius nō erit naturalius? vtiq;. At verò homini est essentialius intelligere & ratiocinari: hoc est enim propriè humanæ essentiæ (quæ & natura hominis ipsius est) quàm generare alterum, quale & ipse homo est. ¶Itidem colligas de operatiōe sentiendi, quæ est essentialior animalibus, quàm generationis opus. Nam animal non per generatiuum, sed per sensitiuum definitur. ¶Prçter hæc id quod proprius est, & naturalius est, vt naturalius homini est, disciplinæ esse capacem, quā esse candidum, aut fuscum. Iam verò generare, non solùm viuētibus perfectis, sed item non viuentibus accidit. Ignis enim generat similem ignem, & elementa habent generandi vim & cęli & stellæ, etsi nō viua credamus, vim genitricem habēt, quam vim vetustissimus Democritus voce illa celebrabat dicens cælum rerum patrē terram verò matrē. vt Aristo. lib. de plantis. 1. commeminit, At verò nutritio, accretio, sunt propria viuētibus. ¶Adde animalia itidē imperfecta vim generādi alia qualia ipsa assequuta sūt. Nam mures, qui ex humo progeniti sine seminis communione, generant alios mures specie similes, & apes quæ ex taurinorum corporū putredine gignuntur, alias res generāt cæris immittētes semina. Et pisces quosdā refert Aristo. 5. de historia. c. 1. ex putredine gigni, qui etiā alios concipiunt: vbi ait ex ouis spōtinis animalia procreari. Sunt autem oua spōtina, quæ sine seminis infusione eduntur. Atq; demum huius generis, argumēta congerere quis poterit, quæ vniuersa huius loci peripatetici sensum exposcunt. ¶Diuus Tho. in Com. huius loci, eo naturalissimum maximè voluit generationis opus, quo aliis naturalibus entibus est commune: nutritio enim augmentatio, sensio, & intellectio, non congruūt aliis, quam viuētibus: sed generatio etiam naturalibus aliis est consentanea: vt iā de igne in prospectu est, vt generet alium ignem. ¶Verùm huic Commētationi est prompta obiectio: Namq; ęquiuoce generationis opus, est commune viuentibus & non viuentibus: hæc enim ab extrinseco generāt, vt ignis, nisi admoueatur extranea materia combustibilis, non generat: viuentia verò ex materia intrinseca, id est, ex semine hoc habent, & se mouent vt generēt ab intrinseco, & materiæ fetus origo ab ipso viuente est, non aliūde ascita: nam ex semine de propria substantia deciso viuēs generat viuens. Non ergo eadem ratio vis generatricis viuentis & nō viuentis. Aristo. autem sermo de generatione vitali est audiendus. ¶Paulus autem Vene. alio exorsus principio rem istā elucidat duplicē esse naturam dicēs, vt apertum est ex dogmate peripatetico: est. n. materia & est forma: & harum magis natura est forma quàm materia, vt in proœmio huius libri opulentiùs diximus: opus ergo quod est magis secundum formā, erit magis naturale, quā opus, quod in materia consistit. Iam verò generatio viuentis ex viuēte est formæ potiùs quā materiæ: nam in semine maris est animæ vis, quęgenituram ipsam format, distinguit, viuificat. At verò nutritiōis opus, est magis materiæ itidem & incrementi. Nam nutritio fit ad restaurationem partium collapsarum, quæ materiæ sunt non formæ: hæc enim non collabitur indiuiduo manēte. Itidē & incrementū fit secundū quantitatem, quæ est materiæ affectio quæ vniuersa Arist. insinuat. 1. de gener. tex. 34. vnde generatio est naturalior nutricatione,

Expēditur locus Aristo.

obiectio.

tricatione, & accretione. ¶Considerat præter hæc, magis naturale hoc altero dupliciter esse: aut intensiuè, aut extensiuè: intensiuè illud sanè quod est nobilius, est naturalius: vnde & species est naturalior genere: quia perfectior est genere, & primò intenta à natura. Auicena autore primo lib. suæ sufficientiæ. Extensiuè illud natiuius aut naturalius, quod in plura se diffundit, vt Aristo. tradit. 8. Physi. tex. 56. illud esse prius, natura, qđ potest esse sine alio, & non diuerso. Quo planè modo gen⁹ est naturalius specie: quia apud naturam prius. Iam ergo nutritio & accretio sunt (postrema hac ratione) naturaliores operatiões quã generatio. Hæc. n. nõ omnibus viuẽtibus dotata est: illę verò omnibus cõmunes sũt, alioqui nõ essent viuentia. Intensiuè aũt est naturalior generatio cęteris operib⁹: qa nobilior est: nã generatio vitalis est finis, & nutricationis, & auctionis. Nam hæc ad generationem intẽdunt: finis aũt præstat iis, quę media sunt, & propter finẽ. 2. Physi. text. 92. Et hæc expositio est, ea quæ Diui Tho. nisi ꝙ apertiùs Paulus & exactius rem est complexus. Et argumentum obiectum per hæc deponit vires. Vnde istis consentanea sunt hæc corolaria. Equo intẽsiuè naturalius est sentire, quàm generare: generare autem est naturalius extẽsiuè. Similiter naturalius est intelligere homini quàm hominem alium generare intensiuè quippe, intelligere est præstabilior operatio, quàm generatio. Hęc autem quippe communior est, est naturalior extensiuè. At verò si altiùs rem istam petimus, naturalẽ inclinationẽ, imò & animalem atq; rationalẽ, in bonum intẽdere Arist. doctore. 1. ethicorum didicimus. Esse autẽ duplex bonum, & partis, id quod est priuatum bonum, & bonum totius, id quod est quasi publicum bonum. Rursum bonũ totius esse bonum diuinũ Aristo. Ethicorũ. 1. cap. 2. ait, & esse melius priuatis bonis. Et consensio est expertorum manũ sese opponere tuendo totum, & elementa proprias & natiuas propensiones destituũt, vt vniuerso bono seruiant, & aquã ascendentẽ sursum quotidie cernimus, ne vacua natura operationem suspendat, quę non per vacuũ agit, sed per plenũ. Quærat igitur aliquis, vtrùm naturalius aquę descendere deorsum, aut sursum petere? simpliciter sanè si sermo sit, est naturali⁹ quod primò ꝓponitur, id quod diutius, imò nunquã non exercet si à proprio loco destiterit: tamen si circunstantia offeratur, vacuiq; incommoditas impẽdat: naturalius est sibi sursum petere, quàm deorsum labi. Nam priorem inclinationem destituit, vt posteriori subseruiat. Itaq; dicerem ego nutritionem & auctionem esse operatiões, quæ bono huius indiuidui prospiciunt. Generatio verò, bono publico totius naturę prouidet: nam cũ corruptioni sint res mortales subditę, & scđm propriũ esse, ęternam salutẽ non possũt assequi, Deus naturæ opifex vim genitricem indidit, vt à viuente viuens æderetur, & species salua esset, & incolumis natura subsisteret, & vnius indiuidui corruptio, alteri⁹ specie similis repararetur. Quare plantã plãtã, brutũ brutũ, hominẽ generat. Diuinior est igitur & lõgè melior operatio generãdi ob hãc quã exposuimus causam, quam vel nutriendi, aut augendi opus, & si nutricatio est diuturnior cæteris operibus vegetatiuæ aĩæ. ¶Sic igitur generatione nutritio est, naturalior, si simpliciter sit sermo habendus, vt de aqua dudum exponebamus, illi descensum esse naturaliorem: est enim magis sibi familiare descendere, quàm ascendere. Tamen secundum quandam rationem generatio est opus naturalius multò quàm nutritio viuentibus perfectis, in quantum generatio speciem auget, & perẽnat. id quod nutritio non præstat. Vnde generationis nõ perpetuò copia est animalibus aut viuentibus perfectis: sed naturæ habẽt præscriptos fines, & tempora, citra quæ nõ est vis generandi viuẽtibus: vt, quando viuentia nimiã ætatem confecerunt. nutritio aũt quantalibet grauemur senectute, naturæ hæret: & tunc deficit, quãdo viuẽtis virtus decumbit. Vnde sublucet viuẽtibus perfectis nutritionem simpliciter esse naturaliorem, in hac enim plurimo tempore natura intendit, quam generationi & sibi superfluum mandat proli generandæ. Primum enim sibi reseruans necessarium alimentum, & quod superabundat indiuiduo speciei augendæ confert: sibi

Autoris expositio.

Quæstio.

ſibi tamen primum proſpicies primam q; ſuipſius curam gerens. At verò quod primũ natura curat, illud eſt naturalius ſimpliciter, itidem in augmento natura primum ſibi ſubuenit, vt ſe augeat & roboret. Neq; ante augmenti conſummationem neceſſariam ſaltem eſt locus generationi, vt pueri & infantes oſtendũt, anima quorum tota augendis pueris inſudat & quaſi alimẽtorum auara, omnia ſibi ſeruat. Generationi autẽ nihil ſeminis fœcundi mandat vſque dum indiuiduo abũdè prouideat. ¶Verùm his rectè dictis, quadam tenus ratione eſt naturalior generatio, vt inquam ſeruit bono vniuerſi, eoq; propẽſiſsimè appetũt animalia coitum, adeò vt eſuries, & coitus libido, ad furorem illa ſæpe cogant, & vtiq; Ariſto. eſt hic noſter germanus ſenſus: quia cum dixiſſet generationem eſſe opus naturale, maximè adiecit cauſam (docẽte Philopono) vt ipſo ſemper & diuino participent ſecundũ quod poſſunt quod ſi in numero non poſſunt certè in ſpecie ęternitate donentur. Et verba Ariſto. hæc ſunt. *Omnia illud appetunt & illius cauſa agunt quæcunque agunt ſecũdum naturam.*

Argumẽ. 1. Reſponſio. ¶Argumento igitur primo dico, eſſe naturalius eſſe quàm quoduis opus: ſed eſſe non eſt opus, ſed exiſtentia formæ in materia, aut exiſtentia formę in ſpiritualibus ſecundum verbum Boëtij in libello de vno. hic autem Ariſto. non de actu primo, qui eſt eſſe rei: ſed de actu ſecundo, qui eſt actio progrediens ab actu primo loquitur, quales sũt nutritio, auctio, generatio, ſenſio, & intellectio.

Argu. 2. reſpon. ¶Argumento ſecundo, quæ hactenus, ediſſeruimus, ſatis reſpondent. Diximus ſæpe nutritionem perfectis animantibus eſſe naturaliorẽ ſimpliciter. Atqui quadam tenus ratione eſſe generationẽ naturaliorem vt aſcenſus in locũ ſuperiorẽ aquæ, eſt aliquando natiuus propter vniuerſi ordinem obſeruandum, ita in præſentia.

Argu. 3. dilutio. ¶Tertio argumento patuit reſponſio: eſſe enim cõfeſsi ſum⁹ eſſe naturalius, quã quodlibet opus alterum, neq; ſub collatione operum, vtrum eſt naturalius altero ipſum eſſe, venit cõparãdum: quippe, non eſt opus ſed operum omniũ fundamentum, & principium.

Argu. 4. dilutio. ¶Quarto dico, homini, vt homo aliud eſt naturalius, quàm opus generationis. At hic nõ vt homo cogitatur, ſed vt viuẽs ꝑfectũ. Itidẽ de animalibus dicito.

Argu. 5. diſſolutio. ¶Quinto dico generatricẽ vim alia ratione & viuentium eſſe perfectorum, & alia non viuentium. Hæc enim ex aliena ſubſtantia generãt: vt ignis ex ligno aut alia quam voles materia. At illa ex propria ſubſtãtia, quã ipſa vis animæ vegetalis præparat, & inſtituit, prolem viuẽtem procreant. Nam ſemen ſiue ex corde ſeu à cerebro, ſeu ab vniuerſis membris originẽ ducat, verum, & ſine controuerſia eſt viuens ex proprio & intrinſeco generare aliud viuens. Et ſemẽ adhuc (quod rem iſtam patefacit vberius) plantarum eſt earũ pars vel quaſi pars, quia ex proprio alimento, quo planta nutrit ſe & fructus, nutritur, &c.

Argu. 6. reſoluitur. ¶Poſtremum argumẽtum, vt ſoluas aduertas licet, tria illa obſeruãda in viuentibus, quæ Commen. poſt Ariſto. tradiderat cum Philopono: & ſupra illa ſunt indicata: non ita propoſita ſunt, vt credamus, nulla viuentia, quæ ſpontina. appellãtur gẽnare poſſe, cuius nominis cauſa hæc eſt: nos enim ſponte ea facere dicimur, quæ non moti extrinſeco motore facimus, ſed libere ea exequimur, ita ſanè modo ſi ex terra mures, ex aqua culices, ex putredine veſpas, aut crabrones, ſi ex excrementis noſtris cimices, aut generatos aduertimus pediculos, hæc ſpontina dicuntur: ꝙ non ſeminis actione, ſed vi cęleſtis caloris, &c. illa vltrò ſine parentis opera fundũtur à terra. Quin nonnunquam hoc natura ferente generantur ab iſtis alia viuentia ſeminis communione vt à mure ſpontino fit mus ſeminis infuſione, & talia quædam ſunt potentia ſemen excidere, & aliorũ perfectorum viuentium ſubire gradum, vt mus murem.

Aduertẽda quæſtio de animali. ſponti. Dubiũ autem, quod hic nobis offerre potuiſſet aliquis, eſt, ſi ea quæ generantur ab animalibus, aut viuẽtibus, quæ ſponte nata ſunt, ſint parentum ſpeciẽ retinentia, vt eſto mus, a, qui ſpontinus eſt, hic generat alterum murem an hic mus genitus eiuſdem ſpeciei ſit, cũ generante. Itidẽ in piſcibus, plantis, & animalibus aliis, quæſtio hæc locũ habet. De qua re non vſq; quaq; conſtat apud autores. Commentator enim. 7. libro metaphyſico. tex. 23. Credidit diuerſa

sa, specie esse genita à generantibus mus à mure, planta à planta, &c. Et eiusdem dogmatis assertorem Plinium reperias, lib.10.cap.68. horum animalium quędã nihil generare tradidit vt salamandra & anguilla: alia verò generãt sed impfectũ &dissimile vt musca vermiculos quosdã. Fatetur igitur hęc animalia, quę spõtinã dicũtur, quędã nullo distincta esse sexu, vt anguillę, alia verò, si maris & fœminæ sexibus distinguãtur, genita horũ coitu esse specie dissimilia & imperfecta. Cuius rei causam Commenta. hanc docuit. Quia omne quod generatur actuali generatione, generatur à sibi simili specie, nisi in his quæ casualem habent generationem, in quibus ex Alexand. Sentẽtia. 12. metaphysi. Commento.24. fallit prædictum documentum: hæc enim generantur per accidens, & non per se. In cuius rei gratiam cogitare oportet Aristo. metaphysi.7.text.23. scripsisse duplicem esse generationem, quarum altera per se est, & à natura intenta, alia verò, per accidens, seu casu, & citra naturæ intentionem. Primi ordinis sunt generatio hominis, bouis, atq; equi: secũdi verò ordinis sunt spontè nata, hæc autem casu traduntur generari ab Aristo. non quia in natura aliquid casuale concedamus, etenim vniuersa intenta sunt, ab vniuersali natura. Rursum hæc spontaneè genita habẽt causam certam, virtutem videlicet cælestem, quæ vicem seminis subijt, vt prædiximus, & pro modulo nostro exposuimus in lib.1. de anima. Quæ autem casu contingunt, causam non habẽt certam, sed variam: & illa per accidẽs, vt à secundo libro physi. petẽdum est. Quod verò Aristo. hoc generationis genus spontaneè vocat per accidens, & casuale referri debet in causam particularem, & inferiorẽ: calor enim causans putredinẽ siue iste sit terræ, siue aquæ, siue cuiusuis alterius nõ est causa certa, aut vermis aut muris, neque magis determinatus est calor iste inferior ad hãc speciem, quàm ad illam. Quare cùm duo sibi consentiant in generandis animalibus istis spontaneis & cælestis calor, & calor natiuus & particularis, quantum est caloris cælestis generatio hæc non est casualis, nec per accidẽs: nam calor ille habet veluti vim seminariam istorum animalium. Quãtum verò est caloris particularis, ita casualis est & per accidẽs generatio: quia, vt diximus, hic calor indifferens est, ad speciẽ huius vel illius animalis spontanei. Hoc sanè modo & monstra, quæ natura facit, casu dicuntur fieri. Aut facilius possemus Aristo. interpretari, animalia spontanea casu fieri, quia non seruant perpetuũ ordinem, & filum in generatione sua, vt ea quæ semine propagantur vt si frumenta non seminata nascerentur, illa casu nata rectè diceremus. Sic herbas sine semine natas casu nasci dicuntur ab Arist. quippe terra indifferẽs est, semine non concepto huius speciei aut illius herbas fundere. ¶Ad priorem igitur scopũ vertamus sermonem. Auicena igitur diuersum sensit ab Auerroistico placito. Credit enim animalia genita ab animalibus spontaneis retinere generãtium speciem. Nam mus genitus figuram, qualitatem, operationem generantium retinet: hic tamen autor generalẽ dixit sentẽtiam. quæcũq; ex semine trahunt originẽ illa quoq; ex putri materia sine seminis adminiculo posse generari. Et homo nedum alia, etsi conueniẽtiùs matricis gremio exceptus, atq; fotus generetur: tamẽ non eget matrice, sed ex humore putrido generari poterit, instar pulicis, aut semicis. In Auicenam autem nimium incandescit Commen.2. metaphy. Com.15. Nã quæ ex materiis diuersis generantur, illa habent necessario formas diuersas: igitur si quod ex putri materia ortum ducit, cùm hæc materia sit diuersa à seminis materia, habebũt genita diuersas speciẽ formas. Vnde fieri non poterit sine semine & ex semine propagata sint eiusdem speciei, & sic in aliis. Sunt & alia argumẽta Cõ. 8. Physi. Com.46. contra Auice. lib.15. de animalib⁹ & in libro de diluuijs quibus locis legenda est sentẽtia ab Auerroe reprehensa. ¶Theologi autem etiã has factiones duas sunt sequuti: etenim Diuus Thomas primo lib. Sententiarũ. dist.10. art.5. & in quęstionibus de veritate. q.12. art.2. & sæpe alibi fatetur, Auerrois sententiam, & argumentum quo persuasus est præcipuum causas naturales determinatos habere effectus: quippe quę prædita sunt limitata virtute, quæ ad vnum & non

Duplex generatio.

Locus Arist. difficilis expenditur.

Aristotelis interpre. de aĩalibus sponta.

Auicena aliud sentit ab Auerroe.

Theologicum placitum.

non ad multa producenda ligata est. Et ideo quãdo est diuersus modus generandi, diuersa erunt specie genita. Quapropter necessarium cõficitur, si generatio, quæ propagatione fit, diuersum habet modum specie à generatione, quæ casu & per accidẽs fit, qualem diximus spontaneam esse, & ipsa quoq; genita speciei habebunt differentiam: mus igitur genitus citra propagationem & mus genitus p propagationẽ similes specie nõ possũt esse: at verò in Cõmentariis ad 7. lib. metaph. factiõi Auicc. magis adhęsit dicẽs: Sunt animalia, quæ propagatione dũtaxat quæ semine fit, generantur: alia verò quæ & propagatiõe generari possunt, & sine propagatione priora sunt perfecta animalia, posteriora verò impfecta, quæ instar plantarum, & seminis communione procreantur, & citra seminis communionem. Hæc igitur viuẽtia imperfecta, quia non multa requirunt in propriam constitutionẽ. Hac ratione seminis opera non egent. Sed à cælesti calore similis speciei proferentur, cum aliis quæ virtute seminis sunt excussa. Porrò autem aduersum hoc, si experiẽtia obseruãda est, experimur siluestres arbores, quæ sine semine enascuntur, vt cerasus aut pyrus, longè differre ab his, quæ concepto semine terra profert, vt accidentia indicant, Nam fructus & sapore & colore & virtute, &c. valde variant. Verùm hoc experimentum non tanti est quanti aliquis ducet: nam illa accidentia, etsi variant, non tamen inde colligas diuersitatem specificam, sed solùm accidẽtalem.

Autoris argument. Sed vehementius ego probo diuersum illum modum, generandi nõ esse causam diuersitatis specificæ: nam mus qui sine semine genitus est, habet vim seminariã quæ ex propria muris substantia procedẽs aut generat murem in specie similẽ, aut diuersum si diuersum repugnabit hoc cum seminis natura, quę talem generat, quale illud est vnde processit: vt semen oliuæ, oliuam similem specie oliuæ & bouis semen itidẽ. Ergo & semen muris, talem dabit murẽ, qualis ille est, vnde profectum est. Rursum generatio muris ex mure, nõ alterius gratia est, quàm seruandæ speciei: vt generatio bouis ex boue hoc enim spectat vniuersalis natura per generationẽ speciem illã muris incolumẽ defendere: atque seruare noua muris genitura priorem muris iacturam resarciẽdo: ergo generabitur mus speciei eiusdem cum cæteris muribus. Et argumentum istud, in animalcula alia huius generis vim habet. Et Philoponus in huius loci Cõmentario ait apes quæ ex taurinorum putredine corporũ gignuntur, immittẽdo semẽ cæteris, alias apes generare, & pisces qui spõte enascũtur rursum concipiũt: habet ergo vim seminariam: & seminaria illa vis generabit aliud simile illi, vnde profecta est, vt in cæteris animalibus cernimus. Neque argumentum D. Tho. quod de quæstiõe illata de veritate produximus acceptũ à Com. 8. physi. tex. 46. tãtarũ est virium, vt ab hac nos ratiõe deuellat. Diuersa enim origo non in dicat semper rei diuersitatem, vt Augusti. docet in Epistola ad Deo gratias quæ ordine Epistolarum est 49. homo primus inquit sine semine conditus, & nos qui seminis originem ducimus, sumus eiusdem speciei, & homo Christus Iesus spermatis beneficio non fuit conceptus, cui nos specie humana similes sumus. Oleum oliuę & adipũ diuersæ sunt originis, & eiusdẽ sunt naturæ. Sed priora scio exẽpla in re physica non fore momenti alicuius, quia theologa sunt. Postremum autem exemplum, nõ colligit vtrùmq; enim oleum etiam si non nullas habeat communes operationes, vt superferri aquis pinguedinis dulcedinẽ, & olei nitorẽ: tamẽ specie alioqui differũt. Verùm exemplis physicis rem agamus. Calor ex confricatione procedẽs est specie idem elemẽtario calori, qui ad ignis substantiam aut aëris per generationem consequitur. Et tertio cæli Com. ait accidentia nonnũquam à causa specie eadẽ, iam verò à causa specie diuersa ortũ habere: vt calor, qui ex motu, & qui ex radiorum reflexione, & qui ex alteratione ab altero calore vnam habent speciem. Item ignis generatur à causis differentibus specie: nonnunquam enim ex collisione silicis & ferri micantem cernimus qui est eiusdem naturæ cum elemẽtario. & rursum motus lapidis & motus terræ, sunt in ratione motus localis eiusdẽ participes naturæ: tamen causas habent longè

Philoponus.

gè differentes. Nam elementi forma specie diuersa est à mixtorũ formis. Et operatio tẽperata qualis in hoĩe tẽperato est vti.s.vel cibo,vel potu: citra tẽperantiæ habitũ ab homine edi põt, in ratione naturæ eadem operationi temperatæ, quã temperantia virtus profert; vt vna operatio ab arte proficiscitur, quæ aliquando casu citra artis operam contingit, vt scribire,a,vel,b,characterẽ sine artis opera sæpicule homines scribendi ignaros cernimus.Et huius notæ exẽpla possem innumera huc conuerrere nisi hæc denarrasse abunde sufficeret, vt in prospectu nobis sit diuersam originem,nõ semper speciem variare, vt argumentum.S. Tho. preferebat,nam possem & alia exẽpla adnumerare. Albedo diuersa gaudet origine,frigus rigẽs niues albat & vehemẽs calor ossa & lapides cãdida facit,nigredinẽ lapidũ nimia præstat frigiditas. Iã verò nimiò calore deustos Aethiopũ vultus experimur, itidem & amarulentus sapor iam caloris est excedentis:iam verò frigiditatis:vt multis est in cõfesso. Sed hæc iam missa faciamus & ad institutum regrediamur.Ecquid ergo, si piscis genitus ex semine & is quem humor aquæ putris parit mirẽdum erit & item in alijs si eadem speciem habeant?Et rursum hoc idem alio nectamus argumẽto ramus abscisus plantetur, ille germinabit arborẽ eiusdẽ speciei arbori vnde diuulsus est, tamen hæc noua arbor sine seminis opera ortũ habuit. ¶Sunt autem nostri æui philosophi qui argumentum Comm.8. phy. Com. 46. nimis efferunt. Erat hoc argumentum si materię sunt diuersæ & formæ: quæ igitur genita citra semen,& quæ per semen cum materia discrepent formæ vnitatem non assequentur,quod esse falsum non est multi laboris indicare:ignis etenim, q ex terra corrupta,& qui ex aẽre corrupto,producũtur sunt specie idẽ & materia differunt: terra enim corrupta & aẽr corruptus idẽ non sunt,& nos itidem cernimus ex materia vnctuosa differẽtis naturæ ignem specie eundem micare ex oleo, scilicet, ex adipe, ex pice ,&id gen⁹ innumeris, quod autem vt certũ annuimus hoc est, quæ diuersa specie sunt habẽt proprias materias diuersas, vt phlegma & cholera,hęc amara,illa pinguia habet in materiã,vt tradidit Arist.non tñ cõtra si materia est diuersa, subinde res inde originẽ ducẽtes erũt specie diuersæ.Nã in materijs diuersis poterit esse eadem affectio, quę educat formã de potentia in actũ,vt in oleo oliuę,&adipe est pinguedo ignis alimentum:ita quoq; vt in his,ita in causa nostra dicere oportebit. In semine poterit esse eadẽ vis, quæ in putri materia, & in hac quæ in semine:nam frequentissimè tradidimus cælestem calorem vim seminariam habere generandis imperfectis animalibus, atq; plantis.Neq; culices geniti ex acetosa materia, & ex vino crediderim specie differre, etiam si vinum & acetum specie discrepẽt. Huius sententiæ est D.Augusti. epistola paulò antè memorata, credens animalia multa sine coitus libidine, à terra sua spõte fundi, quæ alia specie eadem coitus opera generant. vt & plantæ sine semine natæ alias species similes propagatione proferũt. Inquam quoque Scotus in primo Senten.dist.2.q.7.iuit sententiam.Censemus igitur hãc D. August. opinionẽ esse veram & peripateticam.Etenim Aristo. 7.meta.loco indicato ait vt in arte, quædam fiunt ab arte, & eadẽ casu:ita in natura,quædam semine,& eadem sine semine. Iam ergo idem animal præstat natura,& semine & sine seminis ꝑpagatione. At quærẽdũ superest vt dicat Arist.eadẽ an numero,aut specie,aut genere.Nõ numero,nã generans generaret se, si specie istud est quod disputatio postulat. Sin verò genere, est idem, id quod quidam doctus philosophus contendit,esset sermo Arist.sine artificio,& superabundãs, quid enim ait generat sine semine,idem animal si genere subaudiebat? satis erat sibi dixisse,generat animal: quia omnia animalia sunt eadẽ genere.Ecquid quod sanitas quædam arte medicinæ & eadem specie casu accidit, vel exercitio aliquo aut potione non ex industria epota,vel aliunde,vbi aduertis vnam sanitatem diuersa tamẽ origine.Quare etiam si sit diuersus generãdi modus est idem specie effectus, quod si de casuali sanitate quispiam hesitauerit experta est:quidam enim sanantur pleuritide cura ordinaria medicorum,alius verò,casu largiter for-

tasſis bibens vinum, non intendēs pleuritidis depulſionē: calore tamen vini, natura egri fortiter adiuta ſudoribus morbum excluſit aliorũq; morborũ eadem ſuffragatur experientia. ¶Sed quod vehementius me in fidem hanc adigit, eſt ipſemet Ariſt problemate. 13. ſectio. 10. & apertiùs in problemate. 64. eiuſdē ſectionis. Quibus locis quærit cur quædã coitu ſolũ procreentur, & ſine hoc nequeāt vita frui: alia verò non ſolùm coitu, ſed etiam ſponte naturæ proferātur, cauſam exponēs eam eſſe: quædam enim animalia ſunt perfecta admodũ, & magna temporis mora, & diuturno tempore egent quò ædātur in lucem, vt homo leo, bos, &c. & hæc niſi per coitum nō poſſunt citra fœminæ & maris cōmixtionem generari. Hæc enim anno aut decem ſpacio menſiũ, ait, abſoluũtur, quo videlicet in vteris maternis condita velut maturantur in partum & perfectam habeant natiuitatem: alia verò quæ non ſunt tanta prædita perfectione non hac maturitate opus habent neq; tãtum poſcunt vterum, neq; tam longas amant moras: ſed veluti ſine negocio natura ludens per ocium, ſæpe profert vt veſpas, muſcas, & id genus. ¶Ergo ſecundum Ariſt. quædã procreantur ſolo coitu, alia duabus vijs, & coitu ſeu ſemine, & citra coitum: ſunt ergo mures ex putredine & qui ſeminis opera procreātur ſpecie idem. ¶Medius ergo eſt noſter Ariſt. inter duos Arabes philoſophos Auicenam & Auerroē, quorum ille nullo viuente excepto elementorum commixtionis & ſtellarum cōſtellationibus facultatem conceſsit vt vniuerſa viuentia progenerent: vnde ſi diluuiorum gurgites adeo increbeſcerent & ita omnia viuentia inuoluerēt vt nullus ſuperſtes eſſet neque homo aut virgulta aut beſtiæ &c. elementa cōmixta, & ſtellarum vires reſtituere hominem valerēt ex terra generando homines & alia ſimiliter, vt ipſe libro de diluuijs abundè tradidit ſcorpiōes quoſdã ex humore putri genitos alios generaſſe, ex capillis quoq; mulierum ſerpētes aut angues natos experientiam docuiſſe. Hæc autem imaginatio huius Arabis fabuloſa eſt, & nō legitimo veritatis pondere ſuffulta. Fabulæ antiquæ tradiderunt terrigenos homines ex terra ſpōte natos, & non ex ſe inuicē, hocq; hominum genus ſaturnia tuliſſe regna. Cuius fabulæ meminit plato in dialogo de ciuili. & iuſta ratione in hoc fabulamentum Commen. texuit inuectiuã, vt memoratum eſt ſupra. Nam quantum ad ſcorpiones & ſerpentes attinet, fatemur ſine ſeminis miniſterio aut propagationis fæcunditate excuſſos aliquando ex elementorum commixtione, aut influente ſtellarum radio. Et Auguſ. fatetur ſerpentes illos magorũ opera factos fuiſſe veros ſerpētes. 3. de Trinitate cap. 7. quos tamē nō propagine ſeminis aut voluptate coitus procreatos eſſe cōſtat, etſi Auguſt. ibidem cōcedat in elementorum commixtione eſſe vim ſeminariam, de quo meminimus priore libro non tamen de huiuſmodi ſemine eſt pręſens ſermo, ſed illius quod per coitũ maris atque fœminæ excitatur & funditur, hoſq; ſerpentes magorum credimus certo poſſe alios eius ſpeciei generare: quippe non aliã ſortiti ſunt ſpeciē à reliquis quos coitus dederat. Porrò etſi in iſtorũ genere hoc nos non abnuamus, tamē in perfectioribus viuentibus penitus negamus tantam eſſe naturæ facultatē, vt velut compendium amans poſsit, vel hominē ex terra, aut bouē procreare. Hæc enim vt Ariſt. edocuit problema. 13. cuius meminimus egent, maximis principijs: quia magna ſunt & principium eſt ſeminis operatio. Neq; vnquã expertus eſt quiſpiam horum generationem, ſine ſemine: quæ verò fabuloſa ſunt in philoſophia nihil penduntur. ¶Auerroes autem non eſt itidem audiendus hac in re, qui imperfecta non coitu, ſed ſolũ ſpontaneę generationi dedit, vt iam ſatis aduerſum eum eſt diſputatum: etſi D. Tho. aliquando illi conſenſit: teſtimonia aũt peripatetica, quæ Arabi iſti ſuffragātur, eſt ille locus. 1. de gene. aīali. c. 1. quæ non ex animalibus, ait, ſed ex corrupta materia, hæc generant quidem, alterum autem genus, & quod factum eſt, neq; fœmina, neq; maſculus eſt. Iam ergo generans & genitũ, quãdo non coitu eſt procreatum, ſpecie diſtinguntur. ¶At Ariſtotelem ſoluat. 5. de hiſto. anima. cap. 24. bombices ait qui vermes ſunt quorũ opera ſericæ filātur veſtes quos commemorans

Conſulæ Plinium lib. 7. c. 5.

Ariſto. medius.

Auicena reſellitur.

Serpētes magorum Pharaonis.

Auerroes exploditur.

morãs Plinius lib.11.c.23.ait hos bombices,quosCoa insula fert,sic nasci.Primò fieri papiliones paruos,nudosq; mox frigorum impatiētia villis inhorrescere, & aduersum hyemē tunicas instaurare densas, pedū asperitate radētes foliorum lanuginē in vellera. & cū Arist.nō dissētit Plinius. Nam itidem natiuitatē horū fieri ait.Primum papiliones proferūt:papiliones verò oua,ex quibus vermes similes prioribus. Quare etsi id quod primò fit ex bombicibus nō sit species similis, vt Arist.ait tamen continuatione quadā priorem restituūt speciē. Et ranæ primò excudunt oua quædam:vnde ranunculi quidam pisciculis assimiles, atq; inde ranę enascūtur:ita intellectum volet aliqs locum Arist.illa quæ ex putredine generātur,alterum genus ædunt primò, dein verò,per ouificationem prima species renouatur vt de ranis, Auicena. 15. de anima.dixit & nos eius exemplū proposuimus,& de bōbicibusArist.docuit.Quod si quis nobis adhuc obloquēs dicat.Aristote.dixisse animalia quæ ex putri materia acceperūt originē alia sibi cognata nō progenerare, sed ꝙ generant alterius esse generis:proles.n.horum neq; masculus est neq; fœmina : hoc inquā duobus colligēs argumētis. Primū est. Etenim si hæc prolem habent specie sibi cognatā, cur quoq; huius prolis parēs ex speciei cognato,non fuit progenitus? Nā æqua pendēda ratio de prole atq; parēte quātum est originis:ita.n. familiaris naturæ vsus fert vt qualem proles sortita est originem,talem & parēs habuerit. ¶Alterū argumentum:nam si musca genita ex putri materia(causa exēpli) generat muscā per coitū, hæc musca erit noua species, & rursum generabit speciē nouā aliam, & sic numerabis species sine fine, id qđ naturæ lex atq; iura non patiuntur,quæ operum suorū amat finē.Et hæ rationes in modum hūc expensæ prope modum inclinassent meū animum, vt cum Auerroe fœdus in hominis placito iniuissem, nisi loci alij pipatetici demōstrati aliud euicissent, & rationes idoneæ suffragarētur.Quamobrem sensum peripateticarū intellectionū, qualem possumus eruere oportet.Et in memoriam reducamus qđ dudum comminiscebar,hæc aīalia spontina,quod primum generāt, esse alterius speciei,vt ranæ ranūculum,bombix papilionem. & hoc propriū argumentum Arist.exigebat spōtina prima generatione non cognata sibi edere:nam pari iure parētes à cognatis essent progenita. Rursum aduertendum in generatione spōtinorum non est illa perpetua series, & ordo,qui perfecta animalia inuiolato ordine custodiūt.Quare egregie Aristo. dicit quod nō generant speciē nouam quanq̃ prima proles horū sit noua species,nō tamen secunda ne sine limite nouitas specierum crescat,sed secunda proles reuertitur ad speciem priorem vt diximus. ¶Alter autē locus, est hic in hoc textus Aristo. ait igitur hoc loco animalia,quæ non sunt orbata,& quæ non habent spōtaneam generationem, valent generare alia qualia ipsa:igitur peripateticè philosophatur Cōmentator & iniusta est in eū nostra animaduersio fortassis dicēdū. imo sine fortassis,ergo dicerē aīalia quędā sunt, quæ optimæ sunt cōstitutionis, quæ magnis fulciuntur principiis, vt se in lucem prodāt,hæc animalia non commixtio elementorū,aut radij cælestes pariūt,vt bos equus,&c. Alia verò quæ ita vilia in animaliū genere sunt, vt sola elementorū cōmixtione, affecta cælesti, & viuifico solis calore exprimere ex materiæ potentia potest, vt sunt culices bombices,semices,pediculi,vespę,apes, & id genus insecta. Alia verò medium sapiūt & mediæ sunt naturæ neq; ita imperfecta, neq; perfectis animalibus æqualia, vt ranæ,mures,serpentes, scorpiones, & id genus.Et hæc(quippe quæ media) vtriusq; extremi cōmunionē participant, & sola elementorum permixtione proferūtur. Vnde alternatiōe & vicissitudine temporum, hoc genus generari videmus,& sæpe intermixtæ pluuiis à media aëris regione ranæ in terram cadūt cælestis quas vis genuit, & hoc genus animalia rursum etiam semen non respuūt:sed huius cōmunione fruentes sæpe generātur & ita sola elementorū temperatura affecta vi cælesti, & mares atq; fœminas poterūt progenerare. Non est.n.defecta natura neq; ligata magis mari ædendo, q̃ fœminæ, sed vtriusq; generandi sexus vi cælum & elementa gaudent. Sunt & alij

Bombicū generatio.

Ranarum generatio.

Tres gradus animalium.

Auteris notanda respōsio.

alij loci peripatetici, qui facilè diluĉtur ab eo, qui hæc quæ iam diximus tenuerit. Quod hîc igitur ait Arist. fortè nō de hoc genere spontinorum intellexit, sed de alijs, quibus naturalis ordo fæcunditatem negauit.

Text.35. ¶ Quoniā igitur cōmunicare nō possunt ipso semp & diuino continuatione, propterea ꝙ nihil cōtingit corruptibiliū idē & vnū numero permanere, scdm ꝙ pōt participare vnūquodq; sic cōicat, hoc quidē magis illud verò min⁹, & ꝑmanet nō ipm, sed quale ipm numero quidē nō vnū specie aūt vnum.

¶Quod dicit illud est, corruptibilia hæc huius sensibilis mundi, quia semper labuntur, & simulatq; nata, corruptionis patiūtur initia: calidum subinde agit in humidum, & cōtra: est alternata actio & passio, vt decūbere demum corporis soluta harmonia sit necesse. Quodlibet aūt viuētium adnititur, vt potest, æternò viuere: & quia non se potest idem numero seruare, speciē curat augere: quapropter permanet nō ipsum indiuiduū, sed aliud quale ipsum in qualitate naturę essentiali. ¶Philoponus autē verba philosophi, nō ita restrinxit in viuentia perfecta dūtaxat, vt multi interpretes voluerūt, sed in oīa etiā non viuentia expositionē dilatat. Vniuersa.n. pro viribus student in propria substātia quā cōcessit naturę parens subsistere. Vnde formæ illæ Angelicę supramūdaneq; mentes hoc studiū in seipsis absoluūt ac æternitate in indiuiduo dotatæ sunt: quia ꝓximę sunt Deo. Rursum qa cęlestia corpora, & si non ita excellēter æternitate donētur, vt angeli, quia tēporales seu diurnas absoluūt lationes, tamen etsi non ita simpliciter vt angeli, sunt tamen ęterna: animātia verò qa grauātur, ab ęternitate sunt aliena, & qa obruta sunt potētię materiæ plurimo interuallo secedūt, quibus sagax dei prouidentia prospiciens, & vi generatrice illa ditauit, vt alia qualia ipsa facerēt & vicaria speciei renouatiōe lapsum repararent indiuidui. Inanimata verò, vt lapides & metallaria etsi corruptionis detrimēta sentiant, hac vi non potiūtur, s. vt speciem seruent. Verū vt perpetuò lapides sint, & metalla, &c. non deficiāt, sufficit elementorū cōmixtio, quæ hoc præstet. Hæc autem inaīa, hoc muneris exhibere nequeunt generare sibi similia, quia animali appetitu non sunt prædita, sed solum naturali. Itidem de elementis philosophādum, quæ mutua corruptione & generatione se augēt, & non instar viuentium se restituūt. Hoc planè modò Platonis in Timęo obscuram sententiā intelligas, qui inter quinq; principia rerū duo adnumerat motū, & statum per motum significāt mutationem, quia res quæuis creata, est deducta de potētia in actū, vt de non homine homo, &c. per statum autem rerū permanētiam: quia cuilibet rei hic appetitus est permanere in propria natura quoad sibi licet. In calce huius text.35. est clausula illa (propter quod semen animalium & plātarum instrumentum est) in exactioribus textibus non inuenitur: ideo scholia putantur. *Platonis locus illustratur.*

¶ Est aūt anima viuentis corporis causa & principiū. Hæc autē multipliciter dicuntur, attamē anima secundum determinatos modos tres, causa dicitur. etenim anima, causa est vnde motus, & cuius causa, & vt essentia aīatorū corporū. Tex.36.

¶Quod sit multiplex causa, quotuplexq; principiū.2.lib.physi.text.27.&.28.indicabit: aīa autem ex numero toto causarū tres modos sibi accipit, est enim finalis causa corporis & est efficiēs operationes vitales, & est forma, & endelechia, corporis, physici, & organici. Et tale est ꝙ ait causa est anima, vnde motus, idest, efficiens & cuius causa, id est, finalis & essentia, id est, substātialis forma animatorum corporum.

¶ Quod igitur sit vt essētia, manifestū est. causa.n. ipsius esse omnibus, essentia est. ipsum aūt viuere. viuētibus esse est. causa aūt & principiū horū aīa. Amplius aūt, actus Tex. 37.

eius

eius qđ potẽtia est, rõ est. Manifestũ aũt est, ꝙ & cuius grã causa, anima. vt.n. intellectus grã alicuius facit eodẽ mõ & natura. & hoc, est ipsius finis. huiusmodi aũt, in animalibus, aĩa, scđm naturam. oĩa enim physica corpora, aĩæ instrumenta sunt, sicut animaliũ sic & plãtarum, tanq̃ grã animæ existẽtia. Dupliciter autẽ dicitur ipsum cuius grã, & cuius, & quo. At verò & vnde primũ qui scđm locũ motus, aĩa est. nõ omnibus aũt viuentibus inest, potẽtia hęc. Est aũt & alteratio & augmẽtum, per animã. sensus.n. quædam alteratio esse videtur. nihil autẽ sentit, quod non habeat animã. Similiter autẽ, & de augmẽto & decremẽto se habet, nihil enim decremẽtum patitur, neq; augmẽtatur physicæ, nisi alatur. alitur autẽ nihil. quod non communicet vita.

¶Quia quod est causa esse, est essentia & forma: sed anima est causa esse. Hoc constat, quia viuere est viuentibus esse: id ergo, quod est causa viuẽdi, est causa essendi. Anima est viuendi causa: ergo & esse. Sed quod est causa intrinseca ipsius esse, est forma & essentia: igitur anima est causa formalis. *Amplius autem.* colligit aĩam esse causam finalem: nam anima est actus corporis physici, & organici: ergo corpꝰ physicũ & organicũ est potentia, & animæ subiectum. Potẽtia autem ordinatur in actum: quare anima, ait, ratio & finis. *Manifestum autem.* Exemplo demõstrat, id quod ratiõe collegerat. Natura agit gratia finis, vt etiã intellectus: nam ipsa ab intellectu dirigitur: namq; naturæ opus est intelligentiæ. At verò cuncta naturalia animæ seruiunt, & sunt illius instrumenta: quare, vt machinamẽta diriguntur ab arte in gratiã ædificij faciẽdi: ita quoq; à natura naturalia sunt instituta, vt animæ subseruiant, vt calidum, aridũ, atq; liquidũ, tanq̃ instrumẽta sunt vegetalis animæ, & hæc sicut instrumentum sensualis, & hæc instrumẽtum intellectiuæ. Anima igitur est finis naturæ, & anima inferior ceu natura quędã est collata in superiorem, vt sic in mirabili naturæ & animarum cõnexione primæ & præexcelsæ vnitatis impressum aduertamus vestigium. ¶Hinc aspice vt, naturam inferiorem constituit, Arist. quàm anima sit & animam insinuat non esse naturã, sed vniuersa natura digniorem: quippe. quę vt dominę famulitium animæ præstat & itidem Boëtius lib. de vni. ca. 1. inferiorẽ decreuit esse naturam, q̃ sit animarũ tota latitudo. At verò quod de hac re cõmodè disseri poterat proprius locus dedit in præcursorijs quæst. &. c. 2. Quod autẽ Arist. ait & nos non ad vnguem excussimꝰ tex. 35. quædã magis, alia minus diuinitatis participatiõe potiri, Themistius retulit in temporis diuturnitatem: nam quædam animãtia diutinam vitam agũt, sine diruptione: alia verò statis & descriptis temporibus modò comparẽt, modò penitus abolẽtur. Rursusq; renascuntur & prodeũt. Id quod in muscis, culicibus. locustis, facilè experimur. ¶Porrò hæc Themistij interpretatio, offensionẽ habet: quippe iã multa brutorũ genera diuinitatis participium magis caperent, q̃ homines, vt elephãtes qui in longiora secula vitã producũt, homine. Quare probabiliorem Philoponus inuexit cõmentationem, non secũdum tẽporis diuturnitatem audiẽdum Arist. sed secũdum qualitatem participationis, idest, scđm nobiliorẽ, vitæ gradũ, vt aquila magis capit participatione lucis: quia acutius videt, q̃ homo: & hic acrius vespertilione. Ita & vniuersa viuentia secundum qualitatem vitæ gradus, aut magis aut minus diuinæ ęternitatis gestãt imaginẽ. Et si Aristo. locus est capax multorũ sensuũ, hæc autem Philoponi plausibilior est. *Dupliciter autem dicitur.* Quia sermo inciderat de fine, duplicem docet esse finem, & gratia cuius & cui, vt in moralibus cuius gratia laboramus & opera studiosa exercemus, est fælicitas. Huius.n. gratia virtuti incũbimus, vt tãdem beatitudine potiamur.

Natura famula est animæ.

Nos verò sumus finis cui:etenim si appetimus fælicitatē, nobis sanè appetimus, Præterea in medicina finis alter est sanitas,gratia cui⁹ accersitus medicus est, & medicamenta parātur.Finis autē cui, est ipse ægrotus,cui in omnibus consulitur. Et hîc in phrasi literę huius paululū figę pedem. Boetius etenim duplicē finē esse trāstulit,& quo & gratia cui⁹. Quā phrasim vt obscurā alij clariùs verterunt, vt geminū dicāt finē,& gratia cuius,& cui: vt non legamus(quo sed cui)Argilopylus aūt duplicem finem, quem trāstulit, cui& quo,appellat:vt loco huius,gratia cuius & accipiamus cui. Verū mea censura non apte: nam fini gratia cuius nihil ex nostro accedit commodi, vt fælicitas ex nostra appetētia nihil cōmodi refert.sed nos qui sumus quodāmodo omniū finis,quibus omnia parātur. Textus Græcus vtrāq; quam diximus versionem non renuit.Sed interim quis sit harū vocum vsus vt alia exempla ex mechanicis petamus,quibusfinium horum discrimē patescat illustriùs.Igitur finis extruēdæ domus,est tegumentum ab iniurijs cæli, gratia cuius dom⁹ instituta est. Finis aūt cui,nos sumus,qui in ea defendimur,nobis vtiq;paratur tegumentū dom⁹.Simili quoq; modo viuentium finis, vt diximus est summa Dei æternitas, gratia cuius vniuersa sunt instituta vt sapiens dixit, Vniuersa propter semet ipsum operatus est Dn̄s,animās verò ipsum est finis, cui illa diuinitatis solicita imitatio cōparatur, &seruit.Deo enim nihil hæc cōmodi afferūt: sed animātibus ipsis.Sic Themistius & rectissimè, nisi aliter audire hęc velis,animam esse finem,gratia cuius est:animal verò est, cui vniuersa cōferuntur, vt ipsum videlicet animal & anima formatū & naturalibus instrumentis instructum in suis operibus exercēdis nihil sit,quod sibi oppediat.

Varietas interpretum.

¶Est igitur anima principiū,vndemotus localis habet motiuam potentiam, seu progressiuā, & si vniuersis aīalibus non hæc sit præstita progrediendi facultas. Est itē alteratiōis principiū anima, quia sensio est quædam alseratio non corruptiua,vt aquæ calefactio,quæ humorem aqueū exhalat & absumit,sed perfectiua est:sentire enim est actus secūdus, visua lem vim cōplens,& perficiens. Itidē augmentum & decremētum anima est causa efficiens.¶Est aūt augmentum autore Cōmentatore.1.cæli Cōmento.23. geminum:aliud impropriū, quod præexistentis quātitatis est accessio, vt oleū increscit nouo oleo superinfuso & istud incrementi genus,non viuētibus est cōmune. Aliud autē est accessio nouæ quātitatis per conuersionē alimēti in substātiam viuentis & hæc vnicè viuētibus congruit, & hoc augmentū Arist.physicum hic vocat.Et aspice nouiter,vt operationē animæ physicā vocet, augmētum aūt per se animę est opus,decrementū verò nō per se, sed per accidēs: non est enim potētiæ minui, sed debilitatis. Anima ergo, debili calore vtens, non auget sed minuit. Huius ergo natiui caloris priuatio, qui iuuenes auget,dicitur principium imminutionis: vt, in naturalibus priuatio est generationis principiū,per accidēs. Motus autē localis, qui ab aīa proficiscitur, varius est.Quidā est qui ad oēs differentias positionis est, & hic vniuersis viuentibus cōpetit:nāq; se agūt sursum&deorsum,&c. Alter motus est dilationis & cōstrictionis, q imperfectis animalibus, & parū à plātis differētibus, vt conchis, & ostreis,natura est cōcessus. Alius qui est natationis,pisciū est.Alius volādi,auiū, Alius reptādi, serpentiū. Alius propriè progressiuus, & hic perfectorū maximè est:& singulus horū motuū habet differētias alias,quæ modò non sunt necessarię quæ referātur.Iam ergo si libet Aristotelicam contexere phrasim,ita cōtexere licebit.Quod igitur ait,sit vt essētia,idest, quod anima sit præcipua viuentis essentię pars:non est.n.essentia tota,vt iā nos superius assequuti sumus. Anima igitur essentiæ pars qa forma est.Quod sic colligit, quod est essendi causa est essentia: aīa est ipsius esse causa,ergo.Subsumptā colligit.Anima est causa vitæ:sed viuere viuentibus est esse: ergo est causa ipsius esse,Quod subdit *Amplius &c.*animā esse causam finalem, hac ostēsione demonstrat. Actus est potentiæ finis,anima est actus corporis,ergo finis. Nam vt intellectus gratia finis actiones tēperat suas, ita natura finis gratia propria moderatur opera. Corpus igitur à natura fit gratia

Animantiū motus varij.

Contextus.

gratia animæ. Non est absoluta hæc intellectus & naturæ collatio. Nam intellectus propter finem sibi notũ operatur, & se mouet in actionis suæ exercitium. Natura autẽ ab alio dirigitur in finem, quem ignorat, vt sagita à sagitario. Sic à suprema intelligentia natura dirigitur. Hæc igitur omnia physica corpora propter animam vt illi seruiãt, instituit. Est autẽ finis geminus, & quo vel cui, & gratia cuius. Vnde anima est quo & animal gratia cuius. Etenim animalis bonũ primum est, quod natura curat, & quia hoc per animã curat. idcirco anima est quo: Animal est gratia cuius: vel vt transtulit Boetius, aĩa est quo, animal est finis cui⁹. Quare & anima est cuius gratia natura operatur, & aĩal sed diuersa causa. Verba autem quæ cõnectit. *At verò &c.* ostẽsio sunt vt anima sit effectrix causa motus, qui est secundũ locũ, idest, progressiui, qui perfectorũ est animaliũ. Est rursum anima effectrix alterationis: qa ipsa per calorẽ alterat corpus, & alimenta & sensionem præstat, & sensio est alteratio quędã. Scrupul⁹ vn⁹ suppurgãdus super est. Nubes & vẽti secũdũ locũ mouẽtur, in varias differẽtias positionis vagãtur, iam sursum ferũtur, iam deorsum, iã ante iam retro, nõ ergo aĩæ solius est sic mouere corpus, quod paulò ante tradebamus, aut nubes & ventos concedes animata, qđ Platonicum dogma supra reiecimus. Respõsio horũ est in aperto, nubes & inanimata: alia etsi quãdoq; in varia loca moueãtur, illud esse ab extrinseco motore, impellente: at verò aĩata & sursum & deorsum ferũtur ab intrinseco: anima. n. trahit humorẽ & secũ ducit quãtum sibi alẽdo opportunũ est. ❡Et tãdem in text. hoc diligẽter expẽdend⁹ Cõm. sermo. Diuina, ait, solicitudo, cũ nõ potuerit indiuiduo cõsistẽtiam donare, secũdũ esse in diuidui: miserta indiuiduorũ, cõtulit virtutem indiuiduis: qua suffulta possent permanere in specie. Cõm. ergo non negauit prouidentiam Dei (quæ nota illi inuritur) sed illã apta cõfessione hic tradidit. Vnde locus eius. 12. meta. qui multos fefellit, Deum non intelligere indiuidua, est audiẽdus, Deũ nõ intelligere singularia, eo modo, quo nos: qa deus oĩa in seipso per suãq; essentiam intuetur, & nõ pẽdet à rerũ existẽtia dei notio: id qđ non solũ physicũ sed & catholicum est.

Geminus finis.

Scrupulus purgatur.

Asseritur Cõmentator à prouidentiæ iniuria.

¶Empedocles aũt non bene dixit hoc, addens, augmẽtum accidere plantis deorsum quidẽ radicatorũ ꝓpterea qđ terra sic fertur scđm naturã, sursum aũt propterea ꝙ ignis similiter. Neq;. n. sursum & deorsum, bene accipit. non. n. idẽ sursũ & deorsum, omnibus & vniuerso. sed vt caput animaliũ, sic radices plãtarũ sunt, si cõgruit instrumẽta dicere diuersa & eadem operibus. Tex. 38.

❡Empedoclis hic erat sensus plãtam augeri & nutriri principiis diuersis terra, & igne. Ignis augebat & pellebat ramos sursum, terra deorsum: & hoc itidem in aliis viuẽtibus. Reprehẽsio aũt hęc est instrumẽta sunt propter operationes: si ergo est eadẽ operatio, & idẽ instrumentũ: in aĩalibus aũt, quo loco os est, vnde alimentũ sumitur, sursum est: & pars opposita deorsum est. At plãtarũ radices sunt per quas alimentũ defertur ergo sunt, vt os plãtæ, & rami erũt deorsum. Nõ. n. sursum & deorsum eodẽ sunt mõ, plãtis. n. est sursum, atq; deorsũ, diuersa collatiõe. Nãq; si cõferas plãtas vniuerso, rami cælum spectãt, & radices terrã occupãt. Cælum aũt sursum est, terra deorsum. Sed si in animalia referas radices sunt sursum, & reliqua plãtæ deorsum, &c. collatione igitur diuersorũ mutãtur, affirmationes, & negatiões. Neq; mireris aliter sursum & deorsum esse in viuentibus, atq; in toto vniuerso. Nam differentiæ positionis sunt obseruandæ secũdum differentiam motus. 4. physicorum. textu. 4. ❡Quare cũ sit alter motus inanimatorum, alter animantiũ, alio atq; alio modo sunt habendæ hæ differentiæ situs: nempè secũdum motum inanimatorũ, illud sursum, quo leuia agũtur, illud deorsum, quo grauia descendunt. Porrò autẽ iuxta motũ animãtiũ illud sursum, vnde sibi capiũt alimẽta, inibiq; caput, illud verò deorsum quod secundum diametrũ opponitur vt pedes. At verò quispiã diceret Em-

Egregia causa desitu plãtæ.

pedocli fauẽs, hoc ipsum dixisse Empedoclẽ ramos sursum, secundum vniuersi situm. Hac de causa nouam sibi collegit rationẽ in text.39. Nũc autem verba illa instrumẽta sunt diuersa,& eadẽ operib⁹, hanc habent intelligẽtiam, si opera sunt eadem & instrumenta quę sunt gratia illorum operum: & si diuersa sunt opera, & instrumẽta vt radices sunt eędẽ quod os animaliũ, quia per radices velut mandunt plãtę cibum. Vbi videbis vt Arist. affirmatiuè & negatiuè ex vnitate operum, vnitatem organorũ docet, vt nos supra dicebamus in Paulũ Venetũ agẽtes.

Tex.39. ¶Adhæc aũt, quid est qđ continet quæ in cõtraria ferũtur, ignẽ & terrã? distrahentur.n. nisi aliquid erit prohibẽs. Si verò erit, hoc est aĩa, & causa agendi & alendi.

¶Pulchrè sanè Empedoclẽ refellit si plãtæ duos habent motus principia (vt tradit Empedocles) ignẽ atq; terram, hæc cum sint magno interuallo distantia, & contraria, quid continet hæc & adglutinat ne cito separarẽtur quæ alioqui natura sunt separata? Si nihil cõtinet, ergo ignis semouebitur à terra & terra ab igne,& plãta non consistet. Si verò anima est, quæ hæc continet, vt amicabili fœdete sibi copulẽtur: anima igitur erit principium motus viuẽtium. Id quod primò erat probandum,& Aristo. ratio optimè colligit animam esse à posteriori: quia à priori physico tantæ ostẽsionis opus tractare non incũbit. Verùm quidam negauerunt animam esse, vt Cicero in Tusculanis quæstio. retulit.

Tex.40. ¶Videtur autẽ quibusdam ignis natura, simpliciter causa augmentationis & alitiõis esse. etenim ipse videtur solus corporũ aut elementorum, ali & augmẽtari. Vnde & in plãtis & in animalibus putabit vtiq; quis, hũc esse id qđ operatur.

¶Recẽset opinionem dicentiũ, naturam ignis simpliciter & absolutè esse causam augmenti, ea coniectura ducti ignem è numero elemẽtorum solum augeri. Etenim elemẽta cætera augẽtur sanè sed accessione cõgnati elemẽti: vt aqua noua accedente aqua increscit, verũ ignis non igne solum sed materiam lignorum aut aliam nactus in suam propriam substantiam transfert, id quod est viuẽtis opus.

¶Reprehensio autem huius placiti hæc est, nam ignis secũdum naturã propriam est corruptiuus & absumptiuus, & non habet vrẽdo finẽ, sed fine termino augetur si cõbustibile sine termino admoueatur. Hæc autem viuentibus non consentiunt. Nam calor vitalis non corrumpit viuentium carnes, aut substẽtiam dissoluit viuentium, sed illam nutrit atq; fouet. Rursum non augẽtur in dies animalia, sed certos sibi præscribũt fines quos non transgrediuntur. Vnde illa celebris profluxit propositio. Omnium natura constantium, est terminus augmenti & decrementi. Ait autem Commentator. Comm.4. vt in mollificatione ferri, aliud est ignis opus, aliud artis: ignis est ferrũ mollescere, artis fabrilis est, mollitiem illam & diductionẽ incertam finire mensuram. Ita in viuentibus calor calefacit, & alterat: sed certa hoc præstare mensura, est animæ. *Vnde & in plantis.* Collectio priorum est: vnde philosophis illis opinatum est ignẽ esse totã accretionis causam, quippe, ille vt viuens incremẽta accipere videtur. Hæc autem sentẽtia non est ea quæ prior Empe. referebatur. Hic enim duobus elemẽtis accretionis opus dedit: isti verò nunc recẽs relati igni solùm omnes accretionis partes agendas contulerunt, quorum placitum eo in vicio est, quo instrumentum functionẽ vitalium autorem fecerunt. Est enim ignis instrumentum, anima verò principium, vnde vitales motus, ceu ex fonte vitæ scaturiunt. Quod Arist. subdens ait.

¶Hic autem concausa quidẽ quodammodo est, non tamen simpliciter causa, sed magis anima. ignis enim augmentũ, in infinitũ abit, quousq; fuerit cõbustibile. natura aũt constãtium omnium, terminus est & ratio magnitudinis & augmenti. hæc aũt aiæ sunt, sed non Tex.41.

ignis

ignis. & ratiõis magis, q̃ materiæ.

¶Ideſt, instrumẽtum eſt ignis animæ vegetalis, etſi inſtrumentum, non eſt cauſa ſimpliciter: ſed eſt cauſa inſtrumẽtaria, quã vocant cõcauſam. Et hoc ſupradixerat naturam eſſe in gratiam animę, illiq; obſequi, vt inſtrumenta arti. ¶Adnotanda autẽ in hoc loco ſunt quædam. Alterum eſt, nullam eſſe colliſionẽ inter hæc duo omnium natura conſtantium eſt terminus augmenti & decrementi: & ignis ſi haberet cõbuſtibilis copiã, ſemp gauderet in infinitũ augeſcere. Nam hic per natura conſtantia non corpora phyſica intelligit Ariſt. ſed omnia animata: quia ſunt naturæ finis, vt Cõmen. hoc ipſo dixit & Ariſt. paulò ſupra phyſice augeri viuentia ſolùm quia aluntur ſola. Sic ergo elementa & alia, quæ non viuũt, non ſunt natura cõſtãtia, vt hic loquitur Ariſto. ceſſat igitur obiectio colliſionis.

Adnotatio.

¶Alterum aũt quod eſt hîc adnotandũ, eſt illius ꝓpoſitionis ſenſus ſi igni apponerentur infinita cõbuſtibilia, creſceret in infinitum, cuius ſimiles legimus alias peripateticas propoſitiones. 4. phyſico. Comm. 70. motus eſt velocitabilis in infinitum. Qui locus, vt & iſte noſter, non diſsimiles patiũtur anguſtias. Etenim ſi potentia eſt propter actum, ſi actus non eſt poſsibilis, neq; potẽtia eſt. At verò cõbuſtio infinitorum non eſt poſsibilis ergo neq; ignis habet potẽtiam comburẽdi infinita, neq; augeri poteſt infinito & 3. phyſi. tex. 56. & 60. & ſi inquit magnitudo eſt diuiſibilis infinitũ, non tamen creſcere poteſt ad in finitum. Itidẽ colligas motum non poſſe velocẽ reddi infinito. ¶Porrò Ariſt. non conceſsit potentiam ignis, quæ accretionem ſiue augmẽtum infinitum habeat. ſciebat enim vt corpora animata habent conſiſtẽtiam, ita & inanimata habent terminis quibuſdã cõſiſtere: qa forma quelibet phyſica vt ignis aquæ, & aliorũ ſunt formæ determinatæ & finitæ: alioqui non haberent ſpeciem, ſed formas finitas conſequitur quãtitas finita, vt calor finitus & ſiccitas & id genus qualitates. Quare nullũ corpus, niſi imaginationis machinamento tantũ eſt infinitũ, neq; phyſicũ, neq; mathematicũ. De phyſico, collegit ꝓbatio prior: de mathematico verò, oſtenſio non eſt difficilis: nã mathematica corpora ſunt figurarũ terminis obdita. Figura aũt cum finito pugnat ipſa: quippe eſt terminus, quãtitatis, ſed ſi terminus eſt infinitum non eſt. id quod termino coerceri nõ poteſt. In quem feremodũ. D. Tho. 1. par. q. 7. ar. 3. rem iſtam tradidit & autor primus Ariſto. eſt. 3. phyſi. tex. 42. & 1. de cęlo. tex. 70. ¶At verò & ſi viuentia & non viuentia ſibi infinitate conſentiãt, differunt autẽ quod viuentia noua alimẽtorum acceſſione non in dies creſcũt, ſed habet anima, præſcriptũ ſibi finẽ augmenti, vnũq; ſecũdum propriæ ſpeciei indigẽtiam: ad aliam namq; quantitatem promouetur elephas: atq; homo ad aliam, & ad aliam paſſerculus. Elemẽta autẽ non item: ſed ignis ſi renouatur exuſta iã materia identidem multiplicatur: & vt oraculum tulit diuinum, prouerbiorũ lib. c. 30. inſatiabilis eſt ignis, & nunquam dicit, ſufficit. Aegidius Roma. ignem ait poſſe augeri in infinitũ ratione formæ, quantum, ſcilicet eſt, de formę permiſsione, non tñ hoc fieri poterit de materiæ permiſsione: quia materia non continget infinita. Itaq; defectus ab intrinſeco non eſt, ſed ab extrinſeco. ¶Mihi tñ contra videtur eſſe igni terminũ augmẽti non ſolum ab extrinſeco: quia ligna videlicet infinita eſſe non poſſunt, ſed ab intrinſeco. Nã forma ignis eſt intrinſecè finita, ergo actio, eius & operatio, motus, quãtitas, quæ formæ ſubſtantiales ſunt appẽdices, vt vmbra corpus, erũt finita intrinſecè. Quare dicendum eſt ignem & elemẽta: & ſi modò ſermo duntaxat de igne vertatur in infinitũ augeri poteſt: quia non ſibi præſcribit aut pręfixã habet menſuram, quã vſq; pertingat, vt animalibus cõtingit, atq; viuentibus accidit terminos habere quoſdã vltra quos viuentibus maiorem quantitatem habere non licet: ſed ignis quãtitate gaudet finita, habet. n. eã in ſphera ſua: tẽpore hanc æſtiuo auget, & tẽpore frigẽte minuit, vt cõtra: elementum aquæ ingruẽtibus pluuiis ſuperabũdat (vt hyeme,) decreſcẽtibus autẽ imminuũtur fontes & chataractę ſiccãtur. Sed ſtatuta adhuc quantitate, quã mõ habet ignis, nihil repugnabit cum ignis natura ſi nouum combuſtibile ſibi admoueris

Aegidius refellitur.

& in

& in maiores se pferre flãmas nisi cęli cõtinẽtia obstitisset quæ maiorẽ ignis molem nõ permittit, quã modo habet: nõ ergo infinitum crescere põt affirmatiuè, & cathegorematicè (qđ dicũt nostrates sophistæ) hoc.n. impossibile ostẽdimus verũ nõ sibi repugnat accretio infinitũ negatiuę.i.in determinatũ augmentũ sicut etsi suapte natura: sit orbicularis ignis, & aqua, &c. tamen illis nõ repugnat alia quæuis figura, ratione continẽtis. Id qđ illorum figuram variat, vt iam sint quadratæ, iam triãgulæ figuræ: vt, aqua quæ ad figuram vasis continẽtis variè figuratur, nunquã tamẽ possunt habere infinitam quia esset implicatio in adiecto esse figuram infinitam. Ita de incremento dicere oportebit. Elementa igitur infinitã molem ferre non possunt: quia nullum corpus infinitæ molis extare poterit. At vero ignẽ crescere infinitè cum legibus à natura sancitis non pugnat. Nã sensus est, ignem ab intrinseco nõ sibi statuere maximam quãtitatem, vltra q̃ ignem nõ reperias: imò illa maxima signata admoto ligno increscet ad maiorẽ molẽ. Itidem de aqua, si paululũ inieceris, adhuc accrescet. Quare etsi vt diximus ab intranea forma ignis molẽ infinitam non permittat: tñ quia quacunq; signata ignis quãtitate, in ampliorẽ sese poterit ignea fundere virtus, crescere poterit infinito sincathegorematicè vt. D. Tho. de charitate viatorũ tradidit, illam in infinitum crescere posse: quia nulla est, dũ hic agitur tanta charitatis mensura (vt in Ioanne Baptista aut beatissima virgine) quã noua meriti actio vberiorẽ reddere nequeat. Verũ cũ tanta incremẽti incõstantia nusquam charitas nostra infinita est, aut poterit esse. Autoris locũ habes. 2.2. q.24. art.7. quo loco terminũ accretionis ex altera triũ causarũ formæ alicui esse præscribẽdum docuit, aut quod ipsa forma ex propria vetat specie, vt pallor nõ potest sine termino increscere. Nam si increuerit nimis variabit speciẽ, & in albedinem sese transfert, aut causa est agẽtis modica virtus, quæ in certũ gradum formam proferẽs vltra progredi non põt, vt candela aerẽ illustrans. Aut postrema est causa subiecti recipiẽtis formam stricta capacitas, vt aqua quæ calorẽ summum

Accretio ex causis. 3.

non admittit. Has si tres libras tecũ causas, dices ignem non posse infinitam asse qui molẽ illud vetãte propria forma, imò & materia, quæ illam non põt suscipere: quia infinita moles nõ põt esse, & ad impossibilia materia non habet potẽtiam. Tamen quod incertũ habeat incrementum formæ item est. ¶ Viuentia verò & decretas habẽt figuras, quas mutare nũquam licet, & hac ratione, nisi fallor vocauit viuentia natura constantia Arist. quia cõstantiæ naturæ sola sunt illa suas semper retinẽtes, figuras & mensuras certas augmenti & decremẽti inuiolato ordine obseruantia. Id quod Arist. in elementis planè negat. 3, cęli tex. 67. Quo loco tradidit elementa instar materiæ oẽs posse figuras capere, & mixta non viuentia, sine terminatiõe aliqua certa præscripta figuras habent: vt lapis quidam globus est, alter quadratus, & id gen⁹ instar globi cærei, qui nullã respuit figurã. Sed inquam volet formabit cæram tractans. *Hæc autem animæ sunt.* Colligitur hoc satis ex prioribus: accretio.n. & decretio, motus localis, de quo supra esse animæ diximus opera & non ignis (nisi vt instrumẽtarij agentis, quod propriè non agit) sed coagit. Neq; hinc argumentũ capiat aliquis, vt elementum ignis esse formaliter in viuente credat. Id quod etsi Empedoclis videatur placitum, non est tñ Arist. quod igitur ait ignẽ esse in viuente, audire locum oportebit, igneum, scilicet, calorem viuenti esse: nam si ignis esset, tũc viuẽs absumeretur: ideo etsi calor igneus viuẽtis, sit, tamen, nõ vt ignis qui & acerrimus est, sed vt temperatus est & ab anima moderatus.

¶ Sed quid est, quod ait Arist. vitales functiones rationis, idest, formæ substantialis esse magis, quam materiæ? cum in cõfesso sit materam nullũ horum motum præstare, sed omnis actio à forma fit. Sed hic per materiam fortassis intelligit elementorum mixtionem, quæ mixtio est, quasi materia animæ, quæ est actus corporis, physici, &c. Physicũ autem corpus ex elemẽtis est coallitum, & quanq̃ materia prima sit omni operatione destituta, quæ pura potentia est, porrò materia, quam secundam, vocant qualis est ipsa materia, elementariæ mixtionis actionẽ habet

An actio sit materiæ.

habet secūdum mixtionis naturam. Empedocles igitur auctionē terræ igniq; cōcedens re vera non formæ, sed materiæ vitales tribuebat motus. Quod si dixerit aliquis in fauorē Empedoclis. ecquid in magnete est vis ferri tractiua, quæ nō est mixtionis sed cęlestis influxus, sic in plātis etsi non sit anima aliqua, fortaſsis cælestis operatio cōtinebit terrā, & ignem, vt sibi cohęreant & plantæ compago nō soluatur: sic forsitan quis deludet Arist. argumentum. Et rursum in viuentibus leuiores spiritus atq; sanguis purior suprema petunt & sanguis fætulentus atque craſsior deorsum descendit. Igitur viuentibus elementa proprias habent & sectantur naturas. ¶Sed primò argumento dico nulla potest esse cælestis cōstellatio, quæ elementa varia in viuentibus cohęrentia retineat: nam si quidpiā cælū influxerit, quod sit illud petamus oportet, si qualitas est ab elemētariis diuersa, hæc formam aliquam cōsequetur: etsi alia quæuis est maximè anima, neque qualitas quedam tam potens esset, vt ipsa tandiu viuentia retineret: nisi in substantia aliqua quæ potentior esset elementis inniteretur, quæ est anima. At scio occines mihi, planta non habet elemēta illa ignem & terram: sed horum qualitates temperatas, & temperaturæ harum danda est actio vt insinuat Apollineæ doctrinæ princeps Galenus, locis supra indicatis. ¶At verò neq; hoc Aristote. argumentum infringet. Hæc enim temperatura qualitatum caloris, & frigoris, cum illis non sit natiua: quippe calor igneus est feruētiſsimus frigiditas aquæ est intensiſsima, restat quærendum vnde tēperantur istæ qualitates in viuētibus? Vtiq; si ab aliqua forma substātiali, hæc est anima elementis dignior. Quod verò Argumentū secundum obtēdebat, hoc modo diluēdum est, animā regere naturam eaq; vti vt naturæ dn̄a. ideo & nonnunquā leges naturæ seruat, quando suo regimini est expediēs: illas aliàs non seruatura quando sibi noxiæ essent: quare in capite grauia sunt ossa, quæ terrenam habent naturam: quia sibi hoc congruebat pro animalis opificio extruēdo. Sed spiritus subtiliſsimos capiti item mandat anima & fæculentiores partibus inferioribus: quia in capite operatio sensuum viget quare puriores spiritus sibi poscit, magis quàm pedum ambulatio vt Aristo. de somno ait cap. 3.

¶ Quoniam autem eadem potentia animæ est vegetatiua & generatiua, de alimento necessariū est terminare primū. separatur enim ab alijs protentijs, opere hoc. Tex. 42.

¶Duabus sentētijs explosis de augmento, & nutrimēto, plantarum. Altera Empedoclis quæ hæc opera non aīæ, sed elemētis tribuebat. Altera verò quæ fertur Democritū atq; Leucippum habere autores ignē solum esse huius operationis, nutricatiōis scilicet causam præcipuam. regreditur Arist. vt de obiecto potentiarum vegetalium consideret, & continuo de operationibus, vt demum de potētiis edisserat. Verba igitur eius sunt. *Quoniā autem* quæ leguntur à Simplicio per aduersatiuam & non causalem, idest, etiā si vegetatiua, & augmentatiua sint idem, primum tamen de alimento cōsideratio habenda est, id quod est obiectum vegetatiuæ potentiæ. Et rursum prius quàm de semine quod est obiectū generatiuæ potentiæ: quia nutricatio est opus differēs à generatione, & est prima operatio aīæ vegetatiuæ. Quā ob causam primus đ nutrimēto est exordiēdus tractatus: qa hoc opus prius est aliis vitæ officiis. Est autē nonnihil dubij in verbis illis: sunt idem potentia vegetatiua. Siquidem etsi habeant vnum obiectum, quod materiale appellitamus, non tamen idem formale: quia nutrimentum vt est hoc nutrit, vt autem quātum, auget. 1. de generatione tex. 35. sed alimētū vt est residui aliquid superabundās, sic generat. Hæc tria tres sunt rationes alimenti secundum singulam quarum, à singulis altricis animæ facultatibus spectatur. Si igitur distinctio rationum in obiecto distinctas parit animæ vires, vt ergo alēdi vires sunt vnum & generandi?

¶Philoponus credit esse eandem vegetatiuam, idest, nutritiuam, generatiuam ratione finis, nutritio. n. est gratia augmēti: & hoc gratia generationis. Vt ergo opera hæc, ita potentiæ habent ordinem.

nem. Sunt ergo vnum gratia finis vnius quia hæc omnia spectant generationis finem. Verumtamen si nutritio esset causa augmenti simulatq; quiesceret viuentis augmẽtum cessaret nutritio cuius diuersum frequẽs naturæ vsus ostendit. Et multa sunt, quę augentur & nutriuntur, quæ non generant alia qualia ipsa sunt, vt animalia deprauatę sortis, aut orbatę naturę, & imperfecta, vt mula sterilis est. Quapropter præsens nõ absoluit Philoponus negocium quale tñ sit hoc quod Philoponus ait. tex. 49. excutietur. Sed in præsentia dicamus vegetatiua autem altero modo capitur, vt sit nomen potentiæ communis : quo ritu sermonis sæpe diximus, potentiæ vegetales sunt nutritiua, augmentatiua & generãdi facultas. Quo sanè modo si communiter sumãtur vegetatiua: ita re vera sunt idem omnes tres illæ facultates: quia sunt vegetalis animæ partes, & generandi potestas est vegetatiua: itidẽ & augendi. Sed altero modo specialem habet vegetandi facultas significantiam & acceptionem, vt sit quæ altrix seu nutrix potentia dicitur, & nos homines ægregiè obesos, optimè vegetos dicimus, illos vberrimè nutritos esse hoc sermone significantes. Et sic distingũtur realiter istæ quas retulimus vires & manet potentia nutritiua viuentis socia per totã viuentis periodũ & aliis defectis viribus generãdi, & augẽdi: vt quidam cum Galeno in lib. de nutrimen. & nutribili. cẽsuerunt, scilicet, vim augmentatiuam permanere in tempus vsq; consistentiæ, quæ tamen consistentia consistit augmentũ, & tollit vim augmentatiuam. ℭNostri tamẽ istud reijciunt placitum contra credentes vires has, etsi suspendant operationes suas, & illis priuentur secundum temporis exigentiam, sola enim operatio nutriendi cum vita perseuerat: tamen vires ipsę animãtis desunt nunquam. Ita Albertus in summa de homine. q. 22. in num. quæstionum etenim quod destruitur & corrumpitur, aut erit deficiente subiecto, vt deficiẽte anima sensitiua, eius vires euanescũt. vel corruptio fit à cõtrario. illorũ primũ non est timẽdum ipsa anima sensitiua viuẽte, tunc. n. subiectũ potẽtiarũ saluũ est. Neq; moreris Philoponũ hoc

Refellitur Galenus.

dixisse loco animam sensitiuam immortalẽ esse, quod vt sit accipiendum aut falsum esse. 3. lib. de aĩa demonstrabit quare in locum illum mittamus. At animæ vires non impetuntur cõtrario vnde corruptio timeatur. Igitur animæ vires oẽs sunt accidentia inseparabilia ab anima. ℭEt rursus propriæ passiones diuelli nõ possũt à subiecto: sed facultates istæ, aĩæ vegetatiuę sunt affectiões propriæ, ergo non sunt separabiles. Quare & Arist. dixit. 1. de anima. text. 65. si senex oculũ iuuenis haberet, videret perinde atq; iuuenis. Quòd verò, sint propriæ affectiones, in quæst. de potentiis animæ disertũ est. ℭNon ergo hac ego causa persuasus dixerim potentiam vegetandi, & augendi esse re diuersas, quòd hæc. s. in virili dilabitur ætate, & illa perseuerat, vt censuit Galenus: sed potius causa est, obiecti diuersa ratio, vt ex iam iã dicendis demonstrabitur. ℭQuòd aũt Cõmmentator Cõmen. huius. 42. dixit has animæ vegetatiuę vires esse easdem subiecto, subaudias hæc verba, subiecto idem sunt. Idest, materiali obiecto: nam vires istæ sunt vniuersæ circa cibum hũc assidua opera versant vt nutriendi facultas nutriendo. Ex hoc deniq; fit accretio & generatio.

¶Videtur autem esse alimentum contrarium, contrario. non omne autem omni: sed quæcũq; contrariorum nõ solum generationem habent ex inuicem, sed & augmẽtum. fiũt enim multa ex inuicem, sed non omnia, vt sanum ex laborante. Videntur autem neque illa eodem modo ad inuicem esse alimẽtum sed aqua quidem igni alimentum est, ignis autem non alit aquam. In simplicibus igitur corporibus, hæc esse videntur maximè, aliud quidem alimentũ, aliud verò quod alitur. Text. 43.

ℭInstituit iam de alimento quam excutit quæstionem, an alimentum sit cõtrarium

Quæ contrarietas cibi cũ viuente.

rium alito,nam cum viuens, alimentum corrumpat,& in se ipsum conuertat, hęc corruptio & conuersio extabit minime nisi inter contraria.

¶Secundo videtur nõ quamlibet cõtrarietatem sufficere alimento, sunt etenim contraria non pauca, quæ etsi inuicem agant, non tamen se alunt, vt ex infirmo fit sanus,& contra & neutrum se auget, aut nutrit. Sicut neque albedo est nutrimentum nigredinis,sed necesse est vt hæc contraria quæ nutritioni seruiũt sint inter ea quę est generatio & nõ solũ alteratio. Tertio videtur secundũ omnia huiusmodi contraria non esse alimenti ratione, nisi sint ea contraria, quæ ex se inuicem generentur & se augere possint. Vnde & tria colligas in ratione alimẽti cõstituta alterũ est cõtrarietas deinde generatio. tertiũ augmẽtum. Nam alimentũ quodlibet potest augere ipsum viuẽs, vnde aqua est ignis nutrimentum non tamen ignis aquæ. Nam aqua ipsum ignem auget, ideo alere potest, non tamen aquam ignis:nõ ergo sat est generatio ex aliquo,vt nutrimentum illud credas.Scimus enim ex igne aquam generari at ignis non est aquæ nutrimẽtum sed corruptio aquæ.Aquam autẽ alere ignẽ pinguia facile indicabunt vt adeps oleũ & id gen⁹ quæ hîc sub voce ista aqua cõprehenduntur vt themistius ait & rursum ipsum elementum aquæ si igni paulatim instiletur veluti si rorãdo infundatur flammas auget maiores, vt in camino fabrorum cernimus neq; isti alia vtũtur arte vt vberem suscitẽt copiam ignis ꝙ modico aquæ spergere flammas. *In simplicibus igitur corporibus*. Idest in elementis hoc maximè perspicuũ est aliud esse alimentum,vt aqua, & aliud esse quod alitur ignis: videlicet, quod in mixtis non ita facilè cernitur.

Tria in ratione alimenti.

¶Excitauit. Simplici⁹ dubitationem alimentum (inquit) substantia est accidẽtia enim, vt hic Aristo. docuit,&c. etsi cõtraria sint non tñ alũt quia ex ipsis non est generatio, sed alteratio. At verò itidem & ipsum quod alitur viuens, substantia est, vt ergo hæc cõtraria sunt?substantiæ enim contrarium est nihil. Recẽtiores motum dubium suo absoluunt more substantiam habere cõtrariũ, non ratione sui, sed vt habet contrarias qualitates: calidum atq; frigidũ & id genus. Cæterum hîc per contraria Aristoteles autore simplicio intellexit priuationem atq; habitum: alimentum enim est in quo priuatio est formæ viuẽtis cui priuationi mixta est potentia vt suscipiat eandem quæ est viuẽtis forma. Viuens igitur est actu: sed nutrimẽtum est in potentia quæ oppositio secũdum priuationem & habitum cẽsenda hîc venit.

Dubitatio simplicij.

Porrò autem contextum tex.43.construere libet: quia litera nonihil scabra est. Videtur, inquit, esse alimentum contrarium cõtrario, id est, nutrimentũ hanc necessariam obseruat cõditionem, vt sit contrarium viuenti. *Non autem omne omni.* Idest, non omne contrarium est alimentum cuilibet contrario: sed quæcunque cõtraria huius naturæ sunt, vt vnum ex altero generetur & vnũ alterum augeat. Sunt.n. multa ex inuicẽ, quorum vnum ex altero fit per alterationem videlicet, sed non omnia subaudias se generant, vt sanum fit ex laborante: vbi alteratio est, non tamen generatio. & quod subnectit, *Videntur autem* hunc sensum habent, non omnia inter quæ est vicissim generatio, rationem alimenti assequuntur: etenim aqua ignem alit non contra, quanquam inter aquam & ignẽ mutuã experiamur generationẽ. Cæterũ quia aqua ab igne nõ augetur, sed resoluitur & absumitur. Hac ratione alimẽtum non est in simplicibus, igitur, id est, elementis aqua & igne, quanquam non viuentia sint est tamen quod alitur & quod alit. quæ non falsa sentẽtia delusus putes verè alimenti rationem habere: nam vt superior noster sermo tradidit viuentibus duntaxat vera nutritionis ratio congrua est.

¶Dubitationem autem habet. Dicunt enim hi quidem, simile simili ali, sicut & augeri. Aliis autem (Sicut diximus) ecõtrario videtur, contrarium inquã contrario, tanquam impassibile sit simile à simili, alimentum autẽ mutari & digeri. mutatio autem, omnibus, in contrarium aut in medium. Tex.44.

¶Dubio

¶Dubio pximè moto figit adhuc gradũ Aris. in diuersum agens. Nam si nutrimẽtum est, quod potens est augere ergo vt auctio, ita & nutritio: auctio, autem necessario fit aliquo simili: nam dissimilibus non fit auctio, id quod in auctionibus impropriis cernere poterimus, ignis enim igne augetur & aqua aqua crescit & puluis puluere, & id genus: ergo & nutritio exercebitur simili. *Aliis autem sicut diximus*, ¶Corroborat priorem (cuius meminerat) sententiam, tex. 43, simile videlicet non potest ali à simili: alimẽtum enim patitur à viuente, vt ligna patiũtur ab structore: lignarius enim faber ligna cædit, & polit, & ipse non cæditur à lignis: ita viuens decoquit alimentum, & ipse non decoquitur, & ipsum alimentum trahit in propriam substantiam virtute tractiua, & nõ trahitur; non est ergo similitudo. ¶Quòd si contẽdas etiam viuens immutari ab alimento, quia de non agente fit agens, & exit de potentia in actum nutriendi, hoc sanè est aliud mutationis genus, quod nemo negabit: sed vt faber itidem quãdo ligna cædit, vertitur in negociũ ex ocio, nõ tñ cæditur, aut ex politur sic in nutritiõe. *Contextus.* Cõtextus hic est. *Dubitationem &c.* Id est, qđ hactenus tradebamus, cibũ esse contrariũ viuẽti, non est res quę in aperto sit extra aleam iudicij. Quidam enim crediderunt diuersam opinionem & cibum, & viuens similitudine esse amica & non contrarietate pugnantia: quia alimentum nutrit: sed nutritio simili fit. Alijs veriora cẽsentibus diuersum astruere animo fuit, alimentũ contrarium esse, nam alimentum mutat & alterat viuẽs: mutatio autem est inter contraria, aut inter ea quæ vices contrariorum agunt, vt quando inter medios colores est alteratio de rubro in pallidũ, rubrũ vt nigrum censetur. Idcirco mutatio in contrariũ est, aut in mediũ. Et summa argumẽti hæc est viuens patitur & alteratur: ergo à contrario. Secundo illud idem colligit subdens *Adhuc autem.* id est alimentum à viuente patitur, quia viuẽs ipsum alimentum excoquit, non tamen contra viuens ab alimento digeritur.

Tex. 45. ¶ Adhuc autem alimentum patitur aliquid ab eo quod alitur, sed non hoc, ab alimento. sicut neque structor à materia, sed ab illo, hęc. structor autem, mutatur solum in actum ex ocio. Vtrùm autẽ sit alimentum id quod vltimo aduenit: an id quod primo; habet differentiam. Si verò vtraq;, sed hoc quidem indigestum, illud autem digestum vtroq; vtiq; modo continget alimentum dicere. In quantum enim indigestum, contrarium contrario alitur. in quãtum autem digestũ, simile simili. Quare manifestum est, ꝙ dicunt quodammodo vtriq; & rectè & non rectè.

¶Iam se arbitrũ in hac controuersia constituit Aristo. & hinc orditur litis terminum esse quod tandem, sentiẽdum & vocandũ alimentũ sit. Vnde tota prior pendet litigatio. Quoddã aũt crudũ est, & incoctũ, vt panis, & terrę fruct⁹. Aliud aũt, quod iam excoctũ & à terrenis fæcibus vitali calore expurgante, defæcatissimũ est. Id quod, & nouissimum est alimentum, quale est natiuus sanguis. ¶Qui igitur contraria contrariis ali dicebant, solum vocitassent alimentum, quòd rude adhuc & indigestum est. Qui verò aliter sapiunt solùm sanguinem appellauissent alimentum. Hoc est quod ait. *Vtrum autem &c.* Arist. autem media horum ratio arrisit, & vtrumq; cibum dicere siue cibus rudis sit, vt panis, qui crudus est cibus, siue purus sit cibus, vt sanguis qui cibus vltimus est, & iam quæstionis perplexitas reseratur. Nam & isti & alij rectè & amicè conciliantur, cõtrariis nempè alimur, si cibus sit indigestus, & similibus, præterea si cibus vltimus sit. vt iã excoctus & defæcatus.

¶Quoniam autẽ nihil alitur non participans vita, animatum vtiq; erit corpus quod alitur, inquãtum animatum. Tex. 46.

animatum. Quare & alimentum ad animatum est & non secundū accidens.

¶ Viuēs, docet locus hic, qua viuens est, alitur, nutritur, & augetur: non enim plāta, qua viridis est, aut flaua, alimonia vtitur, sed vt viuens. Et tacitè insimulat antiquos, qui viuentia, vt calida augeri & nutriri dicebāt contra Aristo. nō vt calida sed vt viuētia. In Democritum & Empedoclem est latens animaaduersio hæc. Isti enim viuentibus operam vitæ concedebant secūdum, idest propter calorē Aristo. verò non secundum accidēs idest, propter calorē: Arist. aut monstradum hoc, sed quia animata sunt.

Tex. 47. ¶ Est autem esse aliud, alimento & augmentatiuo secūdum enim quod quantum quoddam est angmentum est, secundum autem quòd hoc aliquid & substantia alimentum saluat enim substantiā & eousq; est, quousq; alitur. Et generationis autem factiuum est non eius quod alitur sed talis quale id quod alitur: iā enim est ipsa substantia, generat autem nihil ipsum seipsum sed saluat.

3. alimenti proprietates ¶ Tres rationes aduertit in nutrimento, quo viuentia victitant. Prima quod viuentis substantia cibo saluatur. Secūquòd perficitur quantitas eius, & roboratur legitima accepta magnitudine. Tertia autem ex alimento excidere fætificum semē, vnde qualia ipsa sunt viuētia generant alia. Prior harum ratio est potentiæ altricis, quę solùm cur at, id cuius est potētia, saluum reddere nutricādo ipsum & absumpta reparādo & noua restituendo. ¶ Altera est potentię auctricis cuius est magnitudinē viuentis instituere, corroborare & stabilire. Postrema autem est generatricis, cuius est speciem viuentis seruare. Primæ facultatis obiectum est quod alit: secundæ verò est augmētatiuū, seu auctificum. Tertiæ est prolificum, quæ omnia re ipsa sunt ipse cib⁹ ratione solum discreta. Et insinuat argumentum, quo colligat potentiam altricē non esse generatiuam: nam viuens se nutrit, & tamen non se generat: quia nihil poterit se generare. Quòd verò ait. *Vt saluet suscipiens ipsam secundum quod est eiusmodi.* Audire oportet nutricis esse seruare nutritū vt nutritum. Hoc ait secūdū q̄ huiusmodi, idest, quatenus tale. Vnde colligas definitionem nutritiuæ facultatis esse eā quæ seruat ipsum viuens, quatenus tale est. Lucida iam sunt verba textus, quare in litera Aristotelis nihil offendiculi restat. Cęterū illam transcurramus. Est (ait) esse aliud alimento, & augmentatiuo: quippe, hæc ratione discrepant. Vt enim alimentum quātum quoddam est sic auget. At verò vt alimentū est, hoc aliquid, idest, panis est hic, vel sanguis hic sic alimenti subit rationem. Sic enim saluat viuentia, & illa nutrit, & tandiu viuēs est quādiu ali potest. *Et generationis.* Idest, ipsum quoq; alimentum est genetatiuum, non relatum in viuēs, quod alitur, sed in prolem, quæ ex superfluo alimenti generatur. *Iam enim est ipsa substātia.* Id est per alimentum nihil se generat: quia hoc fieri nequit: est enim manifesta pugnantia. Nam quod generatur nō est: quod autem generat, est. Idē igitur esset, & non esset simul, sed per alimentum aliud generat viuens non se ipsum, sed se saluat nutriendo se.

¶ Quare huiusmodi animæ principium, potentia est talis vt saluet suscipiens ipsam secundum quòd est huiusmodi. Alimentum autē, præparat ad operādum. vnde priuatum alimento non potest esse. Quoniam autem sunt tria quod alitur & quo alitur & alens, alens quidem est prima anima quod vero alitur est habens hanc corpus: quo autem alitur alimentum. Tex. 48.

¶ Idest animę nutritiuæ, seu vegetatiuæ prima potētia est nutritiua, quę ab alijs operibus aliorū potentiarū separari poterit & aliorū est fundamentū. Hæc autē seruat viuens, vt viuens est. *Alimētum autem*

tem præparat ad operandum. Idest nutrix hęc vis vt operet: alimento eget, hoc sibi sternit & preparat viam vt operetur: quare quod priuatur alimento, viuere non potest & ea, quæ non viuũt: minimè nutriũtur nisi impropriè, vt ignis. *Quoniam autẽ sunt tria quod alitur & quo alitur & alẽs.* Dixerat de nutrimento, quare vult, quæ ab eo denomnantur, definire. Tria autem sunt, quæ ab eo nominis accipiunt origine, & quod nutritur, & quo nutritur, & quod nutrit, seu alẽs. Alens est ipsa anima vegetatiua, quæ ordine naturę prima est: Quod autem alitur est ipsum viuens: anima enim nõ nutritur, quia corporea non est, sed secundum naturam indiuisibilis, vt supra dictum est. Quo verò alitur viuentis substantia, est nutrimentũ.

¶ Sciscitatur quispiam quid est, quòd Aristoteles in primo de anima textus 64. dixit actionem nõ esse animæ, sed totius cõiũcti ex anima & corpore: hic vero quasi recãtans ait animam esse alentẽ & nutrientẽ, sed corpus quod alitur, aut ipsum viuens: subtrahit ergo actionem à supposito. Et rursum: cur de potentia nihil meminit, quæ tamẽ etiam vegetat, & nutrit. Respondetur. Actio nutriendi est sanè totius compositi viuentis, vt plãtæ se nutriunt: poterit enim se nutrire viuens, sed nõ se generare, vt supra docuit peripateticus sermo. Verũ quòd ait, modò anima est alens, subaudire oportet ipsã esse principiũ huius operationis, non corpus, neq; totum suppositum, quod si se nutrit, habet per animam vegetatiuã quæ vt dictum est, causa est in tribus causarum generibus, & finalis & efficiẽtis formalis. Potentia verò etiam vegetat, vt principium proximum, sed non, vt primũ. Atqui totus hic sermo est, vt ostendat animam esse principium nutritionis. Ideò ait anima est alẽs, non corp⁹ non ignis vt terra, vt physicus Empedocles: neq; calor ignis, vt Democritus: sed ipsa est anima vegetatiua, quæ nutrit.

Tex. 49. ¶ Quoniam autem à fine appellare omnia iustum est: finis autem est generare quale ipsum, erit vtique prima anima generatiuum talis quale ipsum est.

¶ Quod dicit, tale est. Quodlibet à fine, nũcupatur & finis est qui nomẽ inponit rebus, vt intellect⁹ ab intelligẽdo & sensus à sentiẽdo cũ ergo, nutrix facultas tota decurrat in generandi opus, vt quod nobilissimum, & sibi maximè naturale vt iam expositum dedimus, cõsentaneũ est, ipsam altricẽ facultatem generatiuã appellare. Nam nutritio in auctionẽ hęc ad generationem est instituta. Igitur nutritionis finis postremus est generatio: intelligas sub censura hæc in animalib⁹ illis, quę tres illas cõditiones assequũtur quas supra meminerat Aristotel. Nam alioqui: si sermo esset absolutus, non esse verũ nutritionis finem esse generationem: quia multa nutriuntur, quæ generationis sunt impotentia, vt animalia imperfecta: quare licebit altricẽ vim generatricẽ etiam appellare. Hoc Aristo. non tanquam necessariũ probat, sed tanquã iustum & rationi consentiens. Nam etiã si ratio sit ordinata ad intellectum, non tamen rationem appellamus & intellectum: sed distinguimus. Et quanquam fręnefactiua sit in gratiam militaris, non subinde frænefactiuã militarem asserimus sicut neq; theologus diaconatũ dicit sacerdotium, quia est in gratia sacerdotij D. Tho. non credit hîc de facultate sed de anima vegetatiua loquutum Aristote. quam ait vocandam esse generatiuam. Res hæc paruæ est controuersiæ. Atqui Philoponus de facultate intellectũ voluit quẽ nos sequuti sumus, quia operatio est proprior potẽtiæ, quàm animæ, idest, immediatior, nam anima per potentiam operationem contingit. Altrix ergo facultas est dicenda generatrix causa prætacta. Etsi Aristo. hic definit, non potentiam dicens, anima prima, id est vegetatiua est, quæ potens est generare alterũ quale ipsum, cuius est. Quæ verborũ facies Tho. arridet satis. Aristo. sermonem non de vi nutrice, seu altrice esse sed de ipsa anima altrice quam asserit esse generatiuam. Verùm & animã ipsam vegetatiuam & ipsam facultatem generatrices possumus dicere: facultatẽ quidem tãquam proximum principium nutritionis: animã verò tanquam primum principium. Hinc iam liquidus est editus sensus verbi peripatetici, vegetatiuã po

potentiam esse generatiuam, de nominatione tantum extrinseca esse audiendũ. Nam generatio est extrinsecus finis vegetatiuæ animæ. ¶At verò nõ prætereũdũ silentio est, Aristotelẽ nutritiuam & generatiuam facultatem definiuisse: nõ tamen augmentatiuã: & duarum actionum meminerat vti alimento atq; actione generare & subticuit augere. Cæterũ auctio media actio est inter extremas has nutritionẽ & generationẽ. Prima nanque operationum est nutritio aliorum omnium fundamentum. Postrema actio est generatio, quæ hac ratione vocata est finis: media intercedens auctio est. Suffecit autem Aristoteli extrema definire, vnde & nos colligamus medij naturã: nãq; peruium cuilibet iam est augmentatiuam facultatem esse quæ viuẽs ad legitimum incrementum perducit. Quam itidem à fine generandi generatricem poterit quis autore Aristo. appellare. Itaq; in viribus huius aïæ sunt operationes propriæ (quæ fines proprij) vnde & sibi nomina conciliant vt nutritiua à nutritione: auctiua ab auctione, generatrix à generatione. At qui est, alius finis communis, & non proprius, vt generatio: quæ etsi proprius finis sit generatricis facultatis, est tamen communis aliarum duarum virium. Quare illas vocat appellatione cõmuni (quę est) à fine remoto, generatrices Aristoteles.

Tex. 50. ¶Est autẽ id quo alitur duplex, sicut & quo gubernatur & manus, & temo. hoc quidẽ mouet & mouetur, illud autem mouet solum. Omne autem alimentum, necessariũ est digeri posse. operatur autem digestionem, calidum. Vnde omne animatum habet calorem Figura igitur alimentum quid sit dictum est, certificandum autem est posterius de ipso in proprijs sermonibus.

¶Tex. 36. distinxerat tria alẽs, & q̃d alitur & quo alitur. Hoc postremũ rursũ distinguit duplex esse tradens nutritionis instrumentum: vt gubernator nauis seu nauta, & manu mouet clauũ, aut temone: & per temonẽ nauem: manus vtique est instrumentum coniũctum: quia est pars nautæ, sed temo est separatũ: quippe pars nõ est, nautę. Manus mouens est & non mouetur, nisi per accidens: pars enim mouetur per accidens ad motum totius. Sed clauus, aut temo, per se mouetur & item mouet: mouetur nempe à manu: & mouet nauẽ. Et anima nutritiua instar nautæ duobus, ceu instrumẽtis suis fungitur actionibus, & potẽtia, quæ est instrumentum coniũctum, quæ ab ipsa animæ essentia dimanat & in ipsa consistit vt propria affectio in proprio suscceptaculo atq; etiam calore naturali, qui est vt instrumentum separatum. Calor enim est non in anima: quippe quæ cum indiuisibilis sit caloris non est susceptiua, sed in corpore est nutribilĩ. Hic autẽ est alterãs cibum, & alteratur rursum à cibo. Et idcirco & mouet & mouetur, id est alterat & alteratur. Commen. autem paulò differt ab hac expositiõe, qui duo ait esse in nutritione, alterãs primũ, non alteratum, est anima, & alterãs alteratũ est calor natiuus viuentibus. Anima est mouens non motum, idest, alterãs non alteratum. Siquidem anima neq; calescit aut frigescit, aut id genus alterationes suscipere poterit, quando ipsa indiuisibilis est. At verò calor & alterat & alteratur. Verùm interpretatio hæc est Alexandri Aphrodisei, qui non de instrumẽto, quod est nutrimentum, verba hæc intellecta voluit, sed duplex esse, quo nutritio celebratur asseruit, & animã ipsã & innatũ calidum. Anima immobilis est, & itidẽ ipsa facultas animæ, idest, inalterabilis est. Indicat autem Philoponus huius locis lectionẽ aliam vt loco illius, mouet tantum, legamus, quod est motũ tãtum. Quin & Ammonius eiusdem meminit. Si hæc lectio recipienda est: de calore, & nutrimento interpretari oportebit. Calor alterat & alteratur, nutrimentum verò solum mouetur, vt dixerat supra: alimentum digeritur non digerit ipsum viuens: cõcoquitur & nõ cõcoquit, vt faber ferrarius, qui ferit incudem & non repercutitur ab incude. Quod verò

Instrumentũ duplex.

hic obiter adnotandum duxerim, est in verbis Commentatoris illis. Calor alteratur à cibo, & hic est eius familiaris motus. Quæ verba, si ad libellam exigantur, nō sunt Aristote. consentientia: etenim doctore Aristotele cibus nō mouet, vt tex. 45. tradidit: quam obrem si cibus non mouet, vnde est alteratio innati calidi à cibo? Nā calor ē hūc viuēti vernaculū ab continente aëre vel alio alteratum experimur. At à cibo negat Aristote. alioqui esset cibus mouens & motum, quod Græci philosophi cum suo duce Aristote. non permittunt. Rectiùs philosophabimur si dixerim⁹ calorē natiuū tantisper, dum excoquit ipsum & mouetur ab anima nutritiua, quia hæc calorem natiuum dirigit in digestionis opere: suscipit enim natiuus calor temperamentum & mensuram ab anima nutritiua. Nam si calor alteratur vtique non ab anima ergo à cibo: & iam cibus esset mouens & tamen hoc negabat Aristote. tex. 45. Etsi hæc vt vera recipis, nūquam nutrimentum est proprie instrumentum. Instrumentum etenim est con causa, agens nutrimentum verò est materia, circa quam versat calor viuentis natiuus ab anima directus. Iam verò aliud est materia, aliud instrumētum. At obijcit forsitā quispiā mihi illud: quod ex Auicena retulim⁹ supra ex lib. illius. 1. fen. 2. doctrin. 2. cibum agere in viuentia, & per qualitatem, & per materiam, & per substantialē proprietatem, quam inibi capitulo decimo quinto tradendam in rebus præter complexiones elementorū esseq; subliminorem qualitatem, vt in magnete lapide concedit. Sic & in cibis sunt quædam specificæ proprietates prę ter elemētariā compositionem, vt in reu barbaro purgandi bilē: ergo calor viuentis, & mouet & mouetur. Alioqui, vt lactucæ sanguinis frigidi animalibus præstāt alimoniam? Et sic in cæteris cibarijs excurrere poteris si animus quęrit. Accedit eodem Aristotelem primo de gene. tex. 53. agentia, quæ sunt eiusdem materiæ, dixisse esse passibilia, vt ignis agit in aërē & patitur. Atqui natiuus viuentis calor, & cibus eiusdem materiæ specie. Iam ergo calor alterans alimēta reciprocam patietur actionem, vt nos experimentorum vsu frequentissimo didicimus, à cibis plurimum in modum affici diuersis affectionibus, aut incalescit sanguis, aut frigescit, aut sanamur, aut morbis corripimur. Est ergo cibus instrumētum, & agens, & non materia solum. Hæc obiecta argumenta sensum Aristote. tex. 45. luce donabūt. Et quid Ammonius, Ioan. Grāmaticus, si vera senserūt, oportuit illos sensisse docebunt, & vt Auerroes dicēs calorem alterari sit audiendus breuicule expendunt. Dicimus ergo nos neutiquam, qui experta tāti facimus in philosophia inficiari valemus: cibum alterare natiuum calorem, quē hic innatum textus vocat. At verò cibus dupli ci pendendus est ratione: & vt agens in animal alterādo & sic librata ratione nō propriè cibus: cibus enim est vt nutrit, sed vt nutrit patitur, & non agit, vt infra monstrabimus. Altera ratione penditur, vt materia, & sic cibus est & non agit, & hæc autorum concordia.

Com. expeditur.

Proprietas specifica.

Author.

¶Iam verò cōcito calamo oportebit nō nulla, quæ inter enarrandum & exponēdum Aristo. intermisimus modo digressione quadam excutere, & faciam initiū à verbis istis finalibus huius capituli quarti. *Omne alimentum necessarium est digeri posse: operatur autem digestionem calidū*. Quæ verba, quantum attinet ad sensum sunt facilia: quia dixerat, calorē esse instrumētum nutricis facultatis & nutritio non fit sine digestione. Igitur necesse est vt digestio fiat per calidum: calidum verò innatū, quo anima nutritiua vtitur, vt pulchrè Albertus magnus tradidit summa de homine, etsi vnum sit secundum naturā, habet tamen triplicem vim, & cælestis caloris & elementalis, & naturalis seu animalis caloris. Quod enim calor hic animātis ex munere habet digerere ethereogenea, & congregare homogenea grossam enim terrestrem atq; aquosam substantiam à cibo depellit, dulcem verò & subtilem & humidam ex cibo sibi capit. Hoc vtiq; munus ratione ignis habet, cuius & hoc munus est, cōgregare ethereogenea secundo de gene. tex. 8. vt fumum fumo copulat: cineres cineribus flāmā verò flāmæ. ¶Vt autem calor ille natiuus viuificat cibi partem, quæ viuētis sit corpus, sic sanè refert cælestis caloris

Triplex vis caloris.

ris similitudinē, qui & viuificus est maximè solis id quod Arist. ait secundo de generatione animalium capitulo tertio. calorē solis viuificare animalia omnia, sed calor ignis illa dissoluit. Et exposuit Cōmentator locum non de omni igne, sed illuminante qui lucet apud nos, qui vniuersa voraci depascit flāma & in cineres soluit, de qua re alibi latiùs & copiosiùs. ¶Vt vero calor hic trāsfert cibū & cōmutat in speciem sanguinis, carnis, & osis, hoc vt est calor aīantis sibi arrogat: & quāquā in plantis nō sit caro: neque piscibus, subaudias aliquid in istis carni simile. Et quanquam solius caloris habitus fuerit sermo, non solùm calor est instrumentum animę nutritiuę: quippe & reliquarum qualitatum sibi est vsus: nā frigiditate vtitur coagulādo, & humidū vitale, intra se cōtinet, humido autem & sicco, vt instrumentarijs qualitatibus vtitur, & ad continuationem membrorū, & horum figurationē: humidum enim facilis figurationis est capax, vt. 4. meteo. tex. 30. docuit. Ne autē figura accepta labatur (valde enim humidū cernimus figuræ sigillum retinere non valere) eget humidum mixtione sicci terminante cōsistentiā, in calore verò frequentius philosophis in vsu est animæ appellare instrumētum. In causa est quòd is plures operationes exerceat, & digestionis præcipuum est instrumentum: ipse enim est qui cibum semel stomacho viuentis receptum præparat. Et etiam quia præcipua qualitatum primarum est: hac ratione nobiliores anima operationes calido meditatur, quā alijs qualitatibus. Est disputatio apud medicæ facultatis professores detrita satis, an calor naturalis animantis specie differat à calore elementario? Quæ quæstio vsurpatur ab illis, quibus nihil interest distinctionem hanc versare sicut neque oratori, quid sit ira, an feruor sit mentis an vltionis cupiditas? vt Cicero ait De oratore lib. primo. Sed neque nostra admodum refert hoc diiudicare modo. Et si quispiā prioribus persuasus indicijs naturalem calorem, & igneum differre specie credet. Adde Auerroem. 5. collectaneorum capitulo. 26. calorem tradentem naturalem esse humidum & debiliorē, quā sit igneus

An calor mi nis sit eiusmo di speciei.

Mea tamen sententia non hoc iudicarē, sed esse illos specie idem. Nullam enim aliam habet ignis qualitatem in nobis, nisi hanc asseramus. ¶Itidem siccum igneū diuersum fatēdum esset & nostrū, & itidē in alijs qualitatibus primis, quæ autor. Aristote. sunt instrumenta animæ Neq; video, vt elementa sunt animæ instrumenta, nisi secundum proprias qualitates, quas in mixto vt mixtionis vestigia relinquūt an numero, an specie solū easdem, nihil moror in præsentia. ¶Rursum ex eisdē sumus atque nutrimur. Nutrimentum autem est mixtum ex elemētorum qualitatibus: ergo & viuentia easdem specie habent. ¶Est tamen calor natiuus altiorē operationē habens quā elementa. Itidemque de alijs qualitatibus, sunt etenim animę instrumenta. Et quia anima in suas absoluendas functiones calorem & frigiditatem & hoc genus accipit, harum qualitatū actiones euehit atque nobilitat. Nam caloris vtique actio propria est, quam ab anima nō mutuatur, calefacere. At qd' per calefactionem cibus digeratur ab animæ artificio calor sibi vsurpat vt serra, qua faber lignarius in archa cōdēda, vtitur, habet sanè actionē, quam sibi per potentiā incisiuam (quæ sibi forma propria est) vendicat, vt quæ est secandi actio, at per sectionē archā componere maioris virtutis est opus. Sic quoque de instrumētarijs alijs qualitatibus dictum puta. Cęterum quāquam natiuus calor sublimiorē assequatur functionē ex animæ (vt diximus) artificio: non hoc sanè indicat specificum calorum discrimen. Hæc enim maior nobilitas accidentaria est in vernaculo calore, quæ solum maiorem in accidente quodam nobilitatē colligit, quā igneus calor nō habet. Quod verò Auerroes dixit calorem vernaculum esse humidum hoc sanè à viuente habet calor, quia vita in calido & humido consistit, non tamen hæc natura caloris est. Secundo loco de alimento nonnulla exponere non erit inutile. Aristo. enim in fine huius capituli commemorat de alimento se esse loquutum figura & superficietenus. quia illud poscit differēdi locū propriū vt liber de nutrimento est, atq; nutribilis nos tamen perfunctoriè quædam di-

diximus de nutrimento secundum peripateticos tradere: nã ex alimẽti natura, virium animæ vegetatiuæ atque operationum exacta pẽdet notio. ¶ Dixit igitur Aristote. alimentum vt est quantum auget. Secundũ verò quod hoc & substãtia hæc nutrit, secũdum verò quòd in alterum se extendit anima per alimẽtum, sic est generatiuũ, vt ex materia cibi fit semẽ, &c. ¶Prima in verbis istis offensio est: nam cibus, vt nutritiuus etiam quantus est: non enim nutrit alimentum, nisi quantum. Punctus enim aut spiritualia alere non possunt, & alimentum est mistũ ex qualitatibus primis, & est corpus physicum: ergo quantum est. Non ergo quantitatis discrimen seiungit nutritionem & auctionem. ¶ Rursum toto vitæ æuo etiam auctio perseuerat. Nam senes pinguescere in omni genere viuentiũ experimur. Est ergo nutritio, auctio: siquidem complexu societatis nunquam dirimuntur.

Argumẽta quæ sensum Ari. exigũt.

Secũdum argumentum.

Tertium argumentum.

¶Tertio si nutrimentum quod nutrit est actu simile nutrito, quod iam illud est actu simile? Nunquid sanguis an caro? sanguinẽ dixit in libro de partibus animalium secũdo capitulo tertio Arist. in habentibus sanguinem, est sanguis postremum alimentum, in alijs exanguibus, vt plantis: & insectis, quod cum sanguine habet analogiam, & proportionem. Verum hoc fieri non posse ostensio prõpta iam iam aperiet: vltimum enim alimentum non patitur à viuente vt quod est iam omnino viuẽti simile. Atqui sanguis nõ est omnino similis nutrito quia caro nutritur: ossa nerui, vænæ, arteriæ cordæ etiam aluntur & demum membra radicalia vniuersa, & alia non radicalia, quæ sunt caro, adeps pinguedo, & id genus. Sanguis autem istis non est simile, sed est in potentia hęc. Nam ex sanguine vniuersa hæc constituũtur. Quòd si sanguis est in potentia hæc plus sanè gestat contrarij quam similitudinis. Eo contrarietatis modo quo contraria concedimus, & potentiam, & actum. Quòd si dixeris carnẽ esse nutrimentum, peius est argumentũ. Nutrimẽtũ nanq; nõ est pars animantis. At caro pars est animantis. Vt ergo erit caro nutrimentum? ¶Accedit istis non solum sanguinis esse nutrire, quin & flegmatis à cholerę quãdoq; ex medica traditione didicimus. ¶Rursum nutrimentum est calidum, frigidum humidum, & siccum, & hę qualitates nõ sunt vitales in cibo, at verò in animatis sunt vitales, nunquam ergo erit cibus similis animanti, imò nunquam non erit cõtrarius vt vitale & nõ vitale ergo Aristote. verbum peripateticum nõ est prõpti sensus aliquando nutrimentum esse simile viuentibus.

Quartũ argumentum.

¶Horum gratia est notandum medicorum placitum esse, nutrimentum esse triplex. Sequuti sunt Galenũ, tertio complexionum libro, capitulo primo. Alterum est nutrimentum actu, & hoc verum est nutrimentum quod apponitur nutrito & illi vnitur atque adglutinatur, & assimilatur. Secundum autem nutrimentum est, quod etsi non sit vnitum, iam est vniendum & apponendum viuenti. Tertium nutrimẽtum est, quod primã suscepit ab stomacho viuentis alterationem, primãque in officinis animæ prioribus pręparationem est assequutum, quod adhuc rude est alimentum, & indigestum proprias qualitates, quas deforis inuexit retinẽs, ab anima à terrenis scorijs ad purum excoqui sperans. Habes nutrimẽtorum tria genera indicãtibus medicis, Aristoteles verò duplici nutrimento suã absoluit de nutrimẽto doctrinam. Aliud quod rude, est & incoctum, aliud verò, quod iam excoctum & à suis contrarijs affectionibus (quę erant noxiæ viuenti) repurgatũ iamque illi simile. Porrò hæc diuisio diductionem Galenicam cõprehendit & amplius se porrigit: quia exteriores cibos nõdũ vẽtri ingestos assequitur, quos Galeni non cõprehẽdit diuisio. ¶Sit ergo prima conclusio hæc (vt scholastico ordine & disertiùs res agatur & clarius ostendatur) nutrimentum est materia virtutis nutritiuæ: est autem materia huius altricis facultatis gemina. Quædam quæ est illi proprium receptaculum, atque subiectum, & hæc est illius organum, in quo vis hæc animæ & gaudet stabilitate & fundata perseuerat. Nã etiam si animę vires ab animæ essentia, ceu à fonte vitali defluãt. Verũ quia hæ vires sunt organicę, habent organa, quibus excipiantur & vt in proprijs condãtur

Quest. obscuræ elucidatio Medicorum placitum.

Arist. Gale. breuior.

tur subiectis, quo sanè discriminantur à viribus intellectiuis, quæ nō organis excipiuntur. At verò ipsa animæ essentia vnde dimanant potentiæ est, quæ proprio suscipit illas gremio, & quæ parēs est potentiarum, ipsa est, & susceptrix & virium suarum receptaculū. Sed in anima sunt vires istæ vt accidentia, in organis vt potētię, quia in ipsis proprijs fruūtur operationib⁹ & idcirco materia sunt in qua potentia residēt. Dixerim hoc secundum plausibiliorem mihi sententiā quæ potentiam animæ, à substantia seiunxit.

Organa facultatis altricis.

¶Organorum verò altricis facultatis est alterum epar: vbi plurimum hæc vis spectatur, sed non hoc solùm, quin & totum corp⁹ illi seruit, vænis arteriis, stomacho ventre porositateque sua. Nam per totū corpus alēdi hæc vis effusa est, & in qua libet particula animātis calor est natiu⁹, qui alimentū defecatum ab impuris qualitatib⁹ membro pręparet. Itaq; ipsa potentia est instrumentum nutritioni seruiēs, & natiu⁹ calor & venæ arteriæ, cor, stomachus, & mēbra radicalia, hæc sunt vt vasa continentia humidum radicale. In cuius gratiam, vt reparetur est nutritio. Rursum porositas corporis seruit vt instrumentum, alioqui esset penetratio cibi cum viuente. Et præter hęc nutrimētale humidum, quod infūditur humido radicali, seu seminali, vt ipsum restauret est caloris natiui instrumentum, quo nutriat viuens. De huiusmodi materia in qua, satis. ¶Est autem alia materia, circa quā & hæc nutrimentum est. Porro autē nutrimentum quod nondum iniectum est in ventrē, est remotè & in potētia materia, quā virtus nutritiua adhuc nō versat quævtiq; nō versat materiā extrinsecā neq; aliqd extra se agit: vt neq; auctrix facultas. Hoc vnū reseruatur generatrici virtuti: quæ in aliud extra se agit: quæ cū sit postrema vegetalis animæ & optima virtus, iam exit extra se, vt potentiā sensualem seu cognitiuam non nihil referat. Hæc enim extra se obiectum habet vt visus colorē, ita seminis potētia foris extra generantē habet quod faciat. Quare nutrimētum vt magis est simile nutrito, ita magis est nutritiuæ facultatis obiectum. Circa quod agit ipsum ad se trahendo, & adglutinando, curatque diligentissimè vis hæc alimenta, quæ vis cupit ea sibi conformare, & in propriā vertere complexionem. Nam anima altrix, quæ sibi magis similiora & naturæ viuētis magis consentanea, vehementiùs cupit, & ardentius ad se rapit. Itaque secundum diuersum statum nutrimenti, & actiones animæ huius variant. Nam si nutrimentum, secūdum primum quem in stomacho statum habet, consideres, alteratur, superfluaq; cibi, quæ nutritioni viuentis non consentiunt depelluntur. Vt autem iam alimentum expurgatum est viuenti & simile, tunc vis alendi mutat actionis genus ad superioremque se promouet actionē vt quod repurgatum fecit alimentum, in viuentis corpus trahat atq; transferat. Et quod Arist. tradit simile non agere in simile, de primo actionum genere audire oportebit, non de secundo. Etenim vis altrix in nutrimentū simile operatur. ¶Secūda est conclusio. alimentum quatuor habet, quæ illi consentiunt, si tamē legitimum est nutrimētū. Primū est dissimilitudo in principio atq; cōtrarietas. Alterū in fine conueniētiū, & cum viuētis natura cōsensus. Tertia qualitatum primarum temperamentum. Etenim cibus non summè calido afficitur aut frigido, &c. vnde elementa nutrimenta non sunt, si pura sint, quia habēt excellentiam in qualitatibus: etenim viuēs, vt superet alimēti qualitates oportet. Si autem esset ciborum excellētia calidi, aut frigidi humidi, &c. hæc nō posset subigere viuentis cōplexio, quæ temperata cùm sit, has excellentias vincere non posset. Quartum est commensuratio & proportio, cibi cū viuente. Nā aliud genus cibariorum homines alit atque bruta: & plantę alijs victitant quam animalia. Bruta crudis vescuntur, homines autem coctis vt plurimū, viuūt. Huius victus diuersi, calor est in causa natiuus. Quibusdam fortis animantibus, alijs debilis. Aristote. problemate quarto sectionis vigesimæ. olera (inquit) quædam cruda comedimus: quia iā nostro calori cōuenientia, alia verò egēt decoctione ignis, vt nobis consentiant, vt betas & caules igne decoquimus vt sint humano cibo apta & id genus alia. ¶Tertia conclusio Aristote. visum est sanguinem esse alimentum vltimum, id quod

Locus philosophi edisseritur.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

Gale. putabat actu alimētū. Itaq; post ex coctionē cibi (quia nullus cib⁹ adeo purus est, quin habeat aliquid impuritatis) tandē fit in sanguinem conuersio, qui cibat aīal, Arist. cōciliator cōsēsit in diffe. 30. sanguinē esse alimentū vltimū aīalis. Semper subaudias in sanguineis animātibus, in alijs verò quod est huic proportionale & sanguinis locū tenēs causa est: quia omnium humorum sanguis purior & vitæ, quæ calidi & humidi est, magis amicus: sanguis etenim & calidus, & humidus est. ¶ Rursum nutrit id quod dulce est: dulcedinem verò nutrimento concedere quis negabit? si tamen nouit quam dulcium natura sit amantissima, quare & animalia quæ amaritudine fellis natura non respersit viuaciora tradūtur. Sanguis autem est humorum omniū dulcissimus, quia cęteri nisi sanguine immixto humores nō dulcescūt, vt flegma sanguinis immixtione dulcescit, & solū sanguinē dulcem esse Aristo. docuit de histo. 3. libro cap. 19. cholera enim amaritudine gustum inficit vt melancholia acredine. phlegma autē insipidum est, solus ergo sanguis, qui dulcis est, nutritiuus est. ¶ At verò ne fidem huic sententiæ demus obstant quæ iam obiecimus. Et rursum cibus secundum Aristot. hoc loco est calidus, est siccus: nā fames est appetitus calidi, & sicci: sanguis autem est calidus & humidus, & quando alia hoc non indicassent, sanguinis dulcedo testaretur. Nam dulce est calidum & humidum in gradu secundo: non ergo sanguis est cibus. Et rursum si eisdem vescimur, ex quibus (celebri Aristo. verbo) sumus: nos verò nō sanguine solum, sed carne osse, neruo, &c. & humoribus alijs cōstamus: igitur & istis quoq; nutrimur. Ecquid si cibus in fine est similis, quanta obsecro similitudo sanguinis & ossis? Quanta sanguinis & nerui? Et quædam in nobis mēbra cholerica, alia phlegmatica: hæc ergo bili & phlegmate cibabūtur non sanguine: si quodlibet tamen simili cibatur, & tertio de historia capitulo. 16. Caro (ait Aristoteles) extenuatorum corporum conuertitur in vænas, arterias, & si cibi copia suppeditetur conuertitur in adipem: caro ergo est nutrimētū vænarū, & itidē membrorū, & adipis.

Petrus aponensis.

Probat sanguinē nō esse cibum.

¶ Philoponus ergo in Comm. ad caput istud, etsi nullam deprōpserit suæ sententiæ probationem, carnem credidit esse alimentum vltimū animantium. Ita ieiunè dixit, vt ego retuli: nisi quod colligit aduersum sermonē suum. Est caro qđ nutritur & pars nutriti: vt ergo est nutrimentū? hoc enim nusquā est nutriti pars, sed restaurat abolitas partes. Soluit dicens carnē cōsiderādā & ante nutritionē, & cōpleta nutritione ꝑ considerationē mētis hæc duo ille cōsiderat, iā ergo carnē ipsam cōsiderat ante incorporationē cū reliqua viuentis carne: & post quā iā est in corpus viuētis assumpta. Secundum priorē considerationem cibus est vltimus: & hoc modo nō est pars aīati actu, sed tantum in potentia: secundum posteriorem verò caro non est cibus quę iam animalis est pars. Atqui hac in parte ingenium Philoponi probassem vehementer, nisi Aristo. sermo sanguis est vltimum alimētum, me ab hominis placito retraxisset, nam in auctionibus improprijs aliquo simili fit auctio, vt aqua, aqua: oleum, oleo ergo & caro carne. Et caro auget ossa, & reliqua membra quia differt solū ab illis cōplexione, nō tamē substantia (vt diximus) in quæstione de potentijs animæ. ¶ Et rursum Aristo. in primo de ortu, atq; interitu ait, caro vt caro nutrit tex. 41. his tamē missis saniorem crediderim philosophiam carnem simpliciter nō esse postremū nutrimentū: nam ipsa est quæ nutritur & nutritio est conuersio alimenti in substantiam comedētis. At caro est in quam cibus conuertitur & sanguis in carnē cōmutatur: nō ergo caro est quæ alit, sed quæ alitur: vt os alitur & chordæ: & nerui & arterię & aliæ animaliū partes nutricātur. Et ꝙ Arist. ait carnē nutrire subintelligere oportebit id qđ est in potētia ꝓxima caro vt sanguis q sanè autore Arist. lib. de partibus ani. 3. c. 5. est in potētia caro & cętera aīalis mēbra, veraciterq; nutrimēti rationē habere. ¶ Arg. 1. respōdeo nullā collisionē in peripatetica esse doctrina: nā appetitus calidi et sicci est fames, & cibus antequam digeratur & similis reddatur animali, est itē calid⁹ & siccus. Vnde etiā ante conuersionem cibi in substantiā viuentis simul atque stomacho inijcitur-

Philoponi decretum.

Philopono nō statur.

Soluit̄ Aristo. collisio.

citur fames sæpe cessat, in corporibus tamē bene affectis sanguis est cibus vltimus, qui & calidus est, & humidus vitæq; animaliū germanissimus. Et propter hāc naturæ germanitatem à viuēte trahitur maximè. Quin vt contendūt medici, nō est sanguis ita defecatissimus, vt siccitatis & aliarū qualitatū sordis nihil cōciliet, id quod flebotomię facile indicāt in sanguineo humore alios humores subsidere. Quāobrem etiā si in sanguineo humore plus vigeat humor & calor quā frigidum & siccū, quia tamen mixtum corpus est vt veraciter philosophia confitetur, necessum est, vt cæteras qualitates conciliet. quapropter si sanguis nonnihil siccedinis sibi conciliat, re vera argumentum vires deponit suas: est enim in procinctu dilutio, sanguis nempè est calidus atq; humidus: cæterum mixtā siccedinis portiūculam retinet. Vnde & poterit esse famis obiectum, vt lupus vorax nobis testimonio est, qui innocentis gregis sanguinē potat, & per sanguinis haustū famē suam extinguit. Fateamur igitur cum Aristotele in libro. 3. de partibus animali. & earum causis. capite. 5. sanguinem esse calidum. Verùm quia in sanguine est cōmunio aquæ & terræ: idcirco & siccedinem terræ participat. Vnde & crassescit & fibris gelatus sanguis distinguitur, quod terrenę siccitatis indicium est. Habet ergo alimento necessaria & calorem & siccitatem. At verò si experiētiam ignoras quę sanguinē crassescere loquitur & si mihi hæc enarranti non fidis, testē tibi compara non pœnitendum Aristotelem qui libro. 3. de historia animalium. cap. 6. sanguinem quorundam animalium, ait fibrosum esse fibrasq; has in causa esse, vt sanguis spissetur, etiam si nō omnibus animalibus sanguine præditis, huiusmodi fibrosus sanguis cōtingat. Sunt. n. cerui, damæ, bubali, in qbus sanguis nō respergitur fibris. Quare horum sanguis non ita, vt cæterorum concrescit. Concretio autem & spissatio nequeunt sanguini contingere, nisi à siccitate: quippe etiā si sanguis qbusdā fibris non texatur, omnis tamen sanguis concrescere poterit, & sicco consistere. atq; frigido. Sunt igitur in sanguine calidum & siccum, quæ nutrimento Aristoteles credit necessaria.

Sanguis fibrosus.

Atqui peripateticæ disciplinæ curiosus indagator, si meminerit loci illius apud Aristotelem libro dudum indicato. cap. 5. Humor ait circa neruos mucori similis albidus glutinosuque consistit: quo ipsos neruos & nasci, & ali, certum est. Si ergo neruus ex mucore illo albido & glutinoso alitur, aut nutritur: non ergo sanguis est vltimum eoque optimum alimentum. & testimonio huic iunge argumētum hoc. Sanguis animalium cibis nutritur, vt si cibum minuas & imminutum sanguinē senties. Quod si cibo vtaris copioso, sanguis augebitur, vt Aristoteles est autor. 2. de partib⁹. cap. 3, & hæc causa est, quòd cibus viciatus viciati sanguinis: & cibus temperatus optimi sanguinis addimenta conciliant. At si sanguis est nutrimentum, vt ipse nutritur cibis? Nam nutrimentum non nutritur. Præter hæc contra Aristotelem obloquetur alius dicēs, sanguinis natura & cōplexio, ex terra est & aqua: hæc enim duo sunt quæ sanguinem miscent (Aristotele autore) libro. 3. de partibus. cap. 5. quam naturam ille eo loco probat: quippe sanguis à calore coagulatur, quæ aūt coagulantur ex aqua atq; terra miscētur, vt in luto experiris. At optimum nutrimentū ex his misceri non potest elementis, aqua & terra: quia calidi & humidi cōmistio est optimi alimenti complexio: nā vitę in calido atq; humido mora est, vt memini me supradixisse. Possem & aliis hoc genus argumētis chartas infarcire. At hæc scripsisse abundat. Solutionem quorum accipito.

Argum. 1. *Argu. 2.* *Argu. 3.*

¶Primo argumento dicito mucorem illum albidum, qui neruorū est alimonia, naturæ esse sanguineæ: idcirco nerui ex sanguinea quoque substantia aluntur. *Ad. 1. argu.*

¶Argumento secundo, respondebis sanguinē esse alimentum, & hoc alimētum quia vltimum est & optimū, alio alimento augetur, & nutritur, non propria auctione aut nutritione, vt viuens: quippe solū in potētia viuens est, nō actu, vt prædiximus. *Ad. 2. argu.*

¶Argum. 3. dicendum arbitror, sanguinē (vt diximus) ex Aristotelis placito esse calidum & humidum. At verò habet nonnihil terrenæ atq; aquosæ substantiæ: quia eius fluor cōcrescit totusq; congelatur atq; consistit aliquando. *Ad. 3. argu.*

O 5 ¶Argu-

Secũdum argumentum.

Alij humores excepto sanguine cibant.

¶Argumento secundo, ad manum est responsio. Nos vtiq; constamus ex carne, & ossibus & id genus, & similaribus & dissimilaribus, mẽbris. At verò sanguis est potentia omnia hæc: quare eisdẽ profecto vescimur ex quibus constamus, & eodem modo & sanguis declinans à propria & natiua complexione, iam in bilem, iam in flegma aut melancholiã vergit: ideo à sanguine vniuersa hæc possũt habere alimoniam. Cæterum Aristo. verbo dicito vt bilis nonnũquam est cibus vltimus aut phlegma, aut aliud poscẽte, morbo aut fame nimia: cui cum aliunde nõ subuenitur cibo, flegmate cibatur: ita aliquando & caro poterit esse nutrimentum aliorum membrorũ vt fibrarum aut neruorum, &c. quod vsu venire solet si magna sit virium tenuitas, quæ exteriorem cibum excoquere non potest. Verba autem, quæ fecimus sanguinem esse nutrimẽtum vltimum, natura bene instituta extra contingẽtia intelligere oportebit: etenim nonnunquam bilis nutrit nonnunquam flegma, vt prædiximus, aut caro ipsa. Hæc perstrinximus de quęstione mea opinione obscurissima, quæ supersunt non sunt huius loci. Primus liber generatiõis illa amat, illi relinquamus. ¶En tibi quale sit proprium obiectum nutritiuæ facultatis. Nunc paucula accedant de nutritione, quæ est conuersio alimenti vltimi in substãtiam, viuentis. Hæc autem nutritio differt à generatione. Nam quod generatur nõ est. physicorum. 5. quod autem nutritur est viuens quod est. Et rursum nihil se generat: tamen vniuersa viuẽtia se nutriunt, vnde & si aliquid sese alteret, vt aqua calida se infrigidat, & viuentis calor etiam calefaciat partes nõ calidas & aliquid se moueat motu locali, vt viuentia omnia perfecta (vt diximus superius) & hæc itẽ se augent, itaq; & se nutriunt, & se augẽt & se mouent animalia: non tamen se generant, sed vis animæ, quæ in semine cõdita est, hæc generat. Et demum, vt ars fabrilis ligna pręparat &, expolit, & ars nauigatoria illis vtitur: ita quoq; facultas generandi est, quæ facit omnia organa.

Dubitatio si nutritio est generatio.

Sed facultas nutritiua non facit organa vitæ, sed illis vtitur in salutem viuentis. Hinc constare poterit illius disputationis claritas, si nutritio est generatio. Quã quidem iuniores philosophi putant absoluisse si dixerint esse duplicem huius quæstionis intelligentiam. Alia est relata nutritiõe ad subiectum totale, id est, ipsum viuens. Alia est relata ad cibũ, qui nutrit, qui est subiectum particulare nutritionis. Prior consideratio negat nutritionem esse generationem: quia viuẽs non se generat. Posterior autem consideratio non respuit nutritionem esse generationem: nam cibus corrumpitur, ergo aliquid ex eo generatur. Et rursum, quia revera generatur noua caro, nouusq; sanguis. Ita Nimphus cum iunioribus philosophatur. verùm prima offensio in placito hoc hęc est: cibum enim dicunt subiectum nutritionis, id quod verum est, si circa quod est nutritio velint: nõ tamen est in quo est nutritio: cibus nanq; non nutritur, sed viuens. At verò si loquãtur de subiecto circa quod, nihil illis conducit sua philosophia. Nam quod vertitur in litẽ hoc vnũ est, si nutritio generatio sit, idest, si subiectum nutritionis eo ipso generetur quo nutritur: cibus verò nõ recipit nutriẽdi actionẽ, tametsi actio hæc cibaria verset. Si verò postremũ dixerint cibum esse subiectũ, in quo nutritio est. illud citra ius naturæ affirmabunt: siquidem, vt prædiximus, cibus nõ alitur, sed alimonia est. quod verò colligunt cibus corrumpitur à calore viuẽtis intimo: ergo generatur aliquid, & nihil superest nisi caro. Sane fatendum cum istis, veram esse alimẽtorum corruptionem: nam panis calore digerente propriã panis deponit substantiam, & ita cætera alimenta eandem subeũt legem: alioqui vt alerẽt? Atqui infirma est argumenti huius connexio, alimentum corrumpitur: ergo est generatio iam ergo nutritio est generatio. Quasi verò ex digesto cibo excrementa non generentur: imò sanguis digesto cibo generatur. At verò neq; sanguinis generatio nutritio est, neq; excrementorum: quippe hæc non viuũt, & sola viuentia ali Aristo. superiorem habemus traditionem: nam quod ille scripsit 3. de histo. cap. 19. sanguinem esse animatum, alterius est sensus, quàm sermo præfert, vt alibi nos docuimus, illud secundum proximã potẽtiam audiẽdum esse. ergo

Nõ statur Niphọ & recẽtioribus.

ergo nutritio non pōt referri, vt ad subiectū in quo in cibū videlicet. Quare exacte non est nutritio, generatio. & rursum generatio est transmutatio huius totius in hoc totū nullo sensibili manēte eodē 1. de gene. tex. 23. sed accidentia viuentis manent in materia corrupti cibi: etenim & forma viuentis manet eadem, quæ antè, & accidentia eadem.

Nutritio non est generatio ¶Præter hæc generatio est & ad formā quæ erat potētia in materia, non tamen actu, vt quādo ex ligno succēditur ignis. At verò ex cibo caro si fiat, nō recipit cibi materia aliquam formam, quæ præerat in materiæ potentia sed solā eam formam quæ actu iam est viuentis. Non ergo propriè caro generatur ex cibo, sed cibus conuertitur in carnem, & refectio carnis prioris est, & non carnis nouæ generatio quā solam vis generatiua facit, deducendo non esse ad esse simpliciter, quod prius non erat. Quare cēseo cū Alberto Magno in summa de homine. q. 28. nutritionem esse mutationem non reducendam ad aliquā speciē motus contentorum sub numero peripatetico, motuū, vel mutationum: quippe si quæ mutationum maximè esset generatio. Atqui generatio est acquisitio esse simpliciter: in generatione autem carnis nouæ quādo nutrimur, nō acquiritur esse simpliciter. Nam pars nō habet esse simpliciter, sed secundum quid, nempè, vt in toto subsistens est. Non ergo caro aut vlla viuentis pars generatur. Et Aristoteles numerum distinxit motuum secūdum speciē & formā, non secundum materiam. Nūc autem nutritio in gratiam materiæ, quæ defluxit & vt materiam reparet viuentibus cōcessa est, non formam: est. n. nutritio, quæ partes collapsas viuentis, scdm substātiam priorem restaurat. Quare nutritio reijcitur à numero motuum: sed habet aliud mutationis genus secundū materiam non secundum formam, vt in primo de generatione, tex. 35. excutiendum venit. Abundet in præsentia nosse alterationē esse motum gratia formæ, id est, qualitatis acquirendæ, & accretionem item gratia formæ: quia ad quantitatem tota est & lationem item gratia formæ, vtcunq; concedimus: est enim al locum, & locus est veluti forma: quia rem locatam continet & continere formæ est, vt est locus Aristotelis. 4. libro de cælo textu. 22. & prę̄ter hæc generatio formæ est. At verò nutritio materiæ est: restituit enim collapsas materiæ partes. Quamobrē vigilanti ingenio Albertus illam reiecit à catalogo motuum recensitorum ab Aristote. At in altero mutationis genere illam esse referēdam voluit. Vis igitur nutrix non generat propria generatione, sed nutrit. Quod si in vulgato vsu sit dicendum cibaria generare carnē aut sanguinē librata physica ratiōe, subtilitati naturalis philosophiæ sermo ille non congruit, etiam si de sermone modica mihi esset cura, si animus naturalem hanc veritatem firmiter ob prę̄scriptas causas retineret nutritionem, nō esse physicam generationem sed esse nutritionē. Neq; nominatum est huius mutationis genus; & si species nomen nutritionis assequuta sit. ¶Habet autem nutritionis opus. 4. digestiones sibi socias. est enim digestionū quadruplex ordo. Prima digestio est in ore masticatio, secunda masticati alimenti in stomacho mutatio in chilum, hoc est in massam instar ptisanæ vel pultis. Tertia est in epate mutatio alimenti chili, in chimum, hoc est, in massam sanguineam, quasi coagulatam. Huius digestionis in hæc quæ subijciam verba, Themistius libro de somno & vigilia meminit. c. 13. sanguis tingitur colore sanguinis in iocinore, seu epate: à iocinore, influit & subit ad cor, & in corde vincitur & cōficitur plenissimè. Quarta digestio in vę̄nis est: quo loco amplius defecatur & digeritur cibus & à vænis in membrorū orificia delapsus sanguis, corporis viuentis amissa restaurat. Cę̄terum quomodo hæ digestiones, & quibus instrumentis celebrentur à medicis require. In omnibus autem digestionibus istis nunq̄ non secernitur à cibo impuritas, nisi in prima quæ in ore fit. Excrementa autem digestionis secundę̄ sedimenta sunt: alterius verò lotium, postremę̄ deniq; sudor. Sunt autem multa euacuationum genera, sudor, sanguinis missio, detersio, frictio, vrina, excrementum, vomitus, exputatio, excreatio, sternutatio, respiratio, lachrimæ, lipitudo, aurium sanies, fluxus, pus, scabies, vlceratio, capillorū & vn-

Digestiones quatuor.

Excrementa quæ sint.

Postremo argu. ¶Postremò argumento dico qualitates cibi primi non esse vitales, sed cibi vltimi iam efficiuntur vitales. & tādem si huius potentiæ auctricis instrumēta nosse cupis sunt ea quæ & altricis de quibus supra lōgiusculam texuim⁹ narrationē.

¶Generatricis autem facultatis est alimētum eatenus obiectū quatenus aliud simile sibi in specie viuens generare potest. cuius organa sunt quæ nutritiuæ & auctrici dedim⁹. Pręter illa autē habet sibi ppria, renes & vasa genitalia. In plātis verò nō est certa pars huic muneri præscripta, sed in quolibet surculo est vis hęc prolifica habēs & maris & fœminæ fęcūditatē: nā etiā si in animalibus diuersitas sit sexus, & maris & fœminæ sub vnitate speciei, vt in hominum genere experimur. at in plantis facultates istæ miscentur: neq; mas à fœmina separatur. *Distinctio sexus in quib⁹* Quāobrem ex seipsę progenerant neq; genituram emittunt, sed cōceptum quod semen vocatur afferunt. Quæ sunt Aristo. verba in primo de generatione animali. lib. cap. finali. Huic autē generatrici potentię tres operationes tribuuntur. Alia est seminatiua, quæ alimentum, aut humorem mutat in semē: alia immutatiua, quæ semē in sanguinem, carnem, & ossa conuertit. Postremū est plasmatiua, quæ semen mutat in germen: aut in embrionem, id est, in fætum nondum exactum, & vndiq; absolutum quam geniturā dudum appellarat Arist. De semine autem non leuis quæstio, vnde sibi capiat ortū. Arist. differit fusè satis in lib. 1. de gener. aīa. cap. 17. & . 18. à quo petere oportebit. Vnū sciuisse modo sufficiat, semē esse excremētum alimenti vtilis atq; postremi primo. de genera. animaliū. c 17. quæ definitio ex prioribus quæ intulimus liquida est. *Geminū humidum.* & substantia animalium ex duplici humido conflatur, ex humido isto seminali, id quod non solū materia organorum est viuentis, sed in ipso condita est vis fabricatrix organorum viuentiū, & ex hoc humido est præcipuè animantium substantia, eorum saltē quibus semen est causa ortus. Hoc autem seminarium humidum, attrahit sibi in augmentum, aliud nutrimentale quod vocāt humidum, id quod non ita germanū est viuenti substantiæ, vt primum & seminarium humidū, quando elabitur non restituitur per alterū radicale humidum imputidum quale prius erat. Nunquam enim humor cibarius qui ex peregrino alimēto est adeò purgatus, vt ea puritate niteat, quam ipsum seminarium, vel radicale humidum & quālibet natura laboret in purgando cibo, nunquam tam elaboratæ puritatis euadet, quā seminariū humidum. Hoc autem cum continuò labefactetur, infunditur cōtinuò cibarius humor, quo iactura priorum resarciatur. Porrò virtutes animæ vegetatiuæ in radicali humido sunt vt in vase quodam, & humidū hoc nō qualitas solum est, at corpus quoddam. vt humidum etiam cibale est corpus, quod alterū humidum radicale contingit porositate viuentis corporis cedente. Et in vniuersum vt semel dicam quoddam est humidum seminarium omnium fundamētum vitalium functionum. Et est humidū aliud nutrimētarium iam ad vnionem radicalis traductum. Et postremum quod iam iā attrahendum. Hoc autem humidum nutrimentarium non est eo solū quô calor natiuus suapte natura igneū, non absumat seminariū humidū, vt plūbum ne ignis adurētis actio aurum aut argentum plurimum extenuet, obsistit. plurimū enim & ij magni nominis doctores, humidum nutrimentarium crediderunt, non transire in humidum radicale, neq; illius esse pabulum, sed hoc tantum habere officij actionem caloris temperare, ne humidū radicale obliguriat. Et hæc sentētia fuit Petri Lombardi. 2. Sententia. volumine dist. 30. & aliorū theologorū, quos illud seculum tulit vt Ioānis Victorini & aliorum, quos nunc meminisse non iuuat. *Petrus lombardus nō recipitur.* Isti quia audierunt dominum Iesum docētem apud Mathe. 15. omne quod intrat per os in ventrem vadit, & per secessum emittitur. Creditum erat apud eos radicale humidum esse portiunculam humanæ naturæ à primo homine in totam posteritatem per propagationem deriuatā, quæ vna erat in cunctis in se diuina opera multiplicata. Cibaria autem in hanc nō se transferebant, sed ne solueretur ab intimo calore defendebāt. Hæc autē sententia physicas traditiones nō obseruat. Nā quærendum est ab istis, si hęc portio in se

in se multiplicat aut est vna numero in omnibus hominibus, aut est multiplex. Si vna materia, ergo vnus homo numero sunt omnes homines, vt Aristo. ait vnum esse mundum: quia vnam numero habet materiam.1.de cælo text.95. Si verò multiplex numero illa materia: ergo diuisibilis est per quantitatem, & multiplicabilis per quātitatem: ergo vel multiplicatio fit nihil suscipiendo intra se, quę multiplicatio est rarefactio. At verò humana indiuidua nō multiplicātur per rarefactionē: alioqui semp humana corpora essēt rariora, id quod abhorret à vero: humana enim natura certum sibi gradum dēsitatis amat, citra quā subsistere nequit. Si verò nō multiplicatur hoc pacto, restat illa sola multiplicatio, quæ fit aliquid intra se suscipiendo cibum videlicet: quæ est viuentibus propria. Nam ignis nō suscipit sua actione alium ignē intra se, vt supra exposuimus. Accedit istis, Si cibus nō nutrit, sed defendit: quid ergo aqua & alijs liquoribus solū nō victitamur? Hæc.n. satis essent caloris natiui pabulum. Postremò Aristo. vt prædiximus, cibos docuit esse potentia, carnē & id genus. Igitur alimēta in humidum radicale commigrant. Et Diuus Augustinus lib. de vera Religi. se huic opposuit placito dicens, Alimenta carnis corrupta in mēbrorum fabricam commigrāt, & quod Dominus dixit, intelligendum est ex omni alimento, quod in ventrem vadit, digestiōe aut euacuatione aliquid emitti. Aliorū aūt sentētia fuit, quæ physicam magis subolet veritatē, multa esse radicalia humida generatione accepta. Porrò q̄ generatione semel acceptum fixū perseuerat quoad vixerit viuēs. neq; nutrimētarium humidū illud cibat, aut subintrat. Sed hæc opinatio verbis Aristo. aduersaria est, cibus est potentia, caro, &c. & præter hęc vis seminaria aliquā materiam sibi capit, quam facit de nouo esse materiam radicalē: ergo hoc poterit anima. Rursum aut radicale illud semper illibatum perseuerat, aut labascit. Si primum, vnde ergo naturalis mors? si labascit, ergo deperdit, q̄d cibo restituit. D. Tho. in.1.par.q.119.art.1. humidum radicale, quod nos seminariū appellabamus à cibario hoc differre credit solo, q̄ hoc est in via & imperfectā habet animæ seu viuentis rationem: sed radicale est, quod perfectam est assequutū speciei viuentis rationem, vt sanguis est nutrimētarium humidum, qui nōdum transiuit in veritatem animalis, sed in via, sic de bili phlegmate, & id genus quæ nonnunquam in carnem trāseunt. At verò carnis humidū & animalis partes aliæ ad humidum radicale pertinere arbitratur, nos tamē humidū radicale illud diximus, in quo condita est prima vis vitæ. Namq; vt vis visiua est sanè in oculo, cæterum nō omnia, quæ oculi, sunt illius primū subiectum, sed vis illa cernendi est, vt in prima sede in glaciali aut christallino humore, & quando hic extat vis illa perseuerat & hoc collapso vis illa perit, etiā si quę alia sunt oculi illæsa permaneāt, Sic primum vis animæ altricis subiectū, vbi illa viget est radicale humidū, cætera quę sunt ex cibo cōparata illud subiectum restituere possunt, & restituūt. Quæ verò nōdum in illud subiectū traducta sunt, non sunt radicale humidū, sed cibarium. quę omnia si præstiterit Dn̄s Iesus Christus opulētius differemus.1.de ortu & interitu libro. ¶Dubitat aliquis cur Arist. hìc meminerit nutricationis, & in lib. de ortu, & interitu & in.4.metheo. & in libro, de animalibus. Forsitan enim tā frequēs mentio, nonnihil præfert misterij. Respōsio esto hic de nutritione legitime edisserit & auctione, &c. quia anima est horum prima causa, in libro de ortu, eo considerat quò nutritio est substantialis quædā mutatio, etsi non generatio. Nā id quod generatur est idē secūdum materiam nō tamen secundum formā, vt si ex igne generatur aqua, manet quod prius ignis videlicet materia tantum: tamen forma corrupta est. At in nutricatione contra est, nutritum est manens idem secūdum formam: non tamen secundum materiā quippe, diximus radicale humidum, cōtinuè viciari & labi, & partes materiæ labuntur in viuēte, caro enim paulatim soluitur, sanguis ætatis accessione mutatur, &c. In metheo. autem de istis tractat Aristoteles vt calor naturalis instrumentum digestionis est & nutritioni est seruiens digestioniq; elixatio dicitur & itidem assatio, pro membris solidioribus.

Dubitatio enodanda.

In

In libro autem de animalibus illa traditur, & rursum inculcatur: quippe, inibi de organis, id est, corde, epate, stomacho, & id genus traditio est, per quæ calor natiuus sua absoluit munera. ¶Vltimum quod dubitandum est, vnde sufficiētem esse numerum potentiarum vegetalium colligemus? & quis deniq; ordo naturalis seruetur in harum virium dispositione? Et re vera numeri sufficiētia hæc est: vis enim animę huius, aut spectat substātiam, quæ est forma, aut substātiam, quæ est materia, aut robur vtriusq;. Si primū, est generatrix vis, quæ formam spectat: generat enim formā alterius indiuidui: quia & si vis nutriēs, generet vt quidam affirmant, & carnes & ossa, &c. non tamē hæc est vis generandi: quia vt iam sæpe argumentis vehemētissimis monstrauimus, nutritio nō est generatio. Neq; recipias vulgatos philosophos, Paulū Venetum & alios duplicem vim generatricem dicentes, & coniunctam & separatā & vim altricē: quia generat, cuius est carnes viuentis vocant generatricem coniunctam, sed quæ generat nouum indiuiduum, vocāt disiunctiuā, aut separatam vim generandi. ¶Sed isti toto cęlo errāt: generatrix enim vis, est ad generandam nouam formam substantialem: id quod non habet nutritiua potestas, sed materiā versat. Nā partes materię absumptas reficit potius, quàm faciat. Si verò anima robur desiderat materiæ, atq; formæ, hoc præstat per vim auctricē. ¶Ordo aūt duplex alter speciei, alter scdm indiuiduū. Speciē si obseruas, prima est generatrix, quæ speciem, ne dilabatur indiuiduorum interitu, nouo eorūdem ortu restaurat: & quod nutritiua exercet, in salutem indiuidui restaurando perdita, hoc generatrix præstat in salutem speciei. Vnde coitus est, vt speciei seruandę alimentū: deinde est nutritiua, postremò augēs potentia. Nam indiuiduum nouæ genitum primò alitur, dein roboratur. Sed si indiuiduū obseruas, & nō speciem, ordo inuertitur. Prima vis est altrix. 2. quæ nobilior est, auctrix, cui subseruit nutriendi actio & postrema est generatrix potētia. Et vt in prospectu has potentias habeas, seruit tabella hæc in paradigma.

Vltimum dubium.

Tabella qua potentiarum ordo luculentè exprimitur.

vegetandi.

Potentia,	*Obiectum,*	*Organum,*	*Operatio,*	*Gradus vitæ.*
Alendi	*Alimentum in substātia*	*Totum corpus*	*Alitio*	*Vegetans*
augendi	*alimentum quantum*	*epar cor*	*auctio*	*sentiens*
minuendi	*alimentum vt deficiens*	*venæ venter*	*minutio*	*mouens*
generandi	*alimētum vt seminarium*	*genitalia.*	*generatio.*	*intelligens.*

CAP. V.

Sensum vim esse passiuam impropria tamē passione demonstrat & num passio sit à simili an dissimili discutit.

Text.51. Eterminatis autem his, dicamus communiter d̄ omni sensu. Sensus autem, in eo quod est moueri aliquid & pati accidit, sicut dictū est. Videtur enim quædam alteratio esse. aiunt autem quidam, & simile à simili pati. hoc autem quomodo possibile sit aut impossibile, dictum est in vniuersalibus sermonibus de ipso agere & pati.

¶Animæ duplex genus virium diximus suprà: actiuarum, scilicet, & passiuarum In quo genere duplici generalissimā ait Commentator esse potētirum animę differentiam: vegetales autem potētias actiuas, & sensuales & intellectuales nostras passiuas esse cōstat. Definitis autem actiuis restabat & passiuas edisserere: nam actus simpliciter prior potentia est & animæ vegetabilis potentiæ communiores quàm cæteræ animæ vires. Vnde vt sibi semper Aristoteles in obseruāda methodo constet, vegetalium animæ facultatū fuit traditio prior. Adde quoque medicos atque philosophos, vires animæ secreuisse in naturales & animales, sub naturalbus comprehensis vitalibus. Sunt porrò naturales atque vitales animæ vires, vis altrix, vis augmentatrix, & generādi potestas, Vires autē animales sunt quæ sensitiuæ, vt vis videndi, audiendi, imaginandi. Natura autem est prior quā sit aīamalis operatio. Quamobrem absoluta virium naturalium tractatione, iam de animalibus viribus, nouam telam orditur philophiæ princeps. Et prius quā sensus speciatim doceat, generalē sensuū institutionem hoc loco præmisit. Atqui huius capitis scopus est decernere, si sensus est de numero actiuarum, an passiuarum potentiarum. Nam geminum cum sit potētiæ genus, vt primæ philosophię lib.5.tex 17.tradidit, Alterum est actiuarum, alterum passiuarum potentiarum. Quā rationem harum subeat sensus potentiarum generali quæstione, quę in omnes se dilatat sensus, præscribere oportebat. Cui soluendæ decretum peripateticum Arist. interposuit, dicēs sensus in eo, quod est moueri aliquid, & pati accidit, ea parte indicans sensum non mouere, sed moueri. & sensionē esse in suscipiēdo de foris aliquid, idest, speciem sensibilem, non tamen in agendo. Addit verò se hoc iam dixisse. *Sicut dictum est.* Neque facilè est, & ad manum ostēdere, vbi hoc dixerit. Ammonius retulit in tex. 37. sed inibi litera Arist. magis præfert esse sensum actiuum, q̄ passiuum, vt Com. etiam eodem loco exposuit, animam esse causam efficientem omnium motuum verorum, ait, & existimatorum, per existimātes motus sensiones intelligēs. Porrò autem cum Arist. 1. lib. de anima tex. 79. inuehatur in Empedoclem, qui tradiderat sensum esse vniuersa sensibilia, vt omnia cognosceret, & ibidem Arist. contra Empedoclem sensum esse passiuum confitetur, vnde sibi collegit si passiua potentia sensus est, & nihil à simili patitur: vt ergo sensus sentiet sensibilia? sensus est. n. omnibus similis secūdum substantiam, vt docuit Empedocles. Quare à nulla vi sensus patietur: nam quod alteri simile secundum omnem rationem est ab, illo pati nō potest. Actio namq; atq; passio inter dissimilia saltem sunt, hoc est enim agentis institutum tantisper dum agit, passū sibi subigere: & ad propriā, quàm licuerit, similitudinem traducere. Empedocles igitur sensum tradētē esse omnia, passiuum esse sensum necessario erat negaturus. Nos ergo nō assētimus Ammonio male indicāte locū, quē hic Arist. insinuat idcirco crediderim Arist. in hūc locum. 79. se retulisse hìc, cum ait. Sicut dictū est. At verò vt reliqua absoluam⁹, aduertamus quid sit sensus. Plato ergo tradente. B. Grego. Nisseno libro de viribus aīæ. c. 1. sensum definit esse aīæ & corporis ad exteriora cōmunionem. Et rectè: nam sensio est totius coniuncti operatio, vt diximus, in procemio. Alia verò

Vires animæ

Ammonius excutitur.

definitio est,sensus sensiliũ receptio. Tertia definitio est aiæ virtus materialium formarũ iudicatiua. Quarta est spiritus cognitiuus, & descretiuus à cerebro ad organa ordinatus. Has.4.definitiones cõmeminit Diuus ille, quarũ nulla non patet calumniæ, nisi ad iustũ sensum temperentur,scilicet,sensus est vis sensibiliũ comprehẽsiua comprehensione directa, vt in tertio patebit. ¶Quod autẽ sensus sit passiuus, & sensio sit passio quædam Arist. ostendit. Nam sensio est alteratio quædam. Quod autem alteratur, hoc itẽ patitur. & excusat difficultatẽ, si passio à simili,aut dissimili fit: quippe quãtum ad sensum & cognitiuam potẽtiam attinebat dixerat de illa.1. de anima loco illato. Vbi collegit in Empedoclem notitiam non fieri per similitudinẽ:sed quantum ad vniuersalẽ huius rei traditionem 1.de ortu & interitu rẽ hãc prosequutus fuerat. c.7. Nam liber ille actionibus & passionibus physicis enodandis incumbit. Cùm verò ait sensionem esse alterationem,vt visio,& auditio, vt sermo eius sit perspicuus, adnotare oportebit, alterationi necessaria esse quinq;, vt sit physica alteratio. Primò.8.Phisi.tex.23. qualitates inter quas est alteratio esse actiuas & passiuas, vel in se aut causis suis, vt calidum & frigidũ mutuam habent alterationẽ. quæ in se sunt contraria: albũ verò & nigrum & si non sint inuicẽ actiua, atque passiua, sunt sanè in qualitatibus primis perfectę, quæ secundarũ sunt causæ.4.physi.tex.84. Secũdò eas esse intensibiles atq; remissibiles mediãq; valeant obtinere latitudinem, quales non sunt propriæ passiones, quæ nullius sunt latitudinis secundum gradum, vt animæ vires, non augescunt, aut remittuntur, & si operatio ipsarum vicio organi quandoq; languescat, iã verò augeatur, vt oculi visio, vitiata pupilla turbida est, qua valẽte bene, clara est. Tertiò, alteratio, vt ꝓpria sit vt abijciat aliquid de substãtia quę afficitur qualitate alterãte oportet, vt calor intẽsior aquam soluit nonnihil, atq; subtiliat in vapores. Quartò, subiectum alterationis necessario est quantũ, atq; continuò diuisibile.5.physi.tex.Cõ. 32. Quintò in subiectũ, in quo qualitates alterãtes excipiũtur, sint oportet in illo,

Propriæ alterationis cõditiones.

secũdum quod quantum est, & diuisibiles per accidens diuisione subiecti. Quare aqua imagines rerum suscipiens non alteratur, neq; speculum oblatas formas repræsentans. Imago namq; suscepta in speculari superficie, non frangitur speculo fracto, sed tota etiam imago in fracturis, seu specularibus segmẽtis spectatur quæ si rectè tenueris, videbis sapienter Aristo.physi.7.text.18. tradidisse non esse alterationem in habitibus animæ: quia habitus illi multis deficiunt conditionibus. Quare non alterant animam. Quòd verò hic & supra tex.37. alterationem docuit esse sensionem, nõ de alteratione physica audiamus, quæ iam definita est. Visio enim & si alia obtineret, vel hoc sibi deesset, nihil (inquã) à visus substantia depellere. Item & aliæ sensiones. de substãtia sensus nihil abijciunt. Et qđ infra ait (sermone absoluto) quandò mutatur homo de non sciente in scientem, esse alterationem, non intelligas esse alterationem physicam, quæ vt iam tradidimus est necessario inter contraria proprie: vnde à priuatione ad habitum, non est alteratio: sed quia.1.lib.de generatione Arist.tex.34. dixit Aristoteles alterationem esse quando manẽte eadem substantia, qualitas mutatur, id quod contingit, quando quispiam de ignorantia transfertur in scientiæ habitum. Idcirco vocauit absolutè hãc alterationem qui in,7.physicorum diuersum docuerat, in animæ habitibus non esse alterationem. est autem diuersitas nulla: hîc enim non intellexit esse alterationem physicã, sed solum esse alterationem, hac conditione ꝙ sentiens aut sciens est idẽ, qui erat nesciẽs, & habet nouam qualitatem quam priùs nõ habebat. Hoc solo nomine mutationẽ hanc animæ dixit esse alterationem. Et quòd rursum ait, quando is qui habet habitum scientiæ se promit in actum esse alterationem secundum quid, eo dixit quo in progressione habitus in actum, non est mutatio in nouam formam. Id quod requiritur ad mutationẽ simpliciter. Cõtextũ si lubet audire hic est. Determinatis inquit his quæ de altricis animę viribus absoluimus communiter de sensu differẽdum est: nam sensitiuę vires secũdam tractationem sibi exigunt

gunt, quæ & secundum locum naturę ordine sūt assequutæ. At verò cōmunes & rationes sensus generales, prius attingere oportet: quia hæc est doctrinæ methodus. Hoc est ergo quod primum, vt communissimum est, obseruandum, sensum, idest, sensionem in motione quadam passiua potentię esse vt dictū est, Obseruare oportebit & in sequētia quæ tractabuntur nos esse admonitos oportet phrasim esse peripateticā sensum iā vocare, ipsam vim sensificam: iam verò ipsam operationem: qui vsus etiam theologis est, vt autor est Diuus Grego. in libro de viribus animæ. cap. 2. distinxit sensum in vim & sensorium ipsum: imo si vsus autorū probatorum exquiritur, quadruplex huius vocis significantia est; & vim, & actionē, & sensorium, & obiectum significat hæc vox sensus. Vnde vulgatus etiam doctorum sermo est, hic est meus sensus, id est, hoc est quod sentio. vbi sensus obiecti vox est. Alias acceptiōes sensus, Aristoteles docebit. *Videtur*. Idest, sensio, quam diximus passionem, alteratio quædam videtur, non omnis, sed quædam: idest, alteratio perfectionis conciliatrix. *Aiunt autem quidam.* Refert quod dixerat esse cōtrouersum. si passio à simili, an dissimili. Etenim si passio est à dissimili viciosa est philosophia Democriti dicētis sensionē esse per absolutam similitudinē: sed veritas est peripatetica obiectū vt color antequam sentiatur, dissimile esse visui: sed postquam speciem coloris in visum inusit iam simile. Sed hanc quæstionem vt passio fiat, non absoluit excusans se in vniuersalibus sermonibus, idest, libro de generatione absoluisse. 1. text. 48.

Vox sensus multiuoca.

Text. 52. ¶Habet autem dubitationē, propter quid sensuum ipsorum non fit sensus, & quare sine iis quę sunt extra non faciunt sensum, inexistēte igne, & terra, & aliis elementis, quorum est sensus per se, aut secundum ea quæ accidunt his. Manifestum igitur est, quod sensitiuū non est actu, sed potētia tantum. Vnde non sentiunt, sicut combustibile nō comburitur ipsum per se sine combustiuo. combureret enim seipsum, & nihil indigeret ignis actu existentis.

¶Duo hîc Aristo. dubia in mediū propo nit. Alterum est, cur sensus nō sentiunt? aliud & quòd opus facto, vt extrinsecū sit sensibile necessarium; quod vim sensoriam impellat ad sensionem? Est autē dubiorum acris ratio: vis enim sentiens est vis animata, animatum autem se mouet, & non eget extrinseco: ergo vis sentiēdi sentiet, atq; hæc se sentiet, nullo adminiculāte de foris sensili. ¶Intelligētia verborum Aristo. non vndecunq; patēs est: nam Themistius. capit. 19. paraphra. circa primum horum, dubium an sensus se sentiat sensum hunc deprompsit, cur sensus non sentit sensorium suum? sensorium autem visus est oculus: hic autem sensilis est. est enim multis affectus coloribus: cur igitur visus qui extra positos colores sentit proprios nō nouit? similiter & tactus, qui tangibiles qualitates aliorū corporum sentit, cur proprias sibi ignorat? Et hoc genere interpretandi Alexandrum est sequutus Themistius. Simplicius cum ambobus pugnat explodens expositionem, vt abusiuam: sensus enim non est sensorium, vt neque faber est instrumētum: sensoria verò esse organa, & dicta manifestant, & dicenda magis patefaciēt. Quapropter ipse proprietatē verborum sectatus de vi sentiendi intellectum vult Aristo. an videlicet vis sentiēdi se sentire poterit? vt mens se capit, atq; proprias notiōes assequitur, & primam harum quæstionū eodem autore soluit, Arist. inquiēs sensum esse in potentia nō in actu ex se: si igitur est potentia sensitiuus suapte natura & non actu sentiens: hac ratione impotens est cōuertere se in seipsum & reflexiuā actionem habere. ¶Secūdam aūt diluit exemplo cōbustibilis producto. Sensus enim, vt combustibile, aut cremabile est: hoc autē à se non habet, quo se cremet. Alioqui nō esset quod illis admoueremus flāmas, si se cremare potens esset: sed cremabile est potentia, non actu: ita & sensus eget sensibili, admoto quo sentiat & qđ suam

Duo Arist. dubita.

suam potentiã in actum excutiat. Com. Auerroes credit locum hunc esse argumẽtumquo, Arist. colligat, id quod proposuit. Sensum non esse in numero actiuarum, sed passiuarũ. Nam si actiua potẽtia esset sensus, cur non se sentiret? Nã sensus apud se habet sensibile: nãq; sensoria habent elementariam complexionẽ. Sunt enim corpora mixta: ergo si sensus est vis actiua ipsa se moueret, & excitaret, & sentiret. Hoc autem falsum esse etiam attestante experiẽtia instruimur, visum nõ videre se, neq; auditum, sensus ergo non est vis actiua, sed passiua, & habet se instar combustibilis quod se non cremat, vt dictum est: non ergo sensus habent ex se sentire, sed excitantur ab externis obiectis. Diuus Thomas hæc retulit ad reprehensionem Empedoclis: hic enim cum credidisset sensum esse sensibilia: necessario vrgebatur, vt cõcederet sensum se sentire & non esse necessaria sensibilia forinseca, quæ visum prouocarent in visionem. Plato autem in Charmide hoc itidem vocauit in dubium, cur sensus se non sentiant & planè hoc credit imposibile, vt neque calor se calefacit, neq; motus se mouet. Consentaneus Aristo. in dogmate, argumẽto autem discrepans. Sed acriter pungit ratio indicata, animatum se mouet: ergo cum sensus sit viuẽs, se mouebit. Nos quidem diximus propositionẽ illam peripateticam Animatũ se mouet, đ motu locali esse primo intelligendam, & auctionis, & nutritionis. Porrò non est certa in omni genere motuum vt vel hinc colligas sensus non se sentit: imaginatio non se imaginatur: memoria nõ sui meminit, nõ igitur in omnib⁹ motibus autore hic Arist. se mouet aĩatum: sed ad mot⁹ quosdã; solũ in potẽtia est passiua & agẽte extrinseco indiget. Vnde reserabitur verborũ nostrorum intelligentia: quare sensuales vires appellentur passiuæ vulgata philosophorum autoritate: quanquam de viribus altricis animæ, cur dixerint penitus actiuas exploratum & citra controuersiam non habebam. Et illis accedat, quæ tunc deprompsimus Diuum Gregorium Nissenum vim nutritiuam passiuam appellare libro de viribus animę cap. 8. sed quale hoc fuerit suo digessimus loco.

Cõsensio Platonis et Aristo.

¶ *Et quare sine iis quæ sunt extra non faciunt sensum.* Hæc secunda est quæstio, quare eget sensus sensibili exteriore vt aqua, aut igne vt incalescat, &c. quorũ est sensus p se, aut accidẽtium ipsorum. Philoponus intellexit elemẽta habere qualitates essentiales, vt sunt calidum frigidum, &c. Et quando hæc sentiuntur elemẽta, sentiũtur per se. Sunt & aliæ qualitates contingentes, odor, sonus, calor, quando hęc sentiuntur, elementa sentiuntur non per se, sed per accidẽs. Hæc expositio amica est satis ijs, qui credunt frigidum liquidum & aridum esse substãtialia elementis. Id quod ego nũquam credidi, sed esse accidentia. Plausibilior est mihi solutio, elemẽta esse sensibilia, secũdum se, idest, scđm propriam substantiam, scđm eos, qui sensum credunt intellectum, aut accepta veritate, sensum nõ esse intellectũ: Sensus nequit substantiam elemẽti per se sentire, sed per accidẽs vt ignem, quia calidum: aut aquam, vt frigidam, &c. Verum cum Aristo. dicat. *In existente igne & terra.* Notasse videtur Empedoclis ignorantiam, qui oculũ aut rectius vim sensoriam elementis constituit, quem sequebatur non egere sensum sensili externo, & quod se sentiret, quę ambo hic illi obijcit. Aristotelis si forsitan te pulsat argumẽtum, combustiuum est actiua potentia, tamen non exit in actum, nisi admoto cõbustibili: sic ergo & si sit sensus potentia actiua, non sequitur nõ egere sensibili. At verò argumẽti vis hæc est peripatetici, si sensus esset ex se actiuus & penes se habeat sensibile, esset in actu sentiendi: siue oppositione noui sensibilis. Nam tunc sibi sufficiens esset sensus, & nullo sibi egens. In calce. cap. huius lucidior atq; limatior erit hęc sensuũ conditio videlicet eos esse passiuos ad contexturã ipsa literæ difficultas nos admouet. *Habet autem inquit dubitationem.* Id est, quod nos premit dubiũ est, quæ sit causa quod sensus nõ se sentit vt visus non sese intuetur? sed necessarium est, vt motiuum sensuum de foris obijciatur, vt color visui: nam internos oculi colores quos oculus habet, visus nõ discernit, & quod rem totam auget est, oculus enim & quodlibet aliorum sensoriorum sunt mixta: quæ ex aqua & terra conflãtur & aliis

cur sensus nõ sensit.

alijs elemētis. iā ergo necesse est esse sensibilia si sensoria sunt sensibilia, causam, exigimus, cur nō sentiantur? Siquidē elemēta etiā si vt substātiæ per se nō sentiātur: tñ secūdum proprias qualitates p se sentiūtur, vt calidum frigidum. &c. quas si quis contenderit esse hæc accidētarias affectiones elementorum, & non esse illorum proprietates, vel hoc colligemus elementa secundum ea, quæ illis sunt accidentaria sensilia esse. Iam igitur si sensoria ex elementis coalescūt, vt subhæc demonstrabitur, & elementa aut per se aut per accidens sensibilia sunt: ergo & sensoria. Iam ergo reparatur quæstio prior, cur sensus non sentiant se. Et mea sentētia hîc per sensum & vim subaudio sensificā & sensoriū ipsum: alioqui collectio peripatetica, vt neruosa esset? Quia continuo responsionē haberet in numerato sensus visus non se videt: nā vis ipsa accidens est animæ, & ex elemētaria mistione neutiquam concreta, id quod de sensorio est, qui dicat nemo. Nam oculus est substātia mistione cōglutinata, & qđ subiecit. *Manifestum est.* Dilutio est propositæ quæstionis. Sensus nō se sentit: quia nō est in numero actiuarum virium, sed est in potentia tantum, idest, vis passiua, & liquidam exhibuit rem exposito excēplo de combustiuo & combustibili. Hoc enim eget calido incendēte vt deuratur. Nam si non egeret calido extra se, combureret se lignum, exempli causa & non egeret igne actu existente sic de sensu dicito qui eget obiecto mouente de foris.

Text. 53. ¶ Quoniam autem sentire dicimus dupliciter (potentia enim & audiens & videns, audire & videre dicimus, & si forte fuerit dormiens. & quod iam est operans) dupliciter vtiq; dicetur & sensus. hic quidem, vt potentia, ille verò, vt actu. Similiter aūt & ipsum sentire, & quod potentia existit, & quod actu.

¶ Sensum demonstrat iā in actu esse, iam verò in potentia. Nam aliquandō actu videmus & colores, & audimus voces aliquando in potentia, vt is qui dormit & sicut audiens & videns & actu sunt quādo operātur, & potentia in dormiente, ita vniuersaliter sensus & est potentia & est actu.

¶ Primum igitur tāquam sit idem pati & moueri & agere, diximus. etenim motus, est actus quidam, imperfectus tamen, quemadmodum in alijs dictum est. omnia autem, patiuntur & mouentur ab actiuo & actu existente. Quapropter, est quidem vt à simili patiantur, est autem vt à dissimili, sicut diximus, patitur enim, quod dissimile est. passum autem simile est. Tex. 54.

¶ Quia sæpe dixerat sētire esse pati à sensibili & ab illo moueri, & ab illo in actu constituitur sensus. (Nam hic per agere esse in actu subaudias) cogitaret aliquis occasione accepta ex sermone peripatetico, idem esse hæc vniuersa moueri, pati & esse in actu. Nam istis promiscuè vsus est Philosophus. Quæ tamen re vera nō sūt idem: nam & si quicquid patitur, mouetur: non tamen cōtra, omne quod mouetur, patitur. Vt cęlum suo se girās motu nō patitur. Et rursum & si omne quod mouetur, actu est: (nam motus est actus. 3. physicorum tex. 17.) non tamen omne, quod est in actu, mouetur. Nā quod est actus perfecti, nō mouetur. Motus enim acquisitio, aut amissio, est, sed quod perfectum habet actum, nihil horum patitur. Vt qui actu cogitat aut considerat, quæ nouit, est in actu, & non mouetur. Sic ergo hæc sunt vt genus, atq; species ratione diuersa. Sed Aristo. accepit ea tāquam, si vnum sint, & nō sunt vnum, esse in actu, & moueri, etiam si quod mouetur, est in actu, & si imperfecto. Aut hunc locum aliter exponet alius Aristotelem hîc soluere dubium prioribus innexum. Diceret aliquis, si sensus in actu est, vt ergo patitur & mouetur? Nam quod mouetur, non est in actu: sensus ergo quem di-

xerat esse in actu non mouetur, neq; patitur. Respondet quod mouetur, esse in actu imperfecto, & vt alibi dictum, libro physi.3.text.17. &.2. de generatione. text.53.&.9.meta,20. Quare si sensus mouetur ab obiecto, obiectum erit motiuũ in actu, & sensus erit in potẽtia in hunc actum. Cum autem ait, primùm, significat se hoc sub hæc apertiùs dicturũ. Etenim sensus quãdo actu est, nõ est in actu, vt omnino, id quod mouetur: quippe sensus cũ videt est in actu perfecto. Quare nõ mouetur, aut alteratur physicè: sed tantisper vtitur sermone hoc, dum explanat, quæ sunt sensus manifestius, semel igitur literæ huius sit sensus. Primũ, ait, idest, in pręsentia permiscemus & cõfusa pronuntiamus voce pati, mouere, & agere, idest, esse in actu: quanquam non sint idem: nam motus est actus imperfectus. vt dictum est in aliis. 3. physi. *Quapropter est quidem vt à simili.* Agens in actionis initio est dissimile passo: cõtendit. n. agens vt assimilet sibi patiẽs, sed peracta actione iam est similitudo .1. de generatione. tex.48. & sic sensibile ad sensum.

Text.55. ¶ Diuidendum autem est, & de potentia & actu. nunc enim, simpliciter dicimus de ipsis. Est enim sic sciens aliquid, sicut si dicamus hominem scientem, quoniam homo sciẽtium est & habentiũ scientiam. Est autẽ, sicut iam dicimus scientem, habentem Grammaticam. Vterq; autem horũ, non eodem modo potens est, sed ille quidẽ quia genus huiusmodi & matria est, hic autem quia volens potens est speculari, nisi aliquid prohibeat eorum quæ extrinsecus.

Esse in potentia multiplex. ¶ Ait se nunc diuisurum potentiam & actum, de quibus inquit se simpliciter de istis habiturum sermonem, id est, indiffinitè & non exactè: horum persequetur rationes. Esse ergo in potentia contingit primò, vt qđ capax est formæ, vt homo qui est in potentia ad scientiam: quippe qui disciplinabilis est. Et secundò est in potentia ad considerãdum, quæ habitu iam nouit. Primum potẽtiæ genus est ad habitum sciẽdi, & ad nouam qualitatem. secundum autem non ad habitum, sed actionem progredientem ab habitu: qui enim habitus est particeps, potẽs est pro suo arbitratu considerare, quę nouit nisi impedimentum aliunde premat. Primũ igitur potentiæ modum significans ait. *Est enim sic sciens aliquid sicut si dicamus hominem scientem quoniam homo scientium est.* Idest, est de rationalium genere, quibus scientię capacitas vnice est concessa secundũ modum potẽtiæ. Explicat sermonẽ subdens. *Est autem sicut iam dicimus scientem.* quæ potentia est habitus acquisitus, vt Grammatica & inter hos duos potentię modos, non æqua ratio est. Nanq; prior potentia est velut potentia passiua: est enim capacitas, quæ passionem præfert, & receptionem. At potentia secundo relata loco, est magis formę: est enim prompta ad actionẽ potestas: vt is qui habet habitum Grammaticę promptam habet verborum & nominum significantiam, quãdo illam cogitare libuerit, nisi extraneo deturbetur impedimento, vel morbo corripiatur aut somno absorbeatur aut quouis alio quod detineat, quo minus liberam actionẽ proprij assequatur habitus. Rursum primũ potentiæ genus natiuum est, & non studio aut labore habentis cõparatũ: capaces nascimur, siquidem disciplinæ. Alterũ verò nostro marte & sudoribus nobis conciliamus, vt sic potentes simus. Quare capaces oẽs nati sunt homines. Cęterum scientes philosophari rarissimos numerabis. Primũ denique; potentiæ genus est remotæ potentiæ, alterũ propinquæ est, vt sit ordo naturæ à remoto in propinquũ ab hoc in actum perfectum nos promouere.

¶ Alius autem, iam speculatur, actu existens & proprie sciẽs hanc literam, A. Ambo igitur primi, secundum potẽtiam scientes sunt. sed ille quidẽ per disciplinam alteratus & sæpe ex contrario mutatus Text.56.

tus habitu, hic autẽ ex eo quod habet sensum aut Grammaticã non agit autẽ, ad agẽdum, alio modo.

¶Idest, postremus est actus post duos potentiarũ modos is, inquam, qui iam speculatur: videlicet. hanc literam, A, esse elemẽtorum primum. Id quod grammaticus considerat. Primi quidem dicũtur secundum potentiam scientes, & prior sæpe ex contrario habitu, idest, errore alteratus in scientiam. Et patet quid velit. Cæterum ne rudiores mecum expostulẽt, quod dicit Aristoteles tale est. *Alius ait*, est sciendi modus non potestate, vt priores duo modi, sed hic est modus sciẽdi actu, vt qui scit & considerat hãc literam, A, esse elementorum alphabeti primũ: & hunc vocat propriè sciẽtem: quia actu considerat, non habitu. Et quæ actu prædicantur, illa propriè prædicantur: quæ autem potentia, secundum quandã rationem solum. Quod subdit *ambo igitur* sensum hunc habet, illa duo sciendi genera priora quæ sunt secundum potestatem dicta consentiunt sibi & differũt à se. consentiũt sanè quod genus vtrunq; potentiæ denominat tale subiectum secundum potentiæ exigentiam: vt potentia ad sciẽdum appellat hominem scientem secundum quid, & habitus scientiæ appellat hominem doctum. At verò hęc discrepant. Primum enim potentiæ genus sæpe habet habitum cõtrarium sciẽtiæ intermixtum, vt qui capax est Grammaticæ discẽde, antequam discat errore aliquando obducitur in significantia cuiusdam vocis. Porrò qui habitus sciẽtiæ compos est, errore depulso veritate lætatur. Neque errorem admittet circa idem quod versat proprius scientiæ habitus, etiã si circa alia interim errare cõtingat. Verba igitur Arist. ne te detineant, quia hunc habẽt sensum. Ille, inquit, qui prioris potẽtiæ cõpos est: per disciplinam alteratus (impropriam subaudi alterationem) sæpe ex cõtrario habitu, idest, errore mutatus est. Hic autẽ, qui posterioris potẽtiæ particeps est, nõ alteratur, neq; mutatur sed quando volet, cogitare poterit, quæ iam habitu nouit. Neq; hîc est alteratio quando nouam nõ acquirit formam, sed nouus formę acquisitę vsus adest. Sed is qui puram sortiebatur potentiam. in nouam se transtulit formam, nouum sibi ingenerans habitum, & contrario sæpe deposito. Quamobrem illum alteratum non vereretur Aristo affirmare. Verùm vt non sit vera alteratio abunde arbitror me ostendisse.

¶Non est aũt simplex, neq; ipsum pati. sed aliquid quidẽ corruptio quædã à contrario aliud aũt salus magis eius quod est potẽtia ab eo quod est actu, & simili sic vt potẽtia se habet ad actum. Speculans enim fit, habẽs scientiã, quod quidem, aut nõ est alterari (in ipsum enim additio est, & in actum) aut alterum genus alterationis est. Text. 57.

¶Quod dicit est perspicuum, passionem non vnam habere acceptionem: est. n. passio quæ à contrario, & hîc passionis vox alterationem significat, quæ si physica est, à cõtrario est, vt in principio huius. cap. abunde palam fecimus. Est autẽ alia alteratio, quam vocant perfectiuam vt qui ex non sciente sciens redditur, ex non speculante proposiriones doctrinæ, illas speculatur. Quæ mutatio animam perficit, id quod aut nõ est alterari (physice subaudi) sed est aliud genus alteratiõis, quæ perfectiua dicitur. Est enim additio, id est, accessio nouæ formæ aut nouæ actionis: id est quędã mutatio, quãdo ex non sciente fit sciẽs: vel sciẽs, meditatur quæ sciebat, ꝓpter nouã accessionẽ.

¶Quocirca nõ recte se habet, dicere sapiẽtem cum sapit alterari, sicut nec ædificatorem cum ædificat. In actum igitur ducẽs ex potẽtia existente scdm ipsum intelligere & sapere, nõ doctrinã, sed alteram habere denominationẽ iustũ est. Ex potẽtia aũt existente addiscẽs & accipiens sciẽtiam ab actu existente & docente, aut neq; pati Text. 58.

dicẽdum, ſicut dictũ eſt, aut duos modos alterationis, & eã quæ ad priuatiuas diſpoſitiones mutatio nẽ, & eam quæ habitus & naturã.

¶Corollarium priorum eſt hoc. Non rectè affirmat, qui dixerit ſapientem cum ſapit, alterari aut ædificantẽ, alterari, quã do ædificat: nam iſti nullius formæ mutationem habent, ſed ſolùm actum aſſequuntur nouũ. Ideo non ſimpliciter mu tantur: quia neq; ſapiens nouam ſapientiam neque ædificator nouam artem aſſequuntur: verum ſecundum quandam rationem alterationis per nouitatem actus alterantur ſecundum quid, id quod dixerat. tex. 57. eſſe alterationis aliud genus. *In actum igitur ducens ex potentia.* Vt hęc abſolutiorem habeãt cõmentationẽ, adnotandum erit tres gradus potentiæ diſtinguendos eſſe. Primus eſt qui potẽtia remota appellata eſt vt potentia ſciendi in puero. Hæc autem vt rectè Ariſto. ait materiæ. i. materialis & imperfecta eſt. Secũdus eſt in diſcente, quæ propinqua eſt & diſpoſita: quia habet primas diſpoſitiones ad ſcientiam ſibi comparãdam. Poſtremus gradus eſt eius, q habet potentiam perfectam in actum. Et hæc autore Simplicio eſt potẽtia formæ. In ſenſu itidem alios tres gradus diſtinguere licet. Primus eſt quando animæ potentia organo copulatur. Secundus, quãdo ſenſus organo copulatus pręparatur p ſpiritum animalem & calorem naturalẽ. Tertius eſt, quãdo ſenſus affectus eſt ſpecie ſenſibili, quæ eſt abſoluta eius potẽtia. Huic aũt adnotationi aliam adiungito, paſsionem non eſſe neq; in generatione rei, neq; in motu locali, neq; in motu augmentationis: in generatione ſanè quia generatio non eſt de contrario in cõtrariũ progrediens, ſed quãdo de non homine fit homo, eſt negatio vtiq; & affirmatio: non tñ eſt cõtrarietas: in motu locali non eſt paſsio per ſe loquẽdo. Nam cęlũ mouetur localiter, & nõ afficitur paſsione. Et in augmentatione rurſum & ſi alimentum patiatur, tamen quod augetur nõ patitur, ſed perficitur: nam & ſi cibus ſæpe alteret animal ipſum, aut infrigidando, aut calefaciendo, tamen vt nutrimentum, non infert paſsionem nutrito, ſed reſtaurationem, & robur. Quamobrem alteratio vna eſt, ſecũdum quam eſt paſsio: nã alteratio propriè eſt inter contraria, quæ inuicẽ actiua ſunt, & paſsiua, aut ex huiuſmodi pendentia.

Tres gradus potentiæ.

Tres gradus ſenſus.

Paſsionis differentiæ.

¶Eſt autem in cõſuetudine philoſophorum paſsionem receptionem cuiuſcũq; formæ appellare: ſecundum quam ſignificantiam vniuerſæ creaturæ ſunt paſsibiles: ſunt enim in potentia in aliquem actum. Quandoquidem non ſunt purus actus, immixtã habent neceſſariò potentiã, & hoc paſsionis genus innuẽs Ariſt. dixit, qui ex potentia ſciẽs, fit actu ſciẽs: quia nouam formã ſibi conciliat, is patitur. Et quia paſsio alterationi in primis cõgruit, itidem & alteratur: non tamen eſt alteratio hæc propriè, quæ eſt trãſmutatio de cõtrario in cõtrarium, vt ex calido in frigidũ, & hoc eſt naturaliũ paſsionum, quæ ſecũdum naturã contingunt, quæ eſt in viuẽtibus & in corpore, & in anima quãtum ad appetitiuam partem: etenim viuẽtia de calido, in frigidum, de morbo in ſanitatem alterãtur, quæ paſsiones corpori viuẽti ſunt natiuæ. Sunt autẽ aliæ paſsiones animales, vt timor, ſpes triſtitia, lætitia, & etiã ſecũdum has eſt paſsio propria, quæ omnes trãſmutatione, & vera alteratione corporis cõtingũt animali: & hoc genus paſsionum, & paſsiones corporis vocat ſolum paſsiones Plato in Timæo. Et re vera nõ ab re hmõi affectus paſsiones dixeris: quia magnam concitãt alterationem corporaliũ partium, vt in ira experimur ſanguinis feruorem, in timore partes extimas corporis gelidas. Et de triſtitia dixit Galen⁹ 3. lib. demõſtrationũ. nobis illam cõtingere magna parte choleræ rubræ deſcẽdẽte in ventrẽ, & de aliis itidem dicito. Quid quod ſi in occultioribus iſtis quis hæſitat, in verecũdia in erubeſcẽtia, in tremore, in agonia in ſtupore, quis negabit eſſe veram corporis alterationem? quæ tñ vniuerſa ſunt timoris ſpecies: nã qui erubeſcit timet malum, vt latius alibi. At verò ſecundùm partem apprehenſiuam non hæ paſsiones propriæ ſunt: quia in ea parte non eſt cõtrarietas: & quanquã ſæpe ex errore mutetur homo in ſcientiã tamen hoc per accidẽs eſt hũc habere errorem,

Naturales paſsiones.

Animales.

Apprehenſiua.

rorem, vt inde scientiam assequatur, quę & si non habuisset faciliùs noua scientia imbueretur. *In actum igitur ducens.* Idest, qđ mouet hominē habitus sciētię compotē, non est doctor illius: vt sensibilia aut scibilia, quæ actu excitāt sciētē in memoriā scitorum, hæc non docent: id quod dixit Aristo vt latēter Platonē dicētem in Meno. scire est quoddā reminisci, pūgat sermone hoc: nā si scire est reminisci, ergo quod excitat meam reminiscentiam me docet, id quod perspicuā habet falsitatē. Ideo non docet, quod huiusmodi est, sed altera est donādum appellatione, excitatiuū videlicet memoriæ. ¶Quādo verò non habēs habitum, doctrina præceptoris comparat habitū, hic ab actu sciente suscipit doctrinā, & hic non patitur, neq; mouetur hoc motu secūdum proprietatē vocis huius, passio: aut si patitur, erit alius modus alterationis, aut passionis. Quare duas distinguit passionū ratiōes, quarū altera est ea, quæ est ad priuatiuas dispositiones, altera verò quę est ad habitū, & naturā, quod non ita habet patentem intelligentiam vt nō sit variatio interpretū. Philoponus intellexit primū genus alterationis seu passionis, quādo quispiam mutatur de sciētia in ignorantiam, quam hic vocat priuatiuam dispositionem: & hæc mutatio iuste habet nomen passionis, quę cū detrimēto & iactura habētis sciētiam accidit. At verò secūdum passionis genus, quod hîc Arist. vix vocat passionē, acquisitio est habitus naturæ conueniētis, vt acquisitio virtutis, & sanitatis &c. Sed re vera quando sciēs missa sciētia in errorē labitur, aut qui virtutem colebat vitia amplexatur, non est propriè passio. Quāobrem fortassis magis collimabit veritatis scopū qui dixerit duos esse alterādi modos. Primus de contrario per se in cōtrariū per se, de albo, in nigrū, &c. & hæc passio est ad priuatiuas dispositiones: nanq; vnū contrarium est alterius priuatio & si non propriè, vt neq; ignorātia propriè est dispositio priuatiua. Alter est quando alteratur ad formā perficiētem quę dicitur passio (& si egre ab Arist. impetramus hoc) prorsus tamen impropriè. Contexturam iam accipe. *Quocirca.* Id est, si priora tenemus, est quidam potētię modus, quando

Autoris expositio.

habitus vel faciēdæ rei vt ars, vel cognoscendæ vt sciētia, adeptus ex ocio excitatur in negociū, vt ædificator qui non ædificabat iam ædificet. Quod autē excitat huiusmodi habitū ad operationem quæcunq; sit hæc operatio aut practica aut contēplatiua, vt est intelligere sapere, non alterat: quia non producit aliquam nouā doctrinā sed habitum ocio torpentem in operā excitat. Huiusmodi ergo excitatoria nō docent, non doctrinam (ait) sed habēt aliā denominationē. At verò is q addiscit fortassis. *Neque patit.* Quod verū est de passione propria: aut sunt duo modi alterationis, quorū alter est ad priuatiuas dispositiones. Quando igitur aqua aut calescit, aut terra humectatur, alteratio ꝓpria est. Altera est species alterationis ad habitū & naturā. Id est, perfectionē naturæ rei cōgruentē, vt est cæli illuminatio, hominis doctrinatio. Quod si occinerit quispiā, quādo docetur homo, itidē aliquādo est ꝓgressio de cōtrario in cōtrarium, vt de errore in sciētiam, (vt Arist. prædixerat) ergo etiā tum est vera alteratio. Respōsio est prōpta, illud sanè ꝑ accidens esse, ꝙ sit de errore ꝓgressio in sciētiam. At propria alteratio per se habet qđ sit de cōtrario in cōtrarium. Superest nōnihil quod excutiamꝰ scrupuli. Ait Arist. is qui discit mouetur ab actu sciēte. Vocat actū sciētem magistrū: at cōtrariū aliquādo rerū vsus obtinet, quosdā.n. nō à magistro doctos legimus, vt. D. Augus. plurima citra doctoris operā in lib. de cōfessio. cōfitetur, & alij multa citra magistrorū opē nouerūt vt de Ioā. Pico Mirādula, & alijs fertur. Hoc tn̄ dilues, si aduerteris intellectū tenētem principia cōclusiones apud se colligere: horū ergo virorū præclarissima erāt ingenia, principia ꝑ se nota, cōcipiētes reliqua colligebant. Itaq; ob id ꝙ actu sciebāt mouebātur in alia, & si nō magistro externo, interno potiebantur.

Scrupulus.

¶ Sēsitiui aūt prima quidē mutatio, fit à generāte, cū aūt generatū est, habet iā sicut sciētiā, & ipm sentire. qđ aūt scđm actū est, similiter dicitur atq; speculari. Differt aūt, Text. 59.

quia huiusmodi actiua operationis extra sunt, visibile & audibile similiter aũt, & reliqua sensibiliũ.

Tres gradus sensitiui. ¶Tres grad⁹ sensitiui distinguit. Primus quãdo in vi seminis genitalis animal cõtinetur: tunc enim est sensitiuum, in seminis potentia remota: quæ tamen virtus semini indita est, tanquam si ars esset intra lignũ, ars hæc faceret vas aut sedile, ita vis genitalis seminis intro semẽ contenta generat animal & generato animali, est iam animal sensus compos, & secũdus gradus sensitiui. tunc habet sensum sicut is, qui habet scientiam, & si actio & sensus functio desideretur, quæ cũ accesserit est postrema pfectio aut gradus sensus, sicut is qui actu iã meditatur, quę nouit, & si inter sensum & scientiã nonihil intersit, sensui enim ad sentiẽdum opus est extrarijs rebus, vt obiectis sensibilibus excitantibus & veluti percutientibus sensoria. Sciẽtia autem extrarijs non habet opus.

Tex. 60. ¶Causa aũt, qm̃ singularium quidem, scd̃m actum sensus, scientia autẽ vniuersaliũ. hæc autẽ, in ipsa quodãmodo sunt aĩa. Vnde intelligere in ipso est, cum vult, sentire aũt nõ est in ipso. necessariũ est. n. esse sensibile. Similiter aũt & hoc se habet in sciẽtijs sensibilium, & propter eãdem causam, quia sensibilia singularium sunt & exteriorum. Sed de his quidem certificare, fiet & rursum tempus.

¶Idest, causa huius, egere sensũ externis excitatorijs, non itẽ intellectũ: hæc est, quod sensus solum sentit, quę sunt extra se, quæ sunt singularia: intellectus verò ea intelligit, quæ sunt intra animã, qualia sunt vniuersales cõceptiones. Vnde Themistius locũ hunc illustrãs ait. Scita enim notiones generales sunt: quas animus doctrinis instructus, varia & diligẽti notiõe collegit, mox & in repositoriũ cõdidit, vnde quæ velit pro arbitrio suo facile proferat. hæc ille. Sic ergo vniuersalia sunt quodãmodo, scilicet, (quod vocant obiectiuè) in anima: ideo non eget mens externo obiecto, habet enim apud se intelligibiles rerum thesauros is qui scit, quos, quãdo contemplari voluerit, promat. Hìc autẽ mecum paululum siste gradum ne quorundam philosophorum monstra quæ hic cõmentati sunt, te deturbent. Expende verba Arist. mouẽtia sensum esse sensibilia, & non alia docuit motiua sensuũ. Paulus aũt Vene. in Cõmẽ. tex. 60. ait sensum gemino egere motore altero generãte species sensibiles, & hic est motor lunę angelus: altero verò, qui est sensibile extrariũ, vt visile, sonabile & id genus. & verba Commẽta. Paulũ in hanc sentẽtiam impulerũt. Ille enim Cõmentario. 59. dixit duplicẽ esse perfectionem sensus, quæ prima est, est ab intelligentia: quæ autẽ postrema, est à sensibili. Et colligit prępter hæc, nam species cum spirituales sint, oportet à causa spirituali, quæ est intelligẽtia proficisci: angelus igitur est sensualium specierũ autor: quia illæ species immateriales sunt, vt Arist. infra docebit. Sed Paulus satis dormitat in hac re: Commentator. n. ait primam perfectionem esse ab intelligentia, per intelligentiam, intellexit non angelum motorẽ lunæ. Desiperet, si ita sensisset: sed vim seminis, quã ipse sæpe vocat intellectum. Et hoc Commentator facilè ostendit: citat enim in suam sententiam. Arist. 2. de gene. ani. cap. 3. & si ipse non indicat locum, sed nusquam Aristo. hoc docuit quod Paulus, intelligẽtiam mouentem cælum influere species sensibiles, sed solum sensibilia. Verum Arist. vim seminis dixit intellectualem: sensus ergo prima perfectio est à genitali semine, vt Aristote. hoc loco indicat primam mutationem sensitiui esse à generante.

¶Valor autẽ argumenti eius Pauli quantus is sit ad calcem Commentarij huius admota quæstio indicabit. Et debuisset Paulus videre sensum pati â proprio actiuo. Si ergo angelus influit species, esset proprium actiuũ in sensum angelus, & sensus esset potẽtia talis qualis est angelus actu, quod fieri nõ potest. Sed ignorãtia peripateticę phraseos, aut obliuio fefellit hunc autorẽ alioqui egregiè philosophum: neq; solum hic philosophus *Reijcitur Paulus.*

hoc

hoc errore detentus fuit: sed & alij quos schola celebrat eodē inuoluti sunt ignorantiæ gurgite, vt credāt sensiles species ab angelis suscipere, vt sint spirituales à substātia spirituali: cum vero angeli nequeant accidentis mutare naturam, neq; facere spiritualem speciem, si ipsa sua natura, non esset spiritualis. Etenim si angelus speciem spiritualem faciat, cum hæc operatio sit secundum naturam angeli (quæ est purè spiritualis) cur ergo purè spiritualem non faciet speciem angelus? quippe agētia naturalia sibi similes formas proferūt. Quòd si dixerit quispiam obiectum angelo obstare, quo minus spiritualem omnino non proferat speciem. Hic non aduertit angelum potentiorem esse, quàm sensibilia obiecta: sed purè spiritualem si angelus protulisset speciem, sensus illam capere nequiret: quia materialem habet cōcretionem. Quapropter theologorum candidata turba doctissimè censet angelos posse quidem materiam sublunarem agitare, secundum locum: tamen formæ nullius sunt autores vt sacer autor est Augusť.3.de trinit. quē supra indicaui. & D. Tho. 1. par. q. 110. art. 2. Et codex Sentent. 3. lib. decreuit. ¶ Literæ autem constructio hæc est, Sensitiui prima mutatio seu perfectio sensus, prima est à generante non angelo, sed ab animali, quod seminis ministerio sensitiuam generat animam. Iam verò genita anima, quia animam consequuntur potentiæ, habet anima secundam perfectionem: quippe est prædita potentijs similis illi, qui habitus scientifici iam cōpos est: postq̄ verò hæc potentia se exprompserit in sibi germanam functionē, quæ est sensio hæc perfectio est secundum actum & postrema: & est similis mētis nostræ speculationi. *Differt autem.* Id est, sentire & speculatio nō in vniuersis germanam assequūtur similitudinem: nam sensio necessariò eget obiecto extrario non sic intellectio. *Vnde intelligere in ipso est.* Q͂d dicit illud est: intellectus est vniuersaliū, quæ habet in thesauris suis seruans species intelligibiles vniuersales, si seruet in memoria, aut quouis alio mō, nō est hui⁹ loci: & si Themistius verbis supra citatis memoriam insinuet intellectualē. Quia ergo habet apud se species vniuersales,

Angeli non sunt formæ autores.

poterit illis vti ꝑ arbitratu suo, vt philosophus philosophari, dialecticus syllogizare. Sēsus verò, non itē: quia singulariū est & hæc sunt in re, extra non pōt sentire, quando voluerit, nisi præsentibus sensibilibus: vt non possumus odorari, nisi adsit odor, neque gustare, nisi sapor afficiat: possumus autem intelligere quid sapor, sapore non extāte. At verò quid est, sciscitabitur aliquis, quod ait Aristo. de anima. 2. lib. tex. 153. imaginari possumus cùm volumus: opinari autem minimè, imaginatio autē est operatio sensus. Dicito præsentem sermonem de sensu exteriori esse, mittimus modò imaginationē, quæ de absentibus est: etsi imaginatio hoc differat à mente, hæc enim sine tempore, & loco, & figura, intelligere potest: qa vniuersalia intelligit: imaginatio autem, quia singularia versat, hac ratione cum loco, & tempore, quantitateq;, aduertit, quæ singulorum sunt appenditię conditiones. At si de sensu in cōmuni intelligas peripateticum verbum, dicere cogeris, intellectum non moueri ab ijs, quæ foris sunt. quia vniuersalia nō sunt foris, sed solùm in anima intellectiua arctiùs recondita: vt in loco quodam intelligibili, vt subdet Aristoteles post hæc. Nam vniuersalitatis cōditio, seu attributum intelligibile est, quod naturis solū negocio intellectus cōpetit, vnde in ipsa anima non extra subsistit. Sensus autem obiectū foris est, siue sensus sit exterior, siue interior. quia sensus sunt singulariū. Hæc autem foris sunt. Et hæc genuina huic loco est expositio. Quod verò ait vniuersalia quodammodo esse in anima, dubiam tenet mentem: quid velit. Quodammodo vult vniuersalia, vt vniuersalia, nō esse reales naturas: vt neq; genus, vt genus, aut species, vt species: sed solū esse in anima intellectualiter, qa anima hæc fabricat & concipit apud se, & illa retinet penes se. *similiter autem & hoc se habet in scientiis. &c.* Quid velit per scientias sensibilium peruium non est, quādoquidem scientiæ ferè omnes sunt sensibiliū, excepta prima philosophia. Diuus Thomas exposuit locum. Nemo per scientiā sensibiliū potest alia sensibilia, pro arbitratu cogitare, nisi quæ sensu percepit. Id quod & si vtcūq; verum sit, quia abla

to sensu aufertur scientia illius sensus, tamen scientia formaliter non est de sensibilibus, sed de intelligibilibus, quippe est de vniuersalibus, quæ tamen sunt intelligibilia, vt dudum docuit Aristo.

¶Quare plausibilior est mihi Themistij & philoponi Commentatio per scientias sensibilium mæchanicas artes significatas esse: vt fabrilis, excussoria, domificatoria: hæ enim quia singularia versant non possunt secūdum artem pro libito opera exercere: quia materiam requirūt exteriorem, vt excussoria æs: fabrilis, ligna. Vocat ergo Mæchanicas artes, sciẽtias sensibilium. Et Philoponus etiã in Politicam, & æconomicã, nomen produxit: quæ non possunt gubernare, nisi singularia adsint. Sed de istis nihil modò, sed post agendum.

Text. 61. ¶Nunc autem tantum sit definitum, quod cùm non simplex sit id quod potentia dicitur, sed aliud quidẽ, vt si dicamus puerum posse militare, aliud autem vt in ætate existentem, sic habet sensitiuũ.

Potentiæ vox multa significat. ¶Idest, hoc nomẽ, potẽtia, non simplex est, sed habet multas significantias: hoc est in vsu Aristote. sæpe vocare simplex, quod vnius significationis est: at significat potẽtiæ, vox & quod in potẽtia remota ad actũ est: vt puellus ad militarẽ habitũ: aut potentiã proximã eius, qui iã proximus est, vt militarẽ clamydem induat. Sic sensus (vt superior nostra commentatio satis aperuit) distinximus gradus duos potentiæ, qua aliquid dicitur sensitiuum, etiam si secundus modus sit Aristo. amicitior. etsi Themistio libuit Aristo. hîc tradere sensum nõ esse in potẽtia vt puer q potẽtia dicitur Prætor aut Imperator, sed esse potentia instar viri, ego non video quàm cohæreat hoc superioribus verbis Arist. imò neq; suis. *Non recipitur Themist.* Semen enim dixerat suprà potentia sensitiuum & seminaria potentia est remotiuscula aut remota vt pueri ad militiam.

Tex. 62. ¶Quoniam autem innominata est ipsorum differentia, determinatum est autem de his quòd alia & quo modo alia: necesse est ipso pati & alterari tanquam proprijs nominibus vti. Sensitiuum autẽ, potẽtia est tale quale iam est actu sensibile sicut dictum est. Patitur igitur non simile existens, passum autem assimilatum est, & est tale, quale illud.

¶Latini nominauerunt hæc duo potentiarum genera, potentiam remotã dicentes & potentiam propinquam Arist. verò ait esse innominatam harum differentiam: & quanquam Latini hunc locum proximo loco iũgant, mihi rectius fecissent, si ad priora verba retulissent hęc: vt fac Aristo. loquentem in hæc verba. Sentire diximus, esse pati & alterari, & esse in actu à sensibili. Hæc verò diximus, qa verbis ꝓprijs nõ gaudemus qbus singula nominemus: innominata est. n. ipsorũ differẽtia: sed re vera sensus nõ alteratur aut patitur ab se sensibili, sed tantisper hæc vsurpamus dũ alię nõ sunt positæ voces. Quod verô sensus nõ alteretur patet: quippe nõ albescit, seu nigrescit. &c. Et ideo nõ est propriè passio. ¶*Sensitiuum autem tale potentia est quale iam actu sensibile sicut dictum.* Est hęc definitio sensitiui, quod antequã patiatur est dissimile sensibili: sed iam passum est simile. Contra obijciet aliquis. Visus nõ efficitur albus videndo alba, aut niger spectãdo nigra: vt ergo est similis, quando videt? Quin imo nunquã non dissimilia sunt sensus, & sensile. Responsio sit sensus est similis per speciem & dissimilis per substãtiam sensibili. Hinc iam vides, vt non est propriè passio, neq; alteratio à sensibili, sed aliquanto redditur similis suscepta specie coloris non ipso colore.

Prima disputatio. ¶Prima disputatio, quæ vniuersa huius cap. dubia purgabit, sic hęc. An sensus sit solũ passiua virtus an actiua solũ, an media inter hæc occupet locũ? Et primum Arist. meta. 5. text. 17. & 9. meta. potẽtiam duplicem dixit: aliam, quam actiuam nominat, & est principium transmutandi aliud, quatenus aliud. At verò sensus nihil trãsmutat: sed poti⁹ ab obiecto mutatur.

tur. Erit ergo sensus potentia passiua. *2. Ratio.* ¶Præter hæc sensus autore Aristote. fit in actu, nō à se ipso, sed à sensibili. Quod autem fit in actu ab alio passiuū est non actiuum. *3. Ratio.* ¶Tertio Commenta. distinguit inter animę vires, sensitiuas vocans passiuas, vegetales actiuas. Et Aristote. expressè ait sētire esse in moueri & pati. *agitatͣ quæ. In diuersum* ¶At verò in diuersum est inter passiuū: & actiuum, est trāsmutatio & contrarietas, at inter sensum & sensibile, neque est transmutatio, neque contrarietas. *Primum argumentum.* Antecedens patet primo de generatione tex. 54. Rursum sensio non est solū recipiendo speciē: nanque oculus sæpe recipit colorū similitudines, & non videt quando imaginatio distracta est. *Secūdum argumentum.* Autor est Aristote. Et color suscipitur in medio aëre & tamen medium non sentit. Non ergo sola passio est sensio, nisi sit specierū apprehensio. Hoc autem est agere. *Tertium argumentum.* ¶Præterea Comment. commenta. 37. dixit animam esse effectiuum principiū omniū motuum & verorum & æstimatorū, per æstimatos motus sensiones intelligens, quæ non sunt motus physici, tamen sunt animæ motus. *Quartū argumentum.* ¶Adde intellectus nō solum est passiuus, sed actiuus. Vnde intellectus & est virtus passiua, quę est passibilis intellectus, & est actiua, quæ est agens: igitur & sensus, medium quoq; locum obtinebit inter vtrumque. Non ergo solum passiua. *Quintum argumentum.* ¶Quinto species diffusæ ab obiecto, & receptæ in sensorio non præstabunt sensionē, nisi sensus illis incūbat, & illis vtatur, sed vti est agere. *Sextum argumentum.* ¶Sextò Aristoteles sensum contulit scientiæ: scientia autem mēti cooperatur ad contemplationis opus. Sensus ergo habebit operationē, quæ erit vtactus eius secūdus, & vis sensitiua erit principium agens. *7. Argu.* ¶Huic accedat species excitantes sensus, habent esse spirituale. Vnde ergo hoc spiritualitatis genus sibi conciliant? non ab obiecto, hoc nanque non habet spiritualem naturam: compărabūt igitur à sensu, qui sua efficacia reddet illas spirituales. Colligas hoc si hęsitas: nam species, quas sensus Cōmunis excipit, sunt spiritualiores, illis quas visus suscipit. Et rursum quas imaginatrix vis spiritualiorem gradum sibi ipsis vendicat, quā reliquæ. Proferas igitur, vnde gradus isti spiritualitatis in speciebus sensitiuis non ab obiecto, quod extra est quod est omnino materiale vt album, nigrū: ergo vis ipsa est animæ, quæ spiritualitate donat species sensibiles, vnde sensus actiuos esse confectum iri videtur. Quod si reclamat aliquis Commentatoris verbum huic argumento opponēs, spiritualitas formæ (ait) non à materia est: ergo species non sunt spirituales à sensu, qui est ceu materia. Sic comment. 60. verbū hoc neruos argumēti nostri nō frangit: nam sensus quilibet non est tanquā materia prima, quæ puram habet potentiā. Etenim sensus quidam actus primus est. Quam obrē à sensu species rerū purgari à sordibus materiæ valent. *Quæ. decisio.* Hæc quæstio grādis est effecta, quia philosophi celebres, & opinatissimi varia de illa senserunt: neque hactenus disputatio hæc quietum statum habet sed agitatur sub iudicibus. Certa sunt, nōnulla in quæstione ista, quæ vt sanctissima quædam iura philosophi amplectuntur: etenim quòd sensibile, & sensus, coëant in sensionem, & quod horum cōgressio sensionem pariat nullus hæsitabit, &: pręter hoc quòd alterum sit agens, aliud patiens sensionem. Neque hoc verterūt in dubium, & hæc ambo Plato in Thęteteto confessus est in omni motu esse agēs, & patiēs, &c. *Plotini sententia.* & quanquam Platonici quidam vt Plotinus in Eneade. 4. hoc neget sensum nihil suscipere à sensibili, sed sensionē iniri docuit ex cognatione sensus cum sensibili, vt amici, qui mutuam inierunt & (eam arctissimā) amicitiā, se mutuò percipiūt cognatiōe aut amicitię necessitate illud donante. Sic opinabatur hic Platonicus philosophus sensibile nihil agere aut mouere sensum formas imprimendo. At sensionē concipit sensus, quia inter hæc duo sensum & sensibile plurima intercedit cognatio, & naturæ lege sibi sunt admodum amica. Vnde vt amicus facile percipit, quæ amici sunt nullo suscepto motu, aut impressione, sed amicabilis consuetudo illud præstat, quod erga amicos cōsuetudo, inter sensū & sensile natiua cognatio facit. Rursumq; si species rei susciperetur nō res videretur sed species, & vt cęlū tātę & vastissimæ molis modica similitudine sentiretur, & id genus

genus argumẽtis propositam sibi sententiã conatur solidare. Detur autẽ omnes species & similitudines, quas nihil necessarias sensui credunt, sed sensum cognatione quadam sentire sensibilia: ego tamen in Platone lego sensus atq; sensibile esse, vt agẽs atq; patiẽs: & omnem motum ex congressu horum prodire: vnde & Augustinus cepit suum solẽne verbũ, Ab obiecto & potentia paritur notitia. Et rursum in sexto Platonis dialógo de legibus species rerum itidem lego, quæ non res, inquit sunt, sed rerum species, atque similitudines, vt quæ in politis & densis corporibus veluti insculptæ cernuntur. Quare necessario si species diffunduntur à rebus, vtrum harum est quærendum susceptiuus visus (causa exẽpli) an non, si illarum est capax: patitur ergo â sensibili, sin nõ est capax, quis istud credet, si alia corpora specularia suscipiunt formas, oculus qui est speculum viuum, formas has cur reijciet? cum experimentis si non reclamãt facilè in pupilla ostẽsam imaginem vident.

Contra Plotinum.

¶Cæterum quod peripateticorum est persequamur, horũ nullus est, qui neget sensum esse passiuum. Nã Arist. reijciet, qui inficias ierit. Et rursum de sensibili agens hoc capite clara voce docuit talem esse sensum potentia, quale est actu sensibile: sed quod litem mouit, est an sensus etiam sit actiuus, nihil modò sit tibi curę, quasdam actiones esse sensibus tributas: vt ꝙ oculus menstruatæ inficit speculum, & oculus basilisci, vt ferunt, interficit, & fascinatores quidam visu tenera animalcula, vt pueros, agnos, pullos inficiũt & interficiunt nonnunquam: hęc enim actio nõ est à visu vt sensus est, sed vt corpus physicũ est molle, atq; porosum, quod aptũ est, vt sit vænenatarum qualitatũ transfusorium, vt hoc Arist. libello de insomnijs voluit dicens, esse actiuum & non solum passiuum: & visum aërem mouere: quia est de genere splendidorum, & habentium colorem. Et quanquam inibi exemplum exposuit de infectione speculorum ab oculo mẽstruatæ, fortasis producere possum⁹ ad fascinatiões, quas indubitatas credim⁹ à visu esse. Hoc porrò oblata opportuna occasiõe reserabimus: qa fascinatio egregiã continet philosophiam. Est autem sermo modò de actione sensus, vt sensus est.

Dogma peripateticum.

Status litis.

Fascinatio est certa.

¶Simplicius ergo peripateticus clarissimus, sensum nullũ esse passiuũ credidit: distinguit enim in sensũ duo, & vim sensoriam & ipsum organũ, quo sensatio exercetur. Passio vniuersa, & specierũ ab obiecto susceptio, sensorij est, non sensus, id est, vis sensorię quę iudicat de obiecto, & sentit obiectũ, quæ sunt actiones non passiones, & colligit suam sententiam: species enim ab obiecto egressa in medio primũ est, sed inibi non sentitur, & si in medio habeat non esse reale, vel physicum: quia aër non inficitur albedine, quando albedo videtur. Quid ergo causę est, quod in medio nõ sentitur? Causa est, quod inibi pura receptio est, & non est in diaphano, vis aliqua, quæ istis speciebus vtatur, quousq; sit in sensorio: tũc deniq; est vis sentiẽs: qa visus vtitur illa specie, & per illam se transfert in obiecti notionẽ. Addit autem sensoriam istam vim non esse effectiuam, sed solum actiuam: quia efficere, est opus extra se cudere: sensus autem in sinu suo suum opus fouet. Itaque hoc autore rerum similitudines sensoriũ .i. sensus organum, suscipit non vis sensoria. Hæc enim nihil suscipit, sed tota est actiua. Verum Aristoteli reclamanti sentire esse pati, respondet est vtiq; passio in organo, non in vi ipsa sensoria, quæ purè est actiua. Neque ab hoc Simplicij placito abhorrent Latini non pauci Albertus Magnus in summa de homine. q. 102. reiectis quorundam illius seculi de hac concertatione sententiis, subdit veritatem peripateticam esse, sensum ante quam ad actum speciei reducatur à sensibili esse in pura potentia passiua: sed iã affectus sensibili specie esse actiuum: sensus enim tunc est in potentia completa, atq; perfecta. Et tunc demum & mouet & agit. & hoc sanè spirant peripatetica verba, quæ sensum affectum specie contulerunt scienti, qui vtitur scientia sua: quia quanquã Arist. sensum solum conferat scientiæ: tamen subaudire videtur, quando iam specie perfectam habet, potentiam suam. Discrepat hic autor à priori, quòd ille vim sensoriam immunem fecit, & liberam ab omni passione: verum hanc totam dedit organo: hic verò

Simplicio sensus nõ patitur.

verò vim sensoriam affecit specie sensibili, & inde emergentem dixit sensionem. Quam sentētiam sunt latini plerique sequuti vt diximꝰ. Et missis alijs hoc ipsū est imitatus Sanctus Thomas in quæstio. 8. de veritate articulo. 8. & .9. & suus nobilissimus expositor & patronus acerrimus Capreolus in .3. Sententiarum lib. distinctione. 14. quæstione. 1. articulo. 3. & in 2. Sententiarum distin. 3. quæsto. 2. credidit potentiam perfectam specie esse proximum actus principium & notitiā diuersam esse re ab specie: vt visio nō est species visibilis, & auditio nō est species audibilis, sed ipsa sensoria vis affecta similitudine rei, & quasi fęcūdata rerū specie prolem parit quæ ipsa est notitia. Caietanus autem speciem modo quodā differentem ab actu fatetur, non tamen re. Quin ipsam visionem non aliud censuit quàm speciem ipsam vt est immutās potentiam. Et dicit pauperes esse qui hoc non nouerunt. Assertor est huius placiti in disputatione ad caput istud. Et hanc fuisse venam adiecit erroris Latinis concedentibus sensum agentem: qui si aduertissent speciem esse ipsam notionē solum ratione differentem, nam vt est in medio, non est notitia, sed vt est in sensu est notitia, nō se (si hæc expedissent) præcipites dedissent, vt somnia de sensu agēte finxissēt. Et huius dogmatis, de quo vehementer se extollit Caietanus autorē dedit Capreolus in .3. Sentētiarum loco illato Ioannem de ripa, in quem inuehitur vt inanis cogitationis autorem. ait enim Si esset species notitia, quot ergo species tot notitiæ. At multæ sunt species sæpe in homine, & notitiæ paucissimæ, quando homines pauca cogitant. Adde fieri non posset, qui speciem habet, vt non cogitaret, quæ species offert: nā species est ipsa cognitio, quibꝰ omnibus experiētia dissentit, Et credit Ioānes Capreolus dogma istud non esse ex officina D. Tho. sed penitus illi diuersum locis indicatis. Cæterum cum Caietano credidit Augustinꝰ Niphus in libello contra Ioannem Gandauensem. Quare huius sentētiæ tenaces necessariò coguntur sensum esse de genere passiuorum concedere, id est sentire nō esse actionem sed passionem. nam si quæ actio esset sensus, esset ꝓfecto notitię pro lificatio. Verū hæc est species ipsa, vt concedunt. Species autem vestigium rei est, incussum à sensibili, aut intelligibili, nihil ergo prorsus sensus agit. Nam si dixerint, sensus facit speciem esse notitiā: contrà colligā esse, notitiam nō esse aliud ab specie: sed solum modus quidam est, & respectus quidam, in potentiam. Nam species relata in vim sensoriam, vt est eius, & per illā fertur in sensibile, est notitia. At hæc relatio nō est actio, nisi dicat aliquis, albedinem quæ primò non erat similis, si noua accedat albedo, cui similis est, iam egisse aliquid: quo iam nouū modū similitudinis accepit: & ideo & si Caietanus conetur sensū asserere, nō esse penitꝰ passiuū, nō est momētosus eiꝰ conatꝰ. Quòd si pauperes sunt, dicētes speciē sensibilē esse diuersam re à notitia, ego sum hmōi pauper: neq; me pudet huius paupertatis, quæ fuit Simplicij distinguentis speciem sensibilem à sensione: species enim sensorij tantum est. At sensio vis sensoriæ vt diximus, ecquid angit me hæc paupertas, quæ item. S. Tho. est & Alberti Magni, S. Tho. tulit testimonium Capreolus: Alberti, quæ nos retulimus. Fruatur ipse suis copiis, ego verò inopiam hanc tantisper amabo, dum legero apud Themistiū 3. de anima cap. 55. Socratis phātasma nō est idem, quod notio Socratis: phātasma enim non est aliud, quàm vestigium sensibilis: notio verò est animi actio. Et libro de memoria & reminiscentia cap. 11. ait. Imaginatio non est speciei impresio. Aduertis vt notio non est impresio, & notio nē esse actionem? & Alexandrum lego sapientem idem in paraphrasi de anima. c. de phantasia consentientem cum Commenta. 2. de anima Cō. 149. recipere aliud esse quam iudicare, quę malè compones, si ad modalem distinctionē verba traducenda credideris. Quid quod Caietanus. 1. par. Com. ad. S. Tho. q. 55. art. 2. concedit angelos habuisse ab initio congenitas rerum species? Atqui species istæ non sunt actus intelligendi: hi enim sunt ab angelis: ipsæ verò species à Deo. Et præterea concedit. 1. par. Commenta. ad. D. Thom. quæst. 12. artic. 5. in ea re. Diuum Tho. sequēs diuinam essentiam beatarum mentium esse speciē intelligibilem, non tamē visionem: imò imposibile fatetur Deum esse

Caietanus excutitur.

esse visionem formalē sanctorum: cur ergo de notionibus nostris tam insolescat, ignoro. Si notio angelis natiua non est, species: si notio beatarum mētium non est species, notio nostra qd erit species? Neq; ipse ratione graui collegit, neque ante ipsum Ioannes ille aut Suessanus illud dignis astruxerunt argumētis, neq; nos illis assentimus, sed visionē non esse speciem visibilem, neq; auditionem audibilem speciē, de qua re adhuc infra discutietur. Hęc autem nō est huius loci latius fundere. Paulum Venetū audiamus de hac re loquentem: dicit ergo sensum esse vim actiuam, temperans sermonem suum, sensum exteriorem passiuum credidit, & nullius actionis principium: relatum tamen ad exteriora sensilia, vt visum ad colores, verum comparatione ad sensus interiores iam actiuum credidit. Itaq; visus neq; speciei visibilis, neq; visiōis est autor: sed susceptor est. At verò sensionum internarum & specierū est autor. Veritus est hic philosophus, ne si sensum externum purè passiuū asseuerasset, viliorē ipsum redderet, quam sint potentiæ vegetales, quæ cum sint actiuæ, & agēs pręstet passo, essent vegetales præstantiores, quàm sensus externi. Quare hos dixit sensionum interiorum actiuos vt visus, auditus, olfactus, tactus, &c. in sensum cōmunē agāt sensiōes aut in illū illas traducāt. At nos vt quæramus oportet, vt sens⁹ exterior cōcurrit ad sensionē internam? num vt obiectum? vt obiectū minimè. Nam sensus interni non cognoscunt sensus externos, vt sensus communis non cognoscit visum, aut auditum. Neque per sensum hunc nos qualitatem visus, aut eius tunicas, aut humores vnq̄ didicimus, sed neq; vt potentia: potētia nanq;, vt potentia nō actionē agit transeuntem in obiectum extrarium: sed immanentem apud se seruat. Quare visus, si quam habet actionem, vt potentia visualis est, illam non mandat sensibus internis, sed sibi retinet. Solum igitur sensus externi hac sola ratione agunt in internos, quod species susceptas per illos isti suscipiunt, vt per media quædam, vt agit aër transferendo speciem in visum, & in auditū. At verò hoc genus species transferendi, actio propriè non est: quia potius ego dicerem sensum accipere species à medio, & ille est, qui illas in se trāsfert, quàm ꝙ medium illas agat in potentiam. At hæc dicens obliuioni non tradidi Aristotelem docentem obiectū mouere medium, vt calor aërem & medium mouet potentiam. Vnde & posset mihi obstrepere quispiam medium verā actionem gerere in potentiam, id quod nos non negamus. At verò quod asserimus est mediū nihil formæ producere in potentiam. At formas iam ab obiectis elaboratas in potentiam transferre, vel sensus à medio acceptas in se transfert. Quæ non est actio productiua, de qua pręsens aduersum Paulum texitur disputatio. Si ergo sensus externi solū habent rationē medij comparatione ad internos, vt erūt actiui? Neq; verum est, quod ipse in assertionē suæ sententiæ ait sensiones externas, vt visio, auditio, & id gen⁹, esse actiones transeuntes & non immanētes: quia visio hoc autore trāsit ab obiecto in potentiam, itidem & auditio, odoratio, gustatio. Atqui quā sit hoc falsum vel hinc coniecta per actiones transeūtes semper aliquod fit actum, quod manet actione ipsa abolita, vt per domificationem, domus fit, quæ manet, domificatiōe cessante. Ethicorum. 1. sed per visionē, nihil manet factum, ipsa absente nihil enim videtur vt patet. Nō ergo visio est actio transiens, neq; ab obiecto transit in potentiā & D. Tho. in. 1. par. q. 14. art. 2. satis peripateticè intelligere & sentire actiones probat immanentes. Etenim inter vtrūq; operationū genus hoc discriminis statuit operationis immanētis obiectū, qđ est actionis termin⁹ est intra operātem, Sed in actione trāseunte extra operātē. Iā verò color est in oculo quodāmodo, quia Aristo. tex. 118. huius lib. dicit sensibile & sensum esse vnum. At verò obiecti actionis transeuntis est extra operantē, vt domus, extra artificē: & quid egemus S. Tho. testimonio? quando Aristo. illud clarissima testatur voce. 9. metaph. tex. cap. 9. visionem immanentem dicēs operationem. Obiectum igitur speciem deriuat in potentiam, tanquam largiens illi formam: qua suscepta sensus operatur sensionē, suam, vt in physicis agens, materiæ tribuit formā, qua suscepta totum

Paulus capitur.

Obiectio.

Sensiones actio. imma.

tum compositum mouet & agit. Ita sensus quasi materia quædam vt Aristo, ait est potentia passiua, quæ se ex se agere non potest neque se mouere. Alioqui non egeret sensili externo. Agens autem hanc materiam est primum ipsum sensibile, quod formam sensibilem sensui cõmunicat, idest, speciem sensibilem. Ideò rectè dicunt, qui speciem instar habitus esse tradunt. Hac ergo suscepta, iam sensus in actu est perfectus per formã sensibilẽ, quam à proprio agente suscepit, & in actu constitutus ipse operabitur, & se mouet videndo, audiendo aut vtcunq; alio quouis modo sentiẽdo. Quare hæc operatio sentiendi non est sensibilis obiecti: tanquam ab eo trãsiens in sensum, sed tanquam præstantis formam: & omnis actio refertur in agens primum. Quare & sensiões in sensibile referũtur: quippe, dando speciem dedit & consequẽtia ad speciem sensibilem, sicut qui dat formã, dat etiam quæ consequũtur. tertio cæli com. 28. Quare iudico amplectendã esse Simplicij, Themistij, Alberti Magni S. Thomæ, Commẽtatoris, de sensibus doctrinam. Sensus quidem vt species suscipiunt esse passiuos, vt verò sentiunt esse actiuos. Quam credo esse Aristo. sentẽtiam, quanquam id quod Simplicius adstruxit speciem sensilem non suscipi in ipsa vi sensoria, sed solum organo ipso, non mihi arridet. Namque ibi formam cognosco vbi actionem cõfiteor. Actio autem sentiendi est vis sensoriæ, ergo & forma erit eiusdem vis: etenim, si vis ipsa agit per formam, quæ est species, habet ergo sibi vnitam, & se perficientem speciem: organum verò cum non sit vis actiua sensionis, non habet speciẽ tanquam formam ipsum implentem ad actionem. Quam ob causam crediderim hac in parte non esse subscribendũ Simplicio, sed contra affirmãdũ speciem verè excipi vi sensoria non solum sensorio. Quid quod Aristo. dicet aperto sermone sensum suscipere species sine materia? Et per sensum exponere sensorium cum Simplicio, nõ video quid cogat. Et demum in persuasionem huius quã sectamur fidem, facit nobiscum Themistius, qui. 2. libro de anima tex. 159. passio (ait) quæ in sensibus est, non tam passio, quàm actus & absolutio est. Et tex. 121. adiecit alia nobiscũ facientia, quæ huc nõ sunt vocanda, quia hęc sat sunt. ¶Superest, obiecta diluere. Et primò dicẽdum definitiones illas potentiæ actiuæ, & passiuæ esse definitiones potẽtiarum physicam habentes trãsmutationem, vt potentia calefaciẽdi, & potentia frigefaciendi: sensus autem nõ hac ratione est potentia actiua, aut passiua, vt sæpe diximus, neque sensibile est hoc modo agens: imò sunt, qui sensum proprie sensationis non esse actiuum cõfitentur, quia actio immanens non est actio, sed propriè operatio. Atque hac ratione sensus propriè sensionis, neq; actiuus est neq; passiuus, sed operatiuus, & susceptiuus. Tradidit hoc Sanct. Thomas quæstio. de veritate quæstione. 8. articulo. 6. Quin etiam Arist. dicit se coactè vti nominibus istis, sensus est in actu, seu patitur, seu mouetur: quia alia non suppetunt vocabula, per quæ res hæc sensuum aperiatur, vt inter exponendum caput Aristo. dictum est. Quare ego dicerẽ sensum susceptiuum potiùs, quam passiuũ: & operatiuum, potiùs quam actiuũ vel factiuũ. Verùm, quia apud philosophos nõ est tã rigida obseruantia istarum vocum, vtere vt libet, & nos itidem promiscuè has & illas voces in vsum nostrũ accipiemus: ea tamẽ lege, vt æquiuocus sit vocum vsus, quando ad physicas alteratiões illis vtimur, patitur mouetur &c, Et quando ad animæ functiones. Nam cũ motus sit actus imperfectus & vt sensio sit absolutio sensus, motus non est: & cum sine contrario sit passio non est propriè, sed alio modo, vt prædixit Aristo. Vnde si naturã notionis purissimã & repurgatissimẽ consideres: qualẽ Deus per essentiam suam habet. facilè videbis, vt neque passio neq; motus est: Deus enim non mouetur vniuersa cognoscens: nostræ verò notiones quia non sunt per nostrã essentiã, sed mẽdicato acceptæ ab externis obiectis: ad quas excipiẽdas in potẽtia sum⁹. Hac causa & motus & passiones appellãtur vt D. Tho. 1. par. q. 14. ar. 2. aduertit. ¶Secundò argumẽto dico, sensum esse susceptiuũ specierum, vt & materia formas excipit, & hoc Aristo. contendit docens, sensum esse passiuum. At verò propriè operationis, quæ est senti-

Taxatur Simplicius.

Dilutio obiectorũ & primũ diluitur.

Q re

Tertium argumentum. re sensus est operatorius. ¶ Tertio argumento Commentatoris verbum ponderanti respõdeo, vires sensitiuas credimus passiuas sub censura prędicta, & vegetatiuas actiuas, si tamen sanè illud accipias, & ratiõales medias: quia est intellectus passibilis & agens, quæ duo, non habet sensitiuarum potestas. Quòd verò Aristo. ait sentire est pati, sensum habet non q operatio ipsa sentiendi sit passio ab obiecto: hoc nãq; modo esset actio transiens ab obiecto in potẽtiã, id quod sanè philosophiæ aduersari ostendimus, Pauloq; vicio dedimus, sed quo ipsa operatio sentiendi, est à forma sensibili suscepta in vi sensoria, passio dicitur: vt mot⁹ grauium, atq; leuium suscepti dicuntur à generãte. Alijs obiectis respõdetur inter actiuum & passiuum est cõtrarietas, quando physica est actio: qualem sensus actionẽ non esse credimus. ¶ Argumento secundo quod contendit illi damus. *Secũdum argumentum.* ¶ Argumento tertio fateor animã esse principium effectiuum sensionum. *Tertium argumentum.* Modò non obtrudas mihi nominis significãtiam: effectiuũ enim propriè non est sensus aut anima sensionum vt prouidè docuit Simplicius, nam efficere est in materiam exteriorem, sic ergo per effectiuum oportet te intelligere actiuum, aut operatiuum sensionum. Quòd verò Aristo. ait animam esse causam viuentis, vt formam, finem & efficiens, non turbat doctrinam istam, quãdo quidem anima est propriè efficiens localis motus, & actionis, & generationis: quia huiusmodi operationes quædam sunt verè transeuntes. Nã cibus alteratur propriè ab anima, vt dictum est suo loco: verùm sensionũ non est effectrix, si sit germana locutio, sed agens est anima aut operatrix. ¶ Quartũ soluamus argumentũ: sensum non credimus, agentem alterum, alterumq; passibilẽ, etsi Ioãnes Gandensis in quæst. quadam in librum de anima rationibus vrgeat sensum agentẽ esse: quas ego hîc nõ transcribam: quia eius dogma nullius coloris veri esse credidi, sed fucatam habet faciem apud ignaros. *Quartũ argumentum.* *Specierũ spiritualit as vnde.* Namq; intellectus agens acerrima ratione fuit exquisitus ab Arist. videbat enim intelligibile actu non esse in rebus: nã, singularia quæ sunt apud nos sensibilia oĩa, quæ solùm sunt potentia intelligibilia, non tamen actu. Erat ergo necessarium mentem habere apud se vim generatricem horum intelligibiliũ actu, & transferentẽ materialia, & singularia in immaterialia, & vniuersalia: & vis hæc vocata est intellectus agens, qui est proprium agens apud mentẽ & passibilis intellect⁹ est ꝓpriũ patiẽs. Nã inter agẽs & patiẽs est necessaria proportio & proprietas. Nã albũ nõ patitur à dulci, sed à nigro: ita intellectus passiuus non à sensibilibus, sed ab intelligibilibus patiatur est necesse. At verò sensus obiectũ suũ habet, extra vel quod, ars elaborauit, vt sonum citharæ, aut sapores varios, quos coquinaria paratindustria, aut natura fecit, vt varias auium, & hominum voces, diuersosque rerum colores. Non est ergo necessarium agentẽ fingere sensum, nam huius opera desideranda esset, vt generaret sensibilia actu. Verùm cum lux reddat actu colores, & calidũ exhalans odores, & motus localis aerem verberãs sonos, humor autem penetrãs neruum gustatiuum, & linguã sapores, qualitates autẽ tactiles se ipsis tactum mouẽt, superabũdabit huiusmodi sensus agens: nã potẽtia est gratia actus. Verùm nullam etiam si disquisitè quæsieris operationẽ reperias, cui seruiat vis hæc. Quòd si hæc expendisset, & adcoticulam hic Ioannes examinasset, non tanta confidentia in scholas philosophorũ intrusisset suum sensum agentẽ. ¶ Quintum argumentum quod postulat, conceditur itidem & sextum. *Quintum argumentum.* ¶ Argumentum finale tãti factũ est ab Auerroe, vt ob ipsum tantum non perpendat noua quædam dogmatizare placita, sensibiles species esse spirituales ab intelligentia quadam separata, quam nominat motorem extrinsecum, etsi non explicet quid sibi velit per motorem extrinsecum: sed illi familiares & patroni intelligentiam volũt esse seu Deum, seu quẽpiam angelorum, sensibile itaq; mouet sensus vi huius extrinseci motoris. *Nõ est sensus agens.* Hęc actio etenim spiritualis cũ sit in causam spiritualẽ est reducenda. Nan si motus corporei in cælum referuntur, vt in primarium corpus, quod primo & illo simplicissimo motu agitatur, motio ergo spiritualis in causã vnam primam spiritualem est referẽda.

Sunt

sunt viri egregij huius assertores; Paul⁹ Venetus, August. Niphus, Gandensis & alij, quos meminisse piget. Ego tamen (pace tantorum dixerim) falsum dogma cēseo, ne dicam insipidum & stultum, angelos esse sensuum motores. Quantū ad sensiones agendas vtiq; theologi nostri sanè docent dæmones aut pios angelos sensus mouere posse, non quòd angeli esse spirituale donēt, aut sensibili aut sēsioni, sed offerēdo sensibilia sensui & mira celeritate illa variando aut species, quas organa sensuum apud se conditas seruat à mouendo de loco in locum. Id qđ angeli præstare possunt, quib⁹ hæc natura subest corporea, quantum ad omnem lationis motum. Vt ergo insomnia per quietem nobis cōtingunt, autore Arist. lib. de somno & vigilia, quod simulachra à cerebro in primum sensitiuum, cor in quam, dilabuntur: sic quoq; sæpe dæmones imponunt hominibus mutando species vt D. Th. 1. par. q. 111. ar. 3. & Theologi in. 2. sententiarum dist. 7. ar. 8. aduertunt qui omnes nusquam confitētur angelos hac potestate donatos, vt formā aliquā seu speciem sensilem imprimere sensui possint, cudēdo per se. Sed hoc solo gaudent, vt spiritus, vel humores, qui vehicula sunt specierū trāsferre possūt à sensu cōmuni videlicet in imaginatricē ab hac in memoriā, ab hac in cor. Et quāq̃ beatus Augustinus duodecimo super gene. ca. duodecimo tradiderit angelos cōmiscerí imaginatrici facultati, & per cōmixtionē, imagines sensibilium offerre: quæ verba sententiam priorem redolent. Cæterum hæc commixtio non per substantiā est audienda: etenim angeli nulli rei con miscētur substantiali cōmixtione, nisi operatione duntaxat spiritus: & humores agitādo, quos cū agitāt ꝑturbāt rerū sensilium species. Quòd verò angelus nō moueat elargiendo esse spirituale, palā faciā, vt potuero. Nam istud aut erit generando, aut abstrahendo: intellectus enim agens spiritualia facit rerum simulachra, abstrahendo à cōditionibus materiæ: & facit spiritualem suam notionē illam, producendo in se ipso. At verò hic motor extrinsecus nō facit spiritualē motionē sensibilis, illam abstrahendo, quia ipsa ex natura habet abstractionem: nā species coloris est sine materia & species soni, est sine materia vt infra procedens sermo patefaciet. Igitur in optione horū eliget primum assertor Cōmentatoris. Iam colligo in illa actione sensibilis, quā sensum mouet motor ille non aliter operabitur, quā in cæteras corporales actiones ignis, aquæ: &c. Sed cooperatio extrinseci motoris non facit has spirituales: ergo neq; illam, nisi credant isti specialem quandam influētiam in sensibilia omnia, quam nullo probato testimonio in via philosophorum concedēt. Ad de sensionem si concesseris ab angelo produci aut, speciem: ergo species sensibilis angelū repręsentabit, quod impossibile est. ¶Quam obrem quęrenti vnde habet sensibile quòd sensum moueat? dicā ex natura sua. Sciscitāti cū sit corporeū & materiale sensile, vnde species sine materia in sensum instillet? dicā nō quà corporeū, neq; quà materiale, sed quà sēsibile est, habet cognationem cum sensibus, vt isti patiātur & illa agant species. Quęrebat Aristo. supra, quod demum esse animæ vehiculum, quo veheretur in corpus: quod ve gluten: quo anima adglutinaretur corpori? nullū prorsus credidit, sed naturæ dedit hoc animæ: quia anima est huius corporis actus, & corp⁹ huic actui propria potentia. Ita desine mirari, vnde sensibile mouet sensum. Nā hæc motio est, quia sensus sensibili passiua potentia, & sensibile sensui agens ꝓprium. Si hæc mouendi operatio esset supra naturam sensibilis, digna profecto res, quæ nouum habuisset autorē, sed cū sensibili sit germanissimum, vt sensibile est, sensum agere, exquirere separatū motorē, nescio quid opus facto, maxime ꝙ in operationibus istis sensiliū nō est tanta spiritualitas, in quam cōcinnandā angelos oporteat vocare, quia plus habent materialitatis sensibiles species, quā spiritualitatis, vt proprius istis locus docebit. Et vehementer me admiratio tenet quid fuerit quod Commentatorem in motorem extrinsecum, concedendū impulerit, qui paulò pòst docebit colorem esse per se visibilem, ad propriā tamē passionem, exercendam nihil eget color alterius generis adiutorio vt homo ad ridendum angelo non habet opus, sed sola

Angelus nō facit spirituales species.

Quæst. de vehiculo aīę.

la sibi satis primi motoris influentia generalis omnibus mouentibus, & motis, quæ etiam necessaria est vt sensibile immutet sensus. At hæc generalis influentia non mutat naturas operationum, sed quæ spiritualis est, natura sua gaudet, itidemque corporea est. Et hoc soluit argumẽta istorũ. De questione hac hactenus de qua superior noster sermo attigit non nihil, que istis si sociaberis absolutiorẽ prestabunt doctrinam, etiam si non prætereribo autorem quendã recenter scripsisse per motorem extrinsecum Auerroem intellexisse species ipsas, putans se patronum Auerrois singularem sed infirmum hominis patrociniũ, quippe quod quæritur est quid est, qđ species spirituales faciat. Prudẽtius est fateri nescire quid velit Auer. ¶Magnifacit Caie. questionẽ an sensus sit in potẽtia ad actũ primũ & ad actũ secũdũ? In qua differẽda anxi⁹ est. Et qui arduam crediderit, habet autorẽ, quẽ legat. Ego enim facile duco hoc genus quæstionis: nã sensus aut referri potest in animam (est enim propria animæ affectio) & hac ratione sensus actus quidam secundus est, imò omnes animæ vires: quippe accidentia consequia sunt substantialis formę: & hæc actus primus vt primũ caput huius libri docuit. Aut referri potest ad obiectum, & ita neq; est actus primus: neq; secundus: sed in pura potentia pasiua est. Nam sensibile reddit sensum in actum elargiendo illi speciem, quæ est quasi forma eius. At verò sensu per speciem absoluto relatoq; in sensionem, quæ est eius operatio, est in actu primo (vt is qui habet scientiã) tũc enim demum potens est sentire in propinqua potẽtia: vt verò actum propriũ suũ exequitur, vt visus visionẽ, auditus auditionem, ita est actu secũdo potitus. Colligas quatuor sensus ratiões aut qua refertur in animã, aut qua in obiectum, aut qua specie completur, aut qua propriam operationem exercet: & ita quæstioni variè respondebis diuersam ferendo sententiã. ¶Postrema quæstio est an sensus sentiat seipsum? Aristo. enim hoc negat. Etenim visus non se videt: nõ enim visus est albus: aut visio est alba: quare visio non est visibilis, itẽq; in alijs sensibus. Sed sentit sensus operationem

Caie. quæst.

Sensus duobus modis consideratur.

Hæc aduerte

An sensus se sentiat.

alterius sensus: nam visus operatio nota est sensui communi, per quem aduertimus nos videre: audire, &c. Et distracto communi sensu, nos & si videamus nõ aduertimus, nos videre. Sunt autem causæ tres à Philopono traditæ quæ probent, sensus suum actum nõ posse sentire. Prima: nam omnis sensus fit quodam tactu, vt visus tangit visibile, & auditus sonũ. Verùm cũ nullum corpus se tangere potest, neq; in se se reflectere: ergo neq; sensus qui est vis corporea hoc poterit: nam si se sentiret, se tangeret, at nullum corp⁹ tactum sui habet reflexum. Hæc autem ratio Democritum sapit, qui dixit sensibilia omnia esse tactibilia vnde & sensio erat illi tact⁹ vt de sensu & sensibili Aristoteles cap. 4. dixit: nisi velimus amicabiliter hoc argumẽtum exponere: agẽs etenim & patiens se se contangere necessarium duxit Aristo. 7. physicorum tex. 9. sensibile autem est agens, & sensus patiens erit, ergo hic contactus quidã, quare si sensilia nimis abscesserint: nõ agent in sensum: vt si visibile longè à visu distiterit, non videtur, & si sonus procul editur non auditur: est ergo non nullus contactus functionibus sensuum peragendis necessarius. Cæterum cum hic cõtactus sit improprius, vt post hæc procedens sermo docebit, Philoponi argumẽtũ alia deducamus via. Ea sit hęc. Sensus nihil sentit, nisi opera sensorij. Sensoriũ autem cùm sit corpus non potest in se se ipsum reflectere: ergo neq; sensus reflexam habebit sensionem. ¶Secunda autẽ causa est. Sẽsus nihil sẽtit, nisi interiecto medio, & distãte sensili à sensu: ergo sensus cùm non distet à sensorio, sed sit in eo, vt in subiecto, sensorium suum non poterit discernere. Hæc autem collectio & si de sensib⁹ externis probat, de internis nihil colligit: isti enim non funguntur suis sensionibus per medium: siquidem imaginatiua citra mediũ imaginatur. Quare non est vniuersalis hęc suasio non enim solum sensus externi non se sentiunt, quin etiã interni nequeunt se sentire, vt imaginatiua non se imaginatur neq; cogitatiua se cogitat. Postrema causa est, sensus est pasiuus à sensibili, & hoc necessario est ante sensionẽ dissimile: sed sensus tantisper dum sentit simile

Tres causę p̃bant sensum non sentire.

mile est vt superior Aristotelis traditio docuit, nā sensus actu est sensibile actu. Si ergo necessaria est dissimilitudo obiecti à potentia, & nihil est sibi ipsi dissimilis sensus non poterit se sentire. At verò neq; hæc ratio collimat cum scopo. Refugerem ego illam, sensum si dicerem sentire actum suum non suam substantiam aut essentiam: hoc enim sensibus omnibus natura negatum est. Atqui actus sensus est dissimilis, sensui & similis: dissimilis enim est visio visui: illa perfectio est, hic perfectibilis est: & similis est, quia visio est & operatio sensus: & operatio operantē similitudine quadam refert. Si sensus se sentiret non egeret obiecto aduentitio, & sic posset quando volet egressionem in actum facere. Hoc autem falsum esse, doctore tacente magistra experientia docebit. Vnde intellectus, qui se intelligit, non eget forinseco excitatore vt se det in actū suum, sed simul atq; imbuerit ipsum intellectum intelligibilis forma, potēs est se fūdere in actū. Et hoc argumentum satis arbitror expositum fuisse in commentario nostro, vt iam aduertere liceat, quam præstet mens sensibus, sibi sanè consentiunt, quod in potētia sunt quod passiuæ animæ vires sunt. At intellectus in actum intelligendi semel promotus iam apud se seruat, quod intelligat: sensus verò nouum poscit obiectum si nouam ab eo desideras sensionē. Præter has autem causas aliā exquisiuit D. Tho. par. 1. summæ theo. q. 14. ar. 2. respondens argumento primo, virtus illa potest se cognoscere (inquit) quæ per se subsistit, virtus autē sensus non subsistit in se, sed organo corporeo necessario incumbit, ergo non potest se cognoscere: intellectus verò per se subsistit, idest, non egit fulcimento organi corporei, ideo intellectus rediit ad se suo opere qa in se & nō in altero subsistit.

Consentiunt sibi & disentiūt sensus et intellectus.

¶ Porro neque libera est à calumnia causa hęc, cum promptum sit virtutem intellectualem autore eodem esse accidens & non subsistere in se, sed in substantia animæ, nisi velit per se subsistere in se: vt ego referens rationem dicebam non egere organo corporeo. Cæterum in re hac sanctus hic doctor varia tradidit: nā quęst. de verita. 10. ar. 9. aperto sermōe docet sensum sentire directè sensile: sed indirectè sentit se ipsum, vt visus videt se viderę, & non hoc differunt mēs atq; sensus quòd hic non possit in se redire & illa possit, sed quod sensus essentiam suā nō potest assequi, mēs verò potest. Et secundū hāc traditionem Aristo. philosophia esset interpretanda in modum hunc. Sēsus non se potest sentire scilicet, directa sensione & operatione prima. Nam quod primò sentit visus, est color, sed indirecta sensione poterit se sentire: vtrùm horū verius tertius de anima liber docebit. Interim verò certam credimus peripateticam sententiam. Sensus non se sentit, vt neq; directā sensione neq; indirecta visus se videt, nisi adiutus opera sēsus cōmunis, cuius hoc opus est. Et hoc fortassis voluit. B. Thomas. ¶ Sunt argumenta præter hæc, quæ sensum suū sensorium sentire præferunt, auditus enim nullo obstrepente bombum sæpe intra sinuosas auris latebras sentit, visus micantes scint illas sæpe in se ipso aduertit: nosq; iam calidos iamq; frigidos sentimus. Verùm hæc non in ipsis sensorijs proprijs sunt, vt bombus ille in auris anfractib⁹, scintillę & inanes quædam vmbræ, quæ oculis offeruntur: nō sunt in proprio sensorio. Itidem de colore & alijs tactilibus vt differendo de singulis palam fiet.

CAP. VI.

Geminum esse sensile & per se & per accidens, & quot sint communia sensilia demonstrat.

Tex.63. Icendum autem est, secundum vnũ quemq; sensum & de sensilib⁹ primo. Dicitur autem sensibile tripliciter, quorum duo quidem dicimus per se sentire vnum autem secundum accidens. Duorum autem, aliud quidẽ propriũ est vniuscuiusq; sensus aliud autẽ commune omnium. Dico autem proprium quidem, quod non cõtingit alio sensu sentiri & circa q́d non contingit decipi. Vt visus coloris & auditus soni & gustus saporis. tactus autem, plures habet differentias. Sed vnusquisq; iudicat de his, & non decipitur quòd color sit neque quòd sonus: sed quid sit coloratum aut vbi: aut quid sonans aut vbi. Talia igitur, dicũtur propria vnicuiusque.

sensilia distinguit. ❡Tradiderat supra Aristo. de sensu & de sensibili cõmuniter: nam etsi sensum pro sensibili & non sensibile: tamen fateri videatur & non sensibile: tamen facile est sensilis captari doctrinam. Dixit enim sensile esse actiuũ sensionis, & esse simile atq; dissimile: nõ enim quiuisset Aristo. de sensu doctrinalẽ proferre sermonem: nisi de sensili tradidisset. Præscriptis igitur rationibus & sensilis & sensus (est enim sensus vis quædam quæ in potentia est ad sensilis notionem & sensile est, quod talẽ potentiam reducit in actũ primum.) Docet modo differentiã sensilium, vt à genere in species quodam modo deuoluat doctrinam. Porrò trifariam sensile dicitur: & duo quidem modi sunt per se sensilium vt sensibile per se est aliud sensibile proprium, & aliud sensile cõmune. Alius autem modus per accidens, vt substantia, quæ per accidẽs, sentitur. Id quod explicat subsequẽs sermo. *Duorum autem aliud quidem propriũ.* Docet quid proprium, quid ve cõmune sensile, & proprium prius: quippe quod notius est. Et duabus sensilia propria insignit dotibus, & ꝙ sunt vnius sensus tantum, vt colores visus, soni, auditus, & q́d hęc versans sensus raro fallitur vt gustus libans sapores, visus videns calores: auditus hauriẽs sonos. Communia autẽ sensilia horum duorum negatione nota redduntur: & quòd sensus versans illa errat sæpe, vt in figura rei si sphærica, quadrata est: & in mole rei, si magna, si parua est: & in rei numero, si pauca aut plura sunt sensilia. Et secũdò cõmunia quę sũt à pluribus aduertuntur sensibus: sed propria singula sensilia, singulis sensibus aptantur. Et in lib. de sensu & sensili Aristo. hoc vicio dat antiquis philosophis, quòd hi permiscebãt, aut confundebãt sensilia communia proprijs. Et redargutionis summa hæc est, quæ modò traditur. Sensu circa propria non errat, communia autem sensilia sensus versans errore non semel viciatur. Et vt eodem capite traditum est, fuit Democritus huius placiti autor confundens communia & propria sensibilia: nigrum dicens asperum colorem album verò planum colorem. Vbi aduerte asperum & planũ nomine sensilium propriorum donari. De qua re postea. ❡ Primũ quod hic textus in suam lucẽ exigit disserendũ est. Si cõmunia sensilia sint omnium sensuũ, aut plurium duntaxat: hoc enim loco non semel ait Arist. sensilia eo cõmunia, quo sunt omnium: atqui Commẽtator credidit Comme. 64. hæc etsi communia non continuo esse omnibus sensibus communia, sed sat pluribus si sint cõmunia. Nã quædã sensilia vt numerus, quies, & motus, omnibus sunt communia, figura verò & magnitudo, tactui, & visui, sunt peculiaria, & cæteris negantur sensibus. Et verba peripatetica, quæ vniuersalia sunt communia sensilia omnibus testãtia sensibus, esse communia, temperat Comm. nominis casum omnibus, idest, plurib⁹, & obiter Auerroes Themistium reprehẽdit, *sensilia communia ã sint omnium.*

dit, quòd senserit sensilia cõmunia .i. figurã, magnitudinem, motum numerum quietẽ omnibus sensibus percipi, Et hoc ante Commentatorem Simplicio, exponenti locum hunc visum est. Condixitq; cum Auerroe figuram & magnitudinẽ visui, atq; tactui esse communia, cæteris verò sensibus non esse cõmunia. Subscripsit quoq; Philoponus, auditum & olfactum hæc non sentire sensilia, nisi metaphoricus sermo sit & abusiuus. Magnũ enim sonũ sentit auditus & strepitus, & stridores vehemẽtissimos, & lenissimos, sed hæc magnitudo, horum sẽsilium nõ est in mole, sed in qualitate: cuius magnitudo est intensio & exilitas, quæ quidẽ nõ adnumerantur in albo sensilium communium sed, solum magnum secundum molem non, magnum secundum vehementiam intensionis, aut paruum secundum exilitatem remissionis. Cæterum discrepat Philoponus à commemoratis autoribus: ille enim quietẽ, & motũ negat gustui, cęteris cõcedit sensibus, magnitudinem & figuram tribus solum, visui, tactui, & olfactui. Numerus verò itidẽ omnibus est sensilis sensibus. D. Th. adhæsit Commentatori, numerũ, motum, quietem, sensiles esse ab omnib⁹ sensibus. Figura autẽ & magnitudo non ab omnibus sunt sensilia, sed à duob⁹ tactu & visu qui omnia quinq; sensilia sentire possunt. ¶ Antequã certi aliquid prę scribamus. Primum est asserendus Themisti⁹ à culpa sibi imposita ab Auerroe, nanq; Themistius etsi enarrans hunc locum Aristo. vtatur sermone, quo Aristo. sensilia communia esse omnibus sensib⁹ sensilia, tamen paucis interiectis demonstrat Aristo. germanissimum sensum dicẽs, magnitudo, & figura, præcipua sunt visui, & tactui. En vt hæc duo duobus sẽsibus dicit maximè communia, quomodo non erunt aliorum sensuum autore, Themistio. Quare duo hinc discẽda sunt Alterum hæc sensilia magnitudo & figura si perfectè & exactè sentiantur non esse omnium sensilium. Namq; gustus exquisitè nescit molem rei, neq;, rei figurã. Itidẽ neq; auditus, aut olfactus. His etenim sensibus non vtitur quispiam, quibus discrimen figurarum capiat aut corporum ponderet molem, sed tactus est

Themisti. expenditur.

hoc munus, & visus, qui rerum magnitudinem sentiunt exquisite. Alterum esto omnes sensus vtcunq; poterunt hæc sensilia communia sentire: nam de numero quis ambigat quẽlibet sensũ valere suorũ sensiliũ numerum percipere visus visilium, tactus tactilium, gustus saporũ: auditus sonorũ, motũ & quietem itidẽ. Nã Si ex parte altera solũ gustus dulcedinẽ linguę aduertat qetis erit sibi indicium. Quãdo verò ad omnẽ patrẽ diffluere dulcedinem senserit motum saporis aduertet. Rursum, aut patitur gustus quidquã à mole cibi, aut nihil. Si nihil patitur, erit moles seu magnitudo sensilis gustui, per accidens, nam sensile per accidens est à quo nihil afficitur sensus vt Philopon⁹ definit. Quare mirum est si hæc est eius definitio vt est, cur negauerit Philopon⁹ molem non sentiri à gustu: nam si nõ sentitur à gustu & gustus non potest sentire saporem, nisi qui in mole est, sequitur: molem cibi gustui per accidens sensibilem esse, quod falsum est: sensibilia enim communia non sentiuntur per accidens, sed per se, quãquam visus sentiat per accidens dulce, tamen sensile cõmune nullum per accidens sentitur. Quòd verò figurã sentiat gustus hinc colligas, figura enim in præsentia non significat triangularem, quadrangularem: sensus enim nõ sentit si hoc triangulus aut quadrangulus: hoc est nanq; mentis numerantis angulos & lineas: sed figurã accepit Arist. vt significaret circũscriptã quãtitatem, & hoc sensus sentit: bruta quippe huiusmodi figuram aduertere dubio procul indicant, si abrupta sint itinera ab abruptis sibi cauent cautibus, ne præcipitio se dent: per plana verò vias, facilè iter arripiunt. At verò planum & abruptũ figuræ sunt affectiones: gustus etiam necessario sentit circunscriptum & terminatum esse saporem, vt auditus sonum, vt olfactus odorem. Sensus enim finitorum sunt non infinitorum. Ostensum est igitur figuram & molẽ non solũ esse duorum sensuum, sed & omnium. Id quod Simplicius facilè concessit in Cõmentario huius loci, addens tactum atq; visum exquisitæ esse figuræ & molis, cũ Themistio fauens: & fortè hoc etsi nõ expressit, sensit tamen Commentator hæc sen-

Cõmunia sensilia ab omnibus sentiunt sensibus.

sensilia communia non esse omniũ sensuũ exactè & perfectè. Quòd si aliud cogitauit, malo hoc loco cum Themistio & Simplicio: quã cum illo Aristo. intelligere.. *Tactus autẽ.* Obiecti visus color vnũ est genus ad reliqua, quæ subsunt visui. Obiecti auditus, sonus itidem est vnum genus audibilium, & obiectum gustus sapor est vnũ ad sapores genus, &c. At verò tactus non est nomen vnum, quod sit genus proximum ad ea quæ tactus versat, nã si dixeris tactile esse genus tactiliũ vtiq; nõ est gen⁹: quia solũ significat tactilis vocabulũ relationem qualitatis tãgibilis in sensum vt neq; visile eadẽ causa genus est, tale est ergo quod ait tactũ habere plures differentias. *Sed vnusquisque iudicat.* Repetit quod dixerat, sẽsum propria cum verset non falli, cum verò aliena & nõ propria, vt vbi sit color & quantus tunc demum deceptionem esse. Simplicius secum hęsitat cur sensus propria versantes senbilia certi sint & tractantes communia sint incerti. Respondet obiecta propria sensuum esse materialia magis quam cõmunia, hacq; ratione sensus, qui est potẽtia materialis magis crassa & rudia obiecta tractat, vt pote q̃ sibi familiaria magis, vt sunt color sonus &c. Hęc inq̃ tractãs nõ decipitur: obiecta aũt communia non ita sunt corpulenta, atq; ideò sensus fallentia vt in obiectis subtilioribus paratior est. Namq; numerus, motus, quies, figura non crassam habẽt qualitatem, vt color, sapor, calor. Quę.n. hæc sint & qualia, vix definiunt philosophi: motus successionem expẽde & subtilioris naturæ esse dices, quã color aut sapor & si quietem aduertis, acriorẽ petit notionẽ, quã sonus aut color. At verò si me iudicem requirit aliquis, facilè irem in Simplicij sententiam si non aduertissem esse plura cõmunia sensibilia, quã quietem & motum, quæ sanè exilẽ habent naturã & idcirco incertę sunt notionis. Sed quid pronũciabit Simplicius de magnitudine, quid de figuris? quid de numero? Nũ hæc etiam subtilioris sunt naturæ, quã color & sapor, & id genus ꝓpria sensilia? non arbitror. Quam obrem scrutanti mihi huius quæstionis causam hęc quam subiungam oblata est, sensum certum esse erga propria sensibilia, erga communia incertum: quippe sensitiuæ notiõis ꝓpria sensibilia sunt velut principia prima, apud intellectum: quæ sunt tanquã fores & ianua intellectualis notionis. Quapropter nullius sunt erroris sensibilia propria: nam in foribus quis peccabit? At communia sensibilia notionem suã deriuant à proprijs: namq; magnitudo nõ sentiretur visu, nisi colore esset delibuta, & alia in eundem modũ cõmunia sensibilia sensus non aduerteret nisi societate propriorũ gauderet. Vt ergo intellect⁹ q̃ de principijs certissimus est in conclusionibus sæpe errat, sic sensus in notione propriorum non fallit, qui in notione communium fallax est. ¶Quare etsi fortassis in quibusdã, dicet alius, sensibus communibus acute aduerterit Simplicius, si omniũ tamẽ est habẽda ratio, nõ mihi syncera videtur eius doctrina. Dicet alius, sensus fallitur in cõmunib⁹ & nõ in ꝓprijs q̃libet.n. magis inuigilat proprijs, quã alienis. Quare prauã credebat Arist. Platonis rẽpublicã, quę meũ & tuũ, nesciebat: quia sic vniuersa negligerẽtur, sensimq; reipublicæ status deperiret. Sed maiori libramine pensitãdũ est, nũ in vniuersum sit verũ proprium sensibile non imponere sensibus? quippe Commentator quòd frequentius ita contingat scripsit: non tamen ita esse necessario accidit, namque aliquando sensum errantis esse notionis circa propria, vt virẽtia sẽtiãtur nigra & cãdida pallida. Themist. cap. 12. paraphra. tria obseruanda monuit, ne sensus versãtis propria sensilia fallatur, & ꝙ illæsum sit sensorium, sanitate valẽs & non morbo viciatũ, mediũ serenũ, & nõ turbatũ, & ꝙ interuallũ sit æquale. Infirmi igitur fallũtur cibaria gustantes: sensoria. n. habẽt morbo corrupta: vnde quæ dulcia, iudicãt amara. ¶Scio quosdã contendisse sensus horũ nõ decipi: etenim infirmus febricitãs si sensit amara, ita est febricitãtem ipsum affectum esse amaris humoribus, ergo iudicat vt est, vt ergo fallitur? At isti seducuntur nescientes, tunc esse errorem sensuũ quãdo nõ secũdũ q̃d res est sentiũt. Et tunc sensus verus est quãdo sentit nõ secũdũ q̃d est ipse effectus, sed secũdũ rei naturã: ideò q̃a q̃ gustans dulce, vt amarũ sentit fallitur. Medij quoque serenitas, si non

Autor contra Simplic.

Festiua collatio.

Erratũ quorundam.

si non adsit, color sæpe imponit oculis vt ningēte cælo cādidāt vniuersa, & p virēs, vitrū visus virētia iudicat opposita, & q per rubeū vitrum rubentia videbit quæ alioq albo sunt colore, quia mediū est im purum fallentiæ contingunt: & vt quæ longo interstitio sita sunt, legitimos nō ostēdunt colores: sed mētitur colores atq; sonos spacij inæquale interuallum, & visus frequentius decipitur cæteris sensibus. Plura.n. versat & magis in visu illi⁹ operatio. ¶Verū hæc nō absoluūt ab omni errore sensus: nā si situs nō sit legitimus res inæquabili distantia non poterit spectari: nam quæ retrò nos sunt, non videtur: & rursum immodica sēsilia attonitos reddūt sensus, vt facile hallucinētur etiā in proprijs sensilibus: vt vehemētissimus strepitus interturbat auditū, & splēdissima lux obtūdit obtutum. & minutissimos colores vix discernimus, qui sint. vt Arist. dixit de sensu & sensili ca. 6. in hæc verba. Sensilia quædā propter eorū paruitatē non percipiūtur à sensibus, vt diesis in musica. milesima pars millij à visu. Præterea Arist. c. 7. de sensu & sensili ait, propter quod delata sub oculos non sentiūt, si fuerint in aliquid vehemēter intendētes, vel audiētes multū sonū. Ergo necesse est sensus alios non esse distractos, vt verum feratur iudiciū, quæ si vniuersa colligas sex esse necessaria, vt quod obiectū sit ante & oppositū potentiæ præsertim, si de visu sit sermo, q aspicit indirecto. & e regione obiecta: & qđ sit temperata obiecti quātitas. & deniq; potētiam nō esse aliô abstractā, quæ tria vidētur rursum necessaria. Quamobcausam insufficiētem philosophiam Themistij esse de huiusmodi negocio fortassis quispiā credet. ¶Sed re vera hęc & si quę alia aliquis ociosus excogitauerit, comprehēduntur sub tribus quę Themistius exposuit. Situs. n. è regione & si visui sit opportunus, alijs sensibus nō est necessarius: & si omnibus mediū trāquillū conueniat, sed sub interuallo debito etiā situs iste fuit acceptus. Quid qđ quæ retro sunt, reflexè poterit spectare aspectus, vt specularis imago indicat? Vehemētia aūt sensilis, quæ sensoriū obtūdit in qualitatem sensorij referas. Distractio quoq; sensus potiùs suspēdit sensionē, q fallacē pariat: Paruitas verò sensilis si imponit sensui, nil detrahit dictis, quæ vt sensilia sentiātur, sine errore statuta sunt à Themistio. At minimus sonus, vt diesis & millesima pars millij, hæc nō sunt sensibilia, per accidēs: quia exiguitas tanta sensum pellicere nō valet. Quòd verò discedēs à nimio splēdore, solis primū lucida putat omnia, & errātem ducit visum, est qa læsum est organū radiorū solis splēdore feriēte & lucidos spiritus distrahēte. Rursum qui foris domū sunt nigricātem domū spectāt. Iste error ex difformitate medij est. Et ne te morer diutius, vniuersa quæ exquisieris in tria quæ Themistius docuit, referenda scito.

Disputat cōtra Themistium.

Themistius defenditur.

¶Communia autē, motus, quies, numerus, figura, magnitudo. huiusmodi enim nullius sunt propria, sed cōmunia omnib⁹. etenim & tactu, mot⁹ aliquis sensibilis, & visu per se igitr sensibilia, sunt hęc. Tex. 64.

¶Quinq; enarrat sensilia cōmunia, quæ in litera sunt aperta. At verò in textus huius limine offensio prōpta est: etenim se collidētem aduerto Arist. q in hoc lib. 2. tex. 133. sex retulit sensilia cōmunia, & numero adiecit vnū, esse cōmune sensile. Et de sensu & sensili. c. 4. cōmunia sensilia dixit magnitudinem & figurā, asperū & leue. Amplius aūt & acutum, & obtusum, (quod in tumoribus) cōmunia sunt sensuū etsi nō omniū, sed visus & tactus. En vt refert in numerū sensilium multa non indicata. Et hic locus suffragatur satis dicētibus, non omnia sensilia cōmunia esse omnium sensuum. ait enim magnitudinem, & figuram, acutum, & obtusum esse tactus, atq; visus: nos tamen intellectū hoc volumus, hos duos esse istorum sensiliū: quippe illi perfectè sentiūt figuras, & acutiem, & tumorē, aspera, & glabra, p hos sensus facilè iudicamus: tñ reliq sensus impfectè & cōfusa aut obscura sensione, & figurā cū magnitudine, sentiūt. Neq; credas si cōfusa sensio est hui⁹ figuræ, ptinus erit vniuersalis notitia vt colligit Marcell⁹. hic. n. psuasum habuit sensum non habere confusaneas sensibilium notiones, quia si confusanea est notio

Collisio Aristo.

Marcellus refellitur.

notio, igitur vniuersalis: sensus autem non est vniuersalium, sed singularium. Verùm toto cælo errat: cõfusaneæ enim notiones non protinus sunt vniuersales. Vtinam meminisset Aristote. Physico.1. tradẽtem pueros puerilibus annis aliud non sinentibus, omnes viros appellare patres, fęminasq; omnes putare matres. Profectò infantuli isti vniuersalium notione non sunt præditi. At illorum sensitiua vis notione confusa & singulari gaudet. Sic quoq; iam grandioribus sensus confusaneam habet notionem. Nam hanc figuram confusè cognoscit gustus: & circũscriptum est quod gustat, terminatam habẽs quantitatem, vt iã exposui mus. Sed nos referamus in priora. Perspectiui quoq; multas differẽtias sensilium cõmunium colligũt, vt Halacem in secũdo suæ perspectiuæ, & Vitelio in princi. lib.4. referũt.19. differẽtias cõmuniũ sensiliũ: numerus quorum hic est, distantia, situs, corporeitas, figura, magnitudo, cõtinuitas, discretio, numerus, mot⁹, quies, asperitas, lenitas, densitas, diaphaneitas, soliditas, similitudo, dissimilitudo, & pręter hæc alia pulchritudo, turpitudo, quę sunt sub figura: & rectitudo, & curuitas: multitudo, paucitas, sub numero: æqualitas & excessus sub similitudine & dissimilitudine: alacritas, & risus & fletus sub motu, ariditas & liquor sub motu itidẽ. Aduertas autem perspectiuos de visibilibus aliam rationem habuisse, quam philosophi non habent: ipsi enim sub visibili non solum colligunt, quæ visus potest cernere sua propria natura, vt sunt color & lux, magnitudo & figura: quæ visus saltẽ vt sensus (vt ait Cõmentator) illa cernit, & sentit: sed illa vocat omnia visilia, quæ visus vel per se, vel adiuuante cogitatiua, aut intellectu, discernere potest, vt sunt æqualitas inæqualitas similitudo, risus, fletus, ordinatio, scriptura. Et hęc propositio perspectiuorum est quam extulit Canturiensis, non omnes intentiones visiles sentiri sensu spoliato id est, non omnia visilia sentiuntur à visu alia potentia superiore non ferẽte suppetias. Nanq; (vt diximus) æquale, inæquale, pulchrum, & turpe, similitudo, & dissimilitudo, quę comparationem & proportionem indicant. visus non potest sentire, nisi iuuet superior vis. Sit cogitatiua hęc, sit mens ipsa, interest nihil, & tunc nõ visus illa sentit, sed per visum illa capit mens, hoc illi simile aut dissimile. Quapropter visilia distingũt: quædã sunt primaria visilia, quæ visu discernuntur, & numerant.22. lux, color, distãtia, situs, magnitudo, corporeitas, &c. Alia verò, docẽt esse visilia secũdaria, vt ordinatio, sculptura rectitudo, curuitas, multitudo, paucitas: hæc enim ad priora referuntur, vt patuit per priora, quæ diximus. Hæc autem sensilia non differuntur à perspectiuis vt communia alijs sensibus: quia perspectiuus nihil habet cum auditu, aut gustu, sed solum eò differit, quo diuersa genera visionũ differẽtiæ visilium pariunt, propter radiorum aut rectorum, aut reflexorũ, aut refractorum, diuersitatem. Quapropter nihil mirum est, si illi secus sapiant, atq; philosophi. Neq; eorum autoritas, quę magna est, in proprijs dogmatibus philosopho nocet. Et hoc fit in gratiam Halacenis atq; Vitelionis & Cantuariẽsis. cõcedimus illis frequentem illum sensilium numerum: quia totidem variant visionum differentes formas, vt ipsi dicũt: sed nihil ad nos qui sensilia curamus, vt ab illis patitur sensus. Quando ergo sensus per se & primò sentit, quod per se & primò sentitur, est proprium, quòd verò per se & nõ primò, est cõmune. Vnde illa vniuersa, quæ visus nõ sentit, nisi mentis opa cogitatricis aut potẽtiæ, aut alicuius alterius internę, virtutis fauore adiut⁹, vt pulchrũ, fœdum & id genus. non sunt sensilia cõmunia neq; propria, sed per accidẽs: qa p visum alter sensus aut ratio tũc sentit. Reliqua aũt sensilia quæ numerant perspectiui, non sunt præcipua communia sensilia: quia ad cætera, quæ Arist. tradidit referuntur, asperum, lene, figuræ sunt vt rectitudo, curuitas, magnitudinis, vt distãtia, & situs: & si hęc, distantia videlicet relationis est, vt similitudo, & dissimilitudo, æqualitas & inæqualitas: quare non sunt cõmunia sensilia, sed per accidens: nã per ministeriũ visus hæc sentiuntur à potentia superiore. Paulus autem Venetus infirmis vtens argumẽtis, nulla alia sensilia communia recipit, exceptis quinq; indicatis: neq; primi ordinis

Halacem & Vitelio de cõmunibus sensilibus.

Conciliantur philosophi et perspectiui.

Pauli Veneti inaduertẽtia

nis, neq; secundi: & non cõsiderauit Aristo. quædam alia commemorasse loco citato de sensu, & sensili asperum, & leue, & obtusum, seu tumidũ, & acutum, quæ cum magnitudine & figura Arist. numerat, sensilia communia, vt illatus docuit locus. ¶Sunt ergo quinq; sensilia cõmunia, non quòd exceptis istis alia non extẽt: sed quod hæc præcipua sunt, alia verò vltimum ordinem tenẽt: quia in prioribus sensibilibus quinq; imbibuntur.

Consideranda peripateticis doctrina

Obiectio.

¶Insultat aliquis hãc pendens rationẽ, & contendet mecùm nõ esse quinq;, sed strictiorem numerũ esse. Quies enim sub motu comprehenditur, magnitudo figuram continet. Respondeo, si considerentur hæc cõsideratione naturæ, motus, & quies vt quies, priuatio sanè sub habitu comprehenditur, modò quies priuatio est & motus vt habitus est, & si imperfectus. Si verò hãc rem expendas secũdum ꝙ hæc mouent sensum, quæ est consideratio superior, quam prior: quia sic sanè considerantur vt ad animam referuntur sensitiuam, quæ vtiq; quia superior est, quam natura: & hæc secunda consideratio motus & quietis, vt sensibilia sunt, dignior est quã si naturã motus, & quietis expenderis. Hoc sanè modò nulla est reductio quietis ad motum: quandoquidẽ alio modo patitur sensus à quiete, & aliter à motu. Neq; quies, vt sensum mouet, habet rationẽ priuationis, vt nos disputatiõe paulo post elucidabimus. Hæc autem distinctio est notanda, quæ tibi seruiet summo opere in negocio hoc. Qđ si hoc aduertisset Paulus non negasset persuasus argumento prædicto peripateticam veritatem, quædam sensilia esse cõmunia præcipua, alia non præcipua: sed sub alijs contenta. Locus alter Aristo. 2. de anima tex. 133. quando contextus scripturæ illò nos duxerit, aperietur: hæc de per se sensibilibus.

Duplex motus & quietis consideratio.

Text. 65. ¶ Secundum accidens enim hoc sentit, qm̃ accidit albo hoc quod sentit. Quapropter nihil patit̃ secundũ ꝙ huiusmodi est, à sensibili. Sensibiliũ autẽ scd̃m se propriè sensibilia sunt, ꝓpria & ea ad quæ substantia vniuscuiusq; sensus, natura instituta comparataq; est.

¶Tertium mẽbrum sensilium, est per accidẽs sensile: vt si albus sit Diaris filius, Video Diaris vel Petri filium. Petri filius per accidens videtur, non vt filius Petri, sed vt est albus, aut niger, Sẽsus enim nõ potest substãtiam sentire per se: sed per accidens, ratione accidentis, quo afficitur. & Plato hac in re concinit cũ Arist. in Theeteto essentiã rei non sensus esse, sed mentis. Quod autem Aristoteles dixit tex. 63. sensum errantẽ esse in sentiendo, quid album, aut quid sit coloratum, non eò dixit, quò credidisset sensile esse quid sit coloratum: non est sanè sensile ipsum quid rei nisi per accidẽs. Sensatis enim accidentibus quæ afficiũt rei essentiam, per accidens essentia sentitur. Docet autem Arist. quæ sit ratio sensilis per accidens: & hæc est à quo nõ patitur sensus. cuius inquã nullam sensus suscipit impressionem, aut similitudinem. Sensile autem per se est illud à quo sensus patitur. Quibus rationib⁹ in posterioribus sermonibus vtemur: at proprium sensile definias à quo ratio singulorum solũ sumitur, vt color præbet rationem visui: ideò est proprius visui. Et sonus rationẽ prestat auditui: est. n. auditus, si finies vis animæ sensitiuæ, perceptrix sonorum. Et sic in reliquis. Quare peripatetica est definitio huius modi si singulos sensus quinq; propria sensilia finienda censueris. Porrò autem adnotandum duximus duplex esse sensilium per accidẽs genus, Alterum quidẽ est, cuius Arist. meminerat, id quod per se omnẽ notionẽ sensus fugit: tamen affectio accidentium sensibus subijcit, vt Petri substãtia per se intellectualis est prouinciæ: at verò qa tota sensilibus accidẽtibus est velut oblinita & affecta sensilis est ꝑ accidens, alienam naturam induẽs. Alterum genus illud est, quod alioqui est per se sensile: tamen relatũ in sensum non proprium, cuius nõ est sensile, est per accidẽs, vt dulce quod gustatui est per se, sensile visui per accidẽs est: vt si vides flaua mella ais illa esse dulcia, non gustato melle: quod tamẽ degustatum aliquando est. Eodẽq; modo vitam arboris, aut hominis sentimus per accidẽs quod operationes vitæ ꝑ intellectũ aduertimus; quod satis est vt

Aristo. & Plato. consensus.

Quid per accidens sensile quidque p se.

Duplex sensile ꝑ accidẽs.

vt vitam dicamus per accidens sentire. Duas præterea duxit Sanct. Tho. in commen. conditiones necessarias sensili per accidẽs. Prima quòd accidat per se sensili vt homo accidit albo. Secũda verò quòd non lateat sentientẽ, quia si latet me hoc pomum esse dulce, dulce non videbitur per accidens. Vt cõtinuo quoq; fiat hæc apprehensio, & nõ interueniat mora du xit necessarium. Quare etsi vniuersalia apprehẽdãtur ab intellectu in rebus sensilibus: non tamen vniuersalia sunt sensilia, neq; per se, neq; per accidens: quia vniuersalia sunt in rebus in potentia, & magno mentis atq; moroso discursu colliguntur. At vita huius hominis dum ad uerto illum loquentẽ velut de repente colligitur, est per accidens sensilis. Hæc de Comm. quia animus nõ est in differẽdis istis tribus longiores ducere moras. ¶ Sed restat mea quidem sententia grauissima disputatio, de sensilibus communibus: quia propria non sunt negocij magni, neq; per accidẽs. Qualia autem sint istius generis communia sensilia Aristo. non semel dixit, ea esse per se sensilia At verò multa à tergo impendunt, quæ peripateticum dogma turbant & quæ peripateticæ doctrinæ insidiosam minãtur ruinam. Quorum primum esto: magnitudo, figura, & huius ordinis alia nõ sentiuntur per se, sed per colores, aut sonos, & deniq; nisi hęc affecta fuerint sensilibus proprijs, nõ sunt sensilia. Magnitudo enim exuta proprijs sensilibus quî sentiretur? Si colore non esset delibuta quî videretur? ¶ Secũdò si per se sunt sensilia, aut per propriam speciem, aut per aliam, si per propriam concesseris, est igitur figuræ species propria, & est coloris species propria. Iam ergo visus videndo cæli figuram duas habet species: & cæli duas visiones, imò nihil videtur vnica quin infinitis visionib⁹: vt cælum nemo videre poterit visione vnica, sed coloris saphiri, qui cælestis est altera, altera illius figuræ, altera magnitudinis, alia distantiæ, alia situs, & id genus aggrega visiones. Quod quis credet? Sin verò nõ habent speciem propriam, qua ab illis sigillẽtur sensus, cur ergo sunt sensibilia per se? Docet Aristo. sensile per se est, à quo patitur sensus pati aũt quid est nisi speciẽ suscipere? vt in quæst. quinti capitis tradidim⁹. Si aũt magnitudo, figura, &c. non instillant species suas in sensus, vix credat aliquis esse sensilia per se, sed per accidens. Adde sensile per accidens est, quod accidit proprio, sed figura accidit colori, sono, & sapori siue cibus sit huius aut alterius figuræ, sapido accidit aut colorato aut calido aut frigido. ¶ Huius. q. tot sunt meãdri tot sinus, tãtaq; profunditas, vt postquã tenueris tuo arbitratu mox totã elapsam dolebis. Autores autẽ multa nescio qualia inuexerũt: è quorũ numero quidam Apollinarius quæst. 18. ad libros de anima, belle finxit sensilia communia sensibus proprijs esse per accidens sensilia, sensui communi esse per se sensilia, delusus verbi accommodatione, sensilia cõmunia communis esse sensus voluit vt propria proprij. Cui Commentator impensè fauet. Commenta. 65. inquit, sensilia communia sentiri à visu, nõ vt visus, sed vt sensus est, sub communi ratione expensus. Sẽsus ergo communis est, qui hęc per se sentit. Sed huius autoris lapsus, est manifestarius. Et hæc sententia non nata est cum autore isto, sed longè ante Apollinaris tempora illam intrusit in scholas nescio quis cuius meminit (opinor) Diuus Thomas in huius cap. Comment. Dicunt (inquit) quidam huiusmodi communia sensilia non esse per accidẽs duabus ducti rationib⁹, quarum altera erat quod hæc communia sensilia sunt propria communi sensui. Altera quòd hęc communia sensilia sunt subiectum proprium. Et vtrãq; elusit rationem D. Thom. Priorem quidem quippe communis nihil sibi vendicat in proprium obiectum, quòd non propriorum sensuum obiectum etiam si habeat operationes proprias communis sensus, circa sensilia, quas non habẽt sensus externi, vt est discernere vniuersa obiecta ꝓpriorũ sensuum & horum functiones aduertere. Posteriorem autem eneruat rationem: siquidem iam ignis esset per se visibilis, quia subiectum coloris est, quã tum hæc solutio valeat non excutiamus. Prior nobis sit satis ratio, communem, sensum non vsurpare sibi obiectum aliquod, sed est ad discretionem & propriorum, & communium sensiliũ & nullũ

Conditiones per accidens sensilis.

dubio qualia sint communia sensilia.

Primum argumentum.

Secũdum argumentum.

Quæsti. decisio.

Apollinarij lapsus.

Apollinari⁹ reijcitur. nullum sibi proprium reseruat obiectũ, sed vt iudex omniũ sensiliũ est à Deo cõstitutus, vt propria de hac re institutio ostendet. Alij verò, è quorum classe fuit *Gadensis sententia.* Gandensis.17. quæstione de anima sensilia credidit communia proprias sigillare species, etenim sunt p se sensilia, ergo necessariò sensus illis afficitur. Accedit quoq; diuersorum sensilium diuersas excipit similitudines sensus: alioqui vt innotesceret sensilium diuersitas? Iam verò magnitudo, & color diuersa sunt sensilia: ꝙ si magnitudo atque color vna cernuntur specie, & vnicum inurunt characterem, seu speciem à causis specie diuersis, vna planeq; eadem operatio egrede- *Obiecta in Gandensem.* retur. Huic autẽ multa opponuntur: etenim vt colligebamus quæstionem hãc disputantes, si sensilia communia nouas, & proprias species imprimunt, nulla esset res quæ vna visione esset visilis. Nam vnus color afficiet visum sua similitudine, & coloris vnitas alia similitudine, neq; videtur quæ sit species propria numeri, nisi species multorum colorum. Itaq; tres colores tres proprias imprimũt species, & inde sentitur numerus. Rursum vt Aristote. ait. 2. de anima. tex. 133. numerus sentitur negatione continui: quies sentitur eò quòd nõ mouetur: si ergo hæc habent species proprias vt Gandensis ait, vt ergo negatione aliorum sentiũtur? & quies cum sit priuatio, quã producet speciem? quæ est eius similitudo? cuius erit demum hæc similitudo? Nunquid eius *Ioannes Buridanus.* quod nõ est? erit ergo visio absentis? Ioãnes Buridanus. q. 15. ea dixit sensilia per se quę sensus exterior citra operã alteri⁹ sensus, aut intellect⁹ iudicare põt ea per accidẽs ad quæ cõcurrit sensus alter, vel intellectus. Et illa rursum dixit sensilia propria, secundum quorum conceptum sensus vnus iudicat de rebus, vt secũdum conceptum coloris, solus aduertit visus. Illa verò secũdum quorum conceptum non solum vnus sensus, sed plures iudicãt, de rebus sensilibus communia. Hæc autem sententia quod quærimus nõ inuenit. Pondus quæstionis totũ est si sensilia communia afficiant propriis characteribus, seu speciebus sensus externos? Id quod hic autor nõ docet. Adde si sensilia communia sunt, secũdum quorum conceptum non vnus, sed multi sensus iudicant: num hoc fit per vnum conceptum? an per plures? id quod est quęstionis huius nodus. ¶Præterea iudices facit sensus externos & fortassis solum apprehendunt, & non iudicant. Sed sensus interior solus est qui iudicat. differatur tamen, in suam occasionem. ¶De hac verò ambiguitate sit prima hæc mea sentẽtia. *Quæstionis decisio.* Sensilia communia nõ habẽt species proprias, quibus sensus afficiant. Hæc collecta iam est contra Ioannem Gandẽsem. & Ioã. hic sequutus est Aegidiũ Romanum, quorum consensio est sensilia communia agere in sensus suas proprias similitudines. In eos ergo hæc est cõclusio, aut sententia, & si me satis nutantem fecit, in assertione huius sententię Alberti Magni autoritas: qui secundum planã literæ faciem. 2. de anima tractatu. 3. cap. 5. cum Aegidio cõmunia sensilia credit proprias immittere species in sensus exteriores: nã aliter immutat vna lux atq; plures, & aliter immutat res magna atq; parua, & aliter dextra pars aliter sinistra, & ex diuersis figuris diuersas sentimus affectiones. Id quod nos cõcedimus aliter afficere hoc, quam illud: tamẽ non per proprias species. ¶Secũda sit sententia hæc, sensilia communia agunt in sensus externos: hæc est Aristo. Nam omne sensile per se est à quo patitur sensus cõmunia sunt per se sensilia: ergo ab illis patitur sensus, ergo sensilia hæc agũt in sensus. Extat tamen. D. Gregorij Niseni episcopi. D. Basilij fratris vnum, quod non inualidè pugnat cum hac sententia mea: imò cum Aristo. Ille igitur in libro vnico de viribus animæ. cap. 3. credit numerum, qui excesserit. 4. vt est. 5. vel. 6. & dein alij superiores numeri neutiquam sensibiles sensu solitario, nisi mẽtis adsit operatio. Rursum de figuris cuius anguli quatuor excedant angulorum numerum, intellectus est hanc nosse figuram nõ sensus. Non ergo omnia sensilia, quæ enarrauit Aristo. agũt in sensus, neq; bruta omnẽ numerũ sentire poterunt exceptis tribus neq; omnem figuram. Arist. aũt numerum dixit esse sensile cõmune, nihil excipiẽs. Nos tamen faciemus sa- *Obiecta soluuntur.* tis huic obiectioni, si aduerterimus sensum numerũ sentire non posse: neq; quatuor

tuor neq; tria vt numeri sunt: quia sensus, vt ex Platone meminimus, rerum nõ nouit essentias: neq; sensus, nouit numerare, neq; quatuor, neq; tria, neq; duo sed cognoscit numerum, id est, sensibilium multitudinẽ. Aliter. n. afficitur à duobus sensibilibus, q̃ ab vno. Atqui si sensus citra operã intellect⁹. 4. potest numerare: brutorum igitur sensus eousq; numerabunt. Sed si quatuor numerãt, quid ni. 5. & si. 5. quid ni. 6. &c? Peripateticã igitur audire si libet doctrinam non hoc modo philosophemur: sed quatuor. 5. 6. &c. esse communia sensilia, & sensus illis afficitur numeris, etiam si adiutricem mentis operã non habeat, vt brutis accidit: alioqui si mẽtis desiderat adiutorium ad percipiẽdum numeros & figuras, essent hęc ꝑ accidẽs sensilia. Et cõtra docet hęc nostra. 2. conclusio. Verbum autem. S. Gregorij fortasse Platonica sapit mysteria quæ modò mittimus. ¶Tertia sententia sit, nõ multis actionibus mouent sensum sensile commune, & propriũ, sed vnica. Hæc patet, alioquin aliã actionẽ ageret materia, & alia forma: id qđ esse falsum ostendere non est difficile: quia hæc duo simul habent vnicã actionẽ: forma enim non agit per se, sed vt est, in materia: nũc autem sensile proprium est tãquam forma: sensilia communia sunt, vt materia, & fundamẽtum, sensilis proprij. Nã color in magnitudine est, & sapor, & odor & tactilis qualitas. Itẽq; alia sensilia cõmunia, nisi ꝙ discriminis est nõnihil: quędam enim sensilia cõmunia sunt necessaria fundamenta sensilium propriorum, idest, sine qbus nullatenus excitare possent sensus suos. Quæ dixit Commentator iungi ꝓprijs necessitate propinqua, vt magnitudo & figura. Alia verò sunt, quę & si non sunt fundamenta propriorum: sunt tamẽ connexa cum fundamentis primis propriorum: vt numerus, motus, quies: hęc enim ad magnitudinẽ atq; figuram consequũtur necessario modò enim non de magnitudine mathematica, est sermo, quæ non est sensilis, sed solum intelligibilis. Neque de numero mathematico: hic enim non est sensilis, sed intelligibilis: & opus est mentis numerare, & non sensuum. 4. physicorum tex. 131. sed sermo est de numero physico,

Tertia sententia.

Communia sensilia dupliciа.

qui in rebus physicis est, quem materialem numerum vocitant nostrates philosophi. Quapropter & si numerus, & motus, & quies, non sint fundamentum propriorum: sunt tamen annexa necessariò fundamẽtis: quia magnitudo omnis aut est vna, aut plures. Item figura, vel est in motu, vel quiete. Hęc est ratio, quę colligit sensilia communia non mouere sensum alia actiõe, quã moueant ꝓpria: quippe in mouendo sensum, ducuntur vt vnum cum proprijs sensile completũ constituentes. Substantia verò & si sit accidentiũ fundamentũ, hoc quidẽ quãtum ad rem est, non quantum ad sensilitatem: nam etiam si substantia non esset, si maneret magnitudo, color in magnitudine finita consistens esset visilis. Vt in sinaxis sacramẽto, quod est eucharistia, ecclesia Iesu Christi dñi nostri cõfitetur colorem afficere quãtitatem consecratæ (mysticis verbis,) hostię, & nullã prorsus panis aut vini esse substantiam, sed verũ Iesu Christi corpus non affectũ accidentarijs panis, & vini affectionibus, sed beatum & gloriosum inibi latitare. Ideo substãtia non est necessaria ad sensilitatem, id est, nõ ipsa mouet sensum cum sensili proprio. At verò sensilia cõmunia sunt hoc modo necessaria: quia simul mouẽt cum sensili proprio, quãquam Commentator, vt insinuabamus, distinxit hãc necessitatẽ in propinquam & remotam magnitudinem, & figurã, esse necessaria sensilitati propriorũ, proxima dixit necessitate (causa iam tradita) sed cætera cõmunia remotè solũ: quia sunt necessariò annexa duobus alijs, id est, magnitudini & figuræ: propterea necessaria sunt sensilitati propriorum. Et aduertas hęc quinq; sensilia dupliciter cogitãda: & vt res sũt & vt sensilia. Vt res si illa pendas fortassis non sunt quinq; res, multis dubitantibus si figura sit res ipsa, quæ figurata est. an nõ: si numer⁹ est res numeratus an nõ: itẽq; de motu: & quies nõ est res, sed priuatio. Si autẽ vt sensilia, sic sunt, quinq;, nã oẽ sensile propriũ, aut objicitur, vt vnũ, vel vt plura: si vt plura, est numer⁹. Si verò vt vnũ, ita est magnitudo: quia quo magnitudo eò est vna atq; continua: & hæc aut mouetur, aut q̃escit, si mouetur est alterũ sensile motus: si quiescit aliud: quia

Sensilia communia dupliciter considerantur.

qa verò omnis magnitudo (quæ sensilis est) finita est, iam est aliud sensile figura. ℭ Sed ais, vt ergo quod nihil est, sensile est? vt quies vel status? Respõdetur re vera, quies vt quies, non est sensilis, sed color, vt quietas & stãtes in visum profert species, itidem vt sapor & sonus, quiete agũt in proprios sensus, est sensilis. & ita in alijs & hinc perspicere poteris, vt sensile commune, vt tale non propriam immittit speciem: sed solum est veluti modus se habendi sensilis proprij: & ita motus, vt motus non immittit speciem. At quia color varians locum aliter sentitur, quàm immotus, hac ratione motus est aliud sensile, quam quies. Et argumenti Gandensis hęc est ruina. 4. *Sententia* Quarta sentẽtia cõmunia quidem sensilia sunt per se, sed non primo sensilia, propria verò per se primò. Hæc est Commẽtatoris hoc commẽto: & colligit: nam visus sentit colorẽ vt visus: à colore.n. sumitur substãtia visus, vt ait Arist. sed magnitudinẽ figurã, &c. non vt visus aduertit, sed vt sensus. Nã si, vt visus sentiret magnitudinẽ, auditus nõ posset moueri à magnitudine, & sic in alijs. Vnde infertur verbum Cõmentatoris lucidũ esse, sensilia cõmunia sentiũtur à sensu in cõmuni. Non.n. subaudias à sensu communi sentiri sensilia cõmunia & non à proprijs, sed quod propria sentiuntur à sensu sub ratione specifica, id est, vt visus colorẽ, vt auditus sonum: sed cętera sensilia sub ratione generica, vt exposuimus. At verò nonnihil te mouebit aduersum Commentatorem, si scrupulum meũ tibi proferam. Etenim si visus videt figurã, aut motum, re vera videt visus visione: quę vtiq; visus est vt visus, non vt sensus. Communia igitur sensilia visus aduertit, vt visus & aliorũ sensuum est simile argumentum. Rursum, si visus magnitudinẽ cernit, eò cernit quò coloribꝰ magnitudo afficitur, si sentitur: igitur magnitudo est, quia videtur, &c. Nos tamẽ concedẽdum putamus visum, vt visum magnitudinem videre: non tamen sentit illã, vt visus, sed vt sensus est: oẽs ergo quinq; sensus in negocio sensionis cõueniunt sibi & consentiunt: quia communia sensilia sunt, velut cõmunis sensus hæreditas, quam illi. 5. ingrediuntur: vnicuiq; suorũ propriorum sensiliũ limitibus seruatis. Hanc igitur causam Auerroes cogitans protulit, quam extulimus sententiam: visus vt sensus sentit magnitudinẽ, itidemq; tactus, id est, non est istis propriũ hoc sensionis negociũ, sed cum alijs sensibus cõmune. Hinc tamen nemo prauã sibi intelligẽtiam vsurpet, vt credat visum, non vt visum videre magnitudinem aut auditum sonum. ℭ Vertunt in dubium, vt sunt per se sensilia ista cõmunia in quoto modo enarratorum ab Arist. sed iam prædicta offerũt responsum. *Altera dubitatio.* Siquidem sensilitas, qua immutãt sensus est prima sensiliũ propriorum, & si communia immutant, ratio & forma immutationis est à proprijs. Quare hęc propositio, sensile cõmune est sensile; est in secundo modo dicendi per se non quod pr̨edicatum conuertatur cum subiecto, vt in hac: triãgulus habet tres. Sed quòd sensile commune contineatur sub sensili proprio, quod est sẽsile per se & primò: & hæc continentia nõ est secũdum prædicationẽ, vt quod hæc vera sit, magnitudo est color, quæ falsa est, sed intelligitur continentia hęc in ratione sensilitatis. Etenim magnitudo & color in ratione sensilis vnam habent rationem. Color enim vt color, & magnitudo, vt colorata, est sensilis à visu, vt calida vel frigida à tactu, & si in modo mouendi sensum sit contra, vt continuò patebit. ℭ Est autẽ notandus. S. Tho. in. 1. part. summæ theo. q. 17. art. 2. res ait cognoscũtur à sensu, vt sunt rerũ similitudines sensibus acceptæ. Hæ aũt tripliciter sensibꝰ accidũt. *Species tripliciter accidunt* Altero modo, primò & per se, vt visui coloris species & aliorum propriorum sensibilium proprijs sensibus. Alio modo per se: sed non primo, vt visui est similitudo figuræ, & magnitudinis, & aliorũ sensilium communium. Tertiò neq; primò, neq; per se, sed per accidẽs, sicut visui adest similitudo hominis non in quantum est homo, at in quantum huic colorato accidit esse hominem. Hæc ipse. Similitudo igitur figuræ est in ipso sensu, quæ est similitudo coloris: sed relata in colorẽ est per se primò: hanc enim visus primò suscipit, primò inquã ordine naturæ nõ tẽporis: sensus si siquidẽ vt alia sentiat, priꝰ sentit ꝑpria. secũdò verò similitudo illa est sensilis cõmunis: qa istis sensibus coniũgitur

coniungitur propriũ. postremò verò est similitudo hui⁹ hominis, aut lapidis. Itaq; aliũ ordinem in sentiẽdo potẽtiæ sensitiuæ obseruãt, quàm rerũ existentia teneat. Hic ordo entiũ est, vt prima sit substantia. Et quia hæc colores, sapores, (media tamen quãtitate) suscipit secundo loco est sensile commune, vt magnitudinis moles. Postremò sunt propria sensilia, hic ordo rei est. Sensionis autem ordo est diuersus: sensus etenim ab vltimis rapit initium (in vltimis quidem) quippe hæc sibi notiora, & in prima secũdum naturam desinit, illa legans in superiorem potentiam, quæ est mens. Quæ si cõsideras attẽtè, aduertes rationem: quare propria sensibilia ab vniuersis conclamãtur esse sensibilia primò, communia autem per se, & nõ primo, sed secundo loco sentiuntur, etiam si hæc tria indicata apprehendat temporis puncto: tamẽ est ordo naturæ: quare quædã primò, alia non primò. Et quia primò sentiũtur propria, sensio illorum est naturalior, quare egregiè Arist. dixit sensum versantẽ propria sensilia nõ falli, quæ verba, si per se intelligantur, & quantũ naturæ est sensus sunt necessaria: quia si fallitur, illud per accidens est, impedimento aliquo rei naturã turbante: vt doctè. S. Tho. q. 1. de veritate. art. 11. ¶Postrema sentẽtia sit hæc, sensilia cõmunia & si non habeãt proprias species, quibus afficiant sensus, habent tamen modos proprios, quibus moderẽtur species sensilium, propriorum. quippe magnitudo moderatur speciẽ coloris, qa scdm hãc vel illã magnitudinẽ alius est modus diffusiõis speciei coloris. Hęc sentẽntia est. B. Thomæ in Commẽtario huius loci in quam hac se induxit probatione, sentire est pati: hæc est Aristo. capit. 5. Secundum igitur passionis differentiã, est itidẽ differẽtia sensilitatis. Sensilia autem propria maximam præstant differentiam sensibus: quippe à quibus substantia, seu ratio sensuum captanda est, vt ratio visus est vis, quæ sentit colores, auditus, quæ sentit sonos: ergo hæc jmmittent proprias sensibus similitudines & formas. Alioqui, vt sumeretur ratio sensuum ab ipsis? A sensilibus autem communibus non sumitur prima sensuũ differẽtia, sed ab illis operationes sensus nonnihil discriminis hauriunt: aliter. n. videmus quæ magna, quàm quæ parua, hæc quidem exilis sunt sensionis, illa verò vehementioris. Aliter immutant quę stantia sunt, quàm quæ, mouentur. Quare colores atque figuras vehemente agitatione si moueris, quæ sit figura, quales sint colores, vix aduertes: nisi stare iubeas. Et tunc demum sensionem assequeris exactam: motus ergo & quies sensioni modum imponunt: itidemq; in cæteris exempla capito sensibilibus. Figurata figura globi aliter nos afficiunt quàm quadrata, & hæc quam exagona, & virentia virgulta, si multa videmus iuuatur visus vehementius, quàm si pauca. Hęc ergo est actio horũ, moderari actionem propriorum, & quantum mihi conjectura assequi licet, sensilia propriã conferunt rationem sensibus ipsis: sed communia operationibus sensuum, quas sensiones nuncupamus. Igitur nõ est necesse hæc habere proprias species, sed species albi, est item species magni, albi, & sic in singulis alijs. Substantia verò neq; moderatur sensionem, in hac differentiã constituẽdo, neq; sensui rationẽ præbet. Cæterũ sensibilib⁹ cõmunibus & ꝓprijs accidẽtaliter iũgitur: qua ratione est per accidens sensilis. ¶Scotus in 4. Sentẽtia. dist. 12. q. 3. ad finem ferè non huic subscripsit doctrinæ: credidit enim communia habere propriam speciem, alioquin (inquit) vt per se sentirẽtur? Finxit igitur geminam speciem, alteram communis, alteram proprij. Et præuidens argumẽtum, si sunt duæ species diuersæ, poterit ergo sensile cõmunẽ sentiri sine ꝓprio. Negat consequentiam: nam & si prior sit sensilis communis species, ꝙ proprij re ipsa, non tamen in agendo: qua ratione prior est species proprij in immutando sensu. Ego tamẽ non possum huic sentẽtiæ meam dare fidem. Non enim video, vt quies speciẽ influere posit in sensum. In quã quoq; opinionẽ inuecti sumus aliàs supra. Quin etiam videre nequeo, si speciem propriam influũt hæc communia: ergo ratio sensus exterioris ab illis etiã sumetur, vt à proprijs reclamante Arist. cui substãtia exterioris à proprio est sensili. Neq; Scotica collectio infirmat sententias nostras. Diximus enim sensilia cõmunia

Alius ordo rei alter sensionis.

S. Tho. q. 1. de verita. ar. 11

munia esse p se sensilia: quippe, quæ modum imponũt sensionibus, vt visionem, auditionem, odorationẽ, & id genus cõmunia variãt & modificant, vt ita loquamur. At Scoti hoc placitum habet veteres in autores philosophos, quos recurrẽs hęc quęstio infra indicabit. Fortasis Scotum & D. Thomã amica necteremus in re hac pace: visus, auditus & alij particulares sensus vt tales sunt, nõ afficiũtur specie aliqua sensiliũ cõmuniũ opa: sed modo solum propriarũ actionum. At vt sensus sunt, sic proprijs signantur characteribus sensilium communium. Et argumenta non multum roboris haberent, si sic philosopheris. At priora credito. ¶Iã commodum erit argumẽta absoluere, vt si quæ restant dubia, purgẽtur. Primum infirmam habet collectionem: cuius rei rationẽ Philoponus dixit: color (ait) per lucem sentitur, & sine luce sentiri non potest, neq; hoc infringit colorẽ esse per se sensilem primò: nam & magnitudo & figura & si sentiãtur per propria, sunt tamẽ sensilia per se: quia ab sensilibus istis patitur sensus. In qua re iacet ipsa per se sensilitas. Vt verò patiatur sensus à communibus dudum diximus. Communia enim variant sensiones sensuum. ¶Secundum argumentum inerue est, & quæ diximus in postrema sententia, totã hãc disputatiónem exhauriunt. ¶Argumento tertio dico, figuram & colorẽ duobus qui expenderit modis, satis sapiet & captionibus & tendiculis istis non irretietur: aut secũdum quod sunt quędam res, aut secundum ꝙ sensilia sunt. Prima consideratio illa esse diuersa docebit, & vnũ alteri accidere fatetur: secunda verò credit, sensilia communia esse velut modus agẽdi propriorũ: propria enim sunt actiua specierum, eoq; sunt, vt formæ in excitando sensu, & hanc in actum reddunt siue promouẽt in actum. Cõmunia sunt quæ his speciebus immutandi modũ imponũt. Cum ergo materia sit formæ modus: actus enim actiuorũ sunt in patientem disposito: ita hęc sensilia ob hanc rationem materię conferuntur. Quare hoc pacto magnitudo non accidit colori, vt sensilis est color: sed est modus illi intrinsecus, vt neq; materia accidit formæ, vt hæc actiua est: est enim formæ per se necessaria, vt agat. ¶Quæstio hæc tot habet tricas, quot vix calamus meus edisserendo tradere explicatas posset. Quare sufficiat plus produxisse sermonem, quam in tanta difficultate profundere animus erat. ¶Adhuc silentio meo vnũ non prætermittam. Dixit Aristoteles & tenebras esse per accidens sensiles, hoc secũdo de anima tex. 103. Qua ergo ratione quies per se sensilis est? quippe hęc omnia priuatiua sunt. Imprudẽs quidam etiam quietem per accidẽs dixit esse sensilẽ exterritus hoc argumẽto, ego tamen dixerim quietem, vt priuationẽ non esse sensilẽ, nisi per accidens: sed Arist. nõ sic accepit quietem: sed vt ipsa habet in se causam sensilitatis: habet. n. aliqd quietũ colorẽ aut odorẽ: tenebra autẽ nõ habet in se aliquid, qđ sibi sensilitatis causa sit, idcirco per accidens sentitur, vt pura priuatio. Et hæc adnotanda in primis causa est, quæ est Arist. tex. 66. qui superficiẽ ait esse per se visilem: quia habet in se causam visibilitatis, idest, colorẽ: idẽq; sapito de alijs sensilibus cõmunibus: superficies enim est magnitudo, quæ est commune sensile. Disputationum harũ feruor hactenus detinuit ne contextum enarraremus, etiã quod structurã literæ nõ multæ operæ esse credebamus. Verũ quia nõ prouectis solũ hæc cudimus, sed insipientioribus labores nostros conferre plurimum nobis desiderio est, contextura hæc est. *Secũdum accidens.* Idest, tertius sensilis modus est per accidens, vt si Diaris habet filium, cuius vultus albus est, sentiendo album nos per accidens filium Diaris sentimus, duoq; tunc per accidens sentiuntur, & filium hunc esse, & hunc hominem esse, id est, relationem & substantiam. Quod verò per accidens fit sensile, colligit: quia sensus à relatione neq; substantia, vt hęc sunt non patitur, idest, relatio, neque substantia solitaria non immutant sensum, sed accidẽtia sensilia solũ. Sensilia autem quæ per se sunt sensilia, hæc propriè sensilia sunt. i. propria sensilia illa sunt, ex qbus sensus exteriores, substantiã, id est, rationem seu propriam definitionem capiunt: natura enim visus est instituta, & comparata ad videndum. Sic de aliis sensibus.

Conciliãtur Tho. & Scot.

1. Argu. solutio.

2. Argu. solutio.

3. Argu. solutio.

Dubitatio in Aristo.

CAP. VII.

Quæ visus obiecta sint tradidit, lumenque subito orbem totum implere, visionemq; vacua spacia non amare contra Democritum demonstrat.

Tex. 66. 

Vius quidem est visus, hoc est visibile. visibile autẽ est, & color, & qđ oratione quidem est dicere, innominatum autem existit. manifestum autem erit, procedẽtibus maximè. Visibile enim, est color. hic autem, est id quod in eo quod secundum se visibile est. secundum se autem, nõ ratione, sed quoniam in seipso habet causam vt sit visibile.

¶Opulenter peripateticus noster de sensu & sensili, secũdum rationem generalẽ docuerat: speciatim mõ singula traditurus, à visu cepit initium, Quanquam hęc res nõ est libera ab offensionibus: quî fit vt à sensu visus, sensuũ omniũ nobilissimo enarrationẽ inchoauerit Arist. tact⁹ quippe est, qui constituit animal: cæteri sensus non constituũt animalia, vt text. 16. Aristo. docuerat fundamentum aliorum sensuũ tactus est: hoc enim defecto, cætera deficiunt sensoria cũ viribus sensitiuis. Accedit eôdem obiectum sensus tactus esse primarias qualitates, quas tactiles nõ semel diximus. Hæ autem priores, quàm odores, sapores, quã soni atq; visilia vniuersa. Siquidẽ & nomine qualitates secũdæ nũcupãtur, & re inspecta ex commixtione primarũ consequũtur, si obiectũ tactus prius est alijs obiectis. Quare Arist. remisit tactũ in vltimum locum. ¶Præter hęc & mediũ huius sensus, est nobis intrinsecum, seu neruus, seu caro illud sit: media autẽ aliorum sensuũ, saltem trium sunt forinseca vt visus, auditus odoratus. Et satis sit modo mediũ visus esse diaphanum, quod extrarium medium est. Siue ergo tactum secũdum naturam spectes, siue tactus propriũ obiectũ, seu à medio tactu cogites alijs sensibus prior est. Et fortassis istis persuasus Auicena. 6. naturaliũ, sensum tactus accepit primo quẽ dissereret. Plinius quoq; naturalis historiæ lib. 10. cap. 68. inquit, ante cætera homini tact⁹, deinde gustus: reliquis superatur à multis, &c. Quòd si hic vnus sensus est qui optimũ est hominum, ab hoc prima esset exordienda doctrina. ¶At verô Aristo. visum sibi cepit primò tradendum. Etenim visus est sensuum princeps, sensus enim est (si finias) principium sentiẽdi, quo ergo plura sentimus, est ille prior sensus: hic autem visus est, qui vnus plures rerum differẽtias manifestat cæteris. Id quod docuit liber prim⁹ primæ philosophiæ in principio. Et Plato in Timæo huic sensui acceptã fert philosophiã: philosophi. n. suspicientes cæli altitudinem & astrorũ admirantes splẽdorem, ornatissimãq; machinam rerum causam tanti operis exquirere ceperunt. Quid quod vniuersalius est obiectũ visus, quàm sit aliorum sensuũ? visilia enim incorruptibilia & cælestia se diffundũt, vt Peripateticus hoc docebit loco. Cętera verò vt odor, sapor, tactilia, & sonus, corruptibilib⁹ sunt innexa, neq; ab istis se extricare valent. Et Aristo. in libro de sensu & sensili visum ait esse sensum inuentionis, auditum verò sensum disciplinæ: Est autem inuentio præcedens disciplinam: qua quoq; ratione & visus est auditu prior, & continuò cæteris sensibus. ¶Et quod perficit visum, lumen est, quod citra cõtrouersiam prima omnium qualitatũ est. & Plinius libro natura. histo. 11. cap. 37. oculos præcipuã quoq; animalis partem docet neq; locus Plinij Aristo. hũc ordinẽ soluere potest: sciebat enim Aristoteles tactum esse optimum hominis: at tactui visum secũdum doctrinæ seriem præposuit: quippe visus illi nobilitate prestat. Vt enim sciẽtia, scientiæ præfertur & dignitate obiecti, & certitudine demõstrationis, vt proœmium horum docuit librorũ: sic visus vtroq; insignis, & obiectum cæleste habet claritatem, quę cũctas qualitates sibi subdit certissimus quoq; omnium sensuũ, vnde & notionis certitudinem, quãdo indicare est animus, verbo videndi nobis

An de visu sit tractio. I.

Visus princeps sensuũ.

nobis est visus. ¶Verùm vt lis tota dirimatur, aduertere est in animo, sensum aut sensus conferri posse, & in sensile & in sensitiuũ: & multũ interest de sensib⁹ iudicare scd̃m esse sentitiui aut secũdum rationem cognoscentis: nã secundũ priorem considerationem, tactus primus est, deinde gustus. hi enim duo primi sunt sensus, qui duo esse animalis spectant. 3. de aĩa. tex. 67. dein sequitur odorat⁹, qui est animalibus non odoribus percipiendis seruiens tantum: sed ad discerniculũ ciborũ, & ad voluptatẽ cibis captãdam: dein auditus, postremò visus. Quem ordinem sequutus est Auicena. At verò secũda sensus cõsideratio totum hũc ordinẽ inuertit, & sensui visus primas partes tribuit: deinde auditui, dein odoratui, postremò gustui, & tactui, quem duxit Arist. ordinẽ obseruandũ modò. Et Ioannes Damascenus libro. 2. de fide. cap. 18. visui primum quoq; locũ dedit: nam sensuum nullus est qui notione rerum præstantior sit visu: imò hic omnes superat, quẽ propterea amamus in primis: quia multa rerum genera & differentias hic vnus demonstrat sensus, vt proœmium primæ philosophiæ aduertit. Et hæc totam litem quæstionis dirimunt. ¶Ait ergo Aristo. cuius est visus, illud est visile, exordiens ab obiecto, à proprijs præceptis non discedens obiectum communiter versans potẽtiæ visiuæ, quod est visibile. Et ait visibile est, cuius visus est: & quia nomen hoc est relatiuum, & naturã obiecti visus non exponit, sed relationẽ solum in potẽtiam: subdit visibile aliud quidem est color, aliud verò quod innominatum est: quanquam illud oratione quadam complexa circumloqui possumus: quale tamen sit illud procedens sermo declarabit. Est autem aduertendum esse quædam, quæ in tenebris lucent, vt piscium squãmæ & putridæ quercus, & lampides seu cicindelæ, quas vocant vulgus noctiluca: & sunt vermiculi quidam noctu lucẽtes. Hæc igitur interdiu nõ lucẽt, noctu autem lucent: & propter hæc dixit esse quædam visilia innominata. Hæc nanq; quæ retulimus, non sunt colores, neq; habẽt simplicem vocem, qua significentur: nisi dicamus hæc visilia esse innominata, & hæc oratione solũ cõprehendũtur. Sũt igitur quinq; genera visiliũ, est color, est diaphanũ, est lumẽ, est innominatũ visibile, est deniq; ignis, quę omnia peripateticus sermo persequetur. *Visibile enim est color*, hic autem est, *Id quod in eo quod secundum se visibile est.* Locum hunc latini cum Auerroe exposuerunt colorẽ esse per se visilem, non primo modo per se, sed secundo modo: nã propria passio coloris (extendendo colorem in omnia visilia siue nominata, siue quæ nomen desiderant) est esse visibile, non autem est in primo modo: nã visibile nõ est de definitione essentiæ coloris. siquidẽ partes definitiõis sunt priores definito: nũc autem non est visibile prius colore, sed contra: color est prior natura, quàm esse visile, & quæ sequũtur. *Secundum se autem non ratione.* Exponunt, id est, non est per se visibilis, (ratione) id est, secundum modum per se primum, qui est quando definitio, aut pars definitiõis prædicatur de definito: nam per rationem definitio intelligitur: sed quia color habet in seipso causam, vt sit visilis: quia subiectum est causa propriæ passionis. ¶At verò quid sit, quod Comentator dixerit. cap. 6. colorem esse per se & primo visilem: hic autem quasi immemor dicat esse colorẽ per se secundò visilem, me latet. D. Tho. in Cõmen. & latini interpretes huic Arabico interpretamento adhæserunt geminum esse per se modum, Arist. autore docentes, primumq; modum negãt esse huius propositionis: color est visilis, quia visilitas nõ est essentia coloris. Secundũ modũ confitẽtur, q̃a legunt in Arist. colorem esse secũdum se visilem nõ ratione, idest, (vt dicunt) modo. 1. per se sed quoniam in se ipso habet causam visibilitatis, vt nasus habet causam simi & homo risibilitatis. Mea tamẽ sententia Græcorum interpretum hujus loci dilucidatio est præferenda, quæ hæc est, superficiem esse per se visibilem, nõ ꝙ superficiẽs definiatur per visibile, aut visibile per superficiem. Quare non est superficies per se visibilis, neq; primo modo, neque secũdo modo hic enim modus subiectum definit passionem, vt homo risibile definit. primus verò prædicatum definit subiectum, vt animal definit hominem. Atqui neque superficies definit visibile, neq;

Diuersus ordo sensuum.

Visus postremus ordine secundũ animalis esse.

Visilium differentia.

Color per se secundo visilis.

Collisio in Auerroe.

Notãda textus intelligẽtia.

neq; vice obuersa visile definit superficiem:& ideo neuter modus per se obseruatur: sed eatenus superficies est secundũ se visibilis, quatenus gestat in seipsa causam visibilitatis, colorẽ, aut lucem: omnesq; colores recipit,& vt ait Themistius illis tãquam stragulum subijcitur. Quapropter si obiecerit argutulus quispiam. Si superficies est per se visibilis, ergo per se colorata:& hoc falsum est: hæc enim per accidẽs est, vt illa, animal est homo. Respõsionem qui hæc obiecerit, habet paratam, illa non est per se. i. aut altero modo, sed est per se: qa causam habet receptiuam visibilitatis, vt diximus.& illa, medicus sanat, est per se quarto modo: sic hæc superficies est visibilis differẽter tamen: illa enim in ratione causæ efficientis, hæc autẽ in ratione proprij subiecti, nam superficies est propriũ coloris subiectum. Diaphanũ verò non est secũdum se visibile, nõ enim habet in se ipso causam insitam visibilitatis. Hanc autẽ intelligẽtiam loci huius sequuti sunt cũ Themistio Simplicius, & Philoponus. Huic rei maximè cõsentit sermo ipse peripateticus, color est id quod in eo quod secundum se visibile est, qui planissimè præfert esse colorem in superficie & hac ob eam causam esse per se visibilẽ vt prędiximus. Obijciet quispiam Gręcis non solum superficiẽ esse visibilem, sed profunditatem: nam lapilli preciosi etiam introvidentur, vt christallus,& iaspis,& gelidas aquas intro spectam⁹ intraneãq; habent, claritatem,& in gẽmis per lucentibus maculę quædã intimæ spectantur, & profunda flumina si splendida & clara sint, quæ infundo tenent, aspectui ostẽtant. Cur ergo Aristo. solum meminit superficiei,& hanc dixit habere in se causam visibilitatis? Philoponus omnino asseuerat profundum non esse visibile, nisi solũ per superficiem extimã & maculæ, quas gemmæ intimæ micãtes habẽt, cernuntur per exteriorem superficiem. Etenim translucentia lapidis trãsmittit macularum imagines in gemmæ superficiẽ, & inibi terminatur visus: non tamen visus in intima rei cuiusquã se profundit, sed solùm superficiẽ versat. Simili quoq; modo & lucentes aquæ quę intro seruãt in superficie præferunt, vndarum claritate species interiorum ad exteriorem faciem trãsmittẽte. Quale hoc sit post hęc erit differendi locus.

Superficies vt per se visibilis.

Profunditas non est visilis.

¶Omnis enim color, motiuus est eius quod est secundum actũ, diaphani.& hoc, est ipsius natura. Vnde non est visibile sine lumine, sed omnis cuiusq; color in lumine visibile. Ex quo, de lumine primo dicendum quid est. Tex. 67.

Hæc est definitio coloris, Color est motiuus perspicui actu: est enim perspicuum & actu & potentia, quando illustre est, actu perspicuum est. Quãdo autem non est illustratum luce, est potentia tãtum perspicuum, vt vel aër calignosus, vel aqua tenebrosa. Color porrò nõ mouet perspicuum, quod nondum illustrãte luce illustre est: quod in potentia eatenus perspicuum & nõ iniuria vulgus philosophorũ cum Arist. appellat: quia potẽs est illustrari,& capax lucis est:& tũc demum colores huiusmodi perspicua mouebunt, quãdo actu lucis affectionẽ participent. Quòd verò ait Aristo. hanc esse naturam coloris mouere diaphanũ: non intelligamus, esse hãc essentiam coloris: quippe coloris essentia est absoluta, sed mouere diaphanũ, relationem indicat: quam esse visibile secum cõuoluit. Nãq; & si visibile,& color, re sint idem tamen ratione longè discrepant. Nam ratio coloris, est absoluta qualitas, & impromiscua, sed visibilis ratio est relatiua in visum. Hìc autem Arist. ait naturam coloris, vt est visibilis (subaudias) esse mouere diaphanũ actu. Hic locus suasit Commentatori, vt diceret contra Auẽpace colorem non esse colorem à luce: sed lux, solum exigitur vt medium per quod visus fit, sit actu perspicuum, id quod disseretur in calce huius Cõmentarij. *Vnde non est visibile sine lumine*, Prosequitur qđ cæpit colorẽ, mouere multiplicando species p diaphana. Et ait, nihil visibile esse sine lumine, quod sacer apostolus probatũ habuit quando dixit, omne quod manifestat, lumen est ad Ephes. 5. Quare de lumine prima esto consideratio: quippe visibile nullum est sine lumine.

Color qualitas.

Est

Tex. 68. ¶Est igitur, aliquid diaphanum. Diaphanũ aũt dico, quod est quidem visibile, nõ autem secũdum se visibile, vt simpliciter dicã, sed propter externum colorem. Huiusmodi autem est, aër, & aqua, & multa solidorum. nõ enim secundum quod aqua, neq; secũdum quod aër, diaphanũ est, sed quoniam est natura eadem in his vtrisq; & in perpetuo illo quod rursum est corpore.

Diaphani definitio. ¶Acturus de lumine diaphanũ definit: per diaphanũ enim progredietur ad luminis consequẽdam naturã. Definit diaphanum seu perspicuũ, quod secundum se non est visibile, sed per aduẽtitium colorem, id est, aduẽtitium lumen. Vel aliter & recidit in idem, quod nõ est simpliciter visibile, id est, per se visibile, sed per accidens: hoc enim sibi voluit, vt. *simpliciter dicam.* Id est, per se & absolutè, & secundum propriã naturam: aqua videlicet non est visibilis, neq; aër nec cælum, nisi lumine imbuta: externus autẽ color aduentitium lumen nõnunquam significat: nã color aliquãdo diffusam habet significantiam in omne visibile. Philoponus diaphanũ, etiam luce perfusum negat esse visibile exẽplo vno manifestãs. Si olla inquit, sit succẽsa, parte suprema solum perforata, lumẽ huius solum videbitur in tecto supernè obiecto, vbi est luminis reflexio. Itaq; lumen, quod aër recipit in aëre non videtur, nisi ad solida corpora fiat reflexio, aut luminis solaris refractio. ¶Rursumq; & solaris lux, quæ effunditur in aërem hæc non videtur, vt in aëre est, sed vt reflexa est à terra, vel aqua, aut alijs corporibus potentibus lucem solis in oppositũ retundere. In quã quoq; sententiam lego D.Tho. in. q. 14. de veritate art. 8. 4. argu. absoluens, lumẽ (ait) nõ videtur, nisi vt alicui corpori terminato per reflexionem, vel alio modo coniũgatur. Vt autem nihil sine lumine videtur, hoc sanè modo lumen est visibile. Quare secũdum horum intelligentiã quadam ratione color est proprius visibilis, quàm lux, & quadam ratione non: vt enim color semper in corpore denso, seu terminato est, proprius est visilis: vt autem color eget luce, & nõ lux colore opus habet, lux est visibilior colore. Intellectũ igitur voluit Arist. Philoponus diaphanum in se, nunquam visibile, sed per accidens visibile, quippe, quod colores manifestat. ¶Commẽtator tamen diuersam videtur sequutus philosophiam, qui aërem credit affici colore, non solũ luce: & colligit experimento hoc, sæpe parietes rubẽt, colore rubro, nubium intinctę, & nonnũquam terra viret planta- *Aër colores suscipit.* tũ colore delato vi superinfusæ lucis, vt vt quiuis poterit experiri. Hic igitur color delatus à luce per aërẽ defertur in visum: aër ergo coloratus est, alioq; vt à plãtis, aut nubib⁹, possit cõmigrare in visũ, nisi aër susciperet hoc genus colores? Et definitionẽ peripateticam color mouet actu lucidũ, non intelligẽdam cum Auẽpace tradidit, vt color ipse, (vt is qui habet naturã lucis,) faciat de nõ lucido lucidum: sed mouet, quia id quod non erat coloratũ aspergitur colore. Quare, si aër põt in se retinere colores, & ipse coloratus aliquãdo est, huic autori aër ipse quoq; visibilis erit per se: qđ tamen Arist. negat. ego qđ colligo, omne coloratũ est per se visibile, sed aër per se est huiusmodi, ergo est per se visibilis: nisi dixerit colorem esse in aërem transeunter, & non esse illi insitum, non video vt scitè diluẽda sit obiectio: quippe colorem hic propriè cæpit Cõmen. & non vt sit idẽ lumini. At disputabitur hoc infra. *Huiusmodi autem est, &c.* Ostendit diaphaneitatẽ seu translucentiam adesse elementis, mixtis, & supremis corporibus, quæ sunt cælestia: etenim aër perlucet, & aqua trãsparet, & ignis elemẽtarius, qui cũ sit rarior igne, habet quoq; perlucẽtiam. Alioqui obderet cælestia corpora, ne visus suspiceret. Cęlum item est perspicuũ corpus: nihil enim cælat eorũ quæ habet, sed stellas omnes visibus cõspicuas præfert. Habet autẽ cælestis natura aliud nõ perspicuum, sed lucidum, vt sunt stellę: nam luna soli obiecta ipsum occultat, & quælibet alia inferior stella superiorem cælat, vt ignis qui est apud nos, solidam gestãs materiam, opacus est, & non lucet. Mixta quoq; pleraq; trãsparẽt, vt crystallus,

cornua, gemmæ quædã, & id genus. Plato quoq; in Timæo in eundem ferè modum distinxit visibilia: quædam diaphana alia non diaphana dicens. Diaphanũ quod est vtrũq;, siue ex omni parte perspicuum, sentiens corpus & si ex altera parte lumen suscipiat, vt in superficie, perspicuum non esse: non solum etenim in superficie, sed in profundo lucẽ capit perspicuum. Quare diaphanũ non est lucidum corpus. *Non enim secundum quod aqua.* Id est, vniuersa corpora diaphana, non qa huius aut illius speciei corpora sunt diaphana, sed quia habẽt vnius superioris qualitatis participationẽ. Non ergo quô aqua est, diaphana est: nam si hoc iã aër non esset diaphanus: vt si homo, quò homo, est disciplinæ capax, quod nõ est homo, non capit disciplinam: competit ergo corporibus sublunaribus, transparentia, propter aliquam qualitatem superioris naturæ communem cælestibus, & quibusdã iuferioribus. Proinde prius conuenit cælo, quàm elemẽtis huiusmodi qualitas: & si dubitatum est à viris doctis de communione ista, si sit secundum vnam rationem, an non secundum rationem vnam: sed solum proportionem & analogiam sit vna hæc qualitas, communis diaphanitas & cælo & alijs. Commẽtator libello de substãtia orbis credidit, nihil vnum esse cõmune cælo & elementis: nisi secũdum analogiã, quæ est quasi æquiuocatio. Cui subscripsit Aegidius Romanus multis tamen refragantibus, cum Paulo Veneto ego non operosam iudicem hanc controuersiam: vna enim ratio circuli est, quæ prædicatur de circulis siue spheris superioribus, & inferioribus, & si longè nobilior sit cælestis, q̃ elementorum globi. Similiter & vna ratione diaphani est cælestis & aërei atq; ignei: sed nobilior est diaphanitas cælestis, quàm quæuis alia: & hac ratione Commentator dixit esse quasi æquiuocè vnam, vt prædiximus, de ratione animæ. Porrò si morosus Arist. verba spectat aliquis, offensionẽ illa præbent nõnullam: etenim in.2. physicæ auscultatiõis tex.5. &.6. proprietates substantiæ negat esse naturam Arist. vt sursũ ferri nõ est ignis natura, sed secundum naturam. Hic verò diaphanitatem naturã dicit: cuius cõmunione fruũtur & cælestia & inferiora corpora. Et rursum connectam, si naturã habent hanc cõmunem cælum & nostra, habebunt igitur materiam vnã communem. Siquidem formis valde discrepant hæc & illa. Sed si hoc non verearis concedere locum illũ peripateticũ spernis corruptibile, & incorruptibile plusquam genere differunt.10.metaphi. text.26. locus hic iam pãdit physicam illam dubitationem, si materia cæli sit ratione non differens à materia elementorũ. Etenim Aristo. loco isto vnam naturam commune confitetur cęlo, & aëri, & aquę. Quòd si hæc natura communis est, non vtique vna forma: ergo vna est materia. Etenim Physicorum. lib.2. naturam voluit alterum illorum solum significare. Atqui si diaphanitatẽ supernis illis primisq; corporibus, & elementis, atq; mixtis Arist. non formidat dicere vnã, & quid formidabit vnam materiam confiteri? Vt Plato confessus est in Timeo, credens cælestes illos globos primitiuã generationem ex elementaria materia ignis atque aëris accepisse, esseq; incorruptibiles nõ suapte natura, sed diuinæ voluntatis nexu. Quæ sententia fuit Hebræorum credentium cælos ex igne & aqua compositos ex voce Hebrça illud suspicãtes, quę est samahim, quæ vtriusq; elementi mixturã præfert. Atq; Scotus in.2. volu. Sententiarũ. placitum materiam concedens cælo & formã, ecclesiasticũ magis quàm physicum indicat. Credit enim.14. dist. illius voluminis. q.1. Arist. nusquã cælum cõposuisse ex materia & forma: alioqui, vt esset incorruptibile, & sempiternũ corpus? Siquidem materia est interitus causa: vnde ipse cælos suapte natura nõ credit incorruptibiles: sed quia sunt fortioris actionis, quàm inferiora vniuersa corpora: idcirco læsionem corruptionis nequeũt experiri. Habet autor hic applaudentem librum.9. metaphy. cap.9. qui lucido sermone in corporibus æternis nullam esse potẽtiam simpliciter docet. Est autem potentia simpliciter (Arist. interprete inibi) potẽtia ad formam substantialem. Hanc negat Aristo. corporibus illis supremis concessam potentiam ad qualitatem, vt ad lucem quam nouã recipere cælum videmus quotidie. & ad vbi. habet

An sit commune cælo et elementis secundum vnã rationem.

An materia cæli sit eadẽ atque nostra.

Scotus.

habet enim potentiã vt transferatur de oriente in occidens. D. Tho. in 1. part. q. 66. art. 2. materiam dedit cælo & formam substantialẽ. Sed materia illa longè differens à nostra. Et cum ipso multi sapiunt, vt Henricus Gandẽsis quo. 4. q. 16. & Gofre. quo. 5. etenim materia illa astriferi globi nõ subdita est interitui & ortui, vt nostra. Quare necessariò est alia à nostra: illa igitur materia cælestis non est in potentia ad formã substantialem, vt nostra cuius potentia est cum priuatione alterius formæ cõmixta. Cæterum quod hãc vexat sententiam, est: vel hæc cæli materia est in potẽtia ad formã, an non. Si nõ, nõ est materia: si primũ, vbi est potentia, est priuatio necessario, vt. 9. 1. philosophiæ liber docet. c. 2. sed vbi est priuatio formę substantialis, corruptibilitas caueri non potest: ergo cæli sunt corruptioni obnoxij. Ego quæstionem in alium repono librũ, si dominus fauorẽ aspirauerit. At in presentia dixerim vnũ esse mihi cõfessum cælum esse cõpositum apud Aristo. ex duobus intraneis principijs materia & forma: nam substantia illa cælestis aut est pura materia & hoc neutiquam: quia est ens in actu cælum. Pura autẽ materia negationem omnis actus inuoluit, vt supra nos diximus: sin verò est forma pura: ergo est spiritualis substãtia, & nõ corporea: qa omnis forma à materię concretiõe separata intellectualis est. At cælũ corpus est, superest ergo, vt duo illa coẽant, ex quibus cęlestem substantiam conflatam credamus. Adde Aristo. 9. metaphi. c. 9. cælum dixisse habere materiã, ergo compositum est. At verò & si fateatur materiam cæli, diffiteor tamẽ illam materiam esse propriè in potentia. Neq; arridet mihi Caietani philosophia in Cõmẽta. ad D. Tho. locũ indicatum, cælum habere potẽtiam receptiuam, non tamẽ passiuam. Neutrũ verum si sermo sit proprius: nam recipere est alicuius nouæ formæ, quam non habuit: cælum autem secundum Aristo. habet formam substãtialem sempiternam. Rursum lib. metaphi. indicato. Potentia illorũ dicitur, quæ poterunt cessare: ideo negat cælum esse in potẽtia ad motũ, quia cælum non quiescet. Sed cęlum deponere non potest suã formam substantialem: neutiquam ergo

Quid confessum autori de cæli compositione.

Cæli materia.

Caietanus carpitur.

est in potẽtia ad illam. Sic ergo potẽtia, quia secum trahit in significãtiam & priuationem actus, & cessationem ab actu. Nam potentia est quæ potest habere, & non habere actũ. Hæc duo negamus cælo. Quamobrem neq; illius materia est in potentia ad formam substãtialem: vnde siquidem materia hæc sublunaris est in potentia, & illa suprema non est in potẽtia, sunt diuersis rationibus materiæ. Qđ si colligas illam materiã cæli habere formam substantialem, ergo potest habere. Si potest habere, igitur habet potẽtiam. Dixerim illam materiã posse vt æterna quorũ posse est esse. 3. physi. non tamẽ vt contingentia hæc, quorum posse est ad esse, & non esse, quæ propriè in se consequitur potẽtiæ vox. Quãobrẽ nõ neruosè colligit Scotus, si de potentia propria intellexit cęlũ est materiale: habet ergo potẽtiam cõtradictionis, vt sit & nõ sit. At verò quod ipse incõmodũ duxit esse materiã cæli, & nostrã diuersarum rationum: quia iam tunc essent duæ materiæ primæ, quod ordini physico non congruit negãti duo efficiẽtia prima, & duos vltimos fines. Nos hac respõsione declinabimus si dicamus, primũ esse relatum in secundum: si secũdum non adest neq; primũ tenebis. In hoc igitur corruptibili orbe est materia, quæ habet secũdam, in quam priorẽ referas materiã. Quæ secunda augetur, alteratur, minuitur, & id genus motib⁹ afficitur. At verò cælestis materia non habet secundam: cęlũ enim liberam ab incrementis, & decrementis & alterationibus possidet naturã. Quòd igitur Arist. (vt ad pẽsum nostrum regrediamur) dixit hoc loco naturam esse vnã supernorũ corporum & inferiorum. neutiquã aut de materia, aut forma intelligamus. Sed proprietatẽ occultam fuso sermone dixit naturam, quæ exactius secũdum naturam dicenda vt. 2. physico. docuit locus illatus. Neq; firmum est argumẽtum, Diaphanitas est vna communis: ergo & natura: est fallacia secũdum quid ad simpliciter: vt si dixeris æthiopes & albi homines conueniunt dẽtium albedine, ergo consentiunt albedine.

Scoti cum argu. diluitur.

Regressus in Aristo.

¶ Lumen autẽ, est actus huius diaphani secundũ ꝙ est diaphanum. Tex. 69.

Potentia autem in quo hoc inest, & tenebræ. Lumen autem, vt color est diaphani, cum est actu diaphanum ab igne, aut huiusmodi quale quod sursum corpus. etenim, huic aliquid inest vnum & idem. Quid igitur diaphanum, & quod lumen, dictum est, quia neq; ignis neque omnino corpus, neq; defluxus corporis vllius (esset enim vtiq;, aliquod corpus, & sic) sed ignis aut huiusmodi alicuius præsentia in diaphano. neq; enim possibile est. duo corpora in eodē simul esse.

¶Quod dicit, tale est. Forma constituens diaphanū actu est lumen, quod sanè non superficie tenus tingit diaphanū, vt color superficiem extimā tingit, aut sicut sigillum & cælatura anuli, ceras format, sed profundū diaphani penetrat lumen: diaphanum autem est in potentia tenebra ipsa, aut aër tenebrosus. Quapropter Aristotelica similitudo lumē esse instar coloris, & est lumen vt color diaphani, hoc solo nomine integra est, vt color est forma colorati, ita & lumē perspicui. Est autem diaphanum in actu aut à lumine cælesti, aut lumine ignis aut lucernę: etenim lucis claritas quædam cōmunis qualitas est & supremo corpori, & rebus istis caducis, quæ apud nos lucēt. Et similis contētio priori, si vna est claritas seu lux, quæ cælestis est, & quæ fluxibilium corporū. & simile habet responsum priori. ¶Plato autē in dialogo. 7. de iusto triplex distinxit lumen. Alterum visibile, aliud autem intellectus, postremum supra intellectum, quod est diuinum: & visibile lumen coloribus videndis esse medium dixit vtiq; docens nisi sit medium luce superinfusum visiōe fraudandū sensum. *Quid igitur diaphanū & quid lumen.* Epilogo superiorum vtens noua adijcit lumen non esse ignē, neq; esse corpus, neq; corporis defluxionē: credebāt enim veteres lumen esse ramenta quædam ignis per aërem diffusa. Iamblicus Platonicus in Commētario in Timæum lumen secundum Platonicam philosophiā definit esse igneam formā. Proculi item fertur sententia lumen esse quoddam diuinum per aëris minutulas particulas diuisum: & si non omnes, qui nomine Platonico censentur, consensionem præstent in rē hanc. Quòd verò lumen non sit corpus primò colligit Aristo. esset enim penetratio corporum: lumē enim penetrat aërem, & aquam & .4. physi. liber impossibile demonstrat duo corporea esse simul. Refugiet aliquis argumen. Arist. dicens, non protinus illud esse necessariū, quod Aristo. collegit: lumen etenim se insinuat aëri ipsum diuidendo & secādo in minimas particulas. At cauillus hic non infringet Arist. rationem: nam si totum aërem non penetrat, sed vbi lux est, inibi non est aër: & vbi aër, inibi lux non est: non ergo aër totus luceret. Cernimus autem totū illuminatum & æqualiter secundum partes suas.

Triplex lumē apud Platonem.

Iamblicus & proclus de lumine.

¶Videtur autem lumen, contrarium esse tenebris. Sunt autem tenebræ, priuatio huiusmodi habitus adiaphano. Quare palam, quod & huius præsentia, lumen est. Et non rectè Empedocles, aut si quis alius sic dixit, quòd feratur lumen & extendatur inter terram & continens, nos autem lateat. hoc enim est, & præter eam quæ in ratione veritatem, & præter ea quæ videtur. in paruo enim spatio lateret nos: ab oriente autem in occidens latere, magna quidem multum postulatio est. Tex. 70.

¶Secundò colligit lumen non esse corpus: tenebræ sunt priuatio lucis, igitur lux nō est corpus. Siquidē quę priuatiuè opposita sūt, illa sunt habit⁹ & priuatio. Est igitur lux habit⁹ & forma quædā: forma verò est incorporea: lux igitur est incorporea: cuius absentia in diaphano est tenebra. D. Tho. nō scdm hoc argumentum

tum duxit, sed primi probationē. Assum psferat enim Aristo. lumen & diaphanū esse simul: inde subsumens si corpus est lumē, duo iā corpora sunt simul. Assumptam probat, in hunc modum. Lumē, & tenebra, sunt contraria: hæc cōtrarietas, est solū habitus & priuationis, priuatio & habitus & in vniuersum cōtraria sunt nata esse circa idem subiectū: tenebra est in aëre, & lux in aëre: sunt ergo simul, & aër, & lux, id qđ erat colligēdum. Et præter hæc alias attexere rationes, nō admodum difficile, quibus rursum cōficiatur lucem non esse corpus. Etenim si corpus est nō mixtū, esto simplex: at corpus simplex habet vnum motū simplicem, qui vel circuli motus, aut rectus est: si rectū motum habet lux, quis erit aut sursum, aut deorsum? Verùm cernimus sine differentia lucem supremam infima illustrare, & quæ inferna est superiora ocissimo motu. Sin verò circularis motus, vt ergo secundū rectum etiam diffundi sæpe cernim⁹ & ad angulos rectos cadētem lucē perspectiui tradūt? Præter hæc si corpus est, cur ergo aër & aqua lucis infusione non densatur? Quin contra aër dum illustrior subtilior est, & aqua itidem. Cum verò aliud quanlibet subtile corpus admiscetur perspicuo, inspissatur: vt quando nebulæ aut fumi sparguntur in aëre. Adde, si corpus lumen est: ventus igitur flās, vt nubes agitat agitabit & turbabit lumen. Id quod nō videmus: nam etiam si ventus aërem agitet vehementissimè, lumen immotum est. Quòd si dixerit mouetur quoq; lumen cum aëre, & propria sede deturbatur, sed nouum succedens lumē insensibiliter primū residere quietum credimus. Sed si primum lumen in alia dimoueretur, illa ad quæ accesserit faceret illustriora suo accessu (quia lumē adiectum lumini incrementa lumini donat) id quod non cernimus. ¶Postremò si corpus est, vt ocyssimo motu in instanti totum implet orbem? Cælum enim qđ est corporum nobilissimum in instanti suum nō potest absoluere motum. Quid quod neq; lumen hoc præstare poterit? Refugiebat tamen hoc argumētum Empedocles, vt iam dicet Arist. *Et nō rectè Empedocles aut si quis alius.* Idest, posset quis dicere lumē corporeum esse: attamen etiā si moueatur tēporis mora, per terram & continens, id est, aërem latet tamen nos hic morosus motus. In quē agens Arist. obijcit in modico spacio fortassis nos lateret lucis temporaneus motus: qui & si morulam haberet in se diffundendo, tamen breuissimum spacium per quod luminis agitur diffusio cælaret morulā illam. At verò in tanta vastitate spacij, vt est ab ortu, in occasum vsq;, mora nō potest latere, sed si tempus insumeret in sua diffusione discerni posset. At verò cernimus simulatq; sol orizontis attigerit nostri punctum, totum orbem implere lumine sine temporis interuallo & lucerna simulatq; ingressa aut inducta est domum: ita cito & partes distantes domus vt sibi proximus, illustrat, Empedoclis igitur placitum motum successiuum cōcedens lumini, & aduersatur rationi experimentoq; non consentit. ¶Rationes autem Arist. tradidit iam quibus ductus dixit lucem non esse corpus, & experientia est quæ illata est. Quòd verò hic non solum sugillat Empedoclem, sed ait & si quis alius, dixit. Putat philoponus Aristo. Platonem notauisse, qui lumē in Timeo corpus videtur astruxisse. ¶Sūt autem quædam, quæ videntur Arist. sentētiam de falso redarguere. ¶Primum si lumē subito funditur, esset ergo virtutis infinitæ: quia si aliquanto tempore producatur operatio, est aliquanta virtus producēs: ergo si in minori tempore maior, & in momento erit infinita, quæ est vulgata supputatio philosophorum. ¶Deinde lumen multiplicatur per solis motū, motus autem est successiuus atq; morosus. Adde vmbram successiua corrumpi mora vt cernimus paulatim declinantes vmbras: ergo & lux, quæ est illi contraria paulatim generabitur. contrariorum enim eadem ratio est. Item secundū rarefactionem aëris & luminis maior est infusio: rarefactio autē illa paulatina est, ergo quod prius, colligas. Et demum erecto paxillo ad solis radium, & in orologijs successum vmbræ experimento quotidiano experimur: ergo lux habet infusionis suæ successionem.

¶Secundum quosdam lumen distinguitur aut diffunditur secūdum longitudinem. aut secundū latitudinem: hæc enim est

Lumen nō est corpus.

Obijcit in Aristotelē.

est gemina luminis confusio. Secundum longitudinē intelligunt lumen descendens, secūdum directū à centro luminosi corporis, in partem sibi oppositam, vt solis radius in terrā vibratus: secūdum latitudinē autē est secundum lineam, quæ priorem protractā à centro lucētis corporis, intersecat vt figura demonstrat: sed hoc figmentum est simile Empedoclis cōmento: & ideò est refellēdum cū priori: longitudinis. n. radios sine morosis temporis lapsibus effundi cōfitentur isti: non tamen secūdum latum. At verò cum sit eadem natura lucis quæ in lōgum protrahitur & quæ latitudinē illustrat: æqua erit diffusionis ratio, & in temporis momēto, vel tota multiplicanda aut tēporis mora. Dicere igitur oportet secūdum longum atq; latū in momēto temporis diffundi lumen: nam nulla ratio postulat hoc potiùs, q̄ illud: lumen enim est indiuisibile vnde in paruo loculo nō cōstringitur. Quare nihil minus se multiplicat in longum quā latū: & secundū omnē deniq; dimensionē. ¶Argumento primo dico. Supputatio illa vera esset fortassis, si lumē haberet cōtrariam sibi qualitatem, vt ignis, cui calefacienti vincere contrarium aliquanto tempore est nonnullæ virtutis & in minore tempore vegetioris, & ducto calculationis filo: ergo in non tempore calefaciēs esset infinitæ efficaciæ: verùm lumē habet tenebram solam primatiuè oppositā: ideo collectio est exilis tenebras superare citra temporis moras non est vis infinitæ: quia tenebra est priuatio: vt graue descēdens per inane, & si subitò descēdat, non subinde est grauitatis infinitę. Eadē causa & visus videt in instāti, & non habet vim infinitam, & id genus plura. ¶Secūdo argumēto dicito, solis motus successiuus est, & ita lumen successiuè illustrat partes orbis: prius. n. illustrantur partes terræ, quæ ortum spectāt quàm quæ occasum: & dies orientis regiones incolētibus prius lucet quàm nobis, vt astromorum obseruationes docēt. Et facula accēsa si illam moueris sensim partes has itineris aut domus radijs suis illuminat, & quas lucis beneficio priuabat accedens illustrat. Hæc verò non conficiunt luminis effusionem esse morosam, nisi per accidens: namq; lumen in puncto tēporis totum quod potest illustrat, vt lux solis hemispherium totum, id est, cæli mediū simulatq; orizonta nostrū tetigerit, nostrū totum cęlum illuminat, secūdum omnes partes. At verò, terra ꝓpter tumores suos non tota simul afficitur luminis splendoribus: quæ tamē tota infuso desuper lumine claresceret, si planissima esset & non tumoribus prærupta. Qua ratione impedimēto hoc poscente lumē successiuis illam infundit horis: hoc autem per accidens est. At verò Aristo, sermo est per se intelligendus. Facula autē totum quod valet illuminat subito. Sed quia non est copiosæ lucis, paulatim defertur, vt illuminet quę nō illuminabat. Quòd verò aër rarescēs illuminatur morosè, hoc itidem per accidens est. Aut secundò dicamus lumen nō esse considerādum, vt corpus, quod idem manens loca diuersa variat: impossibile enim esse hoc supra ostendimus. Cum. n. sit accidens, nō potest idem numero, digredi de subiecto in subiectū: ideo idem manēs non se multiplicat in partem hanc, & deinde illam, sicut neq; imago in speculo vnam et multiplicatur: sed dimoto sole ab hoc loco, lumen primū desinit esse: & quia nil corrumpitur, si accidens est, nisi ad defectum subiecti, aut potentia contrarij, aut absentia conseruantis lumen primò infusum desinit esse ad absentiam solis ab hoc pūcto: vnde lumē infundebatur. Verbi gratia, a. & quanquam non absit simpliciter tantisper dum hemispherium girat: tamen girando cælum pūcta cæli irrequieto cursu mutat, ideoq; cōtinuè nouum & nouum punctum cæli assequitur sol. Quare continuò nouū, & nouum lumen variat. Et non sequitur multitudo infinitorum luminum: quia priora discedunt ad absentiam solis, ab hoc puncto. Feruor autem luminis in meridie, & micantia vehemens non est, quia lumina priora manent: sed quòd lumen in meridie funditur, aut vibratur scđm angulos rectiores & ꝑpēdiculo radio sunt vicinio res. In oriēte autē & occasu anguli sunt obtusiores, & obliquiores: qua ratiōe nō tam micant: quia radius quo rectior est, eò vehementioris operationis. Et iam liquet

Sol.

Lumen sine tēporis lapsu diffunditur.

1. Argum.

2. Argu.

Triplex corruptio accidētium.

quet apertissimè vt lumen nõ migrat de subiecto in subiectũ & vt in instanti producitur. Et argumentum esse infirmum. Sol morosam habet circũagitationẽ, ergo lumen morosam infusionem. Solutioni autem huic obloquũtur multi, quib⁹ allubescere non potest in quouis pũcto cæli nouum lumen à sole effundi priori dilapso: Et eget res hæc amplissima disputatione: conuoluit enim secum intensionem formarum, quã valere modo iubemus. Qui ergo huic solutioni cõsentire nõ potest, aliã sequatur, quã diximus solutionem: modò fixũ apud se habeat lumen non esse quod mouetur à loco in locum, vt neq; species mouentur, sed sol est, qui mutat locum aut cælũ rectius solem circũferens. Et fortassis cũ egerimus de modo, quo in medio species sunt, nõ nihil de hac re attingemus. D. autẽ August. lib. 4. super Genesim ad literã cap. postremo, ꝓcul abest à peripatetica philosophia, quam de luminis natura Arist. hactenus instillauit, lucem enim corpus credit, quãtum illius verba præferunt loco citato, &. 12. super Genesim cap. 16. philosophatur enim lucẽ emicãtem ab oculis proprio motu terrarũ & occeani interualla pertransire, vt visibilia longissimè sita in breuissima mora visib⁹ nostris nuntiet: imò lucem quã dixit se mouere, etiam subito mobilem putat, & prius & posterius habere non tẽpore, sed natura. Nam prius terram peruadit, quã maria cõtingat. Quod si lux mouetur lationis motu, corpus est: omne enim quod talẽ assequitur motum, corpus est. Quod vnũ alienum est ab hac Arist. philosophia, vt & alterum. s. lucem moueri in instanti. At D. Augu. Platonizat hic vt sæpe alibi: prisci enim illi doctores vt Augustinus, Basilius, Gregorius, Nazianzenus, Gregorius Nissenus dogmatis Platonici studiosi fuerunt magis, quàm perapatetici. Nos verò in hac re Aristotelicam potius amamus doctrinã: quæ legitimo argumentorum põdere Empedoclem lucẽ corpoream credẽtem suppressit. Neq; in dogmatibus physicis sanctorum autoritas tanta est, quãta diuellere nos possit à peripateticis traditionibus: nisi sociam habuisset ecclesiæ autoritatem, quæ omnem humani ingenij altitudinẽ superat. Ecclesiastica autem traditio de lucis natura hactenus nihil finiuit. Porrò, vt Augustino suus seruetur honor, aduertẽdũ est ipso autore libro retracta. secundo cap. 24. quæ ipse libris quos collegit de genesi ad literam, non vt firmas traditiones esse recipienda, sed differendi potius, quam tradendi modo, illa elaborata esse. Et sic obiectio cessat. Colligas iá per hæc lumen non esse ignẽ, neq; defluxus ab igne, aut sole, vt Empedocles & Plato philosophantur minutulas particulas ab igne aut sole decissas, & per aërẽ sparsas lumẽ esse. Diuersum satis priores euicerunt rationes. Contextus autẽ huius tex. 70 hic est. Videtur lumen esse contrarium tenebris: nõ tamen sunt propriè contraria, sed priuatiuè opposita: & absentia luminis, est tenebra: præsentia verò lumen est, id est, lux est quidam habitus, seu forma: & huius habitus presentia est lumen, id est, illuminat. Et falsus Empedocles qui credidit lumen moras ducere, quãdo se infundit terræ vel aëri, quem per continẽs hîc subaudi. Hoc etenim contra rationem est & aduersatur experimentis.

D. Augu. de lumine.

Doctores sancti vt audiendi in philosophia.

Contextus literæ.

¶ Est aũt coloris quidẽ susceptiuũ, quod sine colore, soni aũt, qđ sine sono. Sine colore autẽ, diaphanũ, & inuisibile, aut quod vix videtur. quale videtur, quod tenebrosum est. huiusmodi aũt, diaphanũ quidem est, sed nõ cũ est actu diaphanum, sed cum potẽtia. eadẽ enim natura, quandoq; quidẽ tenebræ, quandoq; autem lumen est. Tex. 71.

¶ Quod dicit tale est. Susceptiuum coloris, & luminis & demũ formarũ sensibilium necessariò est exutum ab illis formis, & nullam sibi secundum naturã contrahit. Id quod Plato itidem elegãter docuit materiam primam, quæ est gremiũ omniũ formarum, omnibus vt careat formis natura sua esse necesse: vt sit formis excipiendis aptum conceptaculum sine offensione contrariæ naturæ preparatũ: Exemplo hoc ostẽdens in vnguẽtorum suauiter olentium vasculis nullam affectionẽ

ctionem alterius retinere odoris oportet vt vnguenta, quæ condũtur proprios odores bene seruent.& qui effingit aut cælat materiã suscipit nudã ligni aut metalli, cui imprimat formas. Hoc itidẽ modo mediũ diaphanũ suapte natura tenebrosum est,& luminis expers, vt lumen excipiat,& itidẽ sine colore est, vt species colorũ omniũ gratãter suscipiat. Idẽ de sonis & alijs dicito sensilibus. Est enim medium, vt materia suscipiens, & subigẽda coloribꝰ, atq; luci: eò illis natura sua vacat, vt de materia prima & de aliis susceptiuis Plato dixerat: & est locus in Timeo. Sine colore autem subdit Arist. est diaphanum, & vix visibile: solum enim videtur per accidẽs, quia tenebra per negationem lucis sentitur, vt silẽtium per negationẽ vocis, aut soni. Aliquis obstrepet in Aristotelem medium iam lumine perfusum nouo suffunditur lumine. Magna enim turba philosophorum credit lumen semel receptmu in aërem tantisper seruari, dum sol præsens est hemisphaerio. Est ergo adiectio lumini alterius luminis.& ita credunt intensionem formarũ noua accessione formæ antiquiori fieri. Et si ita est, vt ergo susceptiuũ lucis est nudum à forma quæ recipiẽda venit? *Oportuna dubitatio.*

¶Obiectio hæc impensè fauet ijs, qui lumen semper nouũ asserunt infundi à lucente corpore, priore abolito. Ne tamen rem istam sentẽtia Burlei intricemus, dicamus medium diaphanum secundũ naturam suam, nõ esse alicuius luminis, sed deforis gaudere lucis participatione. Et hic sensus est Aristo. Illuminatum igitur medium nouo potitur lumine, sed nullũ sibi vt vernaculum vendicat, sed mẽdicatò accipit à lucente corpore. Idcirco capere põt omnia lumina aduentitia. Aut faciliùs euades tendiculam argumenti, si vnum dixeris lumen solum esse, quod sol die vno infundit in locũ vnũ. Et hoc augetur nõ productione noui luminis, sed maiori radicatione in diaphanum.

Huiusmodi autem diaphanum quidem est. Tenebrosa, diaphana sunt actu cum actu sunt luce imbuta, sed à luce vacantia sunt diaphana potẽtia, non actu: quare idem est diaphanum prius in potentia, quãdo tenebris est offusum, & quando lumine colores traijcere potest. Hæc enim est ratio diaphani, habere vim traiectitiam colorum, quando tenebrosum est hoc potentia habet, sed quãdo iam illustre, actu, qa aër est eiusdem naturæ & sine luce & cũ luce. Si autem lux esset forma substantialis (vt quidam conantur asserere) non esset aër eiusdẽ naturæ illustris & tenebricosus. Nam aër tenebrosus esset corruptus aër, qui non esset idẽ cum aëre non corrupto. Quare Aristo. hoc explodens ait esse eiusdem naturæ aërem tenebrosum & illuminatum. *Definitio diaphani actu.*

¶Non omnia autẽ, visibilia in lumine sunt, sed solũ vniuscuiusq; proprius color. quædam enim in lumine quidem non videntur, in tenebris autem faciunt sensum. vt quæ ignea vidẽtur & lucentia. innominata autẽ sunt hæc, vno nomine, vt fungus, cornu, capita pisciũ & squammæ & oculi. sed nullius horum, videtur proprius color. Propter quam autem causam hæc videntur, alia ratio. Text.72.

¶Differentiam visibilium ab alijs visibilibus hîc Arist. docet. Quædam (ait) sunt visibilia in lumine, (subaudi extrinseco) vt colores, qui semper aduentitio lumine habent opus, vt sensum excitẽt. Alia sunt visibilia, quæ lumine non alieno vidẽtur, vt fungus, cornu, &c. quę cõmemorat. Huius autem causam supprimit. Et hæc vniuersa dicũtur noctiluca, quę noctu lucent & non interdiu: quia vermiculi illi lucentes nõ proprio nomine dicuntur noctiluca, sed nomine generali. Et aduertendum est in isto genere visibilium, quædam sunt corrupta, vt putrida quercus, & spondiles quorundam animaliũ. Et in sepulchris mortuorum quãdoq; flammas accensas experti sunt homines. Et horum causa est: nam per putrefactionem humidum extractum est in superficiem corrupti corporis, in quo humido seruatur retentus ignis debilis, & hic ignis inibi retentus est qui noctu micat, etiam si magis albescat: quia ille ignis collapsam fere vim habet adeoque paruum *Visilium differentia.* *Causa cur quædam putrida luceãt.*

paruum fulgorem emicat, vt carbones igniti ad solem admoti albicāt: debilior enim fit ignis radiorum solis collatione. Quare quercus putridæ, & alia quæ noctu lucent, huiusmodi magis candicant noctu, quam intēsum referant fulgorem. Alia verò noctu lucent in proprio lumine quę viuētia non corrupta sunt, vt vermiculi quos diximus cicindelas, quarũ meminit Plinius natura. histo. lib. 18. ca. 26. quas Græci lãpiridas, rustici verò stellantes volatus: extãt verò maturato ordeo, & quãdo extiterint panici & millij satio est, vt ipse inquit. Istæ fulgentiores sunt, quibus cum sanguis non, sit partes igneę congregantur in locũ digestionis, & fit repercussio spirituum ad succinctorium, seu diaphragma, ideo fulgēt. Hæc igitur noctu sunt visibilia vt lucida, interdiu vt colorata. & sic vna res est sub gemino genere visibilium. Stellæ autem non vidētur, nisi noctu, & si erraticæ nõnunquam videantur interdiu. vt luna, hesperus, & Venus aliquãdo, etiam sole præsente visibus se offert nostris, quãdo ipsa declinans oppositũ suæ tenet augis satis tunc radiante sole visibilis: quia nobis est proprior. Ignis rursum, & videtur & sub lumine solis, & sub tenebris, nisi quod lucente sole videtur magis, vt coloratus, quam vt lucidus. Cælum autem & videtur noctu, & interdiu, quippe qđ nunquam non illuminatur à sole, etiam si densas aër & oppãsas habeat tenebras: nanq; astrologis conus vmbre terrę non producitur, nisi in cælum vsque lunæ: & ipsa tenēte epicicli augem, terræ vmbra lunam vix tangit. Quare cælum relatum in conum terrenæ vmbrę maximo interuallo totam illam excedit vmbram: propter hæc totum cælum semper visibile apparet, modica illa parte obũbrata sensile momētum non habens. Ait aliquis, vt ergo quædam noctu videntur, quãdo visus non potest, colores & visilia sentire alia, nisi per diaphanum actu vt Aristoteles ait. Responsio parata est quæ noctu lucent ipsa reddunt actu diaphanum quantum sibi sufficit: nam si diaphanum maiore luce esset perfusum, illa nõ viderētur lucere: maior enim lux minorē vinceret, vt lux solis lucem stellarũ superans. Quid quod tradētibus perspectiuis nullum est corpus perfectè vmbrosum, sed semp sub tenebris lux debilior est latens, quæ sufficit vt diaphanum sit actu diaphanũ ea luce quæ hæc noctu lucentia satis sit reddere visibilia. Colores autem vt videantur egent maiori lumine: quia non sunt lux, ideo nisi fortè sit aërem illustrans luminosum, non videntur. Themistius hoc loco cap. 24. indicat Sosigenem Alexãdri pręceptorem. 3. volumine de visu, qui rationē (quę Themistio ꝓbatur) afferebat, quare hæc noctu luceãt: & erat hæc, nam huiusmodi cæli naturam participant, eoq; lucent: interdiuq; nõ micant, quod luce maiori superantur. Sosigenem autem quispiam reijceret, alioqui si quo cælestem naturam participant, hæc flãmulenta, quæ noctu videntur, visilia sunt, lucentq; noctu, cælum ergo totum luceret, quod falsum esse ad sensum patet. Solum enim quædã partes eius lucent vt stellæ. Sosigenes verò non aliud forsitã sapuit: sat enim sibi si cælum luceat partibus suis. Nos verò aliam reddidimus causam: quippe Aristo. illam suppresit. Porrò literam Aristotelis celeri calamo cõtexere libet. Nõ omnia ait visibilia, &c. id est, visilia quædam videntur in lumine extraneo, vt colores, qui orbati natiua luce, peregrinã petunt: alia verò non egēt peregrina luce: sed propria gaudent, vt ignea, quæ faciunt in medijs tenebris sensum, id est, sensionem. Hæc proprio nomine carent sed ignea dicuntur. Sunt hæc vt fungus, & alia quæ hic Aristoteles commemorat & Plinius naturalis histo. libro. 9. ca. 27. piscem lucernam nomine dixit quendam ab operatiõe lucendi nominatum, qui quietis noctibus lingua ignea exorta luceat. Horum autem nocte lucentiũ proprius color non videtur, nisi sub luce aliena solis aut aliorum.

Cur cicindelæ noctu micent.

Sosignes ꝗ noctu lucentibus.

Piscis lucerna.

¶ Nunc autem in tantum manifestum est, ꝙ id quidem quod in homine videtur, color est. Vnde non videtur sine lumine. Hoc enim erat ipsi colori, esse, motiuum esse, secũdum actum diaphani. actus autem diaphani, lumen est. Signũ Tex. 73.

autem

autem huius, manifestum. si quis enim ponat id quod habet colorẽ super ipsum visum, non videbit. sed color quidem mouet diaphanum, puta aërẽ: ab hoc autẽ continuo existẽte, mouetur sensoriũ.

Tex.74. ¶Nõ enim bene hoc dicit Democritus, opinatus si fieret vacuum quod medium est, perspici vtique exquisite, etiam si formica in cælo esset. hoc enim, impossibile est. patiente enim aliquid sensitiuo, fit ipsum videre. ab ipso igitur qui videtur, colore, impossibile est. relinquitur autem, q̃ à medio. Quare necesse est, aliquid esse medium. Vacuo autẽ facto, nedum exquisite, sed omnino nihil videbit. Propter quã igit' causam, colorẽ necesse est in lumine videri, dictũ est.

Color mouet Diaphanum

¶Resumit quę tradiderat coloris esse naturam mouere actu diaphanum: color.n. sine lumine aduentitio videri nõ potest: mouere autem hoc loco perficere est, & esse motiuum est esse perfectiuum. Nam medium actu illuminatum est in potentia, vt suscipiat colores: quibus exceptis perficitur. Et hoc est mouere mediũ Aristoteli, autore Philopono. Et Simplicius adnotat colorem, non quà color est, sed qua visibilis est mouere diaphanũ: nam sub tenebris est sanè color & non mouet diaphanum, quem sequutus est Commẽtator. *Signum autẽ huius manifestum.* Probat quod dixerat argumento à signo. Dixerat colorem mouere diaphanũ: signum autẽ huius est, quòd si coloratum admoueatur visui & illi imponatur, non videtur nisi interuallo aliquo visile à visu distet: est ergo necessarium mediũ diaphanũ, inter visibile, & visum. atq; hinc manifesta est reprehensio Democriti: qui si vacuũ tradidit, esset inter nos & cælũ muscã liceret videre, quã mõ non licet aëre atq; igne intermedijs, visum obturbantibus. Atq; cũ visio sit quædã passio, visus necessariò patitur ab ipso colore: sed hic cũ semper distet à sensu aliquod intercedere est necesse, per qđ color agat in sensum: & hoc est ipsum diaphanũ: agẽs.n. & patiẽs oportet esse simul physicorũ.7. text.10. Quare color mouebit diaphanũ: & hoc visum, & ita absoluetur sensio q̃a diaphanũ est simul cum visu & cũ obiecto. Et hoc est, quod lineis istis contexit argumẽtum Aristotelis aduersus Democritum, si vacuum esset totum à nostris visibus in culmina vsq; cæli, nihil spectari non solum non exquisitè, id est, acutè & perfectè imò nullatenus quidquam esset visibile, neq; formicam possemus suspicere: imò neq; ipsas cælestes spheras. Quandoquidem, vt operatio naturæ vacuum abhorret, & cælũ si vacuum esset medium, actionem luminis & influentię suspenderet: sic & actiones sensilium suspenderentur: quia medium aërem desiderarent, per quod species visibiles diffunderent. Et peripatetica probatio sumatim hæc est. Patiente aliquid ipso sensitiuo fit ipsum videre, idest, visio necessario fit per sensus passionẽ, vt supra exposuimus. *Ab ipso autem qui videtur.* Id est, visibili colore, *Impossibile est,* quippe color distans est à visu, & agens, & patiens simul esse necessariò, septimi libri physi. traditio docuit tex.10. Quare visus, si patitur erit à medio. Aduerte solerter verborum intelligẽtiam, ne fallaris. Non negat Aristo. sensum non pati ab obiecto, vt sermonis cortex ostẽdit: hoc enim est falsum: nam sensus est potentia in obiectum, vt ab hoc concipiat sensionem: & manifesta sunt indicula nos pati ab obiectis, vt cãdidum infirmat visum, nigrum roborat. Intellige igitur non immediate sensum pati à sensili sed intercedẽte, medio.

Citra medij interuallum non fit visio.

Disputat si medium sensioni sit necessarium.

¶Est autem non leuis disputatio in Aristotelem: nam sæpe contingit sensio sine interiecto medio, lumẽ enim est visibile, & aër est visibilis lumine sibi iniecto: & hęc cõtingua sunt visui: & diuulsi à magna luce oculis compressis splendorẽ videmus, qui sanè intra oculos est. Et varios itẽ colores (vt Arist. ait de sensu & sensili) oculus clausus à magnaq; luce q̃ spectabat semotus videt. ¶Rursum suffusiões, quas vocãt medici oculorũ, quæ

videntur

videtur & sunt intra oculũ,& non extra: & Commentator in principio de sensu, & sensili ait tactum & gustum nõ egere medio: ergo sensile supra sensorium causat sensionem in istis sensibus ergo & in aliis.In gratiã huius generis argumẽtorũ paucula ex multis quæ perspectiui & anatomistæ de substãtia oculi tradiderũt huc vocare libet.Tunicæ igitur quędã& humores substãtiam oculi constituũt, & tunicarũ primã coniũctiuam vocãt,quę ex pericranio cerebri ducit originẽ: ab alijs verò autoribus hęc adnata vocatur tunica ista,quôd alijs,quæ oculum constituũt tunicis, extrinsecus adnascatur, Græca admonente voce προσπεφυκὼς Id est, adnata.secũda autem tunica cornea: quòd cornibus extenuatis admodũ sit persimilis: quæ splendida est, alba & dura & humoris christallini in opportunissimum propugnaculũ Græcè κερατοειδὴς Id est,cornea. Hæc tenuissima est regione media,vt splendores transmittat. At Plinius natura histo.lib.11.cap.37. oculi compositionem mirabilem tradens,mediam(ait) oculorum partem cornea fenestrauit pupilla:pupillam oculorum corneam dicens,quam oculorum fenestram dixit. Cæterum nos pupillam non membranam credimus corneam, sed humorẽ putamus cum Aristo. qui lib.1.de histo. animalium.cap.9.inquit,humor interior quo videmus pupilla est, quod eam ambit nigrũ dicitur: quod postremo nigrũ circundat candidum, siue albugo hæc ipse. Per oculi nigrum vueã subindicãs membranã. Membranarum munus credidit Plinius loco indicato, vt obsistant caloribus,& frigoribus:vnde illas in extremo naturæ ordine positas in oculis: rursumq; calosas, vt oculis esset defensio à frigidis & calidis occursantibus. Quis tamen harum membranarum vsus, satis abũdeq; deprõpsimus: & iam quæ restãt membranæ, proprias demõstrabunt vtilitates.Tertia vuæa vocatur:quæ accino vuæ nigræ colore & figura similis est.

De detrimentis & humoribus oculi.

Hęc prohibet ne cornea humori christallino incidat. Hæc suo nigrore,cõgregat & alit species visiles. Hæc tunica ad pupillam perforata est, hæc vænosa est, vt corneam nutriat,mollis est atq; humida, ne cõtactu suo humorem christallinum turbet.Est autẽ perforata, vt splendores transmittat. Et qua foramen est,nulla est media tunica inter christallinum & corneã. Quarta aranea est, quæ aranearum telis tenuior est. Hæc innata est humori christallino,& ipsum humorem vestit,& si non taliter, vt quibusdam placuit:sed hoc anathomiæ est. Tunica quinta retiformis appellatur, ꝙ reti sit similis, quæ à neruo optico originem ducit.Hæc humorem vitreum ambit,& nutrit: hæc tota arterijs & venis referta est: vt vitreo humori alimentum aduehat. ¶Qui oculum vestiunt quatuor tunicis solum,hãc vltimam non tunicam,sed humorem volunt:quippe neq; colore, neq; substãtia, tunica videtur: sed refert philosophorũ nihil, quinq; tunicas aut quatuor instituere.Sunt autem humores tres. Primus aqueus,qui albo oui similis, vnde & albugineus dictus est. Hic inter christallinum & vueam, quam Græci ῥαγοειδὴν dicunt & corneam,continetur. Vsus huius est, ne humor christallinus & portio vueæ interna exsiccetur. Hic humor tenuis est, & aqueus ab aquæ similitudine vocatur. Secundus humor glacialis, seu christallinus, quod christallo ac glaciei similis sit, albus, clarus,splendens, mediocriter durus, non exactè sphæricus. Ante vitreũ hic est: in medio.n. vtriusq; humoris collocatur. Tertius est vitreus, ꝙ vitro fuso similis sit,& in retiformis cõcauitate continetur. Horum humorum prior Aristo.locus meminit:duorum tamẽ solum interni humoris, & albuginei quis autẽ ille interior,an vitreus an christallinus non docuit. ¶Præter hæc & septẽ circulos in loco,vbi albũ nigro coniungitur cohærẽtes sibi signant anathomici,quem locum iridem appellãt. Qui volet sectiones oculorũ legat:huic enim negocio nostro non seruiunt. ¶Iam sit hæc conclusio, Visus cernere potest,quę sunt intra substantiam oculi.Hęc probatur argumentis iam factis: suffusiones enim videntur ab infirmis oculis,micantesq; scintillæ videntur ab oculis percussis. Splendor rursum à nimia impressione solis derelictus, coloresq; varij intra oculos lucis cõmixtione, & opaci sæpe videntur oculis abstractis à vehemẽti luce solis & innumera id genus.

Quibusdam 4. tunicæ videntur.

Tres oculi humores.

¶Secunda

Secunda conclusio. ¶Secunda cõclusio est: hæc videntur per medium diaphanum. Hæc probatur: nã huiusmodi apparitiones fiunt, quia humores peregrini incumbunt alicui istarũ tunicarũ, idest, vueę aut alteri, per quã in araneam transmittitur similitudo. In aranea. n. refertur idolũ rerũ sensibiliũ. Atqui iã mediũ est, qa vuea distat ab humore christallino, & vitreo, quæ sunt sensoria propria visus, & inibi cõdita est vis visiua. *Tertia cõclusio.* ¶Tertia cõclusio sit, Supra humorem christallinum si quid insederit, non sentitur, & fortassis idem dicendum est, si in retiformi incumbat humor, nõ sentietur per visum: quia hæc admodum innata sunt, & proprijssima visui. Et sic *Sensus peripatetici verbi sensile supra sensoriũ non sentitur.* venerũ est sensibile supra proprium & intimum sensorium nõ videri: quia cætera, quæ. s. de substãtia oculi sunt nõ sunt sensoria, sed opercula & naturæ integumẽta sensoriorũ. Quãobrem si exactũ amas sermonem, in oculis est visus sensorium, & in auribus auditus, &c. tamen hæc non sunt sensoria, vt locus Aristo. indicatus admonuit, & vtiq; si autoritati argumentum accedere desideras, quod ratiõis sit hoc est, nam manente sensorio vis sensitiua viget semp: at verò sępe oculis superstitibus, & auribus vis sensoriæ detrimẽta sustinemus: non ergo hæc sensoria sunt, etiam si Scotus in. 4. Senten. volu. dist. 23. q. vnica oculos pronuntiet visus sensoria, & aures auditus, & id gen⁹. Sed agenti rem theologã donanda venia.

Postrema cõclusio. ¶Postrema sit conclusio: hæc autem quę intra oculum spectãtur, adhuc egent lumine, & medio extrinseco: etenim & si cõpressis oculis, colores quidam, vt puniceus & purpureus videantur, hæc nõ viderentur, nisi priùs oculus affectus esset luce vel colore extrario, & varietas illa colorum est ex commixtione lucis cum humoribus, aut tunicæ oculis, vt colores pauonis varij referũtur, ex varia cõmixtione. Et qui obtutũ intẽtum & defixum in virentia habuit abstract⁹, (maximè si pupilla est admodũ humens) ab obiecto vniuersa tincta virore credit. Per hæc argumenta obiecta legitimam, quam desiderabant, solutionem assequuntur: nam verbum Commentatoris hac est audiendum censura: tactum, & gustum, nõ habere mediũ extrariũ, quippe medio intraneo vtuntur vt locus proprius ostendet.

¶Ignis autem, in vtrisq; videtur, Text. 75. & in tenebris & in lumine. & hoc, ex necessitate. diaphanum enim, ab hoc diaphanum fit. Eadem autem ratio est, & de sono & odore. nihil enim ipsorum, tangens sensorium, facit sensum. sed ab odore quidem & sono, medium mouetur, ab hoc autẽ, sensorium vtrunq;. Cum autem super ipsum sensorium aliquis apposuerit olẽs aut sonans, nullum sensum faciet. De tactu autem & gustu sese quidem similiter habet, nõ autem videtur. propter quam aũt causam, posterius erit manifestum.

¶Ignis sub tenebris videtur: ipse enim depellit tenebras, & actu illustrat, & sub luce videtur, vt diximus. Eadẽ ratio est de sono, & odore, quæ de visibili. Nihil enim horum tangẽs sensorium facit sensum, intelligas de proprio sensorio, & nõ de tegumento. Vnde & sonos quosdam murmurãtes, instar bombi obstrepẽtes, intra aures sentimus, & intra nares odores: hæc autem non insident sensorijs, sed sensoriorum (vt ita dicam) repagulis & munimentis. Autorem huius doctrinæ tibi facio Arist. in lib. de sensu & sensato. c. 2. non enim ait in vltimo oculi aïa aut animæ sensoriũ est, sed manifestum quod interius est: ergo sensorium in vltimo sinu oculi reconditum, non in membranis aut tunicis, sed hæc obmuniunt sensoria, sensilia igitur sunt mouẽtia, vt ait Auerroes: non mota. Medium autem per quod traijcitur sensile est motum à sensili, & mouet sensum. Sensus ipse est motus non mouens, id est, sensorium nõ mouet aërem, aut alia media, sed mouetur ab istis. Occinit Aristoteli aliquis, si vt iungatur sensile cum sensu est medium necessarium, quia mouens & motũ se contingere est necesse: ergo si sensile iũgatur sensui, celebrabitur sensio nihil enim

enim deerit. Respondetur vna quæque actio secundum suum genus: exigit contactum: actio ergo quæ materialis est exigit contactum materialē, seu physicum, vt ignis quando lignum cōburit. At verò sensus non hunc contactum postulat. Quin contactus hic est illi impedimēto, vt si sensile sit sensui proximum: sed sensio est actio immaterialis, idcirco contactum desiderat spiritualem, qui est suscipiēdo species sine materia à medio. De tactu autem & gustu eadem ratio est: hęc enim medium habent per quod transfertur species, & si non sit manifestum hoc medium, de quo infra.

Tex. 76. ¶Medium autem sono quidem aer est, odori autem: innominatū est. communis enim quædam passio est in aere & aqua vt diaphanum colori, sic est habenti odorē quod in vtrisque his inest. Videntur enim & animalium aquatica, habere odoris sensum. sed homo & pedibus ambulantium quæcūque respirant, non possunt odorari nisi respirantia. Causa autem & de his, posterius dicetur.

¶Media auditus & olfactus illius ait, esse aerem, sed olfactus medium est innominatum: ést enim aliquod: quo communicāt & aër & aqua. Nam etsi animalia respirātia non odorent subtus aquas quando latuerint: tamen animalia. quæ non respirant, odorant: vt pisces, qui ad odores ciborum ad superficies vndarū se agūt, Causa autē de his posterius dicetur, quādo singulorum horū sermo habebitur. In præsentia autem res hæc nō habet plenam cōsensionem autorum. Philoponus medium cēset aërē esse auditui non aquam: nam etsi subtus aquam sonus sentiatur, ab aquaticis: nanq; sonis vehementibus exterrita in imas sese abdunt latebras, tamen in aqua sonus edi non potest: crassitudo enim aquę soni reuerberationes obtundit. Quare in auditum non transmittit. Voces autem in aere editę ab aquaticis audiuntur: quippe non sonus in illam traijcitur, sed species vocis, aut soni. Et Philopono suscripsit Commētator. commenta. huius loci. Themistius diuersum longeq; ab hoc abhorrens sentit dogma aerē & aquam media esse & soni, & odoris: non quatenus aer & aqua sunt, sed ob qualitatē istis communem, quemadmodū aër, & aqua, propter perspicuitatem communē colores referunt visui aeris & aquæ: ita sunt alię qualitates innominatæ per quas traiectitias habent vires odorum & sonorum: & altera ipsarum, quæ sonos refert, diechē appellās, idest, si personiā dixeris. Quæ verò odores diosmō, ac si perolatiam vocaueris, idest, vehiculariā odorū. Habes per hæc quasdam qualitates communes elementis per spicuitas cælo & elementis, luminositas igni & cælo personia & perolatia aëri, & aquę. Hinc vniuersaliū figmentorum amatores sibi applaudūt, vniuersalia esse in rebus: quod negociū non est huius ocij. ¶Superest autem modò, de obiecto visus, idest, colorum, quædam differere: quibus discretis quæ Aristo. dixit & nos, exposuimus, lucē quam desiderant assequantur. Et de natura coloris Arist. hoc tradit, esse motiuum diaphani in actu. Rursum colorem esse solū visibilē medio illuminato, in libro autē de sensu & sensili colorem dixit extremitatē perspicui in corpore determinato. Hinc mirabiles subortæ sunt de coloris substantia pugnæ & dissensiones. Quidam enim vt Albertus Magnus in libro de sensili tractatu .2. cap. 1. & 2. post multā disputationem, in eam tandem inclinat sententiam colorem duo habere: alterū quod eius est materia, non ex qua color cōponatur, qui qualitas simplex est, sed in qua color subsidet. Et hæc materia est perspicuitas, quæ etsi vniuersis data corporib⁹ non eodē tamen modo, quędam enim sunt maximè perspicua, quæ profunditatem habent transparentē, vt aer, atq; aqua, ignis & cælum, alia verò perspicuitatem habent in externa perficie, vt corpora dēsa & terminata, vt lapis aurum, & demum vniuersa corpora quanlibet densa. Hæc igitur est materia coloris: actus autem & forma est lumē. Itaq; lumen in perspicuo est color nisi quòd lumen receptum in perfundo perspicui non

Quid diechē & diosmō.

Dubitatio de natura coloris.

non est propriè color, sed lumẽ, vt lumẽ aerem penetrans, & aquam. Color verò est illuminatio illa, quę est in extrema superficie, quæ affecta perspicuitate, sub tenebris est: ergo quando lumen non est neq; perspicuum est: quia lumen est act⁹ perspicui. Quare neq; tũc est color actu, sed solum potentia: nam superficies rei sinè illustratione non est perspicua, nisi potentia. Fauent huic placito multa. Primum definitio enarrata coloris, est videlicet extremitas perspicui in corpore terminato: & hîc definit colorem actu: igitur vbi non est perspicuitas actu, neque color erit. ¶ Secũdò Pytagorica definitio color est epiphania, idest, superna apparitio, plurimũ fauoris Alberto præstant: etenim quę in profundo corporis condũtur, non sunt actu colores: quia actu non illustrantur si Pytagoream definitionem probatam habueris. ¶ Adde secundum differẽtiam luminis, colores diuersos esse vt in nubibus atq; mari videmus: mare etenim de longè visum candidat: propioribus factis nigricat. ¶ Colores rursũ columbarum ex diuersitate commixtionis perspicui & lucis variegantur: & in caudis pauonum non sinè magna spectãtium admiratione, quotidie cernitur. Et iridis colores à lucis commixtione cum perspicuo nubis generari philosophorũ schola nunquam non fatetur & in solis deliquio, quæ alba erant, pallent, & mutant colores. Etsi ad solis radios spargimus aquam, in roris formam colores iridis ostenduntur. Et Plato in Timæo colorẽ flãmulam dixit, & fulgorem quendam à singulis corporibus emanantem. Et Aristo. de sensu & sensili cap. 3. ait, ꝙ est lumẽ in perspicuo: hoc albedo in corpore terminato: & quod est tenebra in ꝑspicuo, istud est nigrido corporis terminati. Et tertio de anima tex. 18. lumen ait, potentia existentes colores, facit actu colores: lumẽ ergo est actus coloris: & substantia eius, seu essentia. Et huius confessionis est sectator sanctus Thomas in fine Commentarij huius capit. Color ait, est quædam lux obscurata, & subdit lumen esse quodam modo substantiam coloris, innuẽs essentiã esse coloris & theologo argumento idem non pigeat colligere. Corpora beatorum diuino oraculo

Plato de colore.

tradente Sapient. 3. & Matth. 13. fulgebunt, vt solis globus totus fulget. At verò nisi colorem dixeris lucẽ, istud non planè intelliges: nam corpora illa colorẽ vtiq; proprium & vernaculum seruãt viuidum tamen & purum quem habent corpora viua, vt ergo erunt lucida corpora, itẽq; viuacibus coloribus affecta, si non est ipsa lux color? Quòd verò colores pristinos viuidiores tamen seruent beata corpora, inde demonstrabis, si aduertis complexiones proprias illa corpora seruatura humorum suorum. At secundum complexionis temperaturam alius atq; alius color exultat: iam verò si lux color est nihil superat fidem corpora gloriosa luce fulgida & colore affecta esse. Sin color non est lux, pessimè cohærebunt lux atq; color in eodem glorioso corpore, neq; se admittent. ¶ Sunt autem offensiones multæ volẽti sic philosophari. Primùm, lux est qualitas contrarij expers: color autem haber contrarium, vt albedo nigredinẽ. ¶ Rursum, si nigredo est priuatio sola lucis, est igitur tenebra per accidẽs igitur, & non per se visibilis est. ¶ Adde colorem esse quãdam formã physicam: ergo per se ex sua natura est actiua: vt cæteræ formæ. Color ergo, qui in tenebris est, de se est visibilis, etsi luce non illustretur. Item si color est lux: quare ergo non videtur in tenebris: vt alia ignita & lucida, quæ habent lucem debilem? Si ergo eget luce forinseca, non est ipse lux. Neq; iuuat respondentem, si dixerit, est color lux debilis: ideo, vt cernatur, opus est sibi lumine aduentitio: imò quò debilis est, eò in lumine aduentitio forti non esset visilis, potentiore lumine victa. Rursum Aristoteles dixit supra, superficiem esse per se visilem: quia habet in se causam visibilitatis, idest, colorem. Est ergo color secundum propriam naturã visilis, & non à luce. ¶ Præter hęc essentia rei fixa est, quãdiu res est: etsi coloris essentia est lumen: hoc autem est in continua variatione & fluxu secundum solis motum: ergo generantur innumerabiles albedines in minimo temporis tractu. Rursum ouum crudum est transparẽtius, quàm coctum, & plus lucis habet: coctum autem cãdidius: quando minus lucis est, & minor perspicuitatis copia:

Offensiones Alberti. *2. offensio.* *3. offensio.* *4. offensio.* *5. offensio.* *6. offensio.*

&

& in marmore nigro est ingens perspicuitas, quando tersum est, tamen nulla albedo est, & in alijs id genus: non ergo transparentia mixta luci albedo est. ¶ Rursum omnes colores essent eiusdem speciei: different enim solùm secundùm lucem vberiorem: vt albedo esset maioris lucis quàm pallor, & rubor, &c. sed magis & minus lucidum non variat speciē: & hoc genus argumenta, non est difficile aggregare. Quamobrem in huiusmodi dubio vnum est citra controuersiam verum: colores, qui dicuntur metereologici, vt sunt colores nubiū, aut colores, qui cernuntur in aqua ex immisione lucis istos constare: nam variantur secundum variam lucis commixtionem: iam rubedo, iam pallor ingeneratur & reflexio radij & refractio diuersitatis coloris causa est. Substantia igitur istorū colorū lux est. Quare vt prius dicebamus, mare procul spectatum albescit, propè verò nigrescit: itemq; colores Iridis non eūdem cernentibus vultum ostendunt. Nam alius est radij situs prope & longè videntibus: & isti colores secundum variationē lucis ad sensum mutantur. Sunt alij colores, qui habent propriæ generationis principia quatuor primarias qualitates. Nam ex harum coniugatione diuersus dissultat color: vt nimiā adustionē denigrare facies cernimus, rigentesq; frigore regiones homines candidos edere experimur. Secundum eiusmodi colores est alteratio: & tamen secundum lucem nihil alteratur: quia lux caret contrario: & suscipiens lucem in instanti lucet, sed nihil albescit in instanti aut alio colore tingitur: quæ omnia attestantur diuersam essentiā coloris & lucis. ¶ Sed esto hæc sententia prima, colores isti, vt habēt esse à primis qualitatib⁹, verè sunt diuersi à luce: & sic varia coniugatio colorum profert diuersitatē: & albedo habet hoc esse sub tenebris quamlibet densissimis, estq; verus color: & de alijs coloribus idem esto iudicium. Hoc probant quæ illata sunt argumenta. Secunda sit sententia, color vt habet esse visibile, habet esse à luce seu lumine. Hæc satis exposita est. Et hac ratione dixerunt philosophi lucem esse perficientem colorem, vt Auicena Naturaliū .6. libro .3. c. color (ait) qualitas est, quæ luce perficitur. Et Alpharabius lucem dixit esse substantiā coloris & Auempace, quem citat Commentator commenta. 67. dixit lucis cōmixtionem cum perspicuo colorem esse. Et Aristoteles coloris naturam mouere diaphanum actu tradidit, nobis. Quæ omnia non sunt eò audienda, quo quisquam putet qualitatem illam, quę color est, componi ex perspicuo & lucido. Istud enim abhorrēs est à sana & legitima philosophia, quæ colores qualitates simplices credit, non compositas ex materia atque forma, aut quò alius credat coloris, vt color essentiā lucem esse: hoc nēpe in coloribus, quos dicebamus metereologicos, verum est: sed in coloribus physicis falsum esse conuincunt argumenta priora. Sensus igitur recipiendus hic esto. Color vt visibilis habet esse à luce. Non enim possumus colorem, vt sensilem intelligere, nisi relatum in lucem. Quā ob causam Aristoteles definiens colorem & hoc loco, & in libro de sensu & sensili, per lucem definiuit: extremitatē enim perspicui in corpore terminato lucem protulit esse. At extrema corporis terminati perspicua non sunt actu, nisi luce perfusa. Vocat autem corpus terminatum, quod extra excipit lumen, & nō intra, qualia sunt corpora densa: perspicuum verò etiam intrò lumen suscipit, vt supra commemoratum est. Hac ergo causa coloratum corpus esse visibile à lumine suscipit. Et in hanc sentētiam Simplicium memini me retulisse inter exponendum Aristote. Hæc autem erunt disertiora, si distinxeris colores à reliquis formis. Sunt enim formæ perfectæ, quæ vt agant, alio egent: vt calor si adsit suscipiens. Sunt aliæ imperfectæ, vt color est imperfecta forma non potens suam similitudinem proferre, nisi adiutus motore extrinseco, idest, luce. Et si hunc Commentator intellexisset motorem extrinsecum in illius sententiam fortassis iuissemus, quæ erat sensilia egere motore extrinseco, vt moueant. Cæterum de hac plura suo loco tradidimus. Submoto igitur lumine calor est imperfecta forma visibilis tantùm in potentia non actu. Et quanquam Commentator satis contendat colorem per se visibilem, quare &

7. offensio. — *Definitio autoris.* — *Colores metereologici.* — *1 sententia.* — *2. sententia.* — *Alpharabi⁹ et Auēpace* — *Arist. de colore.* — *Formarū varietas. 2.* — *Lux extrinsecus motor.*

& mediis tenebris visibilis. Virũ in Cõmentario diximus Aristotelẽ non dixisse: colorem per se esse visilem, sed superficiem esse per se visilem: quia habet causam, vnde sit visibilis. Verùm lumen est coloris actus, atq; virtutis eius absolutio, & complementum. Id quod liber Aristotelis de coloribus. pulchro sermone tradidit, ex tribus docens omnes mixtos colores constare. Ex luce primùm, & ex ijsq; quæ lux apparet: ceu ex aqua & aëre, tertiò ex subiectis coloribus. Diuersa enim mixtio lucis cũ aëre, & cũ aqua ipsorum: quia mutua commixtio diuersos colores exhibet. Aduertas tamen Aristotelem in eo libro geminos distinxisse colores & simplices & mistos. Primi sunt albũ, nigrũ. Posteriores verò sũt medij ex istis contemperati, vt flauum cæruleum, herbaceum, & id genus. Omnes igitur colores varias habent causas, vt quidam ex cõcretione, vt fructus maturi alterum exhibent colorem, quàm ante maturitatem. Nam varia est fructus complexio, itemque coloris cum colore permistio, vt ignei cum nigro flauum, vt carbonis est color recẽter accensi. At verò optimam colorum causam Aristoteles ait lucem esse solis lucemque ignis aërem & aquam. Quæ verba interpretãda veniunt ad regulam prioris sermonis colores esse quosdam stabiles, vt foliorũ virentium viror, lapidum candor: &c. Et hæc ex commistione elementorum dissultant: & substantia horum non est lux. Et si illorum colorum virtus sit lux aut ignea aut cælestis, alij sunt colores, qui non stabiliter insidunt: sed situs radij illos variat, vt maris color qui purpureus spectatur aliquando & colores pennarũ auium, & nubium & id genus. Horum substantia lux est, &c. Porrò etiam si color & lumen non sint vnius essentia: color enim non est actus diaphani: sed lumen est actus diaphani, vt diaphanum est: tamen relatione in sensum visus, vt vnum recensentur color & lumẽ. Neq; color à luce in ratione visibilis sciungitur: sed vnum est, alterius ratio, qua videatur vt lumen est ratio visibilitatis coloris. Commentator verò credit textu Commentarij. 67. lucem non conferre colori: sed medio vt illustretur, sicque per accidens est lumen necessarium colori, quòd hic non effundit species, nisi medio illuminato. Quamobrem lumen medij est potiùs, quàm coloris. Cui cũ multi subscribant ego nõn possum ire in hominis sententiam in re hac. Crediderim potius lumen colori, & non solùm medio esse opus: quippe color (vt scitè admodum Sanct. Thomas dixit in Commẽtario) est forma virtutis non perfectè sua pte natura, suæ virtutis fauorem à lumine postulans. Quòd autem Commentator accepit in suæ assertionis suffragium colorem esse per se visibilem in secundo modo dicendi per se, etsi illi donemus (Græcis omissis) diceremus visibilitatẽ esse propriam affectionem coloris, vt color habet esse completum per lumen. Lumen enim visibile sanè est, vt Aristoteles docuit habito iam sermone. Aut ergo color & lumen sunt duo visibilis genera & hoc à verò abhorrere Aristote. hoc secundo de Anima tex. 127. docet, vnũ sensum scribens esse vnius cõtrarietatis excepto tactu. Visus ergo non se refert nisi in vnum genus contrarietatis album, nigrum, & non in diuersa. Sin verò nõ sunt duo visilium genera, vel color videtur per lucem, aut contra, lumen per calorẽ: hoc postremum nullus credet experientia reclamante: ergo primum est necessarium lumen esse rationem coloris, vt sit visibilis. Quid quòd vt sit color per se visibilis, satis est visum pati à colore vt. 6. capit. huius docuimus. Argumenta quæ vltrò citroque iactata sunt, hoc vnico soluentur obseruato colorem scilicet habere, & esse qualitatis & esse visibile. Priora ergo colligunt calorem esse à se qualitatẽ sub passione, aut passibili qualitate contentam: & hoc non habet à luce sed à primis qualitatibus extrinsecè, & à natura sua intrinsecè. Vt verò visilis est, habet esse à luce: & hoc opposita argumenta euincũt, etsi quod dubij superest purgabitur abunde per edocta. Theologicum argumentum vnum est, quod solutionem desiderat. Cui hæc sit responsio prima. Nihil detrimẽti passuram philosophiam, si dixerimus beatorum illa corpora colore esse suffusa vario qui color etiam lux est: vt lux ignis, vt Aristoteles ait libro de coloribus. Cæterùm scio

Arist. oẽs colores ex. 3. cõstant.

Lux color cõfert.

Colorem per se esse visibile quid sit.

Purgantur argumenta.

Lux est ignis color. scio si sic dixerim, mihil multa impendere argumenta: quare dicito sanctorũ corpora fulgida futura: q fulgor claritas est quædã, & micantia radiorum: vt vultus Moysi vernaculum seruans colorem, cornutam splendoribus gestabat faciem: & Dominus Iesus proprio colore non diluto resplẽdentẽ habuit faciem, vt sol. Neque color ille lux erat, sed fulgebat vt lux: sed de istis in quarto libro Sentent. distinct. 49. cõmodior fiet sermo.

Disputatio secunda, qua natura lucis exquiritur.



Ecunda disputatio erit in exquirenda lucis natura. Dixit enim Aristoteles lucem non esse corpus & sibi aduersatur. *Arist. collis. Primum argumentum.* Problematum enim sectione. 11. problema. 33. quærit causã cur noctu auditus subtilior, & exactiùs sentiuntur voces atque soni. Cui ita respondet, quòd interdiu aër radijs solis densior est: & oppletus aër radijs solis non potest sonos in aurem inijcere. Atque si lux nõ esset corpus nihil sua corpulentia obstitisset trãsmisioni specierum sonabilium. Adde lumẽ suscipere dimensiones, habet enim suum dimensum. Est enim longitudo luminis, & latitudo & profunditas, quia interna perspicui imbuit. Itẽ huic attestãtur reflexiones, & refractiones, lucis, nisi corpulenta lux esset, vt refragarentur? aut flecterentur. *Secũdum argumentum.* ¶ Rursum habet vim calefaciendi: ergo est de substantia ignis. *Tertium argumentum.* ¶ Sub hæc quoque illud quod est circunscriptiuè in loco corpus est: lumen huiusmodi est: nam vbi est vna pars luminis alia simul non poterit esse, sed diuersos situs diaphani distincta lumina occupat. *Iamblic⁹ de lumine.* ¶ Platonis familiares, vt Iamblicus in Timæum Plato. & alij post ipsum lumen dixerunt non esse corpus neque incorporeum, sed mediam tenere naturam inter vtrumque: sanè quidem. Extensio enim corpus refert & corporis refert naturam: lumen autem extensum est. Habet item dimensiones & actionem corporũ, vt calefacere quòd ignis est, aliorumque calidorum. Est item spiritualis naturę referens imaginem, quia subitã habet diffusionem. *Arist. de lumine.* Aristoteles verò omnino dixit qualitatem incorpoream, nõ q sit lux spiritualis substantia aut qualitas. Nã si spiritualis substantia esset non esset sensibilis lumen. Spiritualia enim non videntur corporis sensu: & spiritualis qualitas corpori non inest, vt accidẽs quod lumen est, diaphano inest, sed eò incorporea lux, quo suapte natura est, indiuisibilis, vt de anima plantali & brutorum diximus. Est autem lumen extẽsum solum per accidens ad diuisionem & extensionem aëris etsi aëre diuiso lumen nõ diuiditur vt quilibet sẽsu percipit & moto aëre lumen quiescit, verùm extenditur in diaphano, & in eo est non vt aqua vel aër est: sed vt est diaphanum. ¶ Fuerunt autem ex nostris perspectiuis nonnulli quibus lumen est accidens spirituale in medio, & non naturalis qualitas, vt Ioannes Asianus in quæstionibus in perspectiuam, motus hoc argumento. *Ioan. Asianus de lumi.* Lumen non habet esse fixum sed variabile, ad variationẽ lucentis corporis: qualitas naturalis, idest, quæ habet esse naturale & reale, habet esse fixũ in subiecto. *Sco. de lumi.* Quare & quidam neque accidens dixerunt esse lumen neque substãtiam. Scotus autem in. 2. Senten. lib. dist. 13. quæstio. vnica itidem credidit lumen habere in medio esse intentionale, non tamen reale. Censuit etenim lumẽ, quod est in medio, esse speciem visilem, & rationem cognoscendi, & illud esse habere, quod habent species visibiles & odorabiles, quæ solũ habẽt esse intentionale. Sũt enim in medio vt illa quę mouent visum, aut auditum in sensionem, non vt qualitates reales. Adduct⁹ est in hoc placitum coniecturis verò similibus. Primò si lumen esset sensibile ipsum & non species: ergo lumen nõ sentiretur: nã sensibile supra sensum non sentitur, vt hoc ca. tradidit Aristote. Nunc autem lumẽ est oculis contiguum: & tamen videtur lumẽ. Aër quoq; visibilis est, qa illustratur lumine: q est velut color diaphani. Quin etiam & oculis est internum lumen vt Aristote. & Commentator dixerunt. Et in oculis catorũ facilè experimur, è quorum oculis fulgor quidam emicat. Verũ si haberet esse materiale, non posset videri lumen, quia ipsum oculum occuparet & externũ lumẽ nõ sentiret. *D. Tho. de lumine.* Diuus Thomas

mas in prima parte quæstio. 67. articulo. 3. esse reale & naturale tribuit lumini: quia operationes eius reales sunt: viuificare & illuminare, & radijs suis colorem ingenerare. Et hoc itidem in Commentario huius loci concedit. Rursum appellationem realem tribuit aëri aut aquæ: appellat enim illa actu transparentia. Et reuera tenebræ non tollunt esse intētionale, neq; est priuatio esse intentionalis, sed realis, itidemque Durandus in. 14. 2. Sententi. distinctio. quæstio. 2. lumen habere naturale esse iudicat & omnes alias species albi, nigri, calidi, & frigidi, credit solùm differre à sensibilibus secundum intensum, & remissum lumen: igitur in diaphano habet esse infirmius atque debilius, quàm in corpore lucido, tamē habet veram luminis naturam, & hunc progressum seruat in alijs speciebus sensilibus: ne immisceamus tamen omnia, de lumine solùm sermo habeatur.

Durā. de lumine.

¶Primā assero conclusionem. Lumen habet verā naturā lucis in diaphani. Probatur. Lumen generationis rerum causa est secundo de cælo textu quarto. causa generationis non potest esse intentionalis. ¶Rursum si lumen haberet esse intentionale priuatio esse intētionalis nō esset sensibilis, neque haberet deficientem operationem sensibilem, & hoc si hesitat aliquis manifestum erit illi, si consideret quòd etiam si aër spolietur species sensibilibus, nihil realis immutationis sentimus in aëre, vt etsi speculum non referat imaginem, quam referebat, non propterea sensibilis immutatio est in speculo: sed in sua perspicuitate aût nitore persistit, Aër verò simul atque deponit lumen, sensibilem habet immutationem: quare plures nocte pereunt, quàm interdiu: & nocturni interitus lucis solaris absentia causa est. Præter hæc ens ipsum sēsibile, non habet esse intentionale, sed reale, lumen autem est sensile proprium visui, ergo habet esse reale & naturale, vt alia sensilia. Etenim species nō est à visu sensibilis, sed est ratio videndi ipsum sensibile, quod est obiectum sensus etiam si quidam contendant species visibiles esse à visu, & imago quæ speculo relucet à visu cernitur. Sed istud sanè & id genus experimenta speciei visionem fortasis fieri obtinebunt per reflexionem. Verū nusquam species visibilis videri poterit directè à sensu visus, vt lumen est visibile. Hoc enim imprimit speciem sui in visum, qua spectetur. ¶Rursum lumen est perfectio formarum naturalium, vt omnium colorum, vt prior disputatio edisserebat. Sed si haberet esse intentionale hoc nequiret tanto nobilitatis titulo insigniri. Nam colores nō perficiuntur intentionibus, sed sensu solùm. Accedit istis si haberet esse intentionale, vt species albi & nigri habent: non ergo posset illuminatio aliquandiu manere in absentia lucidi. Nā species colorum, quæ in medio aëre vel aqua funduntur absente obiecto subito euanescunt. At verò luminis operatio & impresio manet in absentia lucidi. Vt Aristoteles ait libro de insomnijs colligens illud sensibili, hoc experimento. Oculus etenim abstractus à luce vehementi fulgorem quēdam sentit oculis compresis, etsi hoc argumentum diuerti posit. Nam in virentia, si fixis inspexeris oculis, & paululum compresseris lumina, viroris imaginem itidem experieris absente viridi. Et argumentum si colligit luminis reale esse, colligat oportet & colorum species per aërem aut aquam diffusas, esse rerum & non intētionum habere. Quod in placitis Durandi esse, paulò antè retulimus atque hoc item asseruit Aristote. ¶Quāobrem postremum sit argumētum. Lux quæ in sole est, non habet esse intentionale, sed verum esse & naturale: ergo & lumen, quod in medio. Probo consequētiam: sunt enim eiusdem naturæ, & lumen diffusum per medium, & lux solis vt calor diffusus per aërē & ignis calor. Profert enim lux solis, aut sol per lucē qualitatem sibi similē, & eiusdem operationis. Neque vllam philosophus disertus operationem cōcedet luci solis, quā lumini effuso neget.

Asserta quædā de lumi.

Species videtur per reflexionem.

¶Secundā iam assero conclusionem, lumen non habet esse duplex secundum eminentiam, naturale & intentionale. Hæc conclusio est contra Caietanū qui in Commenta. loci citati ad Diuū Thomā ita censuit. Ego autem puto hæc duo esse interse valde pugnantia, esse naturale, & esse intentionale. Est enim natura causa

Assertū de lumine. 2.

causa intentionis: vt albedo causa similitudinis suæ, quam visui imprimit, & lumẽ in medio habet esse in materia & quãdo habet esse intentionale, habet esse sine materia. Hoc enim sibi vult esse intentionale. Sed hęc duo valde opposita sunt habere esse citra materiã, & in materia. Vnde Aristote. docebit sensum suscipere species sine materia: species igitur rei sunt materiales, quæ habent esse intentionale. Sed ipsa res sensibilis, habet esse in materia: vt ergo sunt idem in lumne hæc duo, quæ habent naturas inuicem pugnantes? Vnius ergo non possunt esse compotes naturæ. Etenim intentionale effectum est à naturali esse: & hoc materiæ iungitur.

3. assertum. Platonis & Aristo. consensio. ¶Tertia conclusio. Platonis sentẽtia (vt illam Iamblicus asseruit, & Marsilius Ficinus in Compendio Timæi exposuit esse corporeũ, & incorporeum ad sensum, secũdum quem moderata est conclusio) nihil obuiat peripateticæ doctrinę, quippe vt anima simul est incorporea, secundum se: & corpulentæ quoq; naturæ: nõ nihil refert imaginem quia extẽditur ad extensionem totius. Quare per accidens est diuisibilis & quanta (subaudi animas alias præter intellectiuam.) Vnde sanè si diceremus animam vtrumque sapere & corporeum & incorporeum, ita & lumẽ vtranque sapere naturam & spiritualem & corporalẽ affirmem⁹, Arist. nullã irrogabimus iniuriam, lumẽ corpus asserẽdo spirituale. Id quod si, vt præfert sermo, pendatur, est cum natura pugnãs, quòd scilicet & corpus sit, & spirituale. Spirituale nanque est indiuisibile: corpus autem secabile est. 6. physi. tex. 33. At illustrior est Aristo. philosophia, quæ citra ambages negat esse corpus lumen, sed esse qualitatem quandam cælestem visibilem. Cuius quidẽ rei ex theologicis traditionibus non infimum exemplũ capito. Corpora sanctorum excitanda scripsit Apostolus, spiritualia. 1. ad Corint. 15. Seminatur (ait) corpus animale surget spirituale. *Lumen spirituale.* Nõ ille credebat corpora beata vertẽda in aërem, aut in angelicas naturas, hæc enim versio corpora beata dissolueret. Atqui cũ corpora illa propria manente corporis substantia spirituum assequentur priuilegia: non enim altera buntur, non ætate marcescent, sed in eodem vigore persistent ęterno. Propterea spiritualia illa futura locus Apostolicus admonet. Sic lumen dictum spirituale, non quod sit spiritus, sed secũdum se est insectile, & ita magna, vt parua loca implere cernimus. Quod verò corpora sanctorum conditionis spiritualis sint ornãda dote August. libro. 22. de ciuitate Dei cap. 21. in loco Pauli indicato intellexit.

¶Argumenta absoluamus. Aristoteles locus diluitur. Aristoteles enim in eo loco sequutus placitũ Anaxagorę & Democriti (hic enim omnia soluebat in corpuscula minutissima, qualia corpuscula diffusa per aërẽ) credebat lumẽ esse corpus. Et in eo problemate nõ hoc agebat Arist. si lumen est corpus. Quare quantum suo negocio seruiebat, sat sibi erat secundum Democriti placitum, problema dissoluere. *Collisio Aristo. soluitur.*

¶Argumento secundo fateor in lumine dimensiones, sed hæ per accidens sunt ratione diaphani, cui inest lumen, nõ enim sunt luminis naturæ. *Secũdum argumentum.* ¶Tertio argumento Auicena tertio de anima fecit satis dicens hæc quæ lumini tribuuntur refringi, reuerberari, ac reflecti, non propriè sed transsumptiuè esse audienda. Sunt. n. corporum passiones, & non accidententium. *Tertium argumentum.* Vt enim lumen sine obstaculo diffunditur, recta processio eius intelligitur. Vt autem obstans habet quo minus secundum suam naturam progressio luminis via recta procedat, tunc in se multiplicatur, quæ reciproca in se reuersio reflexio dicitur. Vt autem à medio denso in rarius medium desilit, refractio dicitur luminis. Vt autem à raro in dẽsum coangustatum lumen sese colligit fractio: vt quando ab aëre desiliens in aquã se transsfundit. Vnde & quatuor luminis multiplicationes aut diffusiones collegerunt prospectiui, rectam, reflexam, fractam: & refractam. Alijs triplex placuit, sed hæc ab illis exquisitiùs sunt petenda. ¶Penultimo dicito lumen calfacere, non quòd sit calor, sed quia habet vim caloris, vt anima vegetatiua non est calor, sed habet vim calefaciendi viuens. *Quartũ argumentum.*

¶Argumentum postremum solutum est lumen per accidẽs diuisibile esse. Multi distinxerunt cum Auicena loco indicato, *Quintum argumentum.*

 to,

to, lucem, lumen splendorem, & radium docentes esse qualitatem, quæ in lucido est corpore, qua lucet: lumen verò esse actum diaphani, quo diaphanum deponit tenebras, & illustre redditur, splendorem verò esse reuerberationem luminis, radium autem luminis processionem. Et mea sententia non insipidè fecer nunt lumen & lucem. Lux enim habet esse fixum in lucido, etsi lucidum secatur, & ipsa lux partitur. Vt in candelis, quæ apud nos & flammis ignis, quas si secueris, & lucem cohærentem secare est necesse. Est enim lux velut color lucentis corporis, vt Aristo. libr. de coloribus dixit. Lumen verò nõ ita insidet aëri, aut diaphano. Seca quãtum libuerit aërem, sit ventus impellens, & dimouens diaphanum, lumen nõ dimouebis, aut diuides. Quamobrem & accidentis appellationem lumini non indiderunt quidam ex nostratibus philosophis: accidens. n. sequax est naturæ subiecti: at lumen naturam diaphani non sequitur, quando illo diuiso lumen nõ diuides, & si nõ est accidens lumen: erit ergo substantia, nõ spiritualis, erit igitur corporea contra Aristo. & quæ nos tradidimus. Item accidẽs adest & abest aëri & aquæ, horum substãtijs saluis. Nanque luminis absentia aërẽ nõ corrumpit, nisi per accidẽs. Adde, lux & lumen, eandem sortita sunt naturam, modo essendi differunt: lux verò accidens ergo lumen. Quemadmodum species sensibiles etsi eandem habeant speciem in medio, vt aëre, & in sensorio visus, aut quouis alio: tamen alium modũ in sensorio habent, vbi sunt ratio conoscendi sensui, quem non habent in medio, cui non sunt sentiendi principium: lumen igitur in diaphano nõ diuiditur, neque mouetur moto & diuiso diaphano. Nã inibi non est, vt in proprio subiecto, quod lucidum est. In ipso autem lucido vt in propria sede residens affectiones has subiecti subibit. Rursũ Philoponus dixit lumen in diaphano non esse visibile: at verò in lucido lux visibilis, vt indicatum est superius, quanquam non mihi probatum est lumen diaphani non esse visibile Arist. tradẽte in libr. de sensu & sensili, auroram esse visibilem, quæ aër est matutino tempore rutilãs. Quod

Lux non est lumen.

si dixeris auroram esse visibilem, quia sunt corpuscula aut flaua aut rubentia aëri immista: & luce perfusa diluculo, quorum causa aër tunc visibilis dicitur, non tamen videtur lumen vt lumen, sed vt in nubibus rubet. Quare Homerus auroram rubeam seu auream in Iliade nominat. Obijcio adhuc Arist. dixisse, Aër est visibilis non perse, sed ratione luminis: etenim aër cũ sit substantia simplex, nõ habet visibilem qualitatã, nisi lumen, qua pfunditur. Iã si diuisibilis est aër, qa lumine imbuitur: ergo lumen est visibilius. ¶Ratio porrò quæ Scotum mouit, vt diceret lumen habere esse intentionale hinc assumpsit vires. Si lumen est visibile, vt diximus (reclamãte Philopono) iam sensibile supra sensum incumbens sentiretur. Sed aperta est responsio membranas exteriores visus non esse sensorium, quas tangit lumen extrinsecum, sed intimum sensorium est, vt Aristoteles dixit libro de insomnijs. in hoc sensorio verò non hoc lumen, sed huius species est, quæ transfusa in sensum ipsum sensionem parit. Lumen rursumquod est oculo intimum consentientibus Platone & Aristotele recipiendum est. Hoc autem lumen sibi vernaculum non sentit oculus: sed eò inditum est, quo substantia oculi perlucens species à perspicuo exceptas non agrè in sensum traijciat.

Aurora ni visibilis.

Occasiones Scot.

¶Iam in calce huius quæstionis aduertas: etsi Auicena, Albertus in summa de homine tractat. de visu. quæstione sexta & alij distinxerint lumẽ & lucem, &c. Perspectiui autem nõ tam morosi in vocibus sunt, quam philosophi, qui lucem duplicem dicunt primariam & secundariam. Primaria est ipsum lumen rectè procedens à luce in diaphanum sibi presens, quæ verò ab hac luce deriuatur lux secundaria est. Quare vmbra non habet primariam lucem, sed secundariam, & à prima delapsam. Quamobrem non est, quod simus nimis anxij in vocibus istis obseruandis: etiam si ego vt dicebã philosophis assentio in harum vocum significãtia, plus quàm perspectiuis, licet promiscuus sit vsus.

lux primaria & secũdaria.

Tertia

Tertia disputatio de videndi modo.



HANC quæstionem in præsentiarum breuiusculè tractabimus, eam alibi Deo bene fauente, copiosius expo-
Eucli. de speculis. situri, omisso Euclide in libro de speculis qui visionem dixit per
Alkindus de modo videndi. triangulum exerceri: & Alkindo, qui nõ per lineas egredientes, sed in lumine cõtinuo instar pyramidis in oculum vsque protensæ vim visiuam dixit. Has sententias improbabiles si persequeremur, tempus nos deficeret. Solùm igitur contenti
Plat. de eodẽ simus Platonem in Timæo dixisse, visionem fieri per extramicantiam radiorum ab oculo, qui exeuntes tinguntur specie visibili, & renunciant visui visibilia. Hic enim philosophus lumẽ duplex asserebat visui opportunum, & intimũ & oculo natiuum, & externum: hæcque duo lumina simul coire in visionem. Nã externum roborat internum lumẽ. Quã sententiam disputat Macrobius libro. 7. capitu. 17. Saturnalium. Hanc quoque
Hipparchus de eodem. Platonicam philosophiam Hipparchus philosophus tradidit, radios dicens ab oculis emicantes externa sensilia, quæ offerebantur veluti palpare, & in vim visoriam conuehere, vt Diu⁹ Gregor. Nissenus libro de viribus animæ capitulo secundo recensuit, vbi Galenum indicat
Gale. Plato. amator. Platoni consensisse libro. 7. Consonantię. visionem scilicet celebrari per emicãtem ab oculis lucem, quæ simulachra rerum offendens in visum inuehit. Aristo-
Aristote. de modo vidẽdi. te. tamen in libro de sensu & sensili. istud non recipit: lumen oculis vernaculum vtique cognouit non vt exiret & externo luminis occursu maiores vires acciperet: quinimo exiens lumen natiuum oculi debilitaretur extraneo lumine: sed eò est lumen hoc oculis, quò lumen externum, quod vehemens est, temperaretur, & lumine oculi, modum accipiant formæ sensibilium. Quòd verò visio non per exitum radiorum ab oculo fiat, prima ratio probans esto hæc. Nam vel illi radij regrediũtur in oculum, vnde egressi, an non, quæramus oportet. Si non: vt ergo visio est? quandoquidẽ radij nõ remeãt in visũ. Sin verò regrediũtur, qd ergo sunt, vt regrediantur, animati radij? Quid vniuersa corpora in quæ impingunt, sunt pollita, vt speculum, vt repercutiant, & reflectant radios incidentes? ¶Rursum, si redeunt: aut secum conuehunt speciem visibilem: aut vacui regrediuntur. Si vacui: vt ergo videt oculus nuncijs radijs & quasi legatis, nihil visui renunciantibus? Si conuehunt speciem: cum ipsa species colorum, auxiliante luce, se diffundat abundè, non eget profecto reuehente. Ipsa enim vltrò se multiplicat: quò ergo radij isti vehiculares? ¶Et nõ credibile est, radios luminis ocularis in tantum interuallum quãtum est tota cæli atque terræ intercapedo, sine extenuatione se posse trãsmittere. Nam lumen solis, maximũ cùm sit delabitur à cælo in terras. Verùm lumen oculi modicum satis est: vt in tam immodicam distantiã protendatur: imò omnes illi ab oculo promicantes radij soluentur. Adde si radij sunt corpus, erit penetratio cũ aëre & diaphanis alijs. Si qualitas est, vt ergo vna qualitas in tot subiecta transiliet? Neque æquum est, si nos solicitant verba Aristotelis in sectio. 31. Vbi ait cõspectus protũdi & excidere. Et in Met. libro. 3. capitulo. 4. & alias non semel visionem extramittẽdo esse, supponit. Nã nobis sufficiat in libro de sensu & sensili capitulo. 2. cũ rem hanc instituebat de consulto agere, omnino Platonis placitum reuellit. Quod autem Platonici cõtendunt lumen oculorum etsi modicũ, tamen mulceri & foueri lumine extrinseco solis: quare nõ minis resoluitur, sed integrum in cælum vsque se iactat: non physicè audiendum est: quia modicum si maximo miscueris, dissoluitur mixtio: & modicum dissoluitur, & perit eius virtus, totaque turbatur & confunditur. Et si contendas lumen nostrum non corrũpi, confunditur tamen: vt ergo distinctè cernimus cælum? Et si gutta vini in amphoram vini immissa tota confunditur, ecquid erit lumen nostrũ immissum cõmistumque lumini cælesti immẽso? Nullum (mihi crede) erit, neq; vigorẽ patietur. Si stellarum lumen offuscatur & obtegitur solis lumine radiante, vt vigebit lumen modicum, humani visus, tanto lumini commistum?

Visionis instrumenta. ¶Postremò visus instrumēta expediam⁹. Est autem, alterum instrumentorum oculus, cuius compositionem admirabilem Deoq́; autore dignam absoluimus. Iam pręter hoc instrumentum sunt duo alia, quæ nerui visiui, Græcè ὀπτικὰ appellantur, idest visorij, quos poros alij dixerūt. *Nerui optici.* Habent enim isti sensiles poros, & spiritum animalem continent plurimū. Isti duo à cerebro exeuntes humorem oculi vitreum instar retis ambiunt, & in Christallinū inseruntur. Caui sunt, crassi atq; mollissimi. Quorum figura est, X, Gręco characteri quàm simillima: vt putet aliquis hos neruos se mutuò conscendere: at non ita est: ipsi enim intra capitis craneum inuicem in vnum coëunt, & meatus suos iungunt. Et rursum anteq̄ oculos subintrent, separantur. Vocāt autem cranium, quod nos vulgari sermone caluariam. Horum autem neruorū vsus est: vt dualitas oculorum in vnitatem referatur. Nam isti duo (vt diximus) in vnum colligūtur amborū communem meatū: alioqui si species visibiles in horū communi meatu, vbi velut secātes sese lineæ, se gerunt, non copularentur, vna res appareret duæ res. Nam in quolibet oculo recipiuntur species, quæ distinctæ numero sunt: quia subiecta distincta assequuntur: sed in communem meatum neruorū confluentes, illarum multitudo in vnitatem soluitur. Et considerandum est etiā si species inibi nō confluerent, esset quidem visio, sed non vna. Quare si oculum alterum à naturali positione paulùm dimoueas, vnum tibi apparebit duo. Species enim propter oculi violentam leuationem non confluūt in communem locum, sed in sublimi superficie retentæ quod vnum est, vt alteri sibi superpositū ostēdunt. Placet tamen quæ diximus de visu modica tabella oculis subijcere: etiā si Aristoteles libro de sensu & sensilibus fallacis apparentiæ aliam tradiderit causam. cap. 2. quippe vnū apparet duo moto oculo vehementer: motio enim vehemens nō permittit rei visæ numerum distinguere. ¶At perspectiui, quòd non coëant species amborum oculorum in meatum communem causam rectè dixerunt.

CAP.

Potentia,	*Obiectum,*	*Medium,*	*Instrumētum,*	*Sensorium,*	*Operatio,*
Visus	*Color vt lumen comprehendat.*	*Diaphanum actu.*	*Oculus nerui optici.*	*Humor vitreus.*	*Visio.*

CAP. VIII.

¶Sonum variũ esse & potentia & actu & reflexum atq; directum docet; aerem atq; aquam auditui vt audiat aptat, percussionemq; efficere sonum: vocisq; naturam demonstrat.

Tex. 77. VNC autem, primũ de sono & auditu determinem⁹. est autem duplex, sonus. alius enim actus quidam est, alius autem, potentia. quædam enim non habere sonum dicimus, vt spongiam, lanam. quædam autem habere, vt æs, & quęcũq; solida & lęuia sunt, quoniam possunt sonare. hoc autem est, inter ipsum & auditum, facere sonum actu.

¶Dignissimi sensuum, & qui longius à materia absunt duo sunt, visus & audit⁹. Exacto tractatu de visu, consequens consideratio & series naturæ, hoc exigit, vt ad naturam auditus interpretandam, sermonem conuertamus. Aristo. autem suæ memor institutionis primum de obiecto instituit, quàm de ipsa potentia. Est autem obiectum auditus sonus, vt visus color. Sonũ verò distinguit in sonum actu & potentia. Sonus actu est ex collisione solidorum corporum: vel vniuersalius, est ex collisione corporũ sonabiliũ procedens. Sonus potẽntia sunt ipsa sonabilia, vt potẽtia sonare. Vbi aduertas Aristo. non definiuisse sonum actu; est id qđ actu sentitur, vt vox est quæ auditur. Nã etiã si nullus sentiat, sonus est actu suapte natura sensilis. Sin verò nullus sentit, illud accidit sibi vt colori, si non videatur. Hoc dixerim: quia quibusdam sub ortus est scrupulus in re ista; si son⁹ à nullo auditur sit ne sonus actu: siquidẽ nulli sonat, & potẽs est sonare: igitur est sonus in potẽtia. Sed vere hoc nihil scrupuli est. Sonus enim non est relatiuum, vt nõ subsistat, nisi correlatiui subsidio, sed est absoluta qualitas, vt lux & color. Quare eius substãtia seu natura non pendet ab auditu: at absolutè sonus, qui potest audiri. Sed quando auditus sentit sonos, nõ incipit esse sonus, sed incipit sentiri sonus. Quapropter inanis est Augustini Niphi distinctio: pace egregij philosophi dictum velim, de sono vt refertur in auditum, aut in sonantia. Vtcũq; enim, sonus est etsi quãdo abest sensus, est sensibilis sonus etiam non sensatus. Ille autem nescio qua ductus ratione sonum non auditum ab auditoria vi non credidit actu sonum: quasi verò sonus sit relatiui prædicamenti, & non sit absoluti. Est enim passibilis qualitatis, etiam si sonus propriæ passionis opifex nõ sit, & si nõnihil fauoris Aristotelis verbum huic opinioni impendat, vt sequens depromit sermo. *Quædam enim non habere sonum dicimus*. ¶Vt explicet quid sonus in potentia, ait quædam non esse sonabilia, vt corpora solida, quæ duritie sese vehemẽter collidere valent. Et hæc oportet esse lęuia, idest, planæ superficiei. Nã si asperam habeant, percussio non erit equalis, quod sono erit impedimento.

Sonus geminus.

August. Niphus refellit.

¶Horũ verborum Aristotelis offensiões sunt multę. Etenim multa edunt sonum, quæ non sunt solida & dura. Venti enim sæpe inuicem pugnantes horribiles incutiunt auditui sonos. Mare feruens obstreperis fluctibus stridet. Et tonante cælo sæpe tantus tonitrui fragor intonat, vt etiam arbores & alia conterat, animãtiaq; plerunque interimat. Multa id genus sunt exempla, quæ citra laborẽ quiuis poterit istis coaugmentare. At verò proposita hęc sunt, quo vniuersa alia difficultatem deponãt. ¶Considerãdum igitur est (Alberto Magno autore,) varios esse modos generandi soni. Primus est, cuius meminit Arist. hìc, alijs tacitis ex collisione planorũ, & solidorũ, quæ collisio æquabiliter aërem expellit superficiei ipsorum adhærentem. Quare si aspera sint, inæqualiter expellitur aër, & sonus aut nullus aut exilis est. Mollia rursum corpora non expellunt, neque excutiunt aërem: sed cedũt facilè cedenti.

Offensio in Aristo.

Sonus variã habet generationem.

1. Modus generandi soni.

Sub

Sub hæc quoq; si acuta sunt, sonum non præstant: acuta enim penetrantia sunt potiùs quàm expellentia: vt acus acum tangens non sonat.

2. *Modus.* ¶Secundus verò modus est non ex collisione, sed partium continui scissura: vt pinus si scindatur aut lignũ nulla est collisio, sed in vehementẽ scissuram aer subintrat vacui implendi gratia, & illa violenta subintratio sonum causat. 3. *Modus.* ¶Tertius modus est ex collisiõe aeris ad aliud duriusculum: vt aerem pulmo allidit in vocalem arteriã, quæ allisio soni est opifex. 4. *Modus.* ¶Quartus est si aer cõstringatur inuitus, vt in follibus, & fistulis, quæ persoнare cernimus. Causa istius constrictus strepit aer. Qua ratione quoq;, quãdo ad terræ cauernas aer constringitur ventorum impulsu, post hæc etiã dilatans sese retentus aer velocem sonum emittit.

5. *Modus.* ¶Postremò per inũdationem soni generantur. Vt enim est inundatio aquarum, qñ aqua abũdanter aquã concipit, antequàm prior aqua cedat: ita est inundatio aeris supra aerem, & aer inundãs & conscendens alterum ipsum frangit, & sonũ illa aeris fractio sibillãtem nonnũquam profert: quia aer delicatam tenuemq; habet substãtiam. Horum Albertus in summa de homine mentionem fecit: ego adieci penultimum. Hinc habeto Aristotelem loquutum de vsitatiore sono, qui est primus. Quamobrem dixit sonum emittere dura corpora, & plana sese collidentia. Hæc enim, vel mediocriter percussa sonant: aer aũt & ventus nisi violentior sit, horũ fractio non sonat. Est autem cõtextus non arduus, at perspicuus. Primũ ait, de sono, qui obiectum est: & auditu, qui vis est, determinemus. Et obiectum primùm in fabricam suæ doctrinæ accipiẽs duplicem sonum dixit, vnum actu, alterum potentia. Sunt & alia, quæ neq; actu sonant, neq; sonis proferendis apta sunt, qualia queq; mollissima, vt lanæ & spõgiæ. Alia verò quæ duriora sunt, planęq; superficiei, possũt excutere sonos. Quòd aũt ait. *Hoc autem est inter ipsum, &c.* Id est, sonare est facere inter sonans & auditum sonum actu. Sonus ergo actu non est, nisi audiatur: quippe Arist. ait sonare esse actu sonum inter sonans & auditum. Quid quod D. Tho. in Commentario distinguens sensiles qualitates, quasdam defixas subiectis philosophatur, vt colores, sapores & odores, tactilesq; qualitates. Sonum verò qualitatem nõ fixã subiecto: sed tunc demũ habet esse, quãdo sensum immutat: Sonus igitur nullus est, nisi qui auditur. Et nos diuersam sequuti viam, sonum actu diximus, etiam illum quem nõ capit auditus. Alioquin vt Aristo. in prædicamentis vera narrasset, sensibile prius sensu, quia poterit esse sine sensu, & nõ excepit sonum? Sed hic Aristo. dixit sonum actu quãdo sentitur, ab effectu colligens causam, non quòd illa credebat idem.

¶Fit aũt qui secũdum actũ sonus, semper alicuius, ad aliquid, & in aliquo. percussio enim est, quę facit. Vnde & impossibile est, cum sit vnum, fieri sonum. aliud enim est quod verberat, & quod verberatur. quare sonans, ad aliquid sonat. Ictus autem, non fit sine latione. Sicut autem diximus, non quorũlibet ictus sonus est. nullum enim faciunt sonum lanæ, & si percutiantur, sed æs, & quæcunq; læuia & concaua sunt. æs quidem, quoniam læue est. cõcaua autem, repercussione faciũt multos ictus post primum, non potente exire quod motum est. Tex. 78.

¶Tria dòcet hic loc⁹ sono necessaria, per- *Tria sono necessaria.* cutiens, percussum, & aeris expulsionẽ: vtrumq; ergo est sonabile, & percutiens & percussum: hęc enim duo sua collisione aerem frangunt. Alterum vt agens, percutiens videlicet: aliud vt patiens, vt percussum. Aer verò est subiectum soni, quia motus fractus, vel aeris fractio est in aere, vt in suscipiente. Et est item medium delatoriũ specierum in auditum. Impulsio ergo, & aeris fractio est in aëre, vt in suscipiente: & est item medium delatorium specierum sonantium in auditum. Impulsio ergo & aëris fractio est à per-

à percutiente & percusso: sed in ipsis nõ recipitur, sed aër illa suscipit ab illis. Verùm non leuis ambiguitatis quæ sit natura soni. Nam non est percutiens, neq; percussum. Hæc non sunt corpora solida & plana. Sonus autem est accidens & non corpus. Neq; est fractio: nanq; sæpe fractio est aëris & non sonus: vt quando manu agitamus aërem: & percusio est visibilis: ictum nanq; corporum spectamus sępe: non ergo est proprium sensile auditui, quia visibilis est. Neq; est aër ipse fractus: nam aër substãtia est: & substantia non est sensibilis per se, sed per accidens, sonus verò est sensibilis per se. Rursum neq; motus, & aëris latio, est sonus: nam motus est sensibile commune: sonus autem est sensibile proprium.

¶ Causa autem, quæ facit arduam exquisitionem hãc, naturæ soni, hæc est, quòd sonus pendens est à motu & tẽpore. Hęc autem sunt infirma etiam naturæ: quia in dilapsu atq; continuo fluxu cõstituta sunt. Quod si causa soni debilis est, ipse sonus quãtus erit? Cæterùm definitio soni hæc esto. Sonus est qualitas sensilis ex fractione aëris proueniens. Forma ergo soni est qualitas: finis verò sensibilis (ab auditu subaudias.) Efficiens aũt sonum est aëris fractio: materia postremò est aër qui suscipit fractionẽ illã. Quatuor causas soni hæc tibi definitio demonstrat: & quod quærebatur inuentum est, & acutum argumentum obtusum est. Aliquando autem aër subit vicem percussi corporis, & medij, & materiæ, tribusque muneribus fungitur, vt si virga aërẽ verberes: non sunt tria ibi, quæ dixit Aristoteles, sed vnum subit vicem multorũ. Quare virtute saltẽ adiecit quædam esse bene sonantia, vt æs & concaua. Aes, ait, quia planam habet superficiem: concaua verò quia aërẽ refractum in finibus suis diu fouẽt: aër enim cõtentus peruiũ & facilem non habet exitum. Quare & egregiè sonant. Contexturam iam accipe. *Fit autem*, inquit, qui secũdum actum, sonus tribus conuenientibus: percutiente, & percusso, & medio aëre, qui percussionem excipit. Percussio autem est proxima soni causa: hoc subindicat, *percussio est quæ facit*. Vnde colligit fieri non posse si vnum sit aut percutiens solum sit aut percussum solũ, aut aërem solum, sonum proferri, quia sonans aliud, verberans aliud sonat. *Ictus autẽ non fit sine latione*. Id est, percussio nõ fit citra localẽ motum: est enim ipsa percussio localis quidam motus, etiam si non omnis percussio sit motus causa. Siquidem quæ mollia sunt, & si se inuicem feriant, insona sunt: vt de lana & spongia supra diximus. At æs & quæ læuia, id est, æqualẽ habent superficiem, & concauam habent profunditatem, sonora sunt: quippe extimas partes ad æquales dimẽsas superficies habent. Quæ verò concauæ sunt profunditatis, sonora sunt: quippe quos semel suscepe runt ictus, diu seruant, vt cymbala facilè mostrant, quæ bombos illos tinientes satis producunt.

4. causæ soni.

¶ Amplius, auditur in aëre, & in aqua, sed minus. Non est autem soni dominus aër, neq; aqua, sed oportet firmorum percussionem fieri adinuicem & ad aërem. hoc autem fit, cum permanet percussus aër & non dissipatur. Vnde si velociter & fortiter percutiatur, sonat. oportet enim vt motus ferientis aticipet fracturã aëris, sicut si aceruũ aut cumulũ arenæ percutiat aliquis latum velociter. Tex. 79.

¶ De medio per quod sonus deuehitur hic sermo est: & duo esse media soni docet & aërẽ & aquã. Probat, quia vtrobiq; sonus auditur, etsi in aqua obscuriùs quã in aëre. Pugnant celebres philosophi, si aqua sit generatrix soni, an solius hoc sit aëris. quam pugnam retulimus nõ absolutam in fine. c. de visu. In præsentia autem illam reuocamus, vt quoad licet illam finiamus. Primùm sunt quædã quæ faciũt cum negantibus aquam esse genitricẽ soni: sed aërem solùm. Arist. etenim ita confessus esse cap. proximo aërem esse medium soni solum, & non aquam. Et hic ait. *Oportet firmorum percussionem fieri ad inuicem*. ergo necessarius aër. Rursum motus fractiuus est causa per se soni, vt Auicena ait. 6. de Naturalib. & Aristoteles hoc *Medium soni quod sit.*

hoc tex.ait. Oportet enim vt motus ferientis anticipet fracturam aëris: vt si cumulum arenæ percutiat aliquis. Et rursum.4. de historia. animal. cap.9. ait quosdam pisces emittere non voces, sed sonos, quos edunt branchiarum attritu, propter aërem inclusum in piscibus: & quosdã huius generis denarrat, vt aprũ piscem & cuculum, quos mittit Achelo-ius amnis: ergo si sonus à piscib⁹ æditur, est sanè propter fracturam aëris inclusi: vt cicada obstreperũ emittit sonum, cuius soni causa est attritio spiritus illisi ad diaphragma. ¶In diuersum imminẽt non debiliora argumẽta pisces in aquis degentes audiunt forinsecus sonos.4. de histo.cap.1.&.8.Pisces ait Arist.in aquis & gustant & odorant, & audiũt. Et piscatores sonis quibusdam exterrent pisces, vt se in destinatum locum incautè colligant, & nassa irretiens collectos in loca, opulentiùs expiscetur. Aliquando verò silẽtio ingrediũtur piscatores, ne deterriti fugiãt, & abditissimus se recipiant fluuiorũ gurgitibus. Et sunt varij modi piscandi Aristo.autore. 8.de histo.cap.2.

Aper piscis & cuculus sonori.

¶ Præterea si lignum cuspide ferrea obductũ aquæ inferas, sonos subtus aquas excitabis. Sonus igitur in aqua fieri poterit. Atq; etiam in fluuiorum inundationibus lapides arrepti, per aquas violenter voluti sonos emittũt, quos extra fluuios considẽtes sæpe sentimus. Et huius generis sunt alia argumẽta. ¶Iam ergo hinc suborta gemina factio Philoponi, & Cõmentatoris. Quibus fidem dedit Albertus Magnus hoc loco & alibi. Et D.Tho.in Commẽ.subscripsit. Siue (ait) generetur sonus in aëre, vel aqua, necesse est, vt corpora firma se collidant ad aërẽ. ¶Inde verò Themistius, Simplicius, & horum assertores: & vnum est, in quod vtraq; factio cõspirat aërem atq; aquam esse medium soni. habet enim tam aër q̃ aqua vim illã personatricẽ, quam Theophrastus, (vt ait Philoponus) dixit diechen, idest, personantem, vel personiam. Et huic rei testimonium fert Aristo. verbum, pisces in aqua audiunt, & ipsa experiẽtia probat. Et Plinius Naturalis historiæ lib.10. cap.7. pisces audire palàm esse dicit, etiã si sensoria auditus illis sint sine membranis & foraminibus: in piscinisque Cæsareis genera piscium nominibus appellata ad nomen venire quosdã singulos dixit. Isti autem clarissimè piscium produntur audire, mugil, lupus, salpa, chromis, & ideo in vadis viuere, eodem autore. ¶Sed quod differentiam facit est. Themistius.n.& qui eius sequuntur placitum aquam quoq; credunt esse materiam soni, & in aqua recipi sonum concedũt, quia Arist.ita hic docet. Alijs non hoc arrisit, sed solùm aërem esse subiectum soni, quibus ego consensionem nostram exhibeo. Quæ vt bene habeas aduertas oportet, aërem esse leuem collatum aquæ.4.de cælo tex.50. Vnde si in aquæ latibulis violenter aër sit compressus, ascendere nititur, vt emergentes bullæ testantur, quas aër aquã exiens inflat. Rursum. aër enim cùm subtilis sit & vehemens, aquas diuidere potest, & diuidẽdo subintrare, vt subintrat penitissimas domorum rimas, & per solidissimos turrium muros, & arbores densissimas concutiendo confringit, vt.2. lib.de anima.tex.126.docebit, colligas: sonus si aliquando subtus aquas audiatur, illud sanè esse propter aërẽ in aquis inclusum, in quo species soni recipiuntur: etsi sonus ab aëre refertur in aquas, vt quando terrentur pisces à piscatoribus, species soni deferuntur simul cum aëre, qui impellendo, aquas illas subintrat, & insensibiliter diuidit. Adhunc modum intelligito Philoponum dicentem, etsi sonus in aëre & aqua fiat, non tamẽ per aquã, sed per aërem sonus fit. Significãs aërem inclusum aquæ, vel qui ipsam subintrat esse causam soni eius qui in aqua generatur. Quod si quærat aliquis, cur igitur aqua poterit capere species coloris, & non sonum ipsum? quia species lucis & coloris multiplicãtur per aquam, & aër non subintrat cum multiplicata luce: & nõ poterit capere aqua species soni sine aëre. Et adde, quod incommodum sequetur, si dixerit aliquis species soni ꝑ aquã trãsuehi nullo aëre subintrãte, aut diuidente? Etenim cũ ad grandem distãtiam protrahũtur soni, non est iã fractio aëris, sed sola specierũ diffusio: hãc ergo poterit suscipere aqua: ipsa. n. rursus mollis est, atque bene diuisibilis: aqua ergo sua fractura nullo aëre interueniẽte poterit generare

Varij modi pascandi.

Factiõ diuersa de medio sonorum.

Pisces ĩ aqua audiunt.

generare sonos. ¶Nos tamen his respondemus aliud de colore atq; de sono: color enim aliud habet in medium, aliud in materiam, & subiectum proprium. Colores enim sunt in corporibus densis. Est enim color extremitas perspicui in corpore terminato, sed medium eius est diaphanū. Quare poterit esse species in aqua, & non color, & poterit multiplicari sine aëre. At verò proprium subiectū soni est aër, qui propter suam humiditatem facillimè cedit diuidenti, & percussiones atq; fractiones corporum solidorū optimè suscipit. Aqua verò quia multò spissior est non tam facilè passionem suscipit seu percussionem: ideo fractio aquæ non facit sonum, neq; aqua est materia soni. Quapropter si sonus in aqua auditur, est quia aër introcluditur: species autem soni intra aquā facti hebescit. Spissitudo nanq; aquæ species hebetat, quo minus apertum donent & referant sonum. Est ergo aqua medium, quia per ipsam transportātur soni, nō tamen subiectum: quia aquæ fractio non est causa soni: aqua enim sonos hebetat & fractiones aëris relaxat. Non ergo sentiendum est, sonum esse formaliter in aqua, vt in subiecto. ¶Et si non sit admodū in promptu respondere sciscitanti, iā si aër intro clusus in aqua edit sonū, quid obstabit, quò minùs species soni in aëre subsistentis per aquam pergat, & transportetur? Nā aliud est sonus quā species soni: species enim est immaterialior, quàm sit sonus: vt aliud est species coloris, quàm color, & lucis: quā lux. Et fortassis species soni est qualitas permanens: sonus verò est qualitas successiua: alioqui cur dicitur medium, si nō habet transuectricem facultatem specierum sine materia? Ego tamen cum Philopono dicerem, etsi in aqua sonus generatur, tñ non per aquā, quod crediderim secundum Aristotelis dogma esse necessariū decretum. Quod si quis interpretetur nō per aquam, id est, aqua, non vt aqua, sed qualitate occulta transuehit species soni, vt visibiles per diaphanū. Hoc glossema non est ad sententiam peripateticam, qui vbiq; clamat, ad aërem esse pulsationem corporū, quæ sonos generat: est igitur aqua medium, quia poterit trāsuehere ipsum aërem refractū.

Tempestiua dubitatio.

autoris placitum.

¶At verò aliquando aquæ moles ingens aërem ipsum violēter frangit, seu pulsat, & aliquando ventus vrget aquas & excitat vndas in aquarum superficie, & vtrobiq; est sonus ex collisione aquæ & aëris. Quando igitur aër, agitat aquas percutiens est ipse aër, & percussa est aqua: sonus autem non est in percutiēte sicut neque percussio est in ipso, sed ab ipso potius proficiscitur. Erit ergo ille sonus in aqua percussa atq; refracta. Videbitur igitur cuiquā nonnunquam sonum esse in aqua vt in subiecto hoc argumento coactus. Diximus autē superiore sermone percussionem, quę est actio percutiētis, neq; percussionem, quæ est plaga & percussio percussi, nō esse sonum: sed qualitas ab huiusmodi plaga dissultans, sonus est. Quare si aër seu vētus agitat aquas vehementer, vehemēs illa agitatio sonos excitabit: vt cernimus. Agitatio porrò illa non est sonus: est enim motus, & motus non est sonus: hic enim est sensibile proprium, ille cōmune. De rei diuersitate nihil tibi sit curæ: sat sit, nō esse idem agitationem & sonum. Sed agitatio illa parit sonū, qui recipitur in aëre, vt in propria materia: est ergo possibile aërem esse percutientem, & mediū & subiectū soni sub diuersis rationibus: hoc tamen non credo, vt euidens in philosophia, aquam nō posse suscipere speciem soni, neq; sonum, nisi aër subintret: quanquam mea sententia qui sic philosophatur de sono, non ab re fecerit: non tamē est improbabile speciem soni aquā posse excipere, etsi nō sonum ipsum certè species: nō enim fit à refractione aëris soni species, sed à sono multiplicatur. Quare videtur illum posse aquam suscipere etiam si nullum aërem aqua contineat: non enim excutere bene alias valemus argumentum, vt aqua est medium, si non est in ea facultas secūdum propriā naturam species suscipiēdi. Alioquin si aërem necesse est suscipiat, qui sit sonorum vehiculū, erit aër semper medium, & aqua erit medium remotū. ¶Accipito tñ breuiculas sentētias, quæ te in re hac instituant. Prima aqua, & aër sunt loci auditui apti. Hanc probant argumenta proposita. ¶Secūda sententia aër est subiectum soni atq; mediū. Hæc probatur: & mediū

De proposita quæstiōe breuiculæ sentētiæ. 1.

Secunda.

& medium esse conspicuũ est: subiectum autẽ quod sit patebit mox. Nam fractio aëris, quam mutua solidorũ collisio operatur, in aëre excipitur: hæc autẽ fractio cũ sit proxima causa soni, necessariô est in aëre sonus.

3. Sententia. ¶ Tertia aqua non est subiectum soni. Hæc colligitur: nam sola fractio aquæ non parit sonũ, nisi vento, aut aëre agitetur, & impellatur. Ipsa enim sua densitate lentè sese frangit: lenta aũt fractio non producit sonũ, vt pisces nantes docẽt, qui silẽti natatione per aquas, sese agunt, & aquarũ vastos gurgites tranantes & diuidẽtes nihil obstreperi soni edunt. Sonus autem exigit violentam & velocem fractionem, vt aër vnus & continuus expellatur, & alter subintret locũ prioris, quæ aqua præstare non potest.

4. Sententia. ¶ Quarta sit, Aqua est medium transportãs species soni. Argumẽta vltro citroq; agitata progrediuntur vijs suis, & soluet quiuis, qui attentè hæc perlegerit. Quod etenim sciscitabamur, quid ni species soni aqua non excipit quæ immateriales, Diluet, & purgabit haud dubiũ, qui secũ cogitare ceperit species illas à refractione aëris profectas. Quapropter fieri non poterit, vt species ab aëre semotas aqua excipiat. Neq; mireris vnum esse subiectum, idemque medium in sono, id quod alijs sensilibus nõ cõtingit, quibus aliud est medium atq; subiectũ: hoc enim est, quia proxima causa soni est suscepta in aëre: subindeq; & sonus erit in aëre. Quidam hoc ducentes incommodum aërem non esse medium, & subiectũ dicunt: sed aër est subiectum soni secundum proximas partes, quæ cõtingunt sonantia corpora. In longiore autem non est sonus, sed species soni: quare aër secundum partes diuersas subiectũ est & medium. Sed isti falluntur putantes fractiones aëris, non longiùs progredi, quam prope sonabilia, vt procedẽs sermo ostendet. *Non est autem soni dominus, neque aer, neque aqua.* Metaphoricus est hic sermo. Quare alius interpres Argyropil[9] citra metaphorã edidit. Non est autor soni, neque aër, neque aqua. Sonus enim fit à sonabilibus: sed neq; aër, neq; aqua sunt sonabilia, sed corpora plana atq; dura, vt prædictum est. Et Arist. de sono qui vsitatior est, sermonem hîc texit: quia in procellis marinis ab aëre & aqua sonus horribilis sæpe nauigantibus ingruit, & ventis agitantibus fluuiales aquas, sonos emitti quis nõ cernit? Vbi aër & aqua sonant & obstrepũt: etiã sæpenumero ingẽti terrore. *Hoc autem fit cùm permanet.* Tria dixerat in sermone prehabito, sono necessaria: illa modò supplens subindicat quartum necessarium, percussionem ocyssimã & vehementem soni esse opificem: nãq; si leuis & morosa sit plaga, sonus non erit. Et hi, qui corpora dura tractant, quando hoc sine strepitu facere volunt, lento motu agunt, vt vix sentiantur. Et acutissimi fures soleas mollissimas pedibus adiungunt, ne dura collisione pauimenti quietem hominũ perturbent. Est ergo velox, & violenta collisio necessaria. *Oportet enim vt motus.* Id est, hæc ocyssima collisio necessaria est, ne si sensim aër frangitur, quãdo plaga suscipitur, aër iam sit dissipatus, & eius cõtinuitas dissoluta: id qđ eueniet, quando sensim paratur corporum collisio. At verò quando velut de repente pulsant se corpora, aër interstitius inter pulsantia corpora vnus est atq; integer, & ita vehementer expulsus & fractus sonum emittit, vt si ex fundibulo fundat quis arenã ex alto. Si sensim fundat, poterit quispiam totam illam arenã percutere: si quispiam fortassis infra est, vt id faciat. At si velociter & impetu vno sacculum fundat deorsum, qui percutiẽdam sperat arenam agitabit & distrahet: quia velocitate motus præuenta est arenæ dissipatio, quia vna & continua ab alto ruit.

¶ Echo autem fit, quando ab aëre vno facto propter vas determinãs & prohibens dissolui, iterum aër repellitur quemadmodum sphæra. Videtur autem semper fieri echo, sed nõ clara. quia accidit in sono, sicut & in lumine. Etenim lumen, semper repercutitur. non.n. fieret vbiq; lumẽ, sed tenebræ, extra locum sole illustratum. Sed nõ sic repercutitur, vt ab aqua, aut Tex. 80.

aere

ære, aut etiam aliquo alio leuium, vt vmbram faciat qua lumen determinamus.

Reflexus sonus. ¶Dixerat de sono directo, de reflexo nũc iam parat sermonem. Huius autem soni Echo, q reflexus latinè appellatur, multifariam generationem philosophi considerant. Auicena enim in Natural. lib. 6. secundum verborum tenorem hoc præfert, vnum aërem percussum continuò progredi quousq; impingat in solidum corpus, quod eius transitũ occupet: inde autẽ reuersum atq; reflexũ echo edere. alioqui, vt eadẽ vox regrederetur, & figura eadem vocis persisteret, nisi vnus continuus procederet, & regrederetur? vt pila resiliẽs vna est, quæ rectà & reflexo tramite procedit & reuertitur: & vna nauis traijcit æquora & redit. Alexander verò indicãte Simplicio hoc non esse arbitrandum docuit. Nam nũquam plaga ita vehemens est, vt vnum aërem possit integrum agere in corpora solida: neq; reflexio est ita potens (etsi quispiam primò plagam illius facultatis concedit) vt aërem eundem remittat in principiũ vnde exiuit. Quare Alexandro est alia generatio soni directi atq; reflexi. Etenim ille aër, q proximus est pulsantibus corporibus, siue campanis, siue fidibus: aut alijs id genus frangitur. Collisus autem & percussus aër sibi proximũ simili percussione figurat. Itaq; & percussionem & figurã suscipit à priore & ita successiuis interuallis aëris fit figuratio, quousq; debilitata percussiõe, & percussio & figura soni euanescãt. Et est optimũ huius indiciũ in aquarũ vndis, quas lapis iniectus excitat. Lapidis. n. prima percussio orbiculum vnũ aquæ profert, hic autem alium, & alius alium, donec tanta sit indistans orbium porrectio, vt sinat virtus primæ percussionis. Et vt illa aqua in orbiculos se diffundit: ita sonus circumcirca expatiatur. At verò istæ orbiculationes aquæ nonnunquam si in fluuij marginem illiduntur flectuntur in suum principium. In quem quoq; modum & aëris orbiculata plaga obstaculo impediẽte echo reddit. Simplicius huius Alexandri soni non est assertor, sed reprehẽsor. Nanq; si fractiones & plagæ aëris in orbem ducantur, vt ergo sonus erit vnus numero, qui per tot aëris plagas discurrit? Sub tantis nanque percussionibus, repetitis aër non est vnus & continuus in auditũ: igitur neq; sonus est vnus numero, id quod nemo fatebitur. Quid ꝙ Aristo. vnum aërem dicit atq; continuũ in soni generatiõe. Simplicius igitur excogitauit alium generandi soni modum vnam tantùm esse percussionẽ aëris, seu (vt vocat) passionem à collisione corporum sonantium. Hęc passio se profundit in aërem totum cõtinuum circum circa sonantia corpora. Et quia aër continuus est, percussione illata aëri, qui proximus corporibus duris sonantibus, totus aër huic continuus patitur aut compatitur: vt si fundamenta domus concusseris, tota tremit domus: quia partes sunt contiguæ, & sibi connexæ. Et si mollia tentas aut aspera, sensus fit per virgã: quia manui coniuncta, ita partes aëris compatiũtur primæ passæ & percussæ. Quare son⁹ ipse propter hanc partium continuitatem & compassionẽ est vnus in toto aëre distinguendo secundum autorẽ hunc, inter passionem aëris & sonũ: vt iam diximus, fracturam aëris non est actus soni ab ea procedẽs. Sed contra Simpliciũ est, ecquid sonus in aëre præstitus auditur à piscibus subter aquas? Aqua enim & aër nõ sunt cõtinua: fortasse dicet sunt contigua. Adhuc ergo auditur sonus sub obditis ianuis, imô obditissimis. Et aër inclusus, & aër exterior, neq; cõtinua, neq; cõtigua sunt. Et mirabile est ꝙ per rimulas tãta sit aëris compassio, vt sonum causare possit. Et sonus Echo redditur difficillimus intellectu, si compassio est causa soni diffundẽdi passionem illam, quæ est proxima causa soni. Vt ergo intelligamus sonum reflexum, est necessaria reflexio, alioqui vt erit sonus reflexus? Sin verò noua est verberatio aëris, vt ergo duæ verberationes non faciunt sonum diuersum? Nam directus & reflexus idem sonant, & si rectus articulatiùs. Itidem variæ verberationes partium aëris se mutuò impellentium, non variabunt sonum, quod nos concedimus.

Festiua aquarum ad sonos collatio.

Simplicius de generatiõe soni.

¶Rursum illa partiũ compassio, vt ipse ait, aut est paulatina aut subita. Si paulatina

latina est, erit hoc sanè: quia aëris partes paulatim se in orbem impellunt. Et dissolutis succedunt posteriores, vt de orbiculis aquæ diximus. Quòd si hoc admiserit, Alexandro consentit. Si verò est illa cõpaſsio partiũ aëris subita, erit quoq; sonus subitus sensu reclamante. Nos enim videmus primò ictum, quàm audiamus sonum: & qui propiores sunt sonãtibus corporibus, citiùs sentiũt sonum, quàm longiùs remoti. Consentiunt igitur vniuersi sonum Echo ex reuerberatione & allisu in corpora dura & plana fieri cum Aristo. quin etiam cum Platone in Phædro qui de Echo faciens mentionem, sonum ait esse, qui à læuibus, & solidis corporib9 reflectitur, instar amoris, qui reflectitur in amantem. Quis verò modus generationis, nõ est idẽ vniuersis. Nos tamen verosimiliorem credimus Alexandri philosophiam de soni generatione. In cuius gratiam has accipito sententiolas. ¶Prima, percuſsiones & aëris figurationes sibi mutuò succedentes sunt distinctæ. Hæc non est obscuræ aut operosæ probationis. Siquidem à prima aëris percuſsione est altera. Hac dissoluta succedit sequẽs, vt supra meminimus: ergo non sunt eædem istæ percuſsiones. ¶Secunda sit, Vnaquæq; istarum aëris percuſsionum sonum & potest generare, & generat. Probatio est: quippe nihil deest, quod obstet. Si ergo prima plaga seu percuſsio aëris soni est prolatiua, cur non secunda & tertia, & ita in finẽ ipsarum vsq; ? ¶Tertia sit sonus paulatim & non subitò editur. Hæc annexa est secũdæ. Nam si à percuſsionibus paulatinis, seu quę morosæ sunt, sonus editur: sonus ergo non subito, sed succeſsiuè profertur. ¶Sed iam obstrepit aliquis. Iam sonus esset res succeſsiua: & vlterius procedens colliget motum non esse sensilem. Nam quæ præterijt eius pars, non sentitur, quia non est: quæ autem futura est, nondum habetur: quæ præsens est, illa indiuisibilis & in instãti desinẽs, & ideo sentiri non potest: indiuisibile enim nõ est sensile, vt Aristote. tradidit in libro de sensu & sensili. cap. 6. Paulus Venetus in summa quæst. de auditu fatetur sonũ esse rem succeſsiuam, sed cõpositam ex infinitis sonatis. Vt enim motus habet mutata esse infinita: ita sonus conflatur ex sonatis esse: & hoc sonatũ esse copulat soni partes vt mutatũ esse partes motus. Et hic autor habet imitatores propriè sententiæ Augustinum Niphum, & alios. Ego verò non possum assequi ista. Siquidem sonata esse, vt sunt sensibilia. Siquidem hæc sunt indiuisibilia, vt ipsi fatẽtur: sed indiuisibile autore Aristotele, nõ est sensibile, vt punctus sentiri non potest. Iam ergo si de sono hoc solùm presens est sonatum esse, & hoc est indiuisibile, vt mutatum esse motus: nihil est ergo quod auditur. Quare aliter dicendum est, hoc argumentum esse difficile: sed si rectè colligeret, consequeretur solem nihil causare effectus. Nam cùm ille agat per motum, motus autem pars prior nihil producit, quia nõ est: neq; posterior, quæ speratur: neq; præsens, quæ est instans. Vnico autem momento non calefacit sol, non viuificat, non producit vniuersa, quę à sua operatione pẽdent, dicendũ ergo, eo modo sentiri sonũ quo mõ habet esse. Est autẽ succeſsiua res sonus, atq; adeò succeſsiuam sensionẽ largitur. Sonus enim quẽ prima percuſsio profert, succedente secũda percuſsione quiescit: & ita sibi succedunt soni. Vt enim motus incipit esse per primum non esse: ita & sonus. Vt nõ est percuſsio modò & immediatè post hoc erit percuſsio. Ita & nunc non est sonus, & immediatè post hoc erit sonus. Et vt cœpi dicere argumẽtum præsens multi laboris est, quia in multa sæuit. Motus enim localis est sensibile cõmune. Quæras quando vides motum localem, quam partem motus vides, nullã signabis partem visibilem, nisi instans, quòd cùm sit indiuisibile, sensile non est. Quare dicendum nulla pars motus sentitur per se: sed solùm succeſsio partis ad partem sensilis est, vt in rota figuli partem parti succedentem cernimus, & hoc est sentire motum: & iusta hoc dixerim causa: nam motus illa perpetua succeſsio partium est: perpetua, inquam, id est, continua. Ita & in sono non pars iã dilapsa soni aut pars, quæ expectatur sed succeſsio partiũ partibus soni est, quæ sensu auditus hauritur. Referamus si placet pedem illò, quò discessimus: & argumentis Simplicij faciamus satis. Et vigẽt illa hoc vnico colore:

Plato et Aristo. de Echo sibi cõsentiũt

Autoris de sono reflexo sententia. 1.

Secunda.

Tertia.

Paulus nõ est audiendus in sonatis esse.

Simplicius absoluitur.

lore: sonus est vnus numero, non ergo sunt illæ aëris fracturæ. Et (nisi fallor) si quis digesserit paulò amplius, Simpliciũ inueniet sensisse sonum solùm multiplicabilem per species, & non secũdùm rẽ, quæ est multiplicatio soni intẽtionalis, vt vocant iuniores Philosophi. quia sic cernebat acutissimus hic philosophus, sonum esse vnum numero, si solùm deferantur species sine fractura aëris. Sed re vera fractiones istę aëris non tollũt vnitatem numeralẽ soni: quia etiam si sint multæ, sunt tamen similes, secunda priori, & tertia secundæ, & similem figuram habentes soni, omnes referentes sonum vnum, & sicut diuersæ sunt species sonabiles in diuersis potentijs: nemo enim dicet, si decem audiãt vocem, A, in decem esse vnam eandemq; speciem. Nanq; in diuersis potentijs audiẽdi vt erit vna numero species, non video. Quanquam aũt sint variæ species, & numero diuersæ, cæterùm vnũ eundẽ sonũ referunt: ita etsi fractiões diuersæ hoc præstare possũt. vt exactiùs capias, finge decẽ aëris fractiones: nouem recesserunt, & delapsæ sunt, postrema tetigit auditum tuum, & meũ & aliũ, quem volueris, & impegit in aurẽ tuã & meam, &c. secundùm diuersas fractionis partes. Vt.n. in circulo poteris diuersas signare partes: sic propemodum in fractione, quæ circularis est, seu sphærica, quædam pars tetigit aurem tuam, alia aliam, & ita aliorum. qui sub orbita illa fractione consistunt. Id quod nostri dicũt qui sunt intra sphæram actiuitatis soni. Et quanquam sonus primò prolatus cum prima fractione aëris, iam abest, & cæteri, in decimumque deuentum est. Hic autem in virtute prioris est soni, & hæc postrema fractio prioris habet vim, vt cõstat: quæ virtus vna est, in tota hac decima fractiõe. Quare vn⁹ est sonus numero, vt caro dicitur vna numero: quippe partes succedentes carni nouæ, in figuram confectæ prioris succedunt: vt ciuitas, vt flumen. Quarum singula habẽt sua ratione vnitatem, etiam si non exactissimam. Ciuitas vna est, ꝙ ijsdem vtatur legibus, & eiusdem speciei ciuibus. Itidem flumen vnum, quòd partes quæ interlabuntur, sunt prioribus similes. Et Aristo. 2. Politicorum cap. 1. ciuitatẽ tradit esse, nõ maximè vnã: domus.n. magis est vna ciuitate. Sic vnus est sonus est vn⁹ qui per varias aëris fracturas deducitur, non tamen est maximè vnus. ¶Hactenus de molestissimo argumẽto hoc vno exemplo adiecto: vt aqua vna numero patitur diuersas fracturas orbiculares, & continua manens est: ita & aër vnus potest suscipere fractiones diuersas. Illæ enim fractiones sunt solùm, quia vna pars impulsa aliã impellit, id quod cum vnitate seruari potest, & sine aëris diuisione. Aristotelis igitur exẽplum globi sphærici, qui vnus regreditur in parietem offendens, non est audiendum, vt Commẽtator etiam admonuit loco isto vnum aẽrem semel expulsum diuidere reliquum aërem: & deniq; impeditus reuertatur in suum initiũ. Hoc enim falsum esse priora satis ostẽdunt. At modò audire est necesse verba Aristotelis, vt pila reflectitur in suum principium, ita sonus vnus reflectitur. Hæc autem reflexio est à vase terminante, idest, loco continente aërem, & obstante ne exeat claustra sua. Id autem quod Auicena dixit esse aërem vnũ, &c. subintelligas secundum similitudinem, vt præexposuimus abundè. ¶Mihi autẽ hæc scribenti obtulit se non negligendum dubiũ, si fractiones istæ seu expulsiones aëris sunt causa soni. Vbi igitur impulsio & aëris fractura non est, neque erit sonus. Sed aspice q̄d sequatur duos homines ex diametro oppositos sese audire non valere. Fac eos esse Petrum & Paulũ. Loquatur Petrus & fiet aëris cõmotio & impulsio Paulũ versus. Loquatur Paulus simul, & rursum fiet aëris impulsio Petrum versus. Aëra hæc non possunt sese penetrare: ergo obstabũt, sibiq; mutuò impedimento erunt, vt neuter alterũ audiat. At si dicamus etiam sine fractione nonnunquam esse soni speciem, fortassis hoc deuitabimus incõmodum: species enim sunt qualitates quæ se penetrare possũt. ¶Sed re vera hæc solutio argumẽtum non dissoluit: species enim soni erunt in remotiore loco, q̃ sit fractio aëris. At in loco proximo non solùm species, sed ipsæ aëris fracturæ erunt. Fac ergo Petrum & Paulum non procul distare, & stat argumentum. Cæterum quale quale hoc est argumentum, Paulum Ve-

Sonus realis & intentionalis.

netum adduxit eò quò crederet cessante fractione aëris esse soni speciem, & sonũ duplicem realem, idest, & intẽtionalem, qui est species soni realis: ergo sociã habet fractionem: intẽtionalis minimè. Et enim in aqua pisces audiunt, & apud illos est species soni, & non sonus ipse, qui in aqua non fit, vt Commentator prędixit Comm. 76. Et huius placiti est cõmunis multorum consensio, vt Caietani & aliorum credentium sonum intentionalem longiùs multò ferri, quã realẽ, persuasi, meo iudicio argumento non valente. Sæpe, aiunt, in locis abditis & obsitis sonus auditur, in quem locum fractio aeris insinuare se non potest, sed sola species est, quæ se eò agitat. Ego tamen, pace horum dictum velim, hoc alienum à peripatetica sententia crediderim. Aristoteles enim textu. 82. subdet aerem esse necessariò continuũ à sonatiuo in auditum vsq;. Sed quô ista continuatio aëris si fractiones istæ destituũt species soni poterit esse sine sono? Adde, nos ex sentẽtia Alexandri atq; Commentatoris, sonum fundi dixisse per orbitas quasdam aëris fracturas, quæ ducunt seriem in auditum vsque: & quandiu istæ durant, tandiu, & sonus. Hæc igitur fractio & commotio aëris est causa soni esse, & conseruari: vt neque possint dissociari modo aliquo, sed cessante commotione, & sonus cessat: & hoc cessante & species perit, quippe species est similitudo soni. Et quanquam tranquillo aëre sentiamus sonos, nõ hoc indicium est aërem non frangi, aut non commoueri. At quia commotio lenis est, non sentitur. aliud autem de colore, qui spiritualiter, (vt ita dixerim) idest, sine materia in diaphanum agitur, atq; de sono. Hic enim nusquã multiplicatur spiritualiter, nisi & multiplicetur secũdum esse naturale: auditum excipias, vbi est species soni & non sonus. Verùm in toto aëre diffuso in auditum vsq;, idest, continuò sensorio sonus habet esse naturale & intẽtionale: quippe aer & est materia, & medium soni. Vltima igitur fractio est, qua percutitur aër connaturalis sensorio auditus. & hic aër percussus, qui nobis est congenitus, vt paulò pòst aperiemus, percussus ab aëre extraneo mouet neruum, qui

Autor contra Pualũ et Caietanum.

est sensorium auditus, nõ motu fractiuo, vt ipse mot⁹ est ab aere exteriore impellente, sed solùm mouet alterando secundum speciẽ soni, vnde & sentimus sonũ, & non motum aeris. ¶ Argumenta, quæ Paulo suffragantur, iam diluamus. Primo dico, si duo sibi apponãtur, & mutuę sint voces, qui potẽtioris fuerit vocis alterum obtundet: quia ab hoc aer frangitur vehemẽtius, & alias fracturas soluit. Si autem vnus alterum non excedat sonãdo, fateor aeris fracturas se mutuò soluere. Subinde tibi colligere nõ licebit: iã ergo sonus extat citra aeris fractionem. Etenim etiã si orbitę illæ fractiões æqualis vigoris se mutuò soluũt: quia sibi vndiq; ex diametro obsistũt. At verò peracta solutione vis primę percussionis adhuc perseuerat in posterioribus⁹, quæ possit solutã circuli sonori figuram restituere in pristinam formam: vt sic sibi restituta concedat in vim auditoriam. Aut fortasse non semper sonus secundum sphæram multiplicatur: sed non nũquam orbe imperfecto venit in auditum, quãdo ab alio sono impeditur. Et verbum axiomaticum sonum per orbem agi intelligẽdum secundum naturã suam, secus si vis illi inferatur. Et quia est solutio fractionum, non est penetratio dimensionum. Quapropter si facias Petrum & Paulum inuicẽ ex diametro oppositas simul pronunciare voces, aẽris sunt oppositæ fractiones, nullaq; prorsus dimensionũ penetratio: quia se soluũt: vt si defluẽs riuulus obsistẽtem scopulũ offendat: species igitur soni & sonus pariter diffundũtur cũ aẽris fractione perpetua, quidqd Paulus & Caietanus eiusdem dogmatis amator asseuerent. Hincq;, quando argumẽti casus acciderit, debilẽ Petrus assequetur sensionem Pauli vocis. Et contrà, qa sectio illa aẽrum & solutio mutua sonũ infirmat, ne vehemẽter resonare valeat. ¶ Argumento secũdo, is qui in loco obdito & obscuro est, si sonos audit, rimula aliqua necessario est, per quã fractioni aẽris pateat ingressus. Ait enim Arist. necessarium esse cõtinuum aẽrem in auditum vsq;. Si verò omnis rimula occlusa est, nec pateat, vnde aẽris spiraculum sit, nunquam continget auditus. ¶ Argumentum hoc diximus secundum, quod

Argumẽta Pauli soluuntur.

Argum. 2.

serie

Vt pisces aquæ conditi audiant.

serie erat tertium: quippe secundo loco collectũ quod quærebat, vt pisces aquæ conditi audiant, dilutũ est, hoc illis ideo contingere, quò aer subintrat aquas, aut aquis inclusus est, vt fusiùs supra habuimus. Sola illa verba supersunt exponenda. *Quemadmodum sphæra.* Quæ verba vnũ aerẽ depulsum à percutiẽte, repelli postea ab obstaculo aliquo in sono echo, id est, reflexo tradunt. Id quod nos expositum prius dedimus. *Videtur autẽ semper fieri echo, sed non clara.* Docuerat sonum reflexum esse, nunc tradidit, hunc sonum necessarium comitẽ esse directi soni: & quando est hic sonus directus consequius & reflexus, non tamen semper manifestus. Istud hoc indicio probat, luminis radius directus habet necessariò sequacem reflexum. Lumen enim in punctum sibi è regione aduersum rectilineum effundit radium. Hic autem incidens in aerem, aut aquam aut terram, habet resultantem radium alium, qui reflexus est: quia in se ipsum reuersus. Hęc autem luminis reflexio est aliquando occulta, cũ in aërẽ vel aquã inciderit, quia hæc modicæ obsistẽtiæ sunt. Quare & leuis reflexio. Sin verò corpora excipientia lumen, maioris sint obsistẽtiæ, clariorem edũt reflexionem, vt speculum obiectum solis radijs, tantũ regerit luminis vt visum obstringat & aciem oculorum obtũdat. Quòd autẽ hęc reflexio aut illa, necessario sit concedenda, probat. quia plerunq; à latere locati solis, non directum ipsius tenentes videmus. Si autem non esset reflexio luminis in latera nõ possemus quidquam videre nisi radio directo. Quæ autem sunt nõ perspicua, sed densa corpora, hæc manifestam habent reflexionem: valide. n. retudunt luminis radios, & sunt hac ratione vmbrosa à parte diuersa luminis, hoc est quod ait, Etenim lumen repercutitur, id est, reflectitur: non enim fieret vbiq; lumen, sed tenebræ subaudi, si solus radius direct⁹ illustraret: sed ab aqua & aere est reflexio sine vmbra, &c. Lumẽ igitur agit per diaphanum in orbem, id est, orbiculatè se diffundit: consensioq; est in hanc sententiam omnium perspectiuorum fauente quotidiano experimẽto. Aduertendum autem huius luminis effusionẽ, quæ orbita est, gradum tenere

Sonus reflexus directi socius est.

Lumen sese agit in orbẽ.

isuum: nam luminis sphæra seu circularis illuminatio, quo propior est luceti corpori, eò fortior est, quô verò distantior, eò debilior est. Hoc itidem accidit in sonabili corpore sonum in orbem suũ excutiente. Et quo illi propior est aeris fractiua commotio, vehemẽtius sonat: quò longiùs abfuerit, laxiorem eò edet sonũ. Hæsitantem[que] hæc, natura docebit in orbiculis aquæ percussione cõmotis. Quidam minores, turgentiores autem, qui prope lapidis plagam describuntur. Alij verò maiores & laxiores, qui lõgiùs absistunt. Hinc iam cœperunt philosophi asserere lumẽ se multiplicare vniformiter difformiter. Quo enim locus se habet in locum, eò gradus luminis in gradum. Si in distantiam decuplã cum quatuor gradus luminis profert lucidum corpus, in duplam distãtiam duos: & ita gradatim illustratio fit. Ita de sono dicito, deque alijs sensilibus. ¶Si quærat aliquis, vt ergo lumen recta se agit via, & hoc est sibi admodum germanum in rectum sese ferre, nisi obsistens offendat. Si enim secundum orbem se diffundit, non ergo secundum rectum. At verò hæc simul sunt amica: nam orbes quos describit lumen secũdum lineam rectam procedunt, vnaq; linea descendens centra illarum circulationum penetraret. Et si rem non capis, hinc capias, si aduertisti vnquam sphærę ludum. Ibi si consideras globum ligneũ in sphæram ferream directum & recta se porrigere via, & suos simul agitare orbes: sic lumen sese ab alto in terras recto demittit tramite, simulq; ad omnem loci positionem orbiculatè se profundit. *Vacuum autem rectè dicitur.* Hic Aristo. medij naturam docet, quòd sit aptum sono deferendo: & ait medij naturam esse vacuũ id est, non impeditum alio quouis sono, quod alij asonum dicunt. Et hic considera, vt aerẽ meminit esse causam soni. Aerem autem dicit videri vacuum, quia alio corpore nõ impletur. Et hac ratione philosophi concesserunt vacuũ, quos taxat Aristo. 4. phys. tex. 51. Est autẽ tunc vnus sonus: quando id quod sonat, est leue, id est, nullius sensibilis asperitatis: nanque quæ aspera percussa aerem frangunt: aer enim est bene frangibilis. Verùm fractio hęc nõ est ęquabilis corpori plano. Quãdo

Festiua collatio luminis & globi.

do verò corpus læue est, habet superficiem planam, & excutitur aër vno impetu, & æqualiter. Quare egregiè sonant illa, & si secundum differentiam planorū sonus proferatur diuersus. Argentum & æs pulchrè, & satis vocaliter sonant, & hæc metallorum sunt vocalissima: quippe & planæ sunt superficiei, & multi aëris contentiua: aurum non item, quod solidius est, & plus terrenæ habet cōmixtionis. Quare ponderis maioris est aurū argento. Ad vnitatem deniq; soni cōducēs est læuis corporis plana superficies, & vna. Hoc est quod ait. Lęuis enim vnū est planū, idest, vna est superficies corporis lęuis seu æqualis interiacētiū partiū. Non est autem tacito dissimulandus calamo Aristotelis sermo, propterea quod fragilis est aër nō sonat. Hic enim sermo cum lib. 4. meteor. cap. 8. quì constabit? Locus enim meteorologicus hic docet frangibilem esse affectum mixtorum. At verò aër mixtū non est, sed elementū: nō ergo aër est frāgibilis. Hęc porrò collisio sic repurgāda venit, frangibile illud esse, quod est sectile secundū partes magnas: quia poros habet in directū porrectos, vt lignū: vt liber indicatus. cap. 9. demonstrat. At verò quia frangibile est mixtorum ex aëris participio, vt in lignis experimur, quib[9] exuberat aër: vnde & aquis supernatant. Hac de causa modò dicit aërem frangibilem.

Argentum & æs metallorum sunt vocalissima.

Collisio in Aristo.

Text. 82. ¶ Sonatiuum igitur est, quod motiuum est vnius aëris continuitate vsq; ad auditum. Auditus autem, connaturalis est aëri. propterea autem quòd in aëre est, moto exteriori, qui intra est mouetur. Vnde nō vndiq; audit animal, neq; quocunq; transit aër. non enim vbiq; habet aërem quod moueri debet secundū partem animatumq; est, sicut pupilla humidum.

Sonorū quid sit.

¶ Dixerat naturam soni, & quæ sonora, & quod mediū. De sonoro immiscet modo sermonem, quod sit, quod est sonorū. Et ait illud esse quod mouet aërem auditum vsq;. Et vt Philoponus ait, commentatiōe verbū hoc illustrans hic nō de sonatiuo aut sonoro simpliciter sermo est. Nā etiā si sonus non sentiatur, sonus est. Sed de sonatiuo vt est sensile, referturq; in auditū, aduertito hęc verba: nā memini me dixisse rationem soni absolutā esse. Quare etiam si nō sentiatur, sua propria natura gaudebit. Sed rō sensilis est relatiua. Definit igitur Aristo. sonatiuum nō absoluta ratiōe, sed relatione in auditū. Id autem quod ait vsq; in auditum, non adeò angustam reddit sonatiui prouinciam, quæ auditus fine claudatur. Sonatiua nanq; etiam vltrà auditum se porrigūt: sed vltra sensum porrectum non sentiuntur: quare vt sensilia sunt, in sensum vsq; protenduntur, inibiq; clausulam accipiunt. Obstrepet, scio, aliquis offensus sermone, & hanc tendiculam aduersum me intexet. Sonus vt sensilis refertur in auditum: sed sonus, vt sonus, est sensilis: ergo vt sonus refertur. Tu autem amice, qui has tendiculas intexis, consideranti in sono & essentiam & affectum nihil offícies. Essentia soni absoluta est: at affectio eius propria est relatiua in auditū: non ergo sonus, vt sonus est, sensilis est: vt neq; color vt color spectabilis, si de essentia sermo vertatur. Cæterū si de affectione, donamus sonū vt sonum esse audibilem. Quòd verò hactenus contendebamus illud erit sonum esse actu, qui nō auditur. sat sibi si audibilis in proxima potētia sit. Et istud nō explodunt verba Aristo. quæ in manibus habentur. Sonorum est, quod aërem vnum mouet vsque in auditū, quę veritate fulcita sunt, quando sonus auditur: vt iam in nostram quoque assertionem aduersus quosdam Philoponus affirmauit. Repetit autem vnitatem aëris *Sonatiuum est quod*. Huius enim est tam necessaria cōtinuatio, vt hac submota sonus non sit vnus numero. Quare ingruentibus ventis aër prior iam depellitur, & nouus subintrat. Nouus subinde erit sonus, etsi nos lateat ista nouitas soni: quia aëris vicissitudo non sentitur, & hoc sit tibi argumento, vt colligas sonū esse successiuā & morosam qualitatem: quia sonus variatur cum motu, id quod visibilibus non accidit, quæ fixas habēt sensiones, etiam obruentibus ventis, & pacem obturbantibus. Color enim non

In sono duo & essentia & affectio.

habet esse in motu vt sonus. Quamobrē solus visus momentaneam & subitam assequitur operationem. Id quod etiam si, vt licuit collectum est, non piget tamen Vitellionis admouere rationem, si visio esset morosa extaret causa nulla, excepta distantia visibilis à visu. Sed si hoc causa est, q̄ duplo distaret, duplo egeret, vt videret tempore & sic deinde computando tēporum proportionē. Hoc aūt lōgè à vero abest. Constituas, a, & B, visibilia & esto inter hæc distantia dupla, tā citò a, q̄ b. sentiet visus. Et pleraq; alia in autore legere poterit, qui volet lib. 3. propositione. 55. etsi D. August. tempore visionem mensuret. lib. 4. super Gene. de quo nos supra. Necessarium est ergo, vt vnus aër sit, vt vnus numero sit sonus. Scio nō esse leuē pugnā philosophorū: si vnus est numero sonus qui auditur à multis audientibus, & nonnulli hoc ducūt impossibile. Nanq; causa soni est cōmotio fractiua aëris. Vt ergo sunt diuersę fractiones aëris, ita quoq; & diuersos sētire sonos numero est necesse. Auditum enim Petri alia ratione aër tāgit, & alia Pauli: neq; oēs vna collidūtur aeris fractione: cū diuersos teneant locos, & collatione quadā rē augent ista si multis adsistentib⁹ igni nō vno afficiūtur calore, sed quilibet suo proprio incalescit calore. Ita de sono. Sed si ita esset, quid anxius fuisset Arist. toties inculcare sonū vnū excuti à planis corporibus, & necesse est esse aerē continuū vsq; in auditū &, laborat Arist. in vnitate aeris seruanda. Solum vt vnū numero sonū doceat esse Pau. in Cōmen. facilè se excutit. In quæstione, non esse, inquit, necessarias aeris fractiōēs repetitas, quo sonus sentiatur, sed citra aerū plagas excepta prima species diffundi in auditū à sonoris corporibus, & species etsi diuersæ numero vnū & eundē sonum auditui referre, vt species visibilis, quę in oculo Petri & quæ in oculo Pauli, etiā si non eādē numero, vnā tn̄ albedinē ostendūt. Est aūt longè dispar ratio. Si quidē albedo fixa stat, sonus verò labitur cū motu. Ego verò qui credidi cū Alberto magno in summa de homine, tracta. de auditu, imò cū Arist. cessante aeris collisione cōtinuò sonū cessare. Neq; vnquā species est in medio, nisi veluti deriuata à sono reali. Nanq; vt prima aeris cōmotio suppetit realem sonū, & hic suā propriā aeri donat: ita & secūda cōmotio hoc itidē præstabit, etsi nō æquè validè, & seruabitur series hæc in auditū vsque, vt dicemus. Ego inquā cū varijs aeris plagis & percussionibus vnū numero sonum crediderim. Vnitate porrò ea quā vnus fluuius est succedentibus eodem tramite eademque figura vndis nō nouis atq; antiquis: etsi aquæ hodie interlābētes aliæ sunt atq; hesternæ. Sonū sic succedente sono cōfiteor, nouū reparare priorē, similem figurā substituens, quā à priore accepit. Et quanquā fractionū varię portiones varijs auditibus obtingāt: tamē vnū numero sentiunt sonū, vt qui lauāt & purgāt vestimentorū sordes ad flumen, in eodē fluuio lauant, etsi fluuij distinctas partes obtineant. At verò caloris collatio nihil ad rē: calor enim permanēs, qualitas est, & nō pendens à motus fluxa successione, vt son⁹. Soni verò species, permanēs qualitas est, vt notio eiusdē. Vnde argmētū colligas egregiū, nō solū obiectū efferre speciē, sed & potētiā habere adiutricem, nō quantū ad omnia quæ sunt speciei. Nā species, quod imago rei sit obiectæ ab obiecto habet. At verò quod permanentior sit species ab obiecto, vt species soni, quā sonus: & spiritualē quadā ratione sortiatur cōditionē, ab obiecto itidem assequitur. *Auditus autē connaturalis.* Vt fiat auditio præsens loc⁹ docet. Habet igitur auditus cōnaturalē aerē, & hic aer qui est natiuus auditui, mouetur ab extinseco aere, quæ motio intimū impellens, vt species sonabiliū vel soni, in auditū transportet. Atque propterea non vndiq; animal vi auditiua præditū est. Nā aer hic auditui familiaris atq; vernaculus nō est per totū animal diffusus, vt neq; per quālibet partem videt animal. Vis enim visiua opus habet humore glaciali seu vitreo, qui solū oculis tunicis quibusdā obfirmatus atq; munitus continetur. Quare vigent vires istæ nō omnibus locis, sed his quib⁹ apta sensiteria sunt, muneribus sensitiuę facultatis obeundis. Quis autē aut qualis hic aer vernaculus auditui sit non facilè dixerit aliquis. Cōmenta. elementariū credidit sapiens cū Themistio. 28. ca.

Vitelionis argumentum quod visionē à tempore asserit.

August.

An vnus sonus sit qui à multis audit̄.

Vt fiat auditio.

paraphra. hic enim aerẽ externum continuum esse huic aeri fatetur: aquã verò illi cõtiguam, si aquã in aurem irruere cõtigerit. Præter hæc & auditui geminum aerem concessit. Est alter vitalis aer, qui spiritus animalis sensificus pãniculo aut mẽbranula inclusus est. Huic aũt est innixus aer iste, quẽ vocat Arist. inædificatũ auri. Hic vt munimẽtum primi aeris est. Et quãquam mẽbrannla spiritus vitalis, qui in auditu est, hũc totum contineat: & aërem cõgenitum ex parte claudit, nè extra dissolutus effundatur. Verũ nõ est tam stricta clausura, quæ continuationẽ cum aëre externo impediat. Quare aër, vt interliminium inter aërẽ primũ, & aërem externum, qui fracturis & gyrationibus auriũ adhæret. Simplicius verò ait aërem qui congenitus est, nõ esse eum q exterior est, sed auri à natura annexum, tãquam organũ. Hic autem viuus est, & vita auditrice informatus: quẽadmodũ humor, qui in oculis cõtinetur vita aspectrice. Sermo autem iste difficilẽ habet fidem. Etenim si aër ille viuens est, nõ est aer, sed mixtũ corpus. Elemẽta si quidẽ si dogmata peripatetica placẽt non viuũt, neq; viuere possunt: est nãq; anima actus corporis physici & organici. Absint à nobis deliramẽta Manichęorũ, qui vniuersa vitam habere credebant elemẽta omnia pariterq; mixta vnicam animam machinæ huic visibili infigentes, quæ totã viuã faceret, nisi q in elementis erat sordidior anima, quæ nobilior in corporib' prçstãtioribus, vt meminit. D. Gregorius Nissenus lib. de anima. 2. c. 7. Hoc tamen hæreticũ est, dogma. Imò neq; Plato est audiẽdus, qui animam vnam, quam mũdi dixit opificem, centro terræ dedit por rectam intelligibiliter à cælorũ vertice, vniuersa viuificantem, nisi intelligas viuificãdi verbo animam illam vigore suo omnia continere. ¶ Rursum si ille aer est, sensoriũ auditus est viuẽtis pars: & cùm viuens sit mixtũ, quælibet eius pars est mixta. 1. đ gene. text. 90. Rursũ aer hic exteriore [illegible]itur & percutitur: Ideò Aristo. hũc aërem dixit immobilẽ, vt motus extrinsecos optimè recipiat. Sin verò motus externos seu percussiões suscipit realiter, iam nõ est sensoriũ: ne sensibile supra sensorium sensionem operetur. Fortassis quispiã memorãs Platonem in Timæo aëris multa genera distinguentem: quoddã, qđ lucidissimum & tranquilissimum est, quod ether est. Aliud turbulentũ, & nubib' agitatũ. Et præterea, ait sũt alia genera innominata. Dicet aliquis in patrociniũ Simplicij hunc aerem esse generis innominati, & appellatus est aer quippe vox alia non erat in numerato, quæ cõgenitum hunc aerem siue auricularem significaret. Aristo. alioquin non dixisset hoc loco hũc aerem esse animatũ, si purum elemẽtum duxisset. Et quod rem istam maximè turbat est hoc, animatum hunc aerem tradidisse Aristotelem, etsi neq; litera Arabica, quàm legit Commentator, animatũ legebat: sed mẽbrum motus & anhelãs significabat: qa litera illa hęc est vt anhelit' nõ omni parti animalis concessus est, sed pulmoni & arteriæ: ita neq; aer hic cuiuis mẽbro elargitur, sed auribus. Et litera Græca, quam secutus est Philoponus, non legit vt nostra Boëtij, sed in hũc modum. *Neque enim vndique mouenda pars habet aerem, & animata sicut pupilla humorem.* Id est, pars animata, quæ mouenda est à sono, non vndiq; habet aerẽ. Difficiliorem expressit Boëtius sensum. *Vnde non vndique animal, neque quocunque transit aer: non enim vbique habet aerem quod moueri debet secundum partem animatũ quia est.* Hæc est interpretatio Græcæ literæ scabrum præferens sensum, non enim cohærent verba. Nam si animatum in aerem referas, qui conueniet Grammatici sermonis cõgruentia? (animatum quæ est) cùm aer sit masculini generis. Bizantius leniorem obtulit interpretationẽ. *Quapropter* (ait) *animal non omni audit ex parte, neque quòuis aer pertransit & penetrat: quippe cùm animatum non habeat aerem vbique, quò poßit quauis sua parte moueri.* Ego tñ præfero istis literã, quã sequutus est Philoponus, quia Græco Codici æqualior est. Vnde quod litera Aristo. tradidit non est aërem auricularem esse animatum, sed q pars mouenda ab aere exteriore, nõ vndiq; habet aerem illum intimũ, & auricularem & immobilem. Auris. n. hunc aerem seruat in intimis abscessibus. Nã aures habent foramen, qđ eò cęcũ dicitur, quò in ipsum nõ patet accessus, etiam si setam porcinã ingeras: vt neq; pupilla vbiq; habet expositum

Aer auditorius nõ viuit.

Manichæorũ deliramenta

Vniuersum viuit Platoni.

Varia lectio.

positum humorem vitreum: hunc enim habet obſecratũ in intimo oculi abſceſſu. Græcus autem Ariſtote. ſermo eſt hic. οὐ γὰρ πάντῃ ἔχει ἀέρα τὸ κινησόμενον μέρος καὶ ἔμψυχον ὥσπερ ἡ κόρη τὸ ὑγρόν. Ideſt, non enim vndiq; habet aerem mouenda pars & animata, ſicut pupilla humidum. Vt autem certi nõnihil cõſtituamus, ſeriem quãdam cõcluſionũ tradamus. ¶Prima eſto. Aër auricularis eſt neceſſarius auditui. Hęc colligitur: oculo humidũ aqueũ eſt neceſſariũ: q̃a hoc diaphanũ eſt. ergo & auditui aer, q̃a vt dixit Ariſt. ſoni princeps aër. Nã facilè frangitur, & ſpecies ſoni ſine labore trãſuectat. Aër aũt, q̃ eſt in anfractibus auriũ, hic cùm facilè diuellatur à vẽto impellente, eoq; non redderet externum purè & ſyncerè: quare neceſſe eſt auribus intimè eſſe conditum aerem quietũ & placidũ, qui violẽtis incurſionibus non facilè pateat: qui & poſsit ab aere externo moueri, & ſenſorio ſpecies ſoni trãſfundere.

De aere auriculari.

1. Sententia.

Secunda concluſio.

Secũda cõcluſio. hic auricularis aer nõ eſt ſenſoriũ auditus: nanq; ſi ſenſoriũ eſt, nũquam ſentiremus ſonũ & motũ & percuſsionẽ, id quod non ſemper accidit: ſed audimus ſępe ſonũ & nõ motũ, aut aeris fractionẽ. Sequellam oſtẽdo. Nam hic aer eſt cõtinuus aeri elemẽtario, & hic illũ mouet, vt Themiſtius cum Ariſt. doctè cõceſsit. Etenim ſi hæc aeris interni & externi cõtinuitas ſublata eſſet, vt eſſet vnus cõtinuus in auditũ vſq;? Quòd ſi aer intimus mouetur & percutitur, & ipſe ſenſorium eſt: nũtiaretur igitur auditui & mot⁹ & ſpecies ſoni, id quod experiẽtia nõ demõſtrat.

Tertia cõcluſio.

¶Tertia ſit, Hic aer nõ eſt animatus. Hæc contra Paulum Venetũ eſt, & alios eiuſdẽ conſenſionis, q̃ in aëre auriculari animã condũt. Argumentũ eſt prõptum aduerſus hanc cõſenſionem. Aër hic elementarius eſt, ergo nõ eſt animatus, vt ſuperior noſter ſermo demõſtrabat, proindeq; neq; ſenſoriũ eſt: ſenſoriũ.n. planè eſt animatum, vtpotè q̃d eſt animalis pars. Si contendat aliquis hunc aerẽ eſſe mixtũ, probet ipſe: nã Ariſt. aerẽ nominat non mixtũ. Simplicius aũt forſitã nõ de aere, q̃ ad foramẽ auris cæcũ inſidet, ſed de alio aëre intellexit, quẽ vitalẽ vocat Simplici⁹, q̃ mẽbranula circũcluſus eſt etiã ſi huius rei fides ſit apud Themiſtium mihi certè nõ probatur.

Quarta concluſio.

¶Quarta cõcluſio. hic auricularis aer, antè mẽbranã eſt, cui ſenſoriũ adeſt auditus. Hæc eſt Philoponi atque Themiſtij. Eſt.n. aer hic natura cõceſſus in munimẽ ſenſorij auditus, & vt incurſiones externas aeris hic aer ſuſcipiens, mẽbranulam auditus illæſam ſeruet, vt tunicæ oculorũ incidẽtem viſui noxam ſubmouẽt. Colligas, ſi munimẽ ſenſorij eſt, nõ eſt ſenſorium.

Quinta concluſio.

¶Quinta hic aer eſt corruptibilis, & paulatim labitur, & reſtituitur, vt animalis partes. Hãc Philoponus aſſerit addẽs, ſi hic aer penitus labefactetur vis auditiua perit. Occinit Themiſtius hũc aerẽ credẽs illibatũ perſeuerare, vt ſucceſsiuis nõ egeat reparationibus, vt caro ſanguis & os. Et aer rurſum externus nõ corrogatur in huius interni vicẽ, vt paulatim nouus & nouus aer ſuccedat. Ego tñ eò lubentiùs in Philoponi ſententiam, quã Themiſtio aſſentiam. Et enim aer hic cõtinuus eſt aeri exteriori cõcedẽte Themiſtio. Aẽr aũt exterior in horas mutatur: neq; purus eſt, & ſyncerus, vt ille intimus, qui aſsidet mẽbranæ auditiuę: igitur vbi eſt diſsimilitudo qualitatũ primarum, erit nõnulla actio inter aerẽ externũ, qui anfractus auriculæ occupat, & illũ intimũ: quare & nonnulla corruptio. Rurſum hic aer diuerſus natura, & contrarius vaporibus calẽtibus, & humẽtibus humore extraneo caput circũcurſantibus: & nonnũquam calidis & ſiccis, qui fumi hũc ſæpe exagitãt aẽrẽ, vt bõbi tinnitus ve auriũ indicant. Si ergo cõtraria ſũt aer hic & fumidæ exhalationes: vt nõ corrũpatur, & corrũpet, vt nõ erit mutua actio, nõ video. Quare Philopono ſubſcribo.

Sexta cõcluſio.

¶Sexta cõcluſio hic aer auricularis eſt immobilis. Hæc eſt Ariſt. Sic illã accipe expoſitore Themiſtio. Ioco iã indicato. Hic aer nũquã effunditur ab aure, ſed ibi aſsidet ꝑpetuo auditoriæ mẽbranulę, vt oſtiari⁹, ſenſus ipſius aſsidet ianuæ.i. ſenſorio, q̃d eſt, vt ianua ſenſus. Aẽr verò, qui auriũ plicatis gyris eſt, dimouetur ſæpe: at ille intimus ſemper idẽ numero adeſt. Nã etſi corrũpatur ex parte, hæc pars citò reparatur in locũ & figurã & identitatem prioris, vt de carne & ſanguine diximus.

Septima concluſio.

¶Septima ſit concluſio. Iſte quoque aer eſt mobilis. Hæc item eſt Ariſtote. hoc cap. Neq; ſextam

conclusionē hæc soluit. Nam ꝙ sit mobilis eò dictum est, ꝙ hic est elementarius aer: elementum autem aeris mobile est. Necesse est.n.si aer est, vt proprium sibi vendicet motum, vnde & interdiu quando magna est aëris cōmotio externi aëris auricularis motus nō sentitur: tamen trāquillo tēpore quādo à motibus externis vacatur, hic habet motū quendā, qui motus indiciū est esse auditū. Et aër ipse qui extra nos est, etsi summa quiete esse ducatur, habet motū vt ramēta aëris, quę radiis solis ostēdit, indicant, quæ in altum ferūtur, & motu agitata circūuolitāt. Adde quoq; hunc aërē agitari à vaporibus, quibꝰ nūquā nō caput afficitur. Hi ergo vapores hūc aërē agitant: quare mobilis est & motu proprio, qa elemētalis est: & motu alieno à fumis, quos in altū capitis animalis calor tollit. Quaobrem cum audis immobilē hūc aërem: intellige auribus esse infixū, neq; extra aures vagari, vt rota figuli, quæ immobilis est, qa compos est cētri circa quod voluitur: & mobilis, qa manu figuli in gyrū torquetur.

Vt aer auricularis immobilis.

¶Octaua cōclusio. Propriū sensoriū auditus neruus est, descēdens à cerebro diffusus in auditū vsq;. Considerāt anathomistæ septem neruorū cōiugationes à cerebro diffusas in corporis mēbra. Et prima coniugatio, quæ est neruorum opticorum, datur visui in sensionē. Secūda cōiugatio dat motū oculis. Tertia dat linguæ sensum gustus, quæ & in partes faciei distribuitur. Quarta tunicæ totiꝰ palati inseritur. Quinta est nobis seruiens in auditum, & hæc in duas partes diuiditur. Altera in meatū auditoriū distribuitur, reliqua verò in cæcum foramē auris, qđ cæcū appellatur, ob anfractuosā meatus obliquitatem. Et hoc est, quod dixit Auicena lib. đ animal. Neruus audibilis (inquit) nascitur, ab anteriore parte medullæ cerebri, & vadit in cęlam auricularem, quæ tympanum auris dicitur. Est.n. instar tympani, & in cæla hac dispergitur in ramos duos. Et maior ramus diffūditur in tympano, minor autē in foramē cæcum, vt diximus. Et sequutus est Auicenā Albertus summa de homine, tractatu de auditu. q.1. Non solùm ergo Anathomistis neruus est sensoriū, sed philosophis, etsi, vt ante dicebū Cōm. aërē duxerit esse sensoriū: sed hoc esse falsum superiora abūdè conuincūt, etsi Græci autores huius nerui nō meminerint, sed solū mēbranę, cui assidētem dixerunt aërē illum auribus cōgenitū: & intra mēbranam auditiuam vim crediderūt. Sed re vera Anathomia hūc neruū auditui rectè dedit, vt cæteri sensus proprijs fruuntur neruis sensionibus seruientibus. Hic igitur neruus auditorius ab aere percusso vbi est sonus, vt in ꝓpria materia immutatur & suscipit soni speciē ab hoc aere percusso. Quæ vt intelligas hoc ordine cōsidera. Aer externus percutitur, & continua est eius plaga, quousq; sensim labatur in aurē, cuius plaga aerē illum intimum agitat & ferit: cuius percussio est purior & sensibilior, quā quæ est impurior. Hic aūt agitatus sensorium tāgit, & suo tactu alterat. Quæ alteratio eò est, quo species audibiles trāsuehit in neruū inibiq; deponit, & sensio procreatur.

7. Neruorum cōiugationes à cerebro.

Albertus et Auicena cōcordes.

Vt fiat auditio.

¶Sexta porrò cōiugatio dat sensum intestinis omnibus, & visceribus vniuersis.

¶Septima dat motū linguæ & laringis musculis. Consule Galenū lib. de vsu partium. Sed fortè incusat aliquis hanc conclusionē. Neruus dicet est naturæ siccæ, & non aereæ. Est autem necessarius sensorio auditus aeris principatus. Respondeo, neruus hic auditorius non admodū durus, sed mollis est, vt aeris referat naturam: quod aer ille cōgenitus aeris naturā supplet. Quare sicca nerui illius natura officit nihil.

Non spernenda obiectio.

¶Vltima sit cōclusio, Aures non sunt sensoriū, istæ inquā, quæ in extremis tēporum sunt sitæ: citra quas auditio esset, etsi nō ita probe vt modò. Habent aures substātiā cartilaginosam, ne contundi aut frangi facilè queant. Vnde summus rerū opifex Deus has nō carneas fecit: nā carnis mollities aeri cederet, & sonos nō redderet: neq; osseas: aer enim vehementer in ossa illisus stridore suo obtūderet sensum: sed mediā illis donauit substantiam cartilaginis, quæ aerē refrangens temperatum sonum reddat.

Postrema cōclusio.

¶Per se igitur insonus est aer, propterea ꝙ facile dissipabilis est. cū verò ꝓhibetur dissipari huius motus, sonus est. Hic autem in auribus Text.83.

bus inædificatus est, adhoc vt immobilis sit, quatenus certe sentiat omnes differẽtias motus. Propter hæc autem, & in aqua audimus, quoniam nõ ingreditur ad ipsum connaturalem aerem, sed neq; in aurẽ propter anfractus. Cum autem hoc accidit, non audit. neq; si membrana laboret, sicut cum quę super pupillam est pellis laborat.

¶ Quod dicit tale est, aër natura sua vt nullum habet colorẽ: ita neq; sonum: est enim facillimæ cessionis: verũ verberãs aërem, aerẽ dissoluit: & corpus verberatũ obstat, quominus aër soluatur, & hæc obsistentia est causa soni. *Hic aut em. in auribus ædificatus est.* Aërem elementariũ significat, qui cõgenitus est auribus, & hic immobilis est, vt omnes motuum differentias sentiat. Vnde vrinantes audiunt sonos in aqua, quia aërem intra aures habent. quem non soluit aquæ fluxus: neque in aërem hunc irruit, neq; in aurem ipsam, idest, in foramen auris, quod cecũ vocant, propter auris anfractus, qui dati sunt, vt extrinseca depellere posit, id qđ præstaret minimè si planam auris haberet superficiem. In anfractibus autem & sinuosis gyris auris detenta aqua, intro irruere non potest. Quòd si vnquam tantus est aqueus impetus, vt in aërem irrũpat auribus connaturalem perit vis audiendi, aut sonos non sentit. Similiter cũ mẽbrana laborat, q̃ autore Themistio, spiritum auditorium continet, sensione fraudamur, vt quando pellicula, quæ pupillam tegit, vicio afficitur, nõ videmus.

Aer auditorius.

Tex. 84. ¶ Sed & signum audiendi aut nõ, est, sonare aurẽ semper sicut cornu. semper enim quodã proprio motu mouetur aer qui in aurib⁹, sed sonus extraneus, & non proprius est. Et propter hoc dicunt audire vacuo & sonante, quia audimus habẽte determinatũ aerẽ.

¶ Aër autẽ hic ingenitus sonat aliquãdo manu imposita aurib⁹, collisiõe aëris intimi cum aere, quem auris anfractus flexuosi habent. Iam verò nulla manu imposita, & nullo sonante extrinseco, habet motum quendam instar tinnitus. Et sonum profert collisus fumalibus spiritibus, quos animalis calor excitat. Signũ (ait Aristo.) auditum bene valere, si hos tinientes sonos sentiat. Commẽtator dixit bombum auris esse instar soni cornu, si aurib⁹ admoueatur cornu. Similis quoq; est aëris naturalis auri proprius bombus: & hac ratione bombus vocatur: qa instar buccinæ sonat. Quanquam re vera hic auris bombus est variè sonans: nã nonnunquam est exhalatio vehemens in capite ipsum congenitum aerem plurimum obstringens: & tunc instar sibili auræ tenuis est. Aliquãdo verò non stringitur tam arctè: sed maiore ocio loci vacat, & tum bombus laxior est, instar cornu, siue sit sonus iste, aut alius, nullus est proprius auriculari aeri: quia sonus fit necessariò violẽta plaga suscepta. Et aer si sonat, violẽter agitur: quare nullus sonus est sibi motus proprius, sed quiuis extraneus est. Habet sanè motũ propriũ, sed hic motus non est sonorus: quia sibi germanus est natiuus, & non violentus. Si quis autem pisces in medium afferat, & quærat au pisces habeant hunc aerem congenitum, non læuis esset sciscitatio. Aristo. enim. 4. de histo. animal. cap. 8. pisces audire cùm fateatur, sensorium tamẽ auditus esse occultum tradidit. Quod si pisces respirare cum Democrito & Anaxagora concederemus, (vt etiam concessit Plinius lib. 9. c. 7. credens piscibus halitum esse, vt ibidem ratione colligit) nil difficile esset, & aerem illorum auribus congenitum fateri, vt pisces respirantes delphinus, balena, crocodilus, qui aquis respirant, fortasse habẽt. Atqui cùm Aristoteles libro de respiratione Democritum cum Anaxagora exploserit, & piscibus facultatem respirandi ademerit, non est peruium neque facile, si pisces habeant aerem istum, quo audiendi facultas sensionem suam operetur. Sed aduertamus oportet pisces nõ habere vias manifestas in auditum. Illas enim vias obtexit sagax natura: siquidem elementum

Signum sinceri auditus.

De bõbus aurium.

Anaxagoras Democritus Plinius spiritum piscibus concedunt.

tum aquæ est fluxibile, & facile subintra ret in sensorium, & suo frigore extingue ret animalis sensoriũ: & subinde medulla cerebri algens naturam piscis interimeret. Cæterum aërem connaturalẽ seruant intro inclusum. Arist. enim hos nõ excepit: sed nihil excipiens dixit aërem esse sonorum principẽ. Aut fortasis est piscibus quidam spiritus audibilis loco auris qui immutatus ab aëre extrinseco transuehit species audibiles in neruum audibilem. Id quod fortasis Plinius lib. 10. verbis illis expresit, dicens, Pisces auditus neq; membra habent, neq; foramina: audire tamen eos palam est. *Et propter hoc dicunt*. Quia aër intra aures sonat dicebant philosophi animalia audire vacuo sonante: aërem enim dicebãt philosophi animalia audire vacuo sonante: aërem enim dicebant vacuum & sonãtem: nam aër qui intra aures sonans est, concluditur, vt in insectis & cicadis Aristote. autore lib de somno & vigilia. Sub septo transuerso est aer qui membrana subtili est circumuolutus, in quam illisus bombum gracilem edit.

Pisces audiũt

Text. 85. ¶Vtrum autem sonat id quod verberat, an quod verberatur? An vtrunq;, modo autem altero? Est enim sonus, mot⁹ eius quod potest moueri hoc modo, quo resultantia à læuibus cum aliquis percusserit. Non igitur, sicut dictum est, omne sonat quod verberatur & qđ verberat, vt si feriat acus acũ, sed oportet quod percutitur, regularẽ esse, vt aër vniuersus resiliat & concutiatur.

¶Dubiũ profert quid est id quod sonat, an quod verberat, an quod verberatur, an vtrunq; modo autẽ altero: quia quod verberat, sonat, vt agens: & quod verberatur, vt patiẽs. & assertoria est huius dubij respõsio, vtrunq; sonans esse: nam verberans, vt aerem depellit, sonat: & verberatum vt prohibens aerem. Fieri autem potest vt vtriusq; & pulsantis, & pulsati sonus audiatur, quando se inuicem duo corpora pulsant. *Est enim sonus motus*. Vocat sonum motũ, non quòd sonus sit motus localis, vt aduertit Philoponus: sed perinde dixit motũ atq; si dixisset operationem: nam sonus est operatio à percussione solidorum procedẽs in aere recepta. Quare ad sonum edendum necessaria est resultantia quædã, id est, vt corpus percussum resistat percutiẽti: vt globus iactus in murum solidum resilit. Si verò murus solidus nõ sit, sed mollis, nõ resilit globus, sed contrarietate muri manet detentus. Sonus ergo à resultãtia corporum accidit, quæ est maxima, quando plana percutiuntur. Aspera enim si sint, & non æqualia, aer in horum concauitatibus corporum detẽtus non resilit: quare acus acum tangẽs, sonum nõ profert: quippe non habent planam & regularẽ superficiem. ¶De subiecto soni contendũt philosophi, si solùm aer sit an etiam sonãtia corpora. Aegidius Romanus sonantia negat esse soni subiectum aerem concedens solum esse subiectum. Sonantia autem dicuntur habere sonum potentia solummodò, non potẽtia susceptiua, quæ est materiæ, sed potentia virtutis, quæ est, causæ agentis: vt cibus sanus est sanitatem donando: animal sanum sanitatem habendo. Aer ergo sonat, quia sonum recipit, vt materia: sed sonans vt cãpana, quia sonum causat. ¶Aliis placuit sonum realem esse in sonantibus: species verò soni esse aeri concessas, vt alijs sensibilibus contingit. Visibile affectum colore est: species verò coloris aer recipit, & diaphana alia. ¶Paulus Venetus aliã sibi exquisiuit philosophiã, sonum quẽdã esse in sonãtibus, quãdo hæc tremula sunt, vt cuprea & argentea: quibus formaliter sonum concedit, vt albedo in albo. Itidem in aere est sonus: sin verò non sunt tremula ambo, sed alterum, vt lapis & campana, soli sibi sonum accipit campana, & non lapis. Cæterum si ambo sonantia nõ tremula sint, aeri solùm datur sonus & nõ sonantibus. Duxit hominem in hanc sentẽtiam hoc: quippe cãpana & alia sonabilia sunt per se audibilia: ergo necessario sunt soni subiectũ. Siquidẽ cãpana nõ est sonus: ergo est subiectũ soni, alioq nõ audiretur. Hac in causa magnitudinem non esse per se sensilẽ diximus, quòd

Quod sit soni subiectum an aer an sonãs corpus.

ꝙ subiecta est per se sensilibus. Ego tamē Paulo fidem nō adhibeo: didici enim vni formæ non multas aptare materias: nā quæuis forma sibi suam vendicat materiam propriam, vt lucidè supra tradidimus. cap. 1. Si sonus est in sonabili non ergo est in aëre, & cōtra: si aër est sibi materia propria nō sonans ipsum est subiectum soni. Et rursum si sese collidētibus lapidibus duobus, sonus ille non lapidibus inest: sed aëri, æqua ratio est quæ sonantibus campanis sonum in aëre recipi postulat. Argumentum eius soluitur, campanas, fides, & id genus sonantia, & quæcunq; alia nō habere sonum in actu in se ipsis: sed solū in potentia: quia percussa per aërem fractum, sonum proferre possunt. Quòd si per se audibilia dicuntur, est, quod motum & percussionem in se ipsis suscipiūt: nam illa cùm percutiūtur, mouentur, & motus est in mobili: & percussio seu plaga in re percussa, vt passio quælibet in patiente. Motus autem hic alium motum efficit in aëre, qui motus aerem ipsum frangit, & dissipat. Sonus verò non est motus, sed operatio & actio quædam transiens. Et admiratione res digna, cùm huiusmodi actiones non sint in agentibus, sed trāseant in partes. Vt ergo fatetur Paulus sonum esse in sonantibus? hæc enim agunt non patiūtur sonum, sed aer est, qui sonum recipit. Porrò autem si argentum alium præfert sonum, quàm æs, & æs alium, quàm lapis, non est, vt philosophatur Paulus: quia hæc recipiunt sonos: sed varietas superficierum atq; horū corporum diuersa mixtura, causa est, vt diuersos edant sonos. Quòd verò sonabilia dicuntur est causa, quòd in se recipiant motus, qui sunt causa propria. Quamobrem ego discedo à philosophia Aegidij in re hac: ille enim credit esse appellanda sonabilia vnicè, ꝙ sint causa efficiens sonum. Ego dixerim quia motū suscipiunt, qui est causa propria soni: in altero verò non discrepo ab eius placito, sonum non esse in sonabilibus, sed in aere sonum esse actu. S. Tho. refragante in Comment. & Alberto Magno. loco illato. Quare sonus indicat sonabile vt operatio operantem: vt effectum causam. ¶Dicat iam aliquis nobis insultans, qualitates primæ simili modo dicentur visibiles. Siquidē sunt causa colorū: & odorabiles, nam sunt causæ odorum: & gustabiles itidem, illarum enim cōmixtio sapores profert. Respondetur, concutit argumentum hoc Aegidium, in quem Paulus ipsum torsit, sed non me. Hæ nanq; tangibiles qualitates non suscipiunt mixtionem, quæ est causa saporis odorisve, &c. sed mixtionem illā causant in mixtis. At verò hæc sonantia motum illum localem, qui est propria causa soni in se suscipiunt, & illa mota aerem mouent. Quare & motus alter aeris est à primo causatus, vt docuimus.

¶Differentiæ autem sonātium, in sono secundum actum, ostenduntur. sicut enim non videntur colores sine lumine, sic neq; sine sono acutum & graue. Hæc autem, dicuntur secundum metaphoram à tāgibilibus. acutum enim mouet sensum, in pauco tempore multū, graue autē, in multo parum. Non igitur velox est acutum, graue autem tardum, sed fit illius quidem propter velocitatem motus huiusmodi, huius autem propter tarditatem. Et vidētur similitudinem habere, cum eo quod circa tactū acuto & retuso (acutū enim, quasi pungit. retusum verò, quasi pellit) propterea ꝙ mouet, hoc quidem in pauco, illud autem in multo. Quare accidit, illud quidem esse velox, hoc autem tardum. Text. 86.

¶Quid sonus, & quid sonabile, & quæ sono necessaria docuit Aristoteles: nunc in differentias primas sonorum tradendas conuertit sermonem in verba hæc. *Differentiæ autem sonantium in sono.* qui locus variè à Græcis expositoribus manifestatur. Themistius, quem Philoponus sectatur, voluit loco sonantium, sonorum: idest, sonus in duas præcipuas differentias diducitur. *Quæ sint sonorum differentiæ.*

ducitur. Alter enim est acutus sonus alter verô grauis. Simplicius autem magis adhæret literæ Græcæ, quæ non sonorũ, sed sonãtiuũ habet. Vt ergo ex sono sonãtiuũ sentimus: ita ex tali sono acuto vel graui acutum aut graue, sonatiuum intelligimus: citra sonum enim fieri nõ potest, vt qualitatem sonantium colligamus: illud ergo, quod Aristo. docuit acutum & graue per sonum actu percipi, nõ habet reconditam intelligentiam. Siquidem nusquam percipere possumus campanam, aut fidiculam graues aut acutos proferre sonos, nisi quando actu sonant. D. Boetius. lib. 1. musicę. cap. 3. In sonum acutum duo concurrere dicit, itidem in grauem. Siquidẽ cùm sonus sit aëris percussio indissoluta vsq; ad auditum secũdum priorem intelligentiam moderãdo definitionem. Percussiones autem quædam sunt veloces, aliæ verò tardæ. Rursum percussiones aliæ rariores, aliæ spissiores. Si quis enim moueat manum percutiendo aut alio modo mouendo, poterit id frequenter aut raro facere. Iam ergo sonus acutus ex motu tum freqũeti, tum veloci procedit, grauis verò sonus ex motu tardo atq; raro. Vnde neruus si intendatur amplius, acutum sonat: si remittatur graue: quando enim tensio est chordarũ citharæ velociorẽ pulsum reddunt, celeriusq; reuertuntur, & frequentius aërem feriũt. Laxiores autem nerui aut cordæ solutos ac tardos pulsus efferũt. A sono igitur actu differẽtias sonatiuorũ promptum erit nobis colligere: vt colores lumine manifestantur, qui sint.

Boetius in libro musicæ.

Hæc autem dicuntur secundum. Quas dixerat differentias sonorũ exponit nõ esse proprias differẽtias, sed mutuò acceptas à tãgibilibus: tangibilia enim sunt, quæ acutè mouẽt sensum tactus, aut grauiter: vt gladius acutus is dicitur, qui velocẽ habet scisionem: is verò hebes, qui obtusam tardamq;. Rursum in motu locali est velox atq; tardum. Phys. 4. tex. 96. & sexto tex. 11. velox dicitur, quod modico tẽpore multũ absoluit spacium. Vnde sonus, qui breui tempore vehemẽter proritat auditum acutè, qui verò contrà graue sonat. Non tamẽ subinde colligas velox & tardum esse acutum atq; graue. Siquidẽ hæc nõ sunt idẽ: acutum enim & graue sunt soni velox & tardum motus. Et hoc est, qđ verba philosophi indicãt *Non igitur velox.* Idest, acutum est effectum à veloci motu & percussione: graue autẽ à percussione tarda & rara, vt verba Boetij illata satis docuerunt. *Et videntur similitudinem habere.* Id est, acutus & grauis sonus desumpta sunt à tangibilibus, quorum quædam cùm acuta sint, acutè tangunt vt acus: alia verò obtusè priora pũgunt & perforant, posteriora verò pellũt & contũdunt. ¶ Dubitat aliquis cur Aristo. proprias sonatiuorum, aut sonorum differentias nõ exposuit, sed solùm similitudinarias. Et responsio prõpta est: sonus etenim, vt sæpe proclamatum iã est, habet debilem naturam, vt pote qui pẽdens est & à motu, & à tempore: qua ratione propriæ differentiæ, quæ sonum distribuant, vt genus in differentias non inueniuntur, quorum locum sufficiunt aliæ similitudinariæ, acutum graue, forte, debile, leue & asperũ, & id genus aliæ quã plurimæ: quarum omnium primæ sunt acutum & graue. Neq; subinde colligas sensum auditus plures esse sensus, & non vnicum: quia in contrarietate sonorum distẽtus se dilatat: & vnus sensus vnius est cõtrarietatis iste enim cõtrates omnes sub vna ratione formalis obiecti comprehẽduntur, quæ est soni: id quod sufficit: vt vna sit anditiua facultas, vt in quæstione de vnitate potẽtiarum abundè commonstratum est.

¶ De sono igitur, sic determinatum sit. Vox autem, sonus quidã est animati. inanimatorum enim nullum vocem ædit. sed secũdum similitudinem dicũtur vocẽ ædere, vt tibia, & lyra, & quæcunque alia inanimatorum extensionem habent, & melos, & locutionem. videntur. n. quia & vox hęc habet. Multa autem animalium vocem non habẽt, vt & quę sunt sine sanguine, & sanguinẽ habẽtiũ pisces. & hoc ratiõabiliter. siquidẽ sonus, Tex. 87.

aëris

aëris motus est. Sed qui dicuntur vocem ædere, vt qui in Acheloo sunt pisces, sonant branchijs, aut quodam alio huiusmodi.

¶Instituit Aristoteles de voce tractatũ modò & eam dicit esse sonum animalibus propriũ. Et vt vniuersa quæ scripsit de voce breuiloquio cõsequamur, quasdã esse voces improprias aduertẽdũ est, vt voces inanimatorũ, vt tubarũ & campanarũ, quæ distinctos sonos edũt, quos pulsantes instituunt significandi gratia aut lætitiam aut tristitiã aut quæuis alia quæ sunt in vsu hominum, vt inclamante tuba milites se succingũt in prælium. Quare Paulus Aposto. prima epistola ad Corinthios huiusmodi inanimata vocalia dixit. Cuius verba. c. 14. hæc sunt. Tamen (inquit) quę sine anima sunt vocem dantia, siue tibia siue cythara, nisi distinctionem sonituũ dederit, quomodo scietur id quod canitur? Aliæ autèm proprię voces sunt quæ à respirantibus animalibus per accommodata instrumenta proferuntur: & hæ quædam sunt significatiuæ, aliæ prorsus significant nihil. Significantium rursum quædam habẽt expressam & distinctam significantiam: aliæ verò cõfusaneam & subobscuram. Primum genus vocum hominum est solũ, qui vocibus exactissimè exprimentibus vtuntur: qa soli homines disciplinabiles sunt. Et auditus qui voces percipit est disciplinæ sensus. Quamobrem necessarium erat, vt voces exactè significantes haberent. Reliquum genus vocum est animalibus brutis concessum, quæ autore Aristotele differentias significandi inter se vicissim possunt cognoscere. 9. lib. de Histo. animal. c. 1. Id quod verũ est, quantũ ad significantiam confusam, non tamen distinctam: vtuntur sanè bruta vocibus sibi proprijs, quibus significãt, iam coitũ vt hinnitus equorũ: aut etiã cibi desiderium, vt latratus canum, aut læsionis nocumẽtum, vt gallinacei pulli clamor: & ita pro varietate affectionum suarũ mutant voces suas, quas nõ ex instituto, vt voces humanæ, sed natura habent comparatas. Vnde eædem sunt voces apud omnes, canes, eædẽ apud omnes equos: quia solùm habẽt eas naturæ beneficio: humanę verò vbiq; gentium variant: qa non natura, sed varietate institutorum suam habent significantiam. Sic ergo humanum placitum varias & eas exactissimas, quantùm ferebat humana facultas, vocibus indidit significationes. Vnũ igitur est, quo voces omnes significatiuæ sibi consentiunt, eas procedere à vi imaginatiua, quæ mouet instrumenta vocalia ad expromẽdum actum imaginationis. Sunt autem vocalia instrumẽta sex, quæ tamen omnia non persequar, sed necessaria, & quæ primum locum obtinent inter cætera. Est igitur pulmo vocale instrumentum tradente Aristo. lib. de parti. animal. 3. cap. 3. qui instar follium est exuflantium aërem in officinis fabrorũ, etsi à follibus differat. Isti enim si vnici sint trahendi & excutiendi aërem non possunt gaudere munere. Vnus tamen pulmo & attrahit aërem inspirando, & exufflat expirãdo. Habet enim vasa tria autore Galeno lib. 7. de vsu part. Primũq; vas est vena arteriosa, quæ crassa dura est. Alterum vas arteria venosa est, quæ ex corde pulmoni vitalem spiritum cũ vaporoso sanguine cõmunicat, quæ rara & tenuis est. Tertium vas pulmonis est aspera arteria, quæ inter duas prædictas arterias constituitur, & cordi connexa est. Hæc arteria est inanis vacua sanguine, quæ à pharinge proficiscitur, id est, à faucib⁹ ipsis. Hæc est vocalis arteria, quę & spiritum trahendo cordi præstat refrigerium. Asperam eam vocant medici: qa cartilaginosam & membranosam habet substantiam: vt in ipsam spiritus aëreus illisus vocem proferat. Hæc demum est cuius meminit Aristo. lib. 3. de part. animal. cap. 3. dicens. Guttur autem, quod arteria vocatur, corpore constat cartilaginoso: non solùm enim spirandi causa est, sed etiam vocis. Quod autem sonet læue ac solidũ esse oportet. Vides vt hãc aspirandi arteriam gutturem vocat Aristo. quam vocat læuem. i. planæ superficiei, & solidã. hæc enim duo sono vocis proferendo egregiè cõducunt. Est præterea aliud voci necessarium instrumentum, larinx, quã nos gutturi prominentẽ cernimus. & ad motũ gutturis mouetur. Cuius substantiam tradidit Galenus. lib. 7. de

Instrumẽta vocalia quæ.

Pulmonis vasa tria.

de vsu part. Hæc duo sunt instrumenta voci necessaria, & si non satis sunt voci ededæ: nam Delphinus illam habet sine lingua, quia lingua caret, & labris, vt Aristo. ait lib. 3. de histo. animal. cap. 9. Hoc verò de voce perfecta intellige. ¶Tria autem aduertit Aristo. in humana voce, extēsionem, melos & loquutionem. Est autem extensio vt Philoponus ait syllabarum accentus: sunt enim syllabæ longæ & sunt breues. Melos autem est constantia vocum ex acuto & graui, aut medio sono, qui sub extremis continetur. Quare Aristo. non meminit circumflexi soni, sat sibi extremorum meminisse. Loquutio autem vocū est articulatio, structura & cōpositio ad significandum. Sumito igitur tria hæc, sonus, vox, loquutio differentia secundum superius & inferius. Sonus generalior est voce: ille. n. animatis & inanimatis est cōmunis. Est enim operatio ex collisione cōtinua corporum solidorū, aut quæ horū vicem tenēt. Vox verò est animatorum: est enim sonus ex repercussione spiritus in canā seu arteriā pulmonis. Et non quęuis percussio est vocis causa, sed certo & determinato membro exercita, id est, arteria, seu pulmonis vocali fistula, quam arteriam vocamus. Vox igitur cōmunis est animalibus, sed respirantibus: istis enim pulmo est, cęteris minimè. Quare insecta sunt sonora, at non vocalia, vt apes etiā si murmur edunt, non vocem emittunt. cicadæ verò strident attritu spiritus interni intra viscera ipsarum conclusi, qui stridor non est vox, vt neq; locustarum, & id genus aliorum insectorū, quia hæc pulmone & arteria carent, vt Aristo. autor est. 3. lib. de histo. animal. c. 9. Loquela autem hominibus solis cōmunis est. Hæc addit voci articulationem, & structuram compositionemq; vocum, quam dictionem vocamus. Bruta autem non articulis distingunt voces, sed rudes illas sine dictiōe, quas natura voces dedit inuariatas habent. *Et quæcunque alia inanimatorum.* Quod dicit, tale est: inanimata habent extensionem soni lōgitudinem, & breuitatem sonorum: vt tibia quæ nōnunquam sonū producit: aliquando corripit: & cithara, & id genus, quæ itidē & melos habēt, idest, harmoniam, (quæ est sonorum grauium & acutorum concentus, proportio, & consonantia) & rursum loquelam. Tibia enim canente audiētes cantū, qui fit intelligūt, & quę loquatur percipiunt. Quare hæc inanimata vocalia dicuntur, quòd humanæ loquelæ typum ferunt, sed propriè non sunt voces.

Tria quæ Arist. aduertit in humana voce.

Insecta sonora sunt sed nō vocalia.

Multa autem animalia. Vocis proprietatem inanimatis negarat: iam modò nō omnibus animalibus cōcedit. Quæ. n. sanguine carent vt insecta, vocalia non sunt, vt diximus. Nam apum bombi nō sunt voces, sed soni, vt ventorum strepitus, neq; omnia, quæ sanguinem habent sunt vocalia, vt pisces qui etsi sanguine viuunt, nō sunt vocales: hæc enim quæ huius generis sunt pulmone carent. Quare vocales non sunt pisces: quippe in arteriam pulmonis non feriunt aërem. Pisces autem quos Achelous amnis mittit, vocales vidētur: tamen illorū non est vox, sed branchiarum strepitus aut aliud huiusmodi, vt Aristo. commeminit lib. 3. de historia animal. capit. 9. de apro pisce & cucullo, &c. quia fortasse hunc sonum edunt nonnūquam in branchijs: aut spiritu vel aëre illis incluso, vt cicadas bombizare, aut strepere credimus.

Apum bombi non sunt voces.

¶Vox autem, sonus animalis est, & non qualibet parte. Sed quoniā omne sonat verberante aliquo, & aliquid, & in aliquo, hoc autem est aër, rationabiliter vtiq; vocem ædent hæc sola quæcūq; suscipiūt aërem. Iam enim respirato vtitur natura ad duo opera, sicut lingua ad gustum, & locutionem. quorū gustus quidem necessarius est, vnde & pluribus inest, interpretatio autem vt bene sit. Sic & spiritu, & ad colorem interiorem, tanquam necessarium. causa autem, in alijs dicta est. & ad vocem, vt bene sit. Text. 88.

¶Quid sit vox tandē monstrare incipit, & vocis genus præmōstrat. Vox est son⁹ animalis nō qualibet parte (sub negatione affirmationē subaudi, id est, pulmone æditus)

Quid vox.

editus) sonus enim profertur verberãte aliquo, quod agit, & verberato aliquo, quod patitur, & in aliquo: quod est soni subiectum. Quæ tria superius quoq; docuerat esse soni, subiectum autem in quo sonus, aer. Quamobrem iustum est, vt illa quæ intro per pulmonis asperam arteriã suscipiunt & inspirãt, hæc vnicè sint vocalia, cætera muta. *Iam enim respiratio.* Id est aere respirato, aut inspirato natura in duo vtitur: & in feruentis cordis refrigerium: & in vocem edendam. Vnum instrumentum in duo vtile sibi instituit, sicut lingua in gustum & loquutionẽ natura animal instruxit. Sine lingua vocẽ proferre poterit animal, etsi non sit perfecta vox, quam lingua non cudit, est tamen vtcũq; vocis habens vestigium, vt de voce delphini dixit Aristo. lingua igitur est qua libamus sapores, & quæ construit sermonis dictionem. Hęc autẽ duo non ambo necessaria simpliciter. Gustare sanè necessarium est: sed dictio loquelæ non necessaria, sed opportuna, & expediens. Nam loquela rusticos & ferarũ more vagantes homines in mores ciuiles coegit Platone tradente in Timæo. Quare loquelam diuinum fuisse donum humanæ naturæ concessum non imperitè Plato docuit. Pulmo similiter in duo munia natura nobis comparatus est. Et alterum est necessariũ vitę: vt inspiratus per ipsum aer cordis feruores temperet. Alterum deniq;, vt opportunum proferre voces. Vox enim non est necessaria vitæ, sed admodum expediens.

Vox delphini sine lingua.

Tex. 89. ¶ Organum autem respirationis, guttur. cuius autẽ causa hæc pars est, pulmo. hac enim parte plus habent caloris pedibus gradientia, alijs. Indiget autem ratione, & qui circa cor locus primus. Vnde necesse est, intro respirantum ingredi aerem.

Quid pharinx & larinx.

¶ Græcè pharinx, vt docuit Philoponus, si fœmini sit generis vox significat: vastũ inquam illũ meatum, qui est post linguæ radicem. Habet enim gulla, idest, cibalis fistula, per quam traijcimus in stomachum cibum, principium quod vocatur fauces, vt Plinius ait lib. 11. cap. 8. Sin verò masculini sit generis, non faucem, sed laringem significat. Est autem larinx globulus ille instar nucis, qui extra in gutture prominet. Illam autẽ finiuit Philoponus esse vocalis arteriæ extremum. In laringe igitur vox dilatatur, cõstringitur, aperitur, & clauditur: quã mouẽt viginti musculi si anatheomicis credimus. Per guttur igitur non pharingẽ, imò laringem intelligit Aristoteles Argyropilus non guttur legit, sed fauces. Significantior autem & verior est litera hæc, vt guttur legamus non fauces. Commẽtator autem legit non guttur, sed tracheam arteriam, quam dicit epiglotum laringis operculum, larinx intro orificio suo habet operculum sibi admotum: ne quando transglutimus, repentè in spiritus aerei meatũ, aut potus, aut cibus inci dat. Si autem cibo aut potione dimoueatur, hinc tussis valida excitatur. Quæ noxa incidẽs vt depellatur epiglotis recta cõsistit quãdo respiramus: quando verò trãsglutimus laringi incũbit. Vocãt aũt epiglotim alio nomine laringis linguã: siue, vt Aristo. 3. de par. animal. ligulam. Nam epiglotis linguã refert. Dicta quoque lingua minor Plinio autore lib. 11. c. 8. Consulendus Galenus lib. 7. de vsu partium, & Aristo. lib. 3. de partibus ca. 3. Cæterum hæc quæ de epigloti diximus, nõ esse epiglotim arteriam, neq, laringem, quòd Commẽtatoris interpretatio huic loco non est idonea, abundè indicant. ¶ Porrò superno indicato sermone Guttur Arist. idẽ esse cũ arteria vocali: voluit idcirco per guttur arteriam subaudire citra periculum falsitatis, ue notam quiuis poterit. Error autem Commentatoris arteriam vocare epiglotim, originem accepit ex Codicis vicio, cuius erat illi copia. *Cuius autem causa hæc pars est pulmo.* Guttur esse in gratiã pulmonis, qui cùm feruid⁹ sit (est enim totus sanguineus, totusque ex sanguine quidam videtur cõcretus) eget arteria, quæ in gutture est, vt sãguinis feruor lentescat aere per illam inspirato. Circa cor autẽ est multus æstus in animalibus terrestribus, quæ pedibus gradiuntur, idcirco concessa est arteria, quæ æstũ pulmonis atq; cordis irrequie-

Epiglotis.

Taxatur Cõmentator.

taeuentatione mitiget: aquatica autem quæ non ita calēt, vt quæ diximus, branchijs euentāt calidum cordis feruorem. Carpit hoc loco Galenū Commētator: ille enim non credidit arteriam expirare aerem spiratum, sed pectori hoc mandabat officij, quod est, receptum & calentē aerem emittere. Et ductus est hoc argumento. Pulmo appetit expellere aerem & potest depellere: ergo expellit cū pectore, & non solius pectoris est, foris trāspirare aerem, vt Galenus ducebat. Cæterum inabsolutum hoc reliquit: est enim disputatio hæc alterius loci. *Auer. Gale.*

Tex. 90. ¶ Quare percussio respirati aeris ab anima quæ est in his partibus: ad vocatam arteriam: vox est. Nō enim omnis animalis sonus: vox est, sicut diximus (est enim & lingua sonare, sicut tussientes) sed oportet animatum esse verberans: & cum imaginatione aliqua, significatiuus enim quidam sonus est, vox & non spirati aeris, sicut tussis: sed isto verberat eum qui est in arteria ad ipsam. Signum autem est, non posse vocem ædere respirantem: aut expirantem: sed detinentem. mouet enim isto, retinens.

¶ Dixerat textu. 88. vocem esse sonū animalis, & non qualibet parte, & quæ sit hæc pars tradiderat, colligit demum definitionē clariori sermone, percussio respirati aeris ab animā, quæ est in his partibus ad vocatā arteriam. Argiropylus, non vocatam arteriam, sed gurgulionē trāstulit. Est autem vox non percussio: hæc enim motus est: vox autem non est motus, vt neq; sonus est motus, sed percussio Aristoteli est: quia vox operatio quædam ab anima per percussionē elaborata. Et quia animalia complaudēdo manibus, aut terendo pedibus sonāt, nō hæc sunt voces. Vox enim ex percussione aeris respirati in vocalem arteriā, non in manus aut pedes, aut in ventrem, qui sæpe rugitu intestinorum sonat, editur. Arteria autem vocalis animalibus ob hanc causam tributa est habentibus pulmonem, & solum istis. 1. de historia cap. 16. quo loco plura de arteria, eiusq; compositione, officio, figura, situ. 3. de part. c. 3. traduntur. *Non enim omnis animalis sonus.* Aristoteles cernit se nondum absoluisse vocis definitionem. Siquidem tussis est aeris repercusio in arteriam vocalem: hæc enim sola est: quæ accipiendi aerem & reddēdi tantùm officio fungitur. li. de histor. cap. 16. tamen tussis non est vox. Oportet igitur animatum esse verberās, idest, vox est percussio, quam animal operatur in arteriam vocalem cum imagine significandi. Tussis non est imperata ab anima in significationē: sed ad pectoris, & pulmonis noxas excutiendas. Et beneficio tussis ab strāgulatione animal aliquando liberatur. Tussis est sonus nō significatiuus. Rursus neq; hoc solo distāt: vox enim est sonus ab inspirato aere & intrò detento. At verò tussis aerem expirat, & spiratū conditū in arteria reddit: signū autē huius est, nam qui respirat spiritum recipiendo & reddendo in alteratione hac spiritus vox non editur, sed solùm quando spiritum seu aerē continemus intra arteriam, & in illam illiditur. *Mouet enim isto retinens.* Idest. retinens anima spiritum aereū illa retentione arteriam agitat. Hinc cōsidera, vt sonus nō quilibet est ex percussione solidorū corporum: nam aer illisus in arteriam ab anima non est percussionis solidorum. Cæterùm velox illa & repetita percussio solidi vicē habet. ¶ Est ergo vox sonus animalis significatiuus inspirati aeris in arteriam vocalem refractione elaboratus. Vnde & angelis seu sanctis seu impijs loquentibus voces non eduntur: sed soni illi etsi sint significatiui, non sunt animalium voces quanquam angelos cum Platonicis crederet aliquis animalia, non essent vocales: quippe non arterijs & vocalib⁹ instrumentis distinguntur. *Sed isto verberat eum, qui est in arteria.* In voce est spiritus vn⁹, qui â pectore & pulmone exprimitur, qui paulatim incidit in spiritum in arteria vocali interceptū & percutit ad ipsum arteriā ipsum comprimens, & sic percussa ab illo fit sonus qui est vox.

Tussis non est vox.

Quid vox.

Angeli non sunt vocales.

Tex-

Textus prōptus est. Isto, idest aere à pulmone expresso, & in eum aerem, quē detinet arteria verberatum in ipsam arteriam vox editur. Cætera perspicua sunt.

Tex.91. ¶ Manifestum autem, & cur pisces sine voce sunt. non enim habent guttur. hanc autem partem non habent, quia non recipiunt aerem: neque respirant. Sed qui dicunt sic, peccant, propter quam igitur causam, alia ratio est.

¶ Gutture autem carent pisces: isti enim non respirant, & qui contendunt eos respirare falluntur, quia natura illos instruxisset gutture si respirarent, vt Aristote. colligit. 3. de histo. cap. 9. quanquam pisces sanguinem habeant. 2. de histo. cap. 6. in huius tamen sanguinis refrigeriū, nō habēt collum, neq; pulmonem, quia nō respirant, sed branchijs refrigerantur. 4. de partibus cap. 1. & 3. de partibus cap. 6. At Commētator actio vocis, inquit, duabus virtutibus animæ completur. Quarum vna concupiscibilis, alia imaginatiua: vox enim editur appetitu nuntiandę rei, voces enim signa sunt rerum Aristo. docente elenchorum. 1. ca. 1. & non satis est, si sit appetentia hæc, nisi adsit & imaginatio, idest, intentio significādi res per voces. Et bruta, quæ vocalia sunt, imaginatione ducta voces efferunt, nisi quòd homines imaginationem moderātur rationis imperio, eòq; suo arbitratu voces instituunt varias, pro rerum & negociorum varietate: bruta verò imaginationē à natura solùm habent directam, quæ cū in ipsis non varietur, neque voces variāt, quas semel naturæ operatio subministrauit.

1. Dubitatio. ¶ RESTANT iam non nulla elucidanda, quæ quēquam trahere anxiū possent in hac re. Et primū, si vox sonus est & sonus qualitas est: vox igitur qualitas est: definitum enim sanè est, omnem sonum esse qualitatem: atqui Aristoteles orationem dixit esse, quantitatem in prędicamento qualitatis: orationem verò si quis refugiendo dixerit esse non vocem, sed aliud à voce, errās hoc dicet: etenim omnis oratio, quæ voce profertur, vox est, aut voces multæ, quæ in vnam eunt orationem. Paulus Venetus orationē distinxit, vt discreta est, & multis partibus constans, nō est qualitas oratio: sed quātitas. Vt est autem continua, mouens auditum, est qualitas. Ego tamen, vt illi cōsentiam, ignoro, continuitas enim orationis est à motu continuo, vnde ipsa proficiscitur: neq; ratio continui est ratio, qualis, sed potiùs quanti. Quare dicerē ego in oratione, sunt tria Aristotele docente & extensio syllabarum, aut correptio: & hoc alij vocant numerū orationis, & mēsuram, & istud quantitatis est. Est præterea melos, quæ est partium orationis proportio, & hoc relationis. Est demum dictio, idest, orationis figuratio & compositio, oratio enim habet voces figuratas, & articulatas, & hoc est qualitatis. Vnde solius hominis oratio est, cuius est syllabicare, & syllabas secūdum varias proferre figuras, vt in oratione scripta itidē cernimus. Bruta verò etiam vtcunq;, figurant voces, vt boues syllabā mus, mugiunt: & oues: ba, ballantes. Quia tamen paucissimis syllabis vtūtur neq; eas exactè efferunt, hac ratione non orant, etsi vox ipsorū non nihil figuretur, vt prędixi. *Egregia dubij dilutio.*

¶ SECVNDVM est, quid est, qđ Aristote. omnem vocem voluit esse significatiuam dialecticis reclamantibus, nō nullas esse voces non significatiuas? Et Ammonius in prædicabilibus blitiri dixit vocem non significatiuā. Quamobrē opporutnum est aduertere, vocē duplicis esse cōparationis in rem quam significat: aut in conceptum, quem exprimit vt voces dolentium & ridentium. Dixit vtrunq; Aristote. elēcho. 1. cap. primo vocis primā considerationem docuit: quia res ait non possumus ducere in scholas, vtimur vocibus pro rebus alterius considerationis. primo perihermæ. sunt voces earum, quę sunt in anima passionum notæ tradidit. Voces ergo nō significatiuæ eò dicuntur, quia secundum priorē comparationem nihil significant: quia placito & humana positione non sunt institutæ in signa rerum: tamen non sunt orbatę omni significatione, quia secundū rationē posteriorem mentis conceptus & affectus exprimere possunt. Alioqui bru- *2. Dubitatio.*

torũ voces nõ essent voces, quippe quæ non sunt rerum signa, alioqui capacia essent disciplinæ dum illas per auditũ exciperent. Sunt autem voces, quia brutos affectus exprimunt brutis. Neq; Aristoteles dixit vocem esse sonum significatiuum rerum sed significatiuum solum: quia quæuis significãtia memoratarum voci satis est.

3. Dubitatio. ¶TERTIVM absoluendũ, vt vox sit cõtinuus sonus: hæc enim vox, A. non est sonus cõtinuus: vocalis .n. indiuisibilis est: indiuisibilia aũt cõtinua nõ sunt. Respõdetur, vocalis & si secũdũ rationẽ vocalis, indiuisibilis sit: tamen pronuntiatio vocalis cõtinua est. Diximus nanque superius, aerem semel percussum sibi continuum aerem pellere, & pulsionũ series orbiculata eò vsque perseuerat quousque virtus primi percutientis nõ euanescit. Quapropter pronuntiatio literarum continua est.

4. dubitatio. QVARTVM est scisscitari cur Aristoteles de formatione soni tã anxius in hoc capite est: formationes aliorum sensibilium suppressas volens. Et responsio in manibus est, quippe coloris odoris, saporis generationes in librum de sensu & sẽsili remisit: vbi exquisitè illa cõsiderat soni verò formationem, quia non ex actione elementorum, sed ex motu locali pendebat, in hunc locũ accipit, vt Alexander est autor, de tangibilibus autem in libro de generatione & corruptione meminit.

¶QVINTVM si est neru⁹ ille auditorius, qui Auicenæ & Alfarabio est concauus & pertingẽs in timpanum vsque auris, & partẽ aeris connaturalis claudẽs vt supra dictum est. Cum ergo sonus illò perueniat, sensile supra sensorium sentitur: dico concedendo quòd aer tãgit neruũ in principio sui, sed secũdũ partẽ posteriorẽ nerui fit sensio, quæ recipit species sine materia. *5. dubitatio.*

TABELLA.

Sensus auditus.

Potentia.	*Sensorium.*	*Medium*	*Subiectum.*	*Obiectum.*	*Causa.*	*Operatio.*
Auditus.	*Neruus auditorius qua auri durus: qua medullæ cerebri iũgitur mollis.*	*Aer aqua.*	*Aer.*	*Sonus, differentiæ præ acutũ graue.*	*Pulsio aeris indissoluta.*	*auditio.*

CAP. IX.

Difficilem de odore inquisitionem esse tradit, gustum quia odoribus exquirendis seruire docet, vnde sapores odores nominant. Postermo quæ odorabilia, quæ inodorabilia prosequitur.

Tex. 92.



E odore autem & olfactibili, minus facile determinabile est dictis. non enim sic manifestum est, quale quid sit odor, vt sonus, aut lumen, aut color. Causa autem est, quia sensum hunc non habemus certum, sed peiorẽ multis animalibus. praue enim, odorat homo. & nihil sentit odorabiliũ sine lętitia aut tristitia, tanquam non existẽte certo eo quo sentimus.

¶In principio huius de odore enarrationis, difficilem & humano ingenio operosam de odore, ait Arist. esse doctrinã: quia homo malè odorat. Doctrina autem philosophiæ è sensu cùm capiat initium, si sensus deficit circa sensibile, & intellect⁹ circa intelligibile, illius sensibilis deficiens etiam erit, quare cùm homines prauum habeant odoratum, & multa sunt animalia quæ in olfactus facultate hominẽ superant, conficitur necessario exactam assequi nos nõ posse odoratus philosophiam. In alijs sanè sensibilibus genera ipsorum assequimur, vt colorem, sonum, & coloris non solum genus, sed & species varias sub colore comprehensas vt album, nigrum, fuluum, glaucum, & id genus. Soni itidem species habemus vtcunq; vt, acutum, graue, circunflexũ, & alias, quas musica discernit sonorũ species etiam si huius sensibilis, vt proximũ caput docuit, quia debilem habent naturam: magis similitudine q̃ veritate capiũtur differẽtię. Rursum succus qui genus est ad sapores: ipse cum turba suarũ specierum notus est vt amarum, dulce, ponticum, & quę huius generis sunt: odor verò neq; rationem generis habet notã neque species habet patentes. Odor enim, vt Philopo. tradidit, & scitè ad aliquid nomen est. Refertur enim in olfactũ, neq; simpliciter est odor nisi odoretur. Cæterum genus odorum qualitas absoluta est: quamobrem odorum genus innominatum est. Species rursus odoris sunt latẽtes, neq; nominibus proprijs gaudẽt: sed aliunde consarcinatis, vt malè olens seu fætens, bene olens, suauiter olẽs, aut fætide aspirans. Quæ nomina non proprias naturas specierum, sed relationes odorum in olfactum significãt. In tactu autem & si tãgibilium genus occultum sit, hæc enim vox tangibilie, non est genus tactilium qualitatum: vt caloris, frigiditatis, humoris, & siccitatis: tangibile enim ad aliquid est: tactiles autem qualitates absolutæ sunt. Cæterũ species has nouimus, sub occulto tamẽ genere: odorum autem neq; proprium genus patet: species autem latent, sed ad significandũ & genus, & species, periphasi vtimur, odorem in generis vicem substituentes, suauem odorem, fætorem specierum, loco: & alia hmõi, quæ post hæc dicemus. Causa autem praui olfactus hominũ est cerebri ingẽs humor atq; frigiditas Aristo. enim. 2. de part. animaliũ. c. 7. Ait nullum animalium esse quod proportione sui corporis humidius atq; frigidius cerebrum habeat, Hæc causa est, cur humanus olfactus debilẽ sensionẽ faciat odorum. Cuius rei indicium geminum est, & q rarissimè intercurrunt odorum in somnia, & quòd differentias odorum vt prædixim⁹ propriè appellare nescimus, quanquam homo maioris ingenij sit in componendis & conficiendis odoribus. quã bruta animantia, quæ hæc nesciunt. Vnde & Sarracenis increuit opinio sibi egregrè sentire odores, accidere id quod alijs negatur hominib⁹: quippe cerebrũ vaporibus vini non onerant, & cerebro aridiore, exactiorem & subtiliorem sensum hunc habẽt: vt quidam putant. Fuit autem necessarium, vt humana natura huius sensus nonnullum pateretur detrimẽtum, vt cerebri complexio magis seruiret menti, quam odoribus: quippe cũ humida sit & frigida cerebri natura, aptissima est, quæ & species sensibilis recipiat

Difficilis de odore philosophia.

Cur exilẽ habet olfactũ homo.

piat & susceptas retineat :humidi enim recipere est, vt frigidi retinere, etiam si non nihil est subrepentis dubij. Homo .n. est animal lõgè perfectissimũ, quare & habebit naturam sensitiuã absolutissimã, subindeq; omnibus facultatibus sensitiuis vigebit. Adde, odores inuẽti sunt in hominum gratiam Aristo. tradente libro de sensu & sensili animalibus brutis neq; voluptuosos esse suaues, neq; tristes fœtidos odores, nisi vni homini. Præter hæc, bruta si oblectantur odore, non ꝙ odor est, sed quòd cibi est, homo verò lætatur & ꝙ odor est, & quôd cibi est: ergo sensibilius sentit odores hõ bruto. Hæc & hoc genus alia peripateticam veritatẽ videntur obtrudere. Primum autem diluitur. Hominem fatemur animal præstãtissimum subindeq; non optimi esse odoris, sed delicatissimi esse tactus, qui vnus sensus vel solus animalis naturam constituit. Secundũ verò soluitur odores inuentos in gratiam hominis: quippe qui sanitati humanæ conferunt, cui conciliãdæ sufficit odorum cõfusa notitia. ¶Tertio, respõdetur connexionem negando: nam etiam si odore & cibo delectetur homo, non proinde subtilius sentit odores brutis, quæ in magnam distantiam illos percipiunt, vt canes vænatici lepores lõgè aufugientes odore consequuntur, & heros suos mirabili naturæ sagacitate & prouidentia canes cognoscunt & odorãdo & videndo. Colligas cõsentaneè Aristo. absolutis tractatibus de visu & auditu adiecisse Doctrinam de olfactu, & huius sensus mediam inter omnes sensus fecisse enarrationem. Visui primum dedit locum: quia subitam habet sensionem & indistãtissima se porrigit interualla. Auditus secundas tenuit partes tum ꝙ morosam habet sensionem: vnde Aristo. tin metereologicis dixit, fulguris corruscationes anteuertere tonitrui sensionem: quippe fulgur priùs videtur, quam illud audiatur: tum ꝙ in tantam distantiã nõ se protendit auditus, quantam visus: gustus verò & tactus non distantia sentiũt, sed sibi coniuncta. Olfactus verò mediã tenet rationẽ, neq; enim in tã longinqua fertur, quam visus atq; auditus, neq; tam stricta opus habet sensibilis coniunctione, vt tactus & gustus, qui nihil sentiunt nisi tangant sensibilia, vt calidũ frigidũ, & cætera. ¶Præterea olfactus nõ solũ habet operationẽ mediam inter operationes reliquorum sensuum, verũ & huius sensus obiectum veluti mediũ est: nã aut est exhalatio odorifera aut vapor. Si exhalatio est ex igne & terra commixta est: sin verò vapor, est ex aqua & aere: quia humida est. Hoc quidem argumẽto Philoponus credidit obiectum huius sensus esse mediũ inter obiecta aliorũ sensuũ. Cum Philopono D. Greg. Nissenus facit libro de viribus animæ ca. 1. credens vaporem esse obiectũ olfactus, idcirco colligens olfactum mediam sibi conciliasse inter aquam & aerẽ, naturam. Cui tamẽ Arist. occinit libro de sensu & sensili ca. 5. negans odorem, aut exhalationem, aut vaporẽ esse: de qua tamẽ re post hęc erit inquisitio. Iam verba textus sine negocio patent. De odore (ait) & olfactibili minus facile est determinare, quàm de cęteris sensilibus: odoris enim genus & differentiæ non sunt manifestæ, vt aliorum scilicet luminis, coloris, soni, & saporis. Est aũt huius rei causa: qa sensũ olfactus non habemus, idest, exactum & vndecũque absolutum, sed peiorem multis brutis animalibus. Fieri sanè potest, nos melius odores sentire, quã quædam animalia. Verũ multa nos superant sensus istiꝰ perfectione, nos enim prauè odoramus: quia nihil odoris sentimus, nisi excellenter sensum afficiat, & sua passione qua cerebrũ afficit, sensionẽ turbat: vt enim tarda bruta in motum stillo ferreo, aut ligneo vehementer pũguntur, vt propero cursu suum conficiant iter: ita nostrum sensorium odorandi tardum cûm sit sentiendis odoribus, eget vehementiore agitatione, aut affectione sensibilis, quam aliæ animæ vires, vt excitetur in operationem sensus. Vnde si hæc fortis excitatio necessaria est, conficitur necessario olfactum humanum odorare aut cum molestia, aut suauiter: quippe, vehemens à sensibili excitatio necessario horum alterum pariet, aut tristitiam, aut voluptatem. Omnis ergo odor hominibus iucũdus, aut molestus est. Et causa est, quia sensus iste quo sentimus, non est certus: sed obtusam habet sensionem, atq; incertam.

¶Ratio-

Tex. 93. ¶ Rationabile autem est, sic & quę duros oculos habent colores sentire: & non manifestas ipsis esse differentias colorum: nisi terrore & non terrore, sic autem &, odores hominum genus.

¶ Exemplo vtitur rei accomodatissimo, vt animalia, quæ duris sunt oculis, & palpebris non obmunitis non omnes differentias colorum sentiunt, sed quosdā solùm terrificos, colores quos expauescentes declinēt vt noxios, aut colores impēsè delectabiles vt hos ceu naturæ amicos cōueniant, vt sunt pisces atq; locustæ, & quorum oculi: palpebrarum non habēt prę̄sidiū. Per terrificos aūt colores quid velit Aristo, non conuenit inter interpretes: namq; Themistius, vt præfert sermo Aristo. intellexit, qui incutiunt terrorē, qui dicuntur terrifici: & voluptifici, qui incutiunt voluptatē sentienti.; Et Commen. Auer. per colores terrificos: aut voluptificos colores conuenientes aut noxios animalib⁹ intelligit in Com. Albertus cum Themistio sapit. Putat enim piscibus & alijs, quibus præduri sunt oculi vt in locustis cernim⁹, & insectis esse humiditates crassas, quibus oculos veluti obductos caligine habent. Id quod causa est vt colores oppositi exterreant, vt nobis à somno lipientibus oculis lucerna obiecta terrifica est. Verùm hoc terrorē probat, voluptatem non probat. Aristo. autem duo dixit, & quod hoc animalium genus mouetur à coloribus, & terrore, & non terrore, negationē terroris, voluptatem intelligens. Quamobrem dicamus, colores, quos sentiūt præduri oculi, terrent, aut delectant, cū autem terror sit excellētia coloris itidem atq; voluptas: hæc erit causa vt ita afficiantur. Quod autem solas nos excellentias odorabilium discernamus hinc accipe, cerebrum humanum est valde frigens & humens: odor autem in calido, & sicco temperatis consistit: temperata autem excellentia non mouēt. Quare tēperatę siccitatis aut coloris sensile si fuerit, nō afficiet cerebrum. Est ergo necessarium, vt excellens sit aut calidum, vt frigidum cerebri afficiat: aut excellētis sit siccitatis, vt humorem cerebri humani immutet. Temperamētū ergo quo natura odoris cuiuslibet contēta est, & calidi & sicci alterando humano sensorio non sufficit. Ita perfunctoriè rem hanc attigisse in præsentia satis sit, nam in calce Com. de hac re scrutabimur diligentiùs.

¶ Videtur enim analogiam habere ad gustum, & similiter species saporum: cum ijs quæ sunt odoris. Sed certiorē habemus gustum, ꝓpterea quòd ipse quidam tactus est: hunc autem habet sensum hō certissimum. In alijs enim: superatur ab animalibus multis. secundū autem tactū, multo quam cætera excellētius percipit. Vnde, & prudentissimum animalium est. Signum autem, & in genere hominum: secundum sensoriū hoc ingeniosos, & nō ingeniosos secūdū aūt aliud nullū duri. n. carne., inepti mente. molles autē carne bene apti. Est autem vt sapor hic quidē dulcis: ille verò amarus, sic & odores sunt. Tex. 94.

¶ Quia gustus & olfactus habent mutuā inuicem proportionem, & species odoris, colliguntur per saporis species: nam vt potentia ad potentias, ita obiecta. Gustus & olfactus habent proportionem & analogiam: ergo & species odorum atq; saporum habent mutuam correspondentiam. Hæc autē analogia duplex est. Altera, id quod non est affectū sapore neq; odore est Arist. docēte in libro de sensu & sensili. ca. 5. elementa nō sunt odorabilia, aut olida: neq; ipsa sapida sunt, sed sine sapore: quando illa simplicia sunt. ¶ Secunda analogia est, ꝙ eisdem qualitatibus primis constituūtur odores, atq; sapores, etiamsi non eodem modo cōplexis. Sapor enim præcipuè in humido iacet. Deinde ex sicco, calido cōmiscente siccum humido. Odor autem diuersam obseruat commixtionem, iacet enim in

primis in ſicco, deinde verò calidum ad-
eſt exſpirans humidũ, frigidum verò &
hebetat ſapores, & odores extinguit.
Quamobrem differentiæ odorũ nõ ſunt
ſaporum differentiæ, neq; ſpecies huius
ſenſibilis ſunt illius. Odor enim eſt actu
ſicci, ſapor verò actu humidi. Quare Ari
ſtote. dixit analogiam habere, ideſt com
paratione͂ ſimilitudinis, ſiue ſi ſignifican
tiùs dixeris correſpondentiam. Nã odo-
res correſpondent non coloribus, aut ſo
nis, ſed ſaporibus. Et quære͂ti huius rei
cauſam Ariſt. illam offert: nam nobis eſt
guſtus certiſsimus, eſt enim guſtus tact⁹
quidam. Hoc porrò ſenſu nullus homi-
ni certior, neq; bruta ſenſu hoc homini
conferenda, quinimò vniuerſa animalia
facilè tange͂do homo ſuperat. Aequum
autem eſt, vt ſenſus, qui nobis eſt notiſsi
mus, & certiſsimus, ſenſum ambiguum,
& occultæ ſenſionis manifeſtet. Idcirco
guſtus olfactũ oſte͂dit, & ſapores odores
nominant. Odor dulcis hic dicitur, ama
rus ille, quę à ſaporibus ſunt mendicato
accepta nomina. *Sed certiorem habemus guſtũ propterea quod ipſe quidam tactus*. Ideſt cum
exilem habeamus odorem, certitudo hu
ius à ſenſu certiori colligenda eſt, eſt au-
tem hominibus guſtus certiſsimus: quia
hic tactus eſt quidam, tactu autem ho-
mo præcedit animalia cũcta, & huius cau
ſa animalium omnium homo eſt prude͂-
tiſsimus, quia tactum ſubtiliorem, & exa
ctiorem cunctis habet. Et tactus differe͂-
tia hominibus cauſa eſt: vt quidam alijs
prudentia præſtent, videlicet hi qui ta-
ctus ſunt nobilioris, & illi ſunt, qui carni
bus mollioribꝰ præditi ſunt. Verum hęc
omnia excuſsione egent & maiorem de-
clarationem expoſtulant: ea enim quę in
diſcenſſa relinquuntur, maximã offenſio-
nem ſępenumerò afferũt. Neq; enim mo
dicæ offenſionis eſt, aſſerere carnem quo
mollior eſt eò maiorem prude͂tiam & in
genij vim acriore͂ homini cõferre. Simili
ter etiam tactum diſcretionis, acutio-
riſq; iudicij eſſe autorem. Siquide͂ viſus
eſt inuentionis ſenſus, auditus verò diſ-
ciplinæ. autore Ariſtotele in libro de ſen
ſu & ſenſili. Quamobrem ſi iſti duo ſen-
ſus diſciplinis hauriendis ſunt aptiſsimi
qui ergo ſapientiam ſeu prudentiam in

Offenſio in Ariſtotele.

vnum tactum retulit? Ariſtoteles rur-
ſum in ſectione. 13. problemate ſecundo
quærit cur vnus homo ſit animantium
prude͂tiſsimus, & non tactui illud tribuit
ſed capitis breuitati? Homo nanq; cor-
poris proportione minutulum habet ca
put: vt vultum in ſidera erectum poſsit
habere, animantia verò cætera ſecundũ
habitum corporis maioris capitis ſunt.
Et huius indicium affert Ariſtoteles: ho
mines enim capitis breuioris prudentia
alijs hominibus præſtant. Adde intelle-
ctum non ſolum ſcientiam habere tangi
bilium, ſed & vniuerſorum ſenſibilium.
Quapropter non ſibi ſatis eſt exactiſsi-
mus tactus, niſi & alijs ſenſibus ſimiliter
polleat. Quid quòd primo libro de gene
ratione capite. 20. manifeſtariam præfe-
runt colliſionem verba Ariſtotelis. Ta-
ctus (ait) & guſtus non conferunt prude͂
tiam. Accidit iſtis melancholicos ſapien
tes eſſe Ariſto., imò ſapientiſsimos quoſ
que huius complexionis fuiſſe docet
tertia particula problematum proble-
mate primo. Et tamen melancholici, vt
inibi traditur, vænoſi ſunt & duri. Quòd
ſi duri, prauum habent tactum: cuius du
rities ſapientię nihil nocuit. Rurſum mu
lieres mollioris tactus ſunt viris, quæ ta
men prudentia non vigent ſimiliter atq;
homines, regimenq; politicum hac cau-
ſa negatum eſt illis politicorum ſecun-
do capitu. 7. Et nunquid in vermibus &
mugilibus non ſentitur maior carnis mo
litudo, quam in hominibus? vtique. Ver
mes autem & mugiles prude͂tia carent.
Vniuerſa hæc argumenta, & alia multa,
quæ conflari poterant, illò tendunt, quo
ſenſus peripateticꝰ pateſcat. Et mea qui
de ſente͂tia nõ eſt leue admodũ legitimã
intellige͂tiam huic oco inferre. Cur, inq̃
tactui ingenij vis & in diſciplinas capa-
citas tribuatur, aliorum ſenſuum ratio-
ne poſtpoſita? Themiſtius in paraphraſi
cauſam tradidit hanc eſſe qđ tactꝰ opti
mæ temperaturæ eſt indicium, ſi optimꝰ
is ſit, ſi verò peſsimus, peſsimam quoq;
tempraturam ſignificat. Si verò tempera
tura humorũ æquabilis, ſit caro mollitu
dine͂ habet. Per carnem verò mollem ſpi
ritus animales, & alij faciliùs diſcurrũt
nullo obditi impedimento. Si verò du-
ra

Diluitur & purgatur offenſio.

ra caro est eius durities impedimẽto est, quo minus spiritus sensibiles subtiliores, & expeditiores discurrant in obsequium mentis. Philoponus autem carnẽ dicit esse veluti materialem causam prudentiæ: etenim caro quæuis ea sit, non prudentiam nec sapientiam donat sed est concausa. Quorum quidem verborum talis sensus est. Temperatura humorum non est præcipua causa scientiæ aut prudentiæ: sed quandoquidem optima complexio incursantia excrementa facilè superat, resoluendo, illa aut dispergendo, quibus resolutis siue dispersis, sanguis purior manet, superfluitatibus superatis: vt in sanguine puriore imaginatio nobilior & purior est. Vnde phantasmata puriora & defæcatoria contingunt: quare & mentis operatio excellentior erit. Sic ergo, quia aliorum sensuum excellentia complexionis melioris non est fundamentum vt tactus excellentia: hac ratione ductus Aristoteles tactum causam prudentiæ dixit: quanquam visus, auditus & olfactus operationes habeant spiritualiores, quam tactus, vt supra dicebamus, hoc tamen officit nihil. Siquidem & si tactus sit materialior cæteris, quia tamen est aliorum fundamentum, ipse solus mẽtem indicat. Iuniores philosophi tactũ distinxerunt, aut vt est sensus quidam particularis, aut vt est fundamentum & materia sensuum. Secundum priorem rationem plus conferunt disciplinis capiendis visus claritas, auditus subtilitas quàm tactus sensitiua facultas: quippe illa duo priora plura rerum genera ostendunt tactu, vt proæmium metaphysicorum docet. Secundum autem posteriorem rationem commodior est tactus disciplinis capiendis, quam reliqui sensus. Quod si hæc secundum sententiam Philoponi moderentur, non stulte, sed sapienter dicuntur. Vnde Commentator asseruit, si quis colligat, hic homo est acerrimi visus aut olfactus, ergo est acerrimi ingenij, aut contra est acerrimi ingenij: ergo sensus hos præstantissimos habebit, collectio est infirma: quæ tamen firmissima est in sensu tactus: est optimus tactus, ergo optimum ingenium & è conuerso. Et apposite satis dixit Philoponus non esse carnis temperaturam causam effectricem, ne insipide duceret aliquis temperaturam esse animam: si enim temperatura æqualis animam bonã redderet, & mala malam, non est difficilis connexio: ergo temperatura ipsa est animæ ratio. Quare non est temperatura causa, sed concausa, quia à bona temperatura, sanguinis puritas comparatur, vt prædiximus. Est ergo tactus subseruiens animæ rationali, vt instrumentum remotum non propinquum. Nam tactus, est qui sanguinẽ subministrat deffecatum. Ab hoc phantasmata puriora succedũt: à repurgatioribus phantasmatibus, purior est mentis operatio. Cessant igitur, quæ Galen[9] in libro, quòd mores animi temperaturas corporis sequantur. Cuius rei alias meminimus in fine libri primi de anima & in Commentarijs in proæmium horum librorum.

Cur capitis breuitas docilitatẽ significet mentis.

¶ Argumenta soluamus, primo dicendum, sensum visus & auditus esse sensus conciliandis scientijs germanissimos, tamen isti nihil efficient, si tactus bonitas defuerit. Ecquid præstat rerũ differẽtias visu capere, & magistrorum audire doctrinã: si ingenij vigor abest, qui hæc discernat? Ingenij autem vigor à tactu capit initium ad sensum iam relatum: non à sensu, auditus aut visus. ¶ Secundo argumento dicendum est. Breuitas capitis illa, cuius meminit Aristoteles, non est secundum externam magnitudinem, hanque & plerique hominum egregiè doctorum, capite abundant externa quantitate: sed est solum secundum molem carnium & ossium capite contentorum. Quando nanque hæc sunt minoris molis, capitis paruitas commendatur, & ingenii viuacitatem præfert id quod continget, quando temperatura fuerit æquabilis. Vnde verba illa Aristotelis, non detrahunt quicquã de verbis, quæ in præsentia habet. Aut dicito capitis breuitas indicat ingenij dexteritatẽ: tactus autem non solum est index, sed concausa & quasi docilitatis primum fundamentum.

¶ Tertium verò à nobis propositum argumentũ nulla omnino egẽt respõsione

4.arg.respõsio. quando eius solutio lucet satis. Quarto dicendũ, gustus & tactus non conferũt prudẽtiã, est recte dictũ Arist. autore. Sed ne sermoni alteri non conueniat aduertendum est nos comparare prudẽtiã singularium gestorum notione quæ lectione historiarum conciliatur, & ipsa rerum tractatione. Nam rerum fecisse periculum prudentiæ plurimum confert. Quapropter cum sensus tactus & gustus parum admodum emolumenti versandis rebus conducunt: quippe saporũ gustus, aut tactilium sensio in rebus gerẽdis non reddunt nos sagaces: imò re pensitata exactiûs, isti sensus prudentiã, animiq; vigorem luxant atq; labefactant. Nam horum sensuum ingens est voluptas, quæ & cibis capitur & venereis, quibus assueta mens eneruat prudentiæ iudicium, & rigorem disciplinæ dissoluit. Visus verò & auditus iuuant prudentiã ille videndo, hic verò aliorum facta audiendo, prudentem constituunt mentẽ. Cæterum quia neq; visus neq; auditus si non adest ingenij dexteritas, quæ à tactu est, sapientiæ conducent hac ratione si tactus vt particularis sensus expenditur, prudentiæ non confert, imò nonnũquam officit ipse atq; gustus. Verũ vt est temperaturę necessarius comes, & puritas spirituum atq; facilitas, ab ipso est pẽdens, hac ratione prudentiæ cõferre poterit: imò vis maxima, & quasi seminaria doctrinarum in ipso iacet. Quinto dicendum est, melãcholicos quosdam esse suapte natura melancholicos, quorũ tẽperatura est & frigida & arida, & isti obtusi sunt ingenio. Neq; philosophiæ studio aut rethorum aut poëtarum exercitijs florere valẽt: sunt etenim obesę mentis: quia spiritus habẽt obscuros, crassos, & difficiles. Sunt alij melãcholici, quos non natura, sed sanguinis adustio fecit melancholicos. Et isti sunt qui splendore scientiarum fulserunt, & horum meminit Arist. in problemate illo, vt illius loci Commentator exposuit. Durities autem horum non natiua est, sed calore nimio adurente humorem, durities carnium comparatur. Fęminea autem mollities flegmatis est nõ sanguinis. Neq; omnis mollities est bonę mentis indiculum est enim, fæminea mollities & teneritudo non sibi compacta, sed laxæ substantiæ: sed mollities virilis non laxa, aut inconstans est, sed ex temperatura meliori procedens. Quam quoq;, si quæ mulier assequuta fuerit, ipsa quoq; ingenij fælicioris compos erit, sed quod frequẽtiùs est, illæ infirmæ sunt mentis: vt corporis. Vermes autem molles sane sunt, sed est mollities aquea quod satis indicabit tibi, si illos interfeceris: tũc aquam nimiã fundere experieris. Idemq; in mugilib⁹ est, quanquam istis non caro sed pulpamẽtũ est. Sciscitaris forsitã si optima tẽperatura optimis quibusq; ingenijs contingit: vnde tã repẽtina & pręcox mors contingit fælicissimis ingenijs? Siquidẽ præstans temperatura præstabilẽ donat vitam. Hoc autem cõtingere potest quo enim delicatioris sunt temperaturæ faciliùs læduntur contrarijs. Quid quod ea quę augent ingenij vires, vt vigiliæ inediæ, frequẽs rerũ meditatio, vires corporis extenuat, vnde sapiens dixit, frequẽs meditatio tabidas facit carnes. Et in hoc textu obiter adnotandum duxi Aristo. carnem dixisse tactus sensorium ait enim secundũ hoc sensorium ingeniosos esse, de quare post hæc aduertemus.

5.argu.respõsio.

Sed alia quidẽ: habet proportionaliter odorẽ & saporẽ. dico autẽ, dulcẽ odorẽ: & dulcẽ saporẽ. alia verò, contra. Similiter autẽ & acer & austerus: & acut⁹: & pinguis est odor. sed sicut diximus propterea ꝙ non multũ manifesti sunt odores sicut sapores, ab his sumpta sũt nomina secundũ similitudinẽ rerum. dulcis enim, â croco & melle, acer autem: à thymo & huiusmodi. eodẽ autẽ modo, & in alijs. Tex. 95.

Quòd ait hoc est, quod prædiximus odores & sapores esse proportione multa sibi consentientes non semper firmã habet veritatẽ. Nã quædã sunt, quæ etiã si amarulẽta sint gustui odores fundunt suauissimos, vt stirax & aloe. mel verò & dulce sapit & fumigat, & croc⁹ thim⁹ & acre sapit & redolet. Hic obserua diligẽt odora-

odoramentorũ species dupliciter distinguendas: aut secundum se, aut relatas in saporem & non simplici modo considerãtur secundum se: sed relatione in olfactum: nã odores absolutè nescimus. Hac tamen ratione duas species odorum constituimus tantum: scilicet malè olens & bene olens: Quas D. Greg. Nissenus in libro de homine tradidit. Sin verò in sapores referantur odores, tot species augentur odorum, quot & saporũ, vt Arist. hic docet. In libro autem de sensu & sensili cap. illato duas docuit species odorum. Altera est ciborum: delectãt enim sæpe odores, quia ciborum sunt nuntij, quæ delectatio est per accidens. Alia verò est florum & aromatum, quę per se delectãt olfactum, quia cerebri frigidam & humidam compositionem calido atq; sicco tẽperant. Hęc secunda odorum species nõ à saporibus sumunt nomen, sed ab excellentijs suis. Species igitur odorum non semper à saporibus, sed semper à relatione in olfactum sumũtur. Et in hũc modũ audiendus est Arist. ℭRogat aliquis, cur nõ sibi mutuò respõdent sapores & odores: vt si odor sit dulcis & sapor sit dulcis? Respõsio hęc est sapor ex æquabili cõmixtiõe humidi cũ sicco dulcis est: & odor ex ęquabili sicci tẽperatura cũ humido. Accidit nõnunq̃ vt sit æquabilis cõmixtio in vtroq;: & iã sapor dulcis dulcẽ spirabit odorẽ. Si diuerso cõtingat, cõtra cõtinget. Vt sapor amarus: odor aũt dulcis sit, aut vice versa. Quæ supsunt huius loci verba non sunt negocij multi, vt exponantur. *Similiter autem*. Idest, sunt & aliæ odorum species relatæ in sapores, vt acer odor & austerus & acutus: & pinguis. At verò quia odores non adeo sunt prõptæ notionis, vt sapores, ab istis illi nominationem sibi cõciliãt vt dulcia vt mel & corcus dulcẽ spirẽt suffitũ, acria verò vt thimus acrẽ & si vt diximus istud nõ habet inuiolatam veritatis obseruantiam.

Tex. 96. ¶Adhuc autem sicut auditus, & vnusquisq; sensuum: hic quidem audibilis & inaudibilis: ille verò visibilis & inuisibilis, & olfact⁹ & inodorabilis. Inodorabile autẽ aliud quidem: secundum id quòd omnino impossibile est habere odorem. aliud verò, paruũ habens & prauum. Similiter autem, & ingustabile dicitur.

ℭPotentia vna oppositorum duorũ, est vt visus est visibilis, & inuisibilis: & auditus & silẽtium, quod insonabile est, & sonum sentit: vt visus lucẽ atq; tenebras: ita eodem modo & olfactus est odorabilis & inodorabilis. Est autem inodorabile duplex, & quod fieri non potest, vt odorẽ spiret, vt sunt elemẽta & quod exilẽ habet odorem, aut prauum. Et quia priuatio per habitũ cognoscitur in odorabile per odorabile sentitur, vt tenebræ per lucis absentiam: quare hæc priuatiua nõ per se sunt sensilia, sed per accidẽs: vt priuationes sunt sensilium per se, substantia verò per accidẽs: sensilis est, quia substantiæ accidit sensilium affectio.

¶Est autem & olfactus: per mediũ vt aerem aut aquã. etenim aquatica, vidẽtur odorem sentire: similiter autem & quæ sanguinem habent & quæ non habent, sicut & quæ in aere. etenim horum quædam de longe occurrunt ad alimẽtum, ab odore mota. Tex. 97.

ℭVt visus medium dixit esse diaphanũ, vt etiam dixit esse medium auditus aerẽ & aquam: non vt diaphana, sed per aliã qualitatem odorum trãsuectricẽ, modo aerem & aquã odoris esse media docet. Sub simili censura qua in auditu dixerat nõ. n. aer vt aer aut aqua, vt aqua sunt media: sed propter qualitatẽ quãdã occultã quã tñ ex Theophrasti autoritatẽ nũcupauimus. Et quia patebat aerem esse vectorem odorum, in aquatica sermonem cõuertit: pisces enim in aqua odorant vt murices, & cocodrili noctu expiscantur alios pisces, & ad longam distãtiã carnes ad orã nauiũ appẽsas sentiũt odorãdo. Et de Tiberone ferunt ad immensa spacia insequi naues ductũ odore carnium vel vict ualium a liorũ desiderio captus. Vnde Plin. lib. 10. cap. 70. de pisciũ sensu sermonẽ vertẽs, Olfactus ijs esse, inqt manife-

manifestè patet: quippe non omnes eadem esca capiuntur,& prius quam appetant odorantur. Quosdam & speluncis latentes,salsamenti illitis faucibus scopuli,piscator expellit,velut sui cadaueris agnitionem fugientes,conueniuntq; ex alto etiam ad quosdam odores,vt sæpiam vstam & polypum:quæ ideò conijciunt in nassas.hæc ille & alia quæ odorem esse piscibus probant. Aqua igitur est medium transuehere potens odores, & non solum animalia, quorum vita in sanguine est,odorant, sed animalia,quibus vita sine sanguine odorant& ad porrectissima interualla vt apes quę odores sequuntur,& spirantia mella procul pręsentiunt, & tigrides procul sitæ in alimẽta odore promotæ veniunt,vultures longa volando conficiunt spacia cadauerũ odore pellecti.Hęc ne textũ Arist.iã diutius moremur sub hæc explicabuntur.

Tex. 98. ¶Vnde & dubium videtur:si omnia quidem similiter odorent, homo autem respirans quidem:non respirans autem: sed exspirãs, aut retinens spiritũ nõ odorat:neq;de longe:neq; deprope: neq; si in naso intus ponatur.Et in ipso quidẽ positum sensorio: insensibile esse, omnium commune est. sed sine respiratione non sentire, propriũ est hominum. manifestum autẽ est,tentantibus. Quare quæ sanguinem non habẽt,qm̃ non respirant: alium vtiq; quendã sensum habent præter eos qui dicti sunt.

¶Mouet dubium, si homo & animalia cætera habeant eundem sensum odoratus:fortassis enim scrupulus aliquis vexabit quempiam colligens diuersos esse sensus olfactus in homine,atque bestijs: quippe, longè secus odorat hõ atq; alia animalia:hæc enim sępe odorant sine respiratione, vt pisces citra respirationem odorant,formicę,apes,& id genus similiter,exceptis animãtibus, quibus pulmo est, & necessaria est respiratio:cætera sine respirationis intercessione odorant: homini verò odoranti respiratio necessaria est,idest repetito motu & aerem recipiat atq; reddat: expiranti enim aut retinenti aerem idest anhelitum, odor non contingit, nisi vtrumq; præstiterit, neq; de longè, neq; de propè,neq; si ipsum odorabile naso admoueatur. Quapropter sibi necessaria est respiratio.Est autem responsio dubij omnibus animalibus esse sensum odoratus, quibus adest vis odorandi:neq; per aliam vim sentit formica odores,quàm homo, est autem differentia in modo sensorij, & in instrumento odorandi quod est nasus ipse, tamen in facultate sentiẽdi nõ est differẽtia: quippe differentia potentiæ à differentia obiecti colligenda est. Idem autem est odorabile,& nobis atq; brutis:excepto,odores quosdam nõ esse istis voluptificos,vt odores thimiamatũ,& florũ,& id genus. Vnde brutum non carpit voluptatẽ quã quã hos odores sentiat, homo verò hoc genere odorum impense afficitur delectione,quia & si non sint odores ciborũ, sunt tamen plurimum conferentes sanitati cerebri,vt eruditè Gellius,ex Aristotelis sentẽtia lib.19.c.2.disputat.Cuius rationem nos supra reddidimus.Hoc autẽ non probat odorabile non esse idem & hominibus & brutis, sed diuerso modo affici odoribus hominem atq; animalia cętera.Quamobrem si obiectum vnũ est, & vnica erit facultas olfactiua in omnibus olfacientibus,quæ in species suas,id est,odorem bonum & malum se profert & extendit.

¶Sed imposibile est.siquidem,odorem sentiunt. odorabilis enim sensus & mali odoramenti & boni odoramenti, olfactus est. Amplius aũt,& corrũpi videt̃ à fortib⁹ odoribus à quibus hõ corrũpit̃, vt bituminis: & sulphuris: & huiusmodi. Olfacere igitur necessariũ est,sed non respirantia. Tex. 99.

¶Motæ quæst.solutio est hęc imposibile esse facultatẽ olfactiuã nõ esse eandẽ specie cũctis olfaciẽtibus ,etsi accidẽtaria in odorãdi modo sit differẽtia. Nam quæ p̃dita sunt pulmone, respirãdo odorant,

rant, ideſt recipiendo adducendoq;, nãque ſi anhelitum contineant non odorant, vt experientia teſtatur: quæ verò carēt pulmone ſine reſpiratione odorāt. *Amplius aũt et corrũpi videntᷓ à fortibus odorib⁹.* Hęc altera ratio eſt quæ colligat vniuerſa olfacientia per ſenſum odoratus & nō per alium ſenſum olfacere: quippe, vt homines fætida olfacientes læduntur admodũ, & ſæpe putris odor interitus cauſa eſt. Ita & piſces fętidis & putridis odoribus, & apes, & inſecta alia intereunt. Quapropter vnus erit odoratus animalibus. Hinc colligas nos verè dixiſſe ſupra ſenſus humanos atq; brutos eiuſdē ſpeciei eſſe: & ſi ſecundum accidens multis diſcrepent: & ſi non me lateat græcos autores has rationes Ariſto. illo tantum duxiſſe, quò conficiant vniuerſa, quæ olfaciunt animalia, non per aliam vim olfacere, quam per olfactum: & nihil meminerunt de vnitate ſpeciei, aut generis. Rationes autem ſi librentur, facilè hoc colligunt. Prima enim ab vnitate obiecti profecta eſt: altera verò ab eiſdem læſiuis: potētiæ enim quæ ſunt eædem ſpecie ab eiſdem corrumpuntur, aut læduntur, ꝙ verò dixit in calce tex. 98. propriũ eſſe hominis reſpirando odorare, accipiēdum eſt, vt acceperunt Græci expoſitores, ideſt omnium reſpirātium: ne tibi imponat Aegidius Romanus credēs vnius eſſe hominis reſpirando odorare, falſus verbo Ariſto. etiam ſi Themiſtius ſub voce hominis, habentia ſanguinem intellexerit. Cautius autem Philoponus reſpirantia ſubaudit: ſiquidē piſces ſanguinē habēt & odorem ſentiunt nō reſpirantes. Bos autem, equus & id gen⁹ quadrupedia reſpirando odorant vt homo.

Tex. 100 ¶ Videtur autē in hominibus differre hoc ſenſoriũ ab ijs quæ aliorum animaliũ ſicut oculi ab oculis eorum quæ duros habēt oculos nam illi quidem habent vallũ & velut velamen, palpebras, quas quis non mouens neq; retrahens: non videt. hi autē eorum quæ duros habēt oculos: nihil tale habēt ſed mox vident quę fiunt in perlucido. Sic igitur & odoratiuũ ſenſorium alijs quidem ſine operculo eſt: ſicut oculus: alijs verò aerem recipientibus habet cooperimentum, quod reſpirantibus diſcooperit, dilatatis venis & poris. Propter hoc, reſpirantia non odorant in aqua. neceſſarium enim eſt, olfacere reſpirando hoc autem facere in humido, impoſsibile. Eſt autem odor ſicci, ſicut ſapor, humidi: odoratiuũ autem ſenſorium, potentia huiuſmodi eſt.

¶ Quia dixerat omnibus odorātibus vnum ſpecie olfactum eſſe, iuxta id quod nos expoſuimus accidentalem differentiam adiecit modo, vt enim viſus omnibus vidētibus vnus eſt ſpecie, ſunt tamē quædam, quæ ſenſum hunc ſecundũ accidens variant, vt ꝙ quædam oculos habeant molles palpebris obtectos: alia verò habeant præduros palpebris minimè obmunitos, ſecundo de partib⁹ animalium. ca. 13. Ariſtote. opulenter diſſeruit de re hac. Hæc autem oculorum varietas accidētis eſt, & non ſubſtantiæ viſus. Nã viſio eorundem eſt, & ſi varij modi: nam qui habent vallum, ideſt, palpebrarũ velamē, niſi hoc attollant & diducant, cernere non poſſunt, quæ verò oculos habent non vallatos palpebris: ſine apertione aliqua, & diductione, promptũ habent viſum, eorũ quæ fiunt inter lucido, ideſt, aere illuſtrato lumine. Atq; ad hunc prope modum in odoratu penſandum eſt, nam non reſpirantia ſine naribus odorāt, vt formicæ, atq; apes, & veſpę, & inſecta alia, atq; piſces, quę habēt olfactum in promptu & in aperto. Quare non egent naſi obſequio quod ſuggerat olfactui odores, qui vltro ipſum olfactũ, q eſt in propatulo cõueniũt: reſpirantia aũt, quę habēt olfactũ cerebro cõditũ & valde intimũ, egēt naribus quę illô deuchant, odores dilatis vęnis, atque poris ipſarum. Hic autem odorandi modus diuerſus naturam olfactus non variat. *Propter* *Olfactus diuerſus mod⁹.*

pter hoc respirantia non odorāt in aqua. Aequū duxi de sensorio huius sensus nihil inter miscere, sed in disputationes huic capiti coagmentādas mittere quare verba hęc Aristotelis corollaria sunt ad priora, natantia in aqua animalia respirantia, non posse inibi odorare. Et ratio aperta est: nam odoratio requirit inspirationē aut respirationem, in aqua vero hoc præstare non possunt: hoc autem in humido facere est impossibile. Colligitur præter hæc respirationem, non esse causam simpliciter necessariā olfactui, sed eò solum necessaria est, quò illa aperit meatus, & dilatat poros, qui sunt viæ odoribus differendis in olfactum, vt neque dehiscere palpebras simpliciter, est necessarium visui, vt videat: quia multa sunt, quæ citra hoc vident. *Est autē odor sicci sicut sapor humidi*. Ostendit ex qua qualitate præcipuè resultet odor: & ait siccū esse vt sapor pcipuè ex humido. Deinde subdit sensoriū esse odoratiuū, id quod potentia est susceptiuum odorum. Et de Commentario hoc hactenus.

Prima disputatio si homo pessimi sit olfactus.

1.dilutio.  Rima instituenda disputatio est, cur Aristo. homines dicat exilis esse odoris. Siquidem homo solus est: qui odorum differentias sentiat. Etenim bruta fætida non curant, quę homo maximè horret. Aristotele autore libro de sensu & sensibili cap. 5. etenim si bruta fætida sentirent, illa horrerent: quæ cum non horreant, nō
2.dilutio. sentiūt. ¶ Rursum hominum est cunctis rebus nomina imponere, vt & primus humani generis parēs fecit, ergo sibi quoque incumbit odores vniuersos dignoscere, quos proprijs nominibus donet.
3.dilutio. ¶ Rursum si cerebri vitium est, quòd homo pessimè odoret: quippe illud excellenter humidum & frigidum est: hoc si iusta lance penditur olfactui humano suffragatur, tantum abest vt lædat: odor enim cum sit iacens in sicco, & à calido exhaletur ægregie sentietur à cerebro frigido, atque humido. Nam recipiens vacuum esse oporter à natura recepti vt supra explicuimus. Cerebrum igitur frigidum & humidū melius, & exactius suscipiet odores, quâm si calidum & siccum
fuisset. ¶ Accedit istis Aristo. lib. de gene 4.dilutio.
ratione animalium cap. 2 hominem dixisse cunctis sensibus præcedere bestias, quippe hominis sensorium purius & sincerius est, quā brutorum. Et verbum suū exposuit in visu, tactu, & olfactu. ¶ Et 5.dilutio.
rursum causam afferunt humani olfact⁹, vitium esse, quod inlōginquū nō se porrigat. Hæc autē causa exilis est, quia fortasse non odore bruta sentiunt alimenta longè sita, sed visu acutissimo, vt aquila, quæ in longum maximè producit visum: & tigrides, fatetur Auicena non olfactu conuolare in cadauera distantissima, sed visu ab alto illa detuentur. ¶ Sub 6.dilutio.
hæc melior est natura sensitiua hominū, quam brutorum: ergo absolutè omnib⁹ sensibus excedit homo bruta: quandoquidem puriora sunt illi omnia sensoria contra est Aristoteles. Vt disputationē hanc resoluamus, proferendus est Aristote. qui lib. vltimo de generatione animaliū. c. 1. & 2. summatim docet sensum sensui præstare, aut quod remotius sentiat, aut quod sensilium differētias exactius consequatur. Hæc duo diuersa sunt, sentire remotiora alterius causæ, quam quę prope sunt perfectè distinguere. Prioris causa est sensorij situs, & figura: oculi nāque prominentes acutè non cernunt distantia: quia globi ocularis prominētia labētes reddit species, vndeneq; possunt bene coire in oculi centrum. Oculi verò profundi & immersi, illi in longū se porrigunt. 1. de histo. c. 10. distinguere autem purè & clarè puritatis est sensorij, nā vestis mundissima vel minimā labeculam distinguit: ita oculus mundus, & sine vicio minimas motiones sentire valēs est. ¶ Sit ergo hæc prima sententia, quantū est primæ perfectionis sensus, bruta multa præstant odorando homini: quippe, in maiorem multò distantiam odores persentiūt. Canes Laconici, vt Aristote. ait. cap. 2. lib. de generatione iam indicati, procul longè sentiūt odores. Et causa est situs, seu figura nariū, quę illis obtigere prorectissimę.

¶ Secunda sentētia sit, etiam bruta quædā imò multa nos excedunt in sentiēdis odorabilium differentijs. Hæc est aduersus Simplicium Commenta. huius, qui

credit, solo hoc noster olfactus excellitur à brutorum olfactu, quòd distantius odorant: non tamen exactius. Cui ego aliquando consensi. Id quod in præsentia reuoco & in huius conclusionis fidē ducor: quia Aristo. hoc loco asserit difficilem esse odoris definitionem: quia nobis obtigit prauus olfactus. Si autē vniuersas differētias discerneremus, etsi nō in longum esset sensio, nō diceret esse difficilem nobis tractatum de odore. Rursum ait nos excellentijs huius sensilis tātum immutari, quæ ergo non sunt odoris excellentis, non afficiunt humanum olfactum. Sunt autem odores multi non excellentes, sed remissi, quos non percipimus: & quia sunt species odoris multę suapte natura exilis sensilitatis quia nō procedunt à multo sicco cōmixto: sed à paruo: ideo huiusmodi species nos latēt & solum illę patent, quę fortiores habēt temperaturas sicci cum calido vehemente exhalante. ¶Tertia sententia differentias odorum, quas humanus discernit olfactus, præstabilius discernit brutis omnibus. Hæc patens erit aduertenti, sensus hominis vniuersos: qa aurigā regētē habēt rationē, cui naturę ordine seruiūt, sibi quādā cōciliāt nobilitatē. Rationis nāq; humanæ industria sensus adiuti absolutius distingunt sensibilia, quæ attingunt, quàm bruta: vt hominis visus etsi non æquè perspicax sit atq; aquilarū: multò excellentius discernit colorū varietates, & proportiones, quàm aquilarū acies. Itidem de auditu humano, qui in omnes sonorum consonantias sese diffundit. Id quod brutorum nō est: ipsum nāq; cum ratione contubernium sensus extollit, vt nobilitate quadam sensionis fruantur. Vberius igitur distinguit odoramentorū differētias homo bruto, propter rationis, cuius cōpos est, assistentē operationē. Nam si solus esset human⁹ olfactus sine rationis suffragio, min⁹ discerneret, quam bruta multa: quia sensorium eius valde friget, & humoris multā cōtinet copiā. ¶Argumento primo dico bruta fætida sentire, sed aliquando non fugere fætide spirantia, quæ declinant homines: quippe fætidus ille spiritus illis non nocet, vt homini. Sed dubio procul nonnulla fætida fugiet olfactus brutorum, alioqui quo odorarent, nisi vt aduersantia fugerent? Nunc autem fætidis corrumpūtur bruta, vt homines (vt prædiximus) in Cōmentario. ¶Secundo argumento, fatendum homines rebus nomina imposuisse, non tamen vniuersis rebus, hoc est necesse: quippe, multæ stellarum sunt miriades, quas Deus & nouit & vocat, vt regius psalmographus cauit, itidem odores vocat homo gemino nomine, aut secundum excellentiam odoris, vt bene olens, & male olens, quæ sunt nomina excellentiarum: nam quod medium horum est, neque bene neq; male olens, per negationem extremorū appellat neutrum. Altero modo appellat secundum sapores, odorem dulcem dicens eum, qui suauis est olfactui: odorē amarū illum vocat, qui molestus est sensui. Et quāquam tactus sit certior gustu, gustus est ratio nominum odorabilium: quippe sapor est ex commixtione qualitatum, vt & odor. Quare est maior proportio inter sapores, & odores, quàm inter odores, & qualitates tāgibiles. ¶Tertio dico, complexionem humani cerebri non suffragari subtili sensioni odorum, sed refragari. Sunt nanq; contrariæ complexionis, causa: vnde odor, & humani cerebri temperamentum, vt dictum est. Quod verò Aristo. sensorium exuit à sensilibus qualitatibus, est sanè verum. Siquidem sensorium olfactus, non habet quenquam odorum sibi natiuum, verū frigiditas cum sit opilans & obstruens meatus sensorij hęc est impedimēto homini, ne sentiat odores, nisi vehemētes, qui meatib⁹ reserādis sufficiat. ¶Quarto dicendum est, hominem præstare sensibus brutis: quia humani sensus sunt ingeniosiores. Et causa est rationis adsistētia: tamen secundum propriam naturam non est probata hæc excellentia: nam aquilę acies clarior est & acutior humanis aspectibus. Et si vera sunt, quæ narrātur de lynce, quis est hominis ocul⁹, qui illi sit conferendus? Nā quæ de aranea poëta quidē fabulatur, tactu excedere hominē, bellum est mendacium. Sunt autem huius versificatoris carmina hæc.

Vultur odoratu, linx visu: simia gustu,
Nos aper auditu præcellit: aranea tactu.

Et carmina hæc de lince dubia, de aranea

3. sententia.

Solutio. I. argumenti.

Secūdum argumentum.

Tertium argumentum.

Quartū argumentum.

nea

nea fabulosa de simia mēdacia: cætera illis demus. Quòd verò argumētum inculcat, sensorium humanū esse sincerius atq; purius, hoc verum est: quòd fundamentum sensoriorū humanorum est tactus, cui sensorium innititur, nō tamen verum est huius sensorij aut illius simpliciter, vt est sensoriū visus, aut auditus esse syncerius: quia neq; olfactus sensorium nostrum est purius, quàm brutorum: neque visus humani, quam aquilarum: etsi humana complexio sit omnium animaliū tēperatissima, quæ tactus optimi est necessarium indicium. Porrò aliorum sensuum præstantiam non colligit.

Secunda disputatio, quæ res sit odor.


E cunda posthac est acrior disputatio, quæ res sit odor: nam Arabes duo quibus tota Arabia philosophiæ nomine cedit: Auerroes inquā & Auicena rem istam magnis litibus cōtrouertunt: hic enim naturalium. 6. parte secunda cap. de odore fumidum voluit esse spiritum, qui sensorium subintrans, propriam odoris parit sensionē: ille verò odorem spiritualem quandam qualitatem per mediū effusam in sensorium, penetrantem. Ductus est hic autor persuadelis quibusdam, & quòd si fumida euaporatio esset, nō posset odor procul se diffundere in milliaria. 500. vt tigrides sub Troiano bello cadauera ad illud spacium iacentia sensissent. Nam etiam si cadauera illa tota soluerētur in odores hoc non præstitissent, imò neq; si in ignē verterentur (cuius inter elementa omnia est maxima dimensio, vt terræ minima) possent cadauera Troiana in tāta se soluere interualla. ¶Adde si odor est fumida illa & exhalans euaporatio, se fundēs per aerem, illi est cedens, aut non cedens: si non cedit, duo corpora essent simul: si cedit maius corpus minori cederet in magnā distantiam, quod nostram videtur superare fidem. Et reuera si res hæc, iusta pendatur lance, difficilem hanc quilibet iure æquo ducet: quando & Aristot. ambiguam trahat de quæstione sententiam. In libro enim de sensili & sensu. c. 2. odorem fumalē dixit euaporationem quę ab igne proficiscitur & cap. 5. eiusdē libri inuehitur in Eraclitum, fumosam ducentem esse odorem euaporationem. Et in sectio. 11. problema. 8. excitat quæstionē vtrùm odoris natura fumus sit, an aer, an vapor, insolutam misit quæstionem, solum addens, si effluxio esset odor ab odorabili, iam multa quæ longo seculo mittunt odores euanescerēt. Id quod non cernimus: etenim cupressus multo tempore viuens spirat & id genus odorifera & quod non sit fumida illa euaporatio multis colligit Aristo. in Eraclitum libro de sensili: nam non sentirent odores pisces in aqua, quę vtiq; fumos extinguit, nam fumus igneus cum sit aqua illi est contraria elemēto. Vnde aquatilia non possent olfacere, id quod supra falsum esse demonstratū est in marinis purpuris, seu muricibus in longum tractum locorū olfaciētib⁹. Plato in Timæo aperto sermone confitetur odorem esse aut fumum, aut caliginem: per caliginē (ni fallor) vaporem indicās. Et siue hoc sapiat Aristo. siue non, tamen alijs consentiunt vterq; & quòd odoris differentiæ latentes sint hominibus, & quòd species illæ sint notæ, suauis odor & molestus. Conciliator differentia. 155. fortassis dixit esse spiritum medium inter fumum & vaporē, qui & sapiat & aquam & aerem, & hic erit odor. Nā vt neq; aqua, qua aqua neq; aer, qua aer, sunt odorū media, sed qualitate media ambobus elementis cōmuni. Ita neq; odor erit naturæ aereę (vt fumus) neq; naturæ aqueę, vt vapor, sed vtrumq; commiscet. Albertus magnus summa de homine tractatu de olfactu quæstio. 9. prolato Auicenæ placito illi subscripsit, & reuera Auicenica indicia non sunt negligenda. Primum est, odorabile manu versans redolēs facit: vt si manu contrectaueris pomum, odorem, veluti sopitū excitabis: & post multā tractationē odor euanescit & pomū corrugatur & nigrescit. Id quod nō fieret, nisi qa subtilis spiritus, & calidus, & siccus, coactus exire cum odore, pomi traxit humorem. Alterum est ventos rapere odores: quod non accideret, si aer solum odoramentorum sibi conciliaret species, quas neque ventus validissimus agitare potest: quia subitò multiplicantur.

Plato de odoris natura.

consensio Platon. et Aristote.

Odor

Odor autem. Cùm succeſsiuã & temporaneam habeat diffuſionem non eſt: ſola ſpecies odoris medio cõcedenda: alioqui cur ſuffumigationes prius, qui prope quàm qui procul ſentimus?

¶Augentur iſta: nam ſępe dimoto olido corpore, ſuffitus perſeuerat odorum: vt in camphora patet. Sed ſpecies odoris neutiquam ſubſidẽt in abſentia odoris: alioqui olfaceremus, & nullus eſſet odor qui olfit: & eſſet notitia ſenſus exterioris ſine obiecto præſente, quod & ſi quidam theologi conceſſerunt, ſed horũ philoſophia barbara eſt. Et rurſum odores natura conceſsi ſunt hominibus ſanitatis cerebri tuendæ gratia. Nã odor cùm ſit paſsio calidi atq; ſicci, & talem naturam ſortiatur, confert cerebro algenti & humẽti. Si verò ſola ſpecies effunditur, & cerebrum penetrat, ſpecies non ſiccat, neque excalfacit. Et ita non eſſent neceſſarij odores ſanitati comparandę, Ariſtotele & medicis reclamantibus. Et libro de Seſu & ſenſili cap. 2. cerebrum ait eſſe frigidum & humidum, vt ſit in potentia ad odores. Siquidẽ frigidum materia eſt calidi & humidum ſicci: & inibi lumen dicit non egere motu locali. At fit per alterationem odor, & per lationem ſonus: ideo hæc ſubitò nõ multiplicantur c. 6. Illius libri & cap. 5. reprehendens Pythagorã, cui erat in ſententia odores eſſe nutritiuos, vt poſtea Galen[9] recepit. Et Democritũ narrat Diogenes Laertius tres dies odore recentis panis fuiſſe alitum. Hoc (inquã) reprehendens ait odorem ſubintrare ſenſoriũ cum ſpirituali fumoſitate. *Quæſtionis reſolutio. Prima concluſio.* Quapropter hæc prima ſit cõcluſio. Cõmentatori tradenti odorem ſolũmodo effundi vt color, & in aëre & aqua eſſe ſpirituale habere, & nõ naturale (vt 97. Commentario contendit in Auicenã) non acquieſco. Hanc ſatis colligunt argumenta dudum illata. Corollarium eſto huic concluſioni acceſſorium. Odor nõ ſolum in odorabili, vt pomo, aut thure, habet verum & naturale eſſe: quin & in aëre illo potitur. Et nõ ſicut color, qui habet eſſe in medio ſpirituale, & in ſubiecto naturale: quinimò vt lumẽ in lucido naturali eſſe, & in medio potitur, vt cap. *2. concluſio.* de Viſu tradidimus. Secunda concluſio. Odor realiter effunditur in olfactũ vſq; alioqui, vt venenati odores bituminis, ſulphuris, & deniq; argẽti viui, animam exhalare cogerẽt ſi ſolę ſpecies in ſenſorium ſeſe inſinuarẽt. Difficilis iſthæc cõceſsio, & mihi prorſus incredibilis. Solas (inquam) ſpecies interimere, ſiue viſibiles, ſiue odorabiles. Namque faſcinatio non per ſolas viſorias ſpecies quin exhalãtibus qualitatibus fit venænatis inſtillantibus in oculos. ¶Tertia concluſio *3. ſententia.* in ſenſu olfactus ſolum ſpecies, non ipſe ſpiritus fumoſus excipitur. Hæc manifeſta eſt: alioqui non eſſet ſenſio ſi ſenſibile eſſet ſupra ſenſum. ¶Quarta. Hi ta- *4. ſententia.* men ſpiritus ipſam partem ſenſorij fortè contingunt, quæ magis naſo vicina eſt: nam vt ſonus neruum auditorium ſecũdum partem, quæ foramẽ cæcum contingit implet: non tamen partem poſteriorẽ nerui, quæ cerebro eſt vicinior, ſic de ſenſorio olfactus. Alioqui, quid eſt quod ait capite illato Ariſtote. odorem intra ſenſorium cum ſpirituali fumoſitate ingredi confortandi cerebrum gratia, vt ſanitati optimo odore conſulatur? ¶Quin *5. ſententia.* ta. Odor neq; vapor eſt, neq; fumus. Diſtinxit autem Ariſtot. inter hæc duo. Fumum namq; calidæ atq; aridæ naturæ dixit: vaporem calidæ & humidæ. Primo metheo. cap. 4. & 2. metheo. cap. 4. Plato hæc ſecreuit, ſi ex aqua fiat aër, fumus eſt: ſin verò ex aëre aqua, caligo ſeu vapor in Timæo rem hanc aſtruxit. Quòd autẽ nullũ horũ ſit odor, ratio ad manũ eſt. Fumus enim & vapor hæc ſunt ſubſtãtiæ: at odor nõ eſt ſubſtantia, ſed accidẽs, ſenſibile, iiſdẽ fermè rationibus, quibus lumẽ non eſſe ſubſtantiam meminimus. Vnde, hæc eſt cõſequutio, & ſi odor per aërem multiplicetur, nõ eſt ſubinde penetratio dimẽſionũ. Odor. n. nõ eſt corpus, vt inde cõficias, eſt odor in aëre, & in cerebro: ergo duo corpora ſunt ſimul. Neq; ordinem naturæ hoc violat, in elementis eſſe qualitates mixtorum maxime in elementis non puris, neq; ſinceris qualia hęc noſtra. Vnde etſi odor ſit qualitas mixtorum, tamẽ in aere eſt: quippe aer fumoſam illam exhalationem ſuſcipit, quæ propriè eſt ſubiectum odoris. Quid quòd elementa hęc, quæ apud nos ſunt, non ſunt à fæcibus mixtorum libera vt prædiximus? Idcirco capax eſt odo-

 ris

ris,& aer & aqua,sed hac elementa nō feculenta,adhuc odoris sunt capacia:quia transeunter & cursim odores exciperēt. Id quod puritati elemētariæ detrahit nihil. ¶Sexta conclusio. Vapor & fumus causa sunt odoris,idest, ipse fumus odores liquat,& soluit.Nam causa odoris cō mixtio est calidi liquātis humidū, quod compressum est in terrulento sicco,vt in thure cernis,nō fragrat,nisi accēsum. Et hoc est, quod Plato volebat (neque Aristo.omnino dissensit)odorē esse fumum, vel caliginem. ¶Septima, odor est qualitas quædam, quæ suapte natura absoluta est,& permanēs, & si successiuè deferatur. Nam spirituosus ille fumus delatorius odorū non subitò cōuolat in nares: sed paulatino se insinuat motu, & si in modica distantia non aduertatur quam sit morosus.Ducor in hāc conclusionem verbo Aristote.qui lib. de sensu & sensi. cap.6. omnino asserit odorem non posse alere:quia simplex est: igitur qualitas est simplex, odor. Octaua hæc qualitas nunquam discedit à fumida hac vaporatione,sed semper illi amica & natiua societate iunguntur.Huic conclusioni occinunt multi ducentes diuersum, vt sanctus Tho. Aegidius, Caietanus. Ego tamen non hoc censeo,sed id quod octaua hæc nostra conclusio sapit. Vt enim sonus nusquam separatur ab aeris impulsione, & hac cessante,cessat ipse sonus. Nā illa impulsio est causa propria soni, Ita & illa fumalis euaporatio est causa odoris per aerem diffusi. Nam etsi sit in odoriferis & olētibus rebus vt thure qualitas quædam absoluta,quam nos sentiētes appellamus odorē:hic tamē, vt odor sit, & vt sensum afficiat & vt per aerem deferatur in olfactus sensorium, necessaria est exhalatio : etiam si thuri adsit sua odoris affectio citra hāc exhalationem. ¶Nona.Species odorabiles sunt & in aere,& in sensorio.Et harū aer vt est in odorabilis,& facilis diuisionis suscipit. Hic esto igitur ordo,quem ad odores sentiendos natura instituit.Exhalat primū spiritus,ille odoriferus ab olētibus rebus:hic verò secum defert odorem:quia in spiritu conditur odor. Post hæc odor se per medium dilatat,atque diffundit: & fortè odor nunquam in aere proximè recipitur, sed solum defertur per aerē spiritus ille odoriferus. Deinde verò species simul diffunditur,quæ vniuersa in sensorium vsque pertingunt.Cæterum postremam partem sensorij solæ species petūt quibus tandē receptis in sensum fit odoratio. ¶Decima, Exhalatio hæc odorifera commiscet se aquæ, vt vinum cernimus aquæ commisceri & mel, & alia id genus.Et aqua cōmixta defert odores in sensoria piscium.Quamobrem isti olent non quòd solæ species deferantur,colligas,siue hic spiritus odoriferus sit in aere,& ipsum alteret : siue sit in aqua, non est penetratio dimensionum, vt Comentator duxit,& sibi familiaris Augustinus Niphus, & alij qui Cōmentatorem magnifacientes Arabē appellant Aristotelem:nāq; non est penetratio,sed comixtio duorū corporum, vt aquæ atq; vini. ¶Argumētum primū soluit Auicena,tigrides acutissimè cernere altissimoque superlatæ volatu poterant fumosos illos suffitus in sublime latos perspicere: etiā si huiusmodi suffitus in tantā non essent acti distantiam,vt odorabiles,fieri poterat vt visibiles sentiri:vel vētus illò egit celerrimè,quò erant tigrides nidorē cadauerum, quem potiùs dixeris pedorē. A cupresso autē, & id genus aliis hic fumus solutus,ipsam quoque imminuit,& si non sensibiliter.

Sexta. *Septima.* *Octaua.* *Nona sententia.* *Decima.* *Argumentum.1.soluitur.*

Tertia quæstio quod sit huius loculamentum seu sensorium.



SVperest de sensorio olfactus, quod illud sit exquirere,an sit nasus,an sit duæ carunculæ mamillares, quas sic nuncupant, carūculæ illæ sunt instar conorū māmarum capræ,vt ait Algazel in sua philosophia.Auerroes in 2.lib. collectaneorū.c. 17. duas de re hac protulit sententias.Alteram, quam Aristo. adscripsit:naso esse duos meatus,quibus indita est vis sentiēdi.Alteram dedit Galeno,olfactus sensorium esse in capitibus mamillarum similibus, quas in finibus narium & cerebri confinio natura collocauit. Consulendus Galenus libro de cōmoditate memtbrorum. Vtra tamen sententiarū sit Aristo. plausibilior Deus iudicet: homo difficilè

ficilè equidē iudicabit. Vtrinque enim sunt non pauca, quę pendulam reddunt quęstionē. Nasum colligit nō esse instrumentum seu sensorium olfactus: id quod Aristo. cap. hoc & libro de sensu & sensili scripsit, in respirantibus sensorium olfactus habere cooperculum: sed naso nō est cooperculum. Rursum libro de sensu & sensili cap. 2. & 5. & 6. organo olfactus tribuit locum, & sedem in cerebro: odores enim sunt, vt cerebrum foueāt, quod friget & humet. Et nos odorādo vehemētia frequēti grauedine capitis afficimur: quia cerebrum à proprio cerebri temperamento discedere, aut nimio calido aut excellenti sicco cogitur. Quare si sensorij locus in cerebro est, nares non sunt sensorium, sed via gemina in sensorium, vt canales per quos transcolatur odoris suffitus in sensorium. Et Philoponus hoc rursùm concessit in cōmentario cap. huius in hæc verba. Est autem olfactiuum sensorium in interiori parte cerebri: eius excrescentia māmillæ formam præseferens, post ossa quæ ἰσθμοειδῆ ab isthimi forma, latinè autem collatoria appellātur, vt ad id quod est interius vocem referas. Et cum hoc dogmate multi latinorum faciunt, vt Albertus Magnus sūma de homine tractatu indicato. Quo loco Cōstabulinum, Gregorium, & Auicenam, in hanc vocat sententiam: sensoriū esse in māmillis illis foraminulentis, instar spongiæ osßibus obductis. Refragatur tamen istis Aristot. qui in secundo de partibus cap. 9. & 19. aperto sermone confitetur nares esse sensorium olfactū, & primo de histo. cap. 4. & cap. 8. 4. sibi cōstat. ¶ Verum vt summatim dicamus, nō credimus nasum esse sensorium, non propter illud argumentum sensibile incumbens sensui, non facit sensionem: nā diceret aliquis, non in basi nariū esse sensorium, sed in meatibus interioribus: sed propter testimonia peripatetica, & quia læso cerebro, læditur vis sentiendi naso, & meatibus integris. Sunt igitur à ventriculis cerebri interioribus canales duo in nares descendentes, qui primùm gratia respirationis facti sunt, dein verò gratia olfactus: & postremò excrementorum purgandorū, quibus abundat cerebrum. Istis autem duobus meatibus vis sensoria indita est, & istis crassa quędam meninx seu membrana præbet operimētum, vt dixit Aristoteles. Id quod foraminulentum est, & ob huius operimenti constructionem, Deus huic operimento ossa velut pertusa & spongiæ aut cribri instar concesßit eoque appellata isthmoida, idest collatoria, vt dixit Philoponus. Quapropter nō est in neruo aliquo vis hæc residēs, sed in meatibus illis crassa meninge obtectis, quæ rara est & foraminulēta, vt facilè aperiatur & suscipiat: hæc autem crassa meninx duplicatur, vt sit quoque vænarum munimētum, quæ verticem capitis sursum ascēdunt. Est autē foraminulēta, vt odores (vt diximus) excipiat, & dignoscat. Vnde cū hæc crassa meninx sit, vt munimentum meatuū, potiùs meatus habēt rationem sensorij, quàm meninx hęc, quæ gratia meatuum est. Exactior horum inquisitio non tam interest philosopho, quàm anathomico. A Galeno pete lib. 8. & 9. de vsu partiū. Quod autem Aristo. dixit nares esse instrumētum, seu sensorium, eò dixit, quò meatus illi in nares descendunt, & species odorabiles sibi arripiūt à fumali euaporatione. Et sæpe nos manu admouemus, qua ad nos rapimus suffitus, vt in meatus transcolentur odoris species. At verò in meatibus, vt sunt meninge munitis, residet vis sensoria, & inibi est sensorium olfactus. Quare si claudimus manu nasum, & si ore excipiamus odores, non olfacimus: quippe, non transuehuntur per meatus naribus infusos à ventriculis cerebri originem ducentes.

Quæstio determinatur.

Canales cerebri.

Vis sensoria olfactus.

Quarta quæstio quid velit sermo ille odor est sicci.



POSTREMO sine turba argumētorū verba illa sunt edisserenda, odor est sicci, vt sapor humidi: etenim sapida sunt humida primò: secūdo verò sicca. Humida sanè, quia cibi se corpori viuo insinuāt: quare vt hæc vnio, atq; incorporatio facilis sit sapida, abundant humore subtili. Vnde & Aristo. dixit sanguinem esse postremū alimentum, qui calidus & humidus. Item cibus terminatur viuentis termino: quia in eius substātiam transit atque quantitatē. Humida autē sunt hu-

iusmodi alienum terminum desiderantia: quia tamē simplicia non alunt, cum humido habet cibus & alias qualitates. Odor verò sicci dicitur præcipuè: quippe qui non est alimentum & institutus vnice est in salutē & temperaturam humoris cerebri, vtq; frigiditatem remittat eiusdē, calido agitur odor. At verò, quia omnino sicca, vt terra atque ignis, illa non odorāt, ideo est necesse ascisci humidum sicco. In odore ergo calidum operatur liquando humorē: siccum verò hunc exsiccando & sistendo: quia verò plus sicci est, quàm humidi, ideò Aristote. ait odorem esse sicci, & cōtra saporem humidi. Frigidum autem sapores hebetat & odores mortificat. Quare summo mane flores non ita spirant, vt recalefacto iam die. Et quod fumus sit exilis odoris, meatuum obstrictio causa aliquando est: vnde & anhelitus plerunque fetidus: quippe aerem non facilem transpirat: quare quiete male olentiam conciliat. Hactenus de olfactu, qui est animæ vis sentiendi odores, cuius sensorium meatus est. Operculum habet intrinsecum meningem & ossa spongiosa: foris verò nares, quæ septo secantur in læuum & dextrum. Obiectum odor, subiectū est odorabile. Causa est siccum temperatum humido, & actum calido. Operatio est sensio, hoc seruiet loco tabellæ.

Caput

CAPVT X.

De gustabili (gustus obiecto) meminit, gustumq; nō per externa sentire media asseuerat, & postremo quædam dicēs gustabilia, alia ingustabilia & species saporum denarrans finem. cap. dedit.

Tex.101.



GVSTABILE autem, est tāgibile quoddam. Et hæc est causa, cur nō sit sensibile per mediū extraneum corpus: neque enim, tactus. & corpus autem in quo est sapor, est gustabile in humido vt in materia. hoc autem, tangibile quoddam est. Vnde & si in aqua essemus, sentiremus vtique impositum dulce, non autem esset tunc nobis sensus per medium, sed eo quod misceretur humido, sicut in potu. Color autem non sic videtur eo quod misceatur, neque defluxionibus.

Continuatio nis filus. ¶Egerat hactenus de visu, auditu, olfactu, qui tres eodē autore in libro de sensu & sensili per medium extraneum sentiunt: ideo non necessarios dixit simpliciter, sed admodū vtiles voluit. Per hos enim animalia sibi amica persequuntur, noxia quæq; submouent. Homines autē quippe rationales sunt, non solum sensibus his tribus ad hoc officij, quo cætera vtuntur: sed ad rerum naturas dignoscēdas, & ad actionem & cōtemplationem. Iam verò duos alios sensus absoluturus, primū de gustu, quam de tactu: quia nobilior est, vt in cap. de visu, iam prædixi edisserit. Hi autē germanitatis quodam fœdere iunguntur, quippe, vterque non per medium extrinsecum, vt tres iam relati, sed medio intraneo vtuntur. Obiter considera, in visu, auditu, olfactu etiam esse suum propriumuè medium, quod intraneū appellare non iniustè possumus. Visus habet tunicas, per quas colorum excipit formas. Quæ sanè, quia non sunt ipsum quod propriè est sensorium, vt superius ostēsum est: hac ratione quis contendet, si dixero medium eas esse? Habet olfactus aërem illum congenitum atque vernaculū, qui medium veluti intraneū est. Habet olfactus ossa illa spongiosa atque meningem, quæ sunt meatuum olfactus munimēta, atq; illa veluti medium sunt. Atqui tactus & gustus, & si consentiant cum tribus sensibus istis, hac causa discrepant, quòd nullo medio extraneo egent, vt alij sensus. Vocitamus autē extraneum medium, quod est extra nos. Intraneū dixit Cōmentator, quod est pars animalis; quia apud ipsum aër qui cōgenitus est auri, nō medium, sed sensorium est. Prudētiùs & doctiùs Philoponus medium nuncupat aërem illum. Quocirca medium intraneum erit, quod est intra nos: siquidem aër ille est mediū auditus, & non est pars animalis, quādo non est sensorium. Ait autem Aristot. gustabile esse tangibile, quoddam: & quòd gustus, est tactus, quidam: imò eò collegit gustū esse tactum quēdam ab obiecto: quia gustabile est tangibile quoddā. In quorum gratiā aduertamus vetustiores philosophos non solum gustum esse tactum, sed omnē sensum dixerūt esse tactum quendā. Rebantur. n. omne sensibile esse effluxionē quandam. Et Plato Colorem definies in Menone dixit colorem esse effluxionem corporum à visu perceptibilem, & sonum esse effluxionē à sensu auditus, sensilem: & ita in sensibus aliis, si sensim velit aliquis exempla proponere. Consequens autem est, si effluxio est color, visum per tactum effici: nāq; effluxiones illæ ab obiectis decisæ properant in sensum, veluti in germanissum sibi ipsis & amicissimum secūdùm naturam. Hāc tamen sententiam Aristo. repulit libro de sensu & sensili, cap. 3. Secundùm quem nullum horum esse sensum tactum accepimus, excepto gustu, qui est quidam tactus. Neque tamen imus inficias esse visum & auditū &c. Tactus quosdam non proprios, sed translatitios: vt visus tangitur à colore per species, quas immobilis color in visum immittit. Namq; dixerat Aristoteles suprà visum nihil videre potens est per vacua spacia, & sensibile mouere mediū, & hoc vim sentiendi. Id quod

Mediū intraneum & extraneum.

Quid sensilia Platoni.

Cōsensio Aristo. cū Plato.

quod tactus quidã est, vt suo loco exposuimus. Et hic tactus non est is, cuius hic habenda ratio: & si contendant quidã olfactũ esse tactum: quippe, odoramẽta effundunt, & spirant fumales quosdã suffitus, qui conuenientes olfactũ odoratio adest. ¶ Verum olfactus cùm nihil de humido, aut sicco diiudicet, sed solũ de odore, nescio vnde hæc cõnexio vigeat: quã quam nos cõcedamus suffitũ illum meatum subintrare nariũ, non cõcedemus tamen tactũ esse olfactũ. Nam nihil opus est olfactui tãgere tactiles qualitates, vt gustet tactui necessaria est. Causa autem cur gustus sit tactus quidã, nõ est ea, quæ Paulo probata est tactũ, atq; gustum esse vnũ sensum sola ratiõe diuersos: & sũmatim quatuor esse solũ sensus. Saporẽ rursum esse tãgibilem qualitatẽ nõ veretur cõcedere: quãquã sapor nõ sit humor aut siccũ, aut id genus tãgibilia: sed sapor est certa alia tãgibilis qualitas, & itẽ gustus est certus quidã tactus, atq; vna facultas est, quæ humorẽ sentit atq; saporẽ, diuersis tamẽ affectionib⁹, vtrũq; exequatur. Atq; ea causa cùm sit diuersa, est tactus & gustus ratione solum diuersus non re, ¶ Antiquiores aũt Latini sensum gustus distinguere in rem hãc cõmodum duxerunt: gustũ geminæ esse considerationis, aut qua est saporis discretiu⁹, & hac ratione nõ est tactus, aut vt est alimẽti sensus. Et sic tactus quidã est Arist. enim. 2. de generatione. tex. 49. &. 50. ex eisdẽ nos esse atq; nutriri dixit. Alimenta ergo cõmixta habent & calidũ & siccum, frigidũ & humidũ: quia viuentia istis cõmiscẽtur. Quamobrẽ gustus alimentũ tangens nõ potetit non sentire alimentorũ necessarias qualitates. Quare & has sine medio extraneo tangit, vt tactus. Græci autem duas alias causas tradiderunt, cur gustus est tactus quidã. s. quòd gustus non libat alimentũ, nisi tangẽdo: nihil enim gustatur, nisi linguæ cuspidem contigerit. Altera est, ꝙ sapor in humido est quę est causa ex materia: quippe omnis sapor est humidi, vt subiecti. Et quarta istis annumeratur: tactus est diffusus in totũ viuentis corpus: gustus particulã corporis quandam in officinã suam selegit: & idcirco tactus, videtur particularis, & nõ ille vniuersalis in totũ viuentis corpus diffusus.

Græca traditio.

Sin verò gustus ea ratione penditur, qua iudex saporũ, nullatenus est tactus: & si tactum exigit. In qua sententia Albertũ in summa de homine: de gustu tractante inuenias, quæst. 2. Et diuũ Tho. in cõmentario. Et quia Paulus Venetus quantùm verba eius indicant, intellexit gustum secundùm rationẽ posteriorem esse tactu, non est audiẽdus. Nam sapor qui est obiectum gustus, est realiter differẽs, & non secundũ rationem solum à tangibilibus qualitatibus. Vt ergo gustus re ipsa est idem tactui, si obiecta re differunt & ratione? Namque & si contendat colorem, & lucem differre natura, & esse eiusdẽ visus: longe distat à negocio pręsenti, lucis & coloris diuersitas. Lux enim est ratio colori, vt sit visibilis: verũ sapor non est ratio tactilibus qualitatibus, qua tangãtur: neque tactiles sunt ratio saporibus, quibus gustentur: etiam si gustus exigat tactũ, non tamẽ vnum est ratio alterius: sed potiùs tactilia sunt materia sapidorum. Non ꝙ tactiles qualitates sint obiectum materiale, & sapor formale: sed ꝙ sapor fundamentũ suum habeat in humido. Quam ob rem non quatuor esse sensus solũ re diuersos cũ Paulo credimus, neque saporem esse certam tangibilem qualitatem, ab aliis tãgibilibus secretã: sed quinque esse sensus re & rationibus diuersos, peripateticis magis cõsentire credimus, & sapores non tactiles aliqua ratione esse qualitates, sed solùm gustabiles, & gustabile & tangibile sunt quidem idem subiecto: vt succi sunt gustabiles, & tangibiles: sed aliud est quæ gustatur, & quæ tãgitur qualitas. Aristoteles autem hoc videtur voluisse, gustum esse tactũ quẽdam: quia gustabile est in quodam tangibili, vt in fundamento & materia. Et quia gustus nõ sentit per mediũ extraneum, sed per linguam, quæ animalis pars est, & hoc pręferunt verba huius loci. Aristotelis autem dictio prõpta est. *Gustabile autem* (inquit est) *tãgibile quoddam.* Etenim tangibilia gustabilibus materiã substernunt: & hæc causa est cur gustabile nõ sit sensibile per extraneũ medium: quippe sapores sine tactione non sentiũtur: tactio verò medij extranei operam non poscit. Et ideò subdit. Neque enim tactus, idest, gustabile, medium extraneũ non

Paulus non philosophatur cũ Aristote.

non petit, tactus enim illud poscit. Cùm igitur hi duo sensus naturæ germanitate plurimũ sibi consentiãt, si tactus nõ eget medio forinseco, neque gustus. *Est autẽ gustabile.* Sapor est in humido præcipuè tamen siccũ etiam amat, cũquo cõmiscetur nam cibaria nõ sunt simplicia, vt elementum aquæ, nisi misceãtur, vt hic Arist. docuit lib. de sensu & sensili. agẽs contra Pythagoricos, qui credebant odores esse cibarios. Ipse colligit, cibus est cõmixtus necessario, odor non est commixtus, sed qualitas simplex: quare sapor non est in humido solitario, sed commixto sicco.

¶Hęret aliquis in verbo Arist. gustabile esse in humido: sunt enim cibi multi terrestris complexionis, quibus nõ humor abũdat, sed terrena dominatur ariditas. Id quod nos fatemur, vt verissimum. Sed meminisse oportet alimẽta quædam esse ante digestionẽ, & secretionẽ puri, & impuri: & hæc abundant nonnunquã sicco aliquando verò alio humore excedunt, secundum ciborum variã rationem. Est namq; carduus terrenæ complexionis: ficus magis aëreæ. At verò alimentum postremũ (quod sanguis est) humidũ est, & sapor est in eo dulcis. Considera rursum saporis quasdam esse qualitates actiuas, vt calor solis, & calor ignis: fructus enim arborum calore solis digerẽte humidũ, & ingrossante redduntur sapidi: & calor ignis decoquẽs sapores acerbos malorũ dulces reddit. Causę autem passiuæ sunt humidum aqueũ, quod necessariũ est sapidis: alioqui non penetrarent cibi linguam, neq; liquarentur linguæ humore, vt experimur. Siccum verò ingrossat humidum aqueum, & fluxum eius sistit. Dicitur autẽ passiua qualitas: quia & si terminet humidum, quod est actionis: tamẽ ipsum cõmixtũ humido saporis est subiectum. Hæc sunt per se causæ saporis. Sunt & aliæ per accidẽs: frigidum enim restringens humorem aereum conuertit in aqueum, quod est saporis materia. Sunt & aliæ causæ per accidens, reseruatio, resudatio, & constrictio. Vuas à vitibus decerptas seruant viticolæ suspensiles, quarũ suspensio illas egregiè maturat, & sapidiores gustui efficit, & velut secunda illarum est maturatio. Etenim soli expositæ maturationis primę calidum conceptũ exhalat humidum, id quod à sole vuis abstractis non exhalat, & hoc cõmodè illarũ secũdam maturationẽ iuuat. Rursum resudatio causa est, vt humores superabũdãtes depellãtur, & calidũ innatũ maioribus viribus assumptis, humidũ sicco fortiùs cõmisceat, & sapor melior cõsequatur. Cõstrictio autẽ clausum humidũ in mixto magis subtiliat calido operãte. Vnde si subtiliꝰ humidũ faciliùs in gustatoriũ neruũ se insinuat.

Causæ saporis.

¶Vt igitur medium, nihil est. vt autem color, visibile, sic gustabile, sapor est. Nihil autem facit saporis sẽsum sine humiditate, sed habet actu aut potentia humiditatẽ, vt sal. nã, & facile liquabile ipsum est, & colliquefactiuũ linguę. Tex. 102.

¶Dixerat nõ esse gustui opus medio extraneo: illud colligit, si in aqua essemus, vt vrinantes, dulcis liquor si aquæ misceretur, ille humor simul cum aqua sentiretur: & gustando aquam, illum degustaremus: & ipsa tum aqua nõ esset medium: quippe, ipsa est quæ gustatur, vt in potu contingit. Color verò eget medio extraneo: quia malè cogitat, qui credit colorẽ esse defluxionẽ à corporibꝰ, vt dixit Gorgias, indicante Platone in Mænone. Nãque, si color esset defluxio, iam illa defluxio sine medio extraneo sentiretur, & visus esset tactus. Id quod est argumẽtum Aristo. libro de sensu & sensili cap. 3. Vnde neque color est defluxio, neq; sonus, neq; odor fumus, vt iam edisseruimus supra, etiam si fumus, in quo odor cõditus est, medio misceatur, vt liquor dulcis aquæ: color verò non miscetur, qui in medio non habet esse naturale, vt odor, sed spirituale tantum. *Vt ante color visibile.* Vt enim visibilia referuntur in visum: ita & sapor in gustum, & si diuerso modo sentiantur. Loco saporis, Philoponus succum legit: & est significantior lectio. Sapor enim præfert relationem in gustum: succus absolutum magis nomen est, & si succus maioris cõpositionis nomen, quã sapor qui maioris est simplicitatis. Succus namque substantiæ nomen videtur: odor tamen qualitatis non substantiæ.

Gorgias Platonis refellitur.

Nihil autem facit saporis sensum sine humiditate. Soluit dubium quod promptum erat obiicere Aristote. Multa sicca sunt gustabilia, vt sal, cinamomum, zinziber, quæ tamen siccam habent naturam. Et responsio est hæc & si siccam ostendant naturam, sunt potẽtia humida: vt sal liquescit linguæ, aut aquæ iniectus: & cinamomum saliua humescit, & ita reliqua sunt iudicanda. Eò enim naturæ fabricator os viuentis impleuit saliuis, vt arentia cibaria humore saliuarum humecta gustarentur. *Quid prosit saliua in ore.*

Tex.103. ¶ Sicut autem visus & visibilis est, & inuisibilis (tenebræ enim, inuisibiles sunt, iudicat autem & has, visus) adhuc autem & valde splendidi (etenim hoc, inuisibile est. alio autem modo, quàm tenebræ) similiter autem & auditus, & soni & silentij, quorum aliud audibile, alind inaudibile est, & magni soni sicut visus est splendidi (sicut enim paru⁹ sonus inaudibilis quodam modo est, sic & magnus & violentus. Inuisibile autẽ aliud quidem omnino dicitur sicut in aliis, quod impossibile: aliud autem, si aptum natura non habet, aut praue. sicut carens pedibus, & carens nucleis) sic vtiq; & gustus, est & gustabilis & ingustabilis. Hoc autem est quod paruum, aut prauum habet saporem, aut corruptiuum gustus. Videtur autẽ principium esse potabile & impotabile, gustus. n. quidã, ambo: sed hoc quidem est prauum, & corruptiuum gustus, illud autem secundum naturam. Est autem cõmune tactus, & gustus, potabile.

¶ Quot modis dicatur aliquod inuisibile, docet locus presens: vt inde de gustabili, & ingustabili mentio fiat. Siquidem potentia vna est vnius contrarietatis, vt visus, visibilis & inuisibilis: auditus, audibilis & inaudibilis, ita gustus & gustabilis & ingustabilis. Priuatiua autem, quæ à sensibus percipiuntur dupliciter sunt, aut quia omnem potentiam tollunt, aut quia exilem & remotam ad actũ potentiam habent, vt nõ solùm is dicitur non potens ingredi, qui pedibus caret: sed etiam ille qui debilem habet ingressionis potentiam, vt qui infirmis tibiis est, aut qui claudus est, Hoc tradidit Aristoteles in.1.de Cælo textu.111. &.114. est impossibile, ait, & quod non est possibile simpliciter, & quod non facile. Sic in insensibilibus illud inuisibile appellandum, cui negatur forma visibilitatis, vt odor & sapor inuisibilia sunt: quippe quę nec colore tinguntur aliquo, neque lumine illustrantur neque horum sunt priuationes: quare nec sunt inuisibilia, quia simpliciter non possunt videri. Preterea aliud est inuisibile, quod & si habet, quo videatur facilè tamen videri non potest, vt sol & alia quæ micantissimi sunt fulgoris, hæc videri non possunt: quia facilè illud non præstant non vitio ipsorum, sed quia nobis (vt Orphæus cecinit) oculi fragiles puppæq; molles. Rursum inaudibile, duplex. Alterum quod simpliciter non potest audiri, vt silentium, quod est soni priuatio. Aliud verò inaudibile, id quod est maximè obstreperũ: quippe hoc obtundit sensum auditus, neq; sinit nos vt facile audiamus, itidem de ingustabili dicendum est: est enim ingustabile id quod remississimum habet saporẽ: aut illum habet pessimum, hæc ingustabilia primo modo dicuntur: quia iudicantur hæc nullius saporis. Quo loquendi more dixit Hiere.24. capit. ficus pessimas, quæ comedi non poterant. Aut secundo id ingustabile, cuius tanta est saporis excellentia, quæ corrumpat sensum gustus. Et si exactius rem consideramus, in priuatiuis istis vocibus triplicem significãtiam inueniemus: vt inuisibile id quod puram habet priuationem, vt tenebrę, aut quod exilis est visibilitatis, vt centesima pars aut millesima millij, aut quòd excellentissimæ

Quot modis inuisibile sit in Arist. vsu

Orphæus.

Priuatiuæ voces trifariam consideratur

tissimæ est visibilitatis, vt splendentia: aut quod simpliciter non potest videri vt sonus & ita in reliquis. Et exemplum philosophi est pedũ expers dicitur non solum is, qui nullos habet pedes, sed qui prauos habet pedes, aut malos, vt vesper tilio, quæ hirundini similis hac ratione pedum expers dicitur. Alterum exemplum Aristotelis, apirrhinon (quæ vox Græca) idest baccis vacans, vt Philoponus exposuit: quod dupliciter dicitur, aut quod nullas baccas habet, aut quod exiles. Boëti⁹ interpretatur sine nucleis. At vero Bizãtius missa litera græca, informe & indoctum vertit: at græca lectio habet τὸ ἄπυρον καὶ τὸ ἀπύρηνον, idest, quod sine nucleis. In his autem quæ insensibilia dicuntur, id quod non est natum sentiri, vt inuisibile, quod non est natum videri, vt sonus, & inaudibile, quod non est natum audiri, vt color, qui suapte natura est inaudibilis: & hæc penitus aut sunt inuisibilia, aut inaudibilia: etenim sonus, neq; per se nec per accidens est visibilis, nec color, neq; per se, neque per accidẽs est audibilis. Cæterum tenebræ silentium & insipida hæc, vt lapis & si per se nõ sentiãtur à propriis sensibus: tamen per accidens sentiuntur: vt visus sentit tenebras, & auditus silentium, & gustus per remotionem saporis sentit per accidens insipidum: quia nihil sapit. Hæc igitur priuatiua suapte natura non sentiũtur: sed quia priuationes sunt propriorum sensibilium.

¶Summatim igitur, & breuiter vt rem perstrigam⁹ insensibile dicitur, aut quod impossibile est sentiri per se, & per accidens: vt angelus, aut quod secundum naturam suã insensibile est: tamen priuatione proprij sensibilis sentitur: aut quòd difficile sentitur, propter eius immodicam formã, aut excellendo aut deficiendo. *Obiectio.* Dicet aliquis, si sonus est inuisibilis, & hoc nos sentimus, cõficitur sonum ab aliquo sensu sentiri inuisibilẽ, & hic non est alius quàm visus: visus igitur sentit sonos inuisibiles esse, saltem per accidens: vt ergo diximus sonũ esse insensibilẽ visui simpliciter? Respondetur, sonũ esse sanè insensibilem visui: ꝙ, si iudicatur inuisibilis, non per priuationẽ coloris, aut lucis, quæ non est natus habere, sed per negationem vtriusque à sensu cõmuni, aut ratione ipsa iudicatur inuisibilis. Sensibile igitur & insensibile si secundum rationem habitus, & priuationis, aut secundùm rationem excellentiæ, & defectionis sunt eiusdem sensus: alioqui nõ oportet, vt sermo prior docuit. Consentit istis Diuus Seuerin⁹ Boëtius libro primo musicæ capitu. 9. cuius verba hæc sunt. Ipse enim sensus æquè maximis minimisque corrumpitur; nam neque minima sentire, propter ipsorum sensibilium paruitatem potest: & maioribus sæpe confunditur, vt in vocibus, quæ si minimę sint difficilius captat auditus: si sint maximæ, ipsius sonitus intentione surdescit. Hæc ille, *Inuisibile autem aliud quidem omnino dicitur sicut & in aliis.* Veluti recapitulatio est acceptionum inuisibilis. Inuisibile quod impossibile est videri, vt sonus (sicut & in aliis sermonibus impossibile dicitur quod simpliciter non potest esse) aut inuisibile, quod & si secundum se videri non possit, per accidens tamen est visibile: aut tertiò quod prauè est visibile: siue quia maximæ est visibilitatis, aut quia minimæ. Et quod Boëtius legit, carens nucleis, Philoponus (vt diximus) vacans baccis legit. Et sensus nihil variat. Nam nucẽ dicemus vacare nucleo, aut quia fatua est, aut quia putrida. *Videtur autem principium esse potabile & impotabile.* Quod dicit illud est. Potabile & impotabile referenda sunt in gustum: vt enim quædam gustabilia, alia ingustabilia, ita gustabile duplex & poculentum, & impoculẽtum. Etenim si id quod habet succulentam & sapidam naturam, salutaris sit humoris, tunc potabile, seu poculentum dicitur, vt vinum. Sin verò olæserit animantis naturam, tunc impotabile siue impoculentum, vt quæ habent venænosum liquorem. Aduertas autem poculentum & impoculentum, vt autor est Themistius capitu. 35. referri in gustum, nõ vt gustus est saporum discretiuus, sed vt gustus tactus est quidam. Hoc enim modo sentire poterit humidũ aqueum, quod in poculẽtis, aut impoculentis cõsistit. Quod verò inquit potabile & impotabile esse principium, hoc modo audiri oportebit: humor ipse aquosus cũ sit materia saporũ, & materia sit initiũ rei:

 propterea

propterea ait, potabile & impotabile esse principium, subaudi gustabilium.

Tex.104 ¶Quoniam autē humidū est gustabile, necesse est sensoriū ipsius, neq; humidum esse actu, neque non potens fieri humidū: patitur enim aliquid gustus à gustabili, secūdum ꝗ gustabile est. Necessariū est ergo humectatū iri, quod potest humectari saluatum, non est autem humidū gustatiuum sensoriū. Signum autem est, neq; siccam existentem linguā sentire, neque multū humidam. hic enim tactus, fit primi humidi. vt cum quis antegustato forti sapore, gustat alterū. & vt ægrotātibus, amara oīa videntur: propterea ꝗ lingua plena huiusmodi humiditate, sētiūt.

¶Idest sensorium gustus, quod est instrumentum sentiēdi gustabilia. Huius conditionis sanè est, neq; actu humidum, recipiens enim naturam recipiendi exuit, vt bene recipiat. Cùm ergo sapor sit in humido, vt in materia necessum est sensoriū vacās esse ab humore. Verùm quia gustus saporis non exercetur sine humido, sensoriū ipsum in potentia est, vt mollescat humore. Sensorium enim tale est in potentia, quale sensibile actu. Cuius rei signum est, si lingua sit nimis arens & siticulosa, sapores non gustat. Rursum si sit nimio humore diluta, malè sentiet gustabilia: vt ægrotātibus contingit vicio sus gustus, quia humore nimio linguam occupatam habēt. Contexturam sic accipe. Quoniam humidū est gustabile, subaudi actu humida esse cibaria. Propterea sensorium gustus actu deponit humorē, quem cibus gustādus habet. At verò sensorium huius sensitiuæ potestatis nō est impotens: imò potens humescere: quippe gustus à gustabili cibo patitur humiditatis affectionem. Necessarium igitur, vt aliquādo humescat, quod est in potentia, vt humectetur. Cæterū ad illum solū humorē est sensorium hoc in naturali potentia, qui rationē conseruat sensorij.

Quale sensorium gustus.

¶Species autem saporum, sicut & in colorbus, simplices quidem cōtrariæ sunt, vt dulce & amarum. Consequuntur autem, illud quidem pingue, hoc vero salsum. Media autem horū, acre, & austerum & acerbum, & acidum. fere enim hæ, videntur esse saporum differētiæ. Quare gustatiuum est, quod potentia est huiusmodi. Gustabile autem, factiuum actu ipsius. Tex.105.

¶Aduertendū in huius loci gratiam, duplicis generationis esse sapores: aut à qualitatibus primis, quarum cōmixtio sapores generat, vt temperata harum qualitatum cōmixtio dulce. Sed distēperies, & excessus, aut defectus à mediocritate, cæteros procreat sapores. Aut secundò sapores generantur ex mutua saporum cōmixtione: vnde medij sapores ab extremis generantur, vt medij colores ab extremis coloribus. Quare in libro de sensu & sensi. capit. 4. septenario numero Aristo. cōclusit sapores, quoto collegerat colores. Sed secundum primū generationis modum, subiectum primū humidum est, & illi cōmixtum siccum. Nō quodlibet, vt Aristo. ait, sed siccum terrestre, & calidum est: quod mouet hæc duo ad cōmixtionem, & hæc generalis saporū causa: in specie verò causa est dulcis saporis à calido sufficienter digerēte, humidum. Verum calidi extenuātis humidū aqueum in humidum aëreum pinguis sapor est. Calidi verò non digerentis, sed adurētis humidum, sapor ponticus, sapor & amarus est &c. Philosophus autem hic amarum & dulce dixit esse species simplices, & cōtrarias: alias species medias iudicās, vt pinguis, salsus auster⁹, quas sigillatim persequemur, & si dulci sapori cohæreat pinguis, vt amaro salsus. Aristo. autem sibi nō constans cēsebitur: hic enim. 8. species saporū numerat & in lib. de sensu & sensato septenario cōduxit illas numero. Atqui pinguis sapor nō est essentia differens

Gemina saporis generatio

Saporum causæ generatim

rens à dulci, & ipsum consequitur: quare non connumerandus est vt diuersus. Nam facilis est transmutatio à dulci in pingue, aut cõtra. Id quod significat nõ longo hæc duo dispecta esse interuallo. Rursũ & salsus & amarus parua discrimināntur differẽtia: quia amara citissimè salsescunt, aut salsa amarescunt. Vt in mari cernimus, quod amaricans sentit gustus: vnde & sibi maris nomen ab amaricatione cõciliauit. Et mare quod sub tropico Cancri iacet, amarissimas creat aquas, quas pisces infestas habẽtes mare illud fugiũt: amara enim odit natura. Sub tropico vero Capricornij, vbi radiis solis mare non vrgetur, piscibus alendis est commodius. Cur ergo Aristoteles species. 8. enumerat? Siquidẽ salsus & amarus non prę ferunt specificam differentiam: vt neque dulcis & pinguis: qui hoc solo videtur differre, quòd pinguis frigidiusculus, dulcis calidior, vt amarus salso calidior & adustior. Philoponus verò. 8. ait esse legitimè relatas saporum differẽtias. Quorũ quidam extremi & simplices, vt dulce, amarũ, alij mixti, vt pingue & salsum, salsum. n. ex dulci & amaro cõflatur: alij verò intermedij, & nõ mixti, vt acrẽ austerũ, & acutũ, qui neutri⁹ extremorũ partem habent. Neque quia inter medij sunt sapores, ideò mixti: quãquã si mixti intermedij, fortassis quispiam soluet dicens Aristotelem nõ præcisum numerũ septenariũ saporum voluisse, sed ferè eodem docẽte libro de sensu & sensili. cap. 4. tot esse sapores, quot colores ferè. Quo loco etiam. 8. enumerat saporũ differentias. Cæterum quia hic Philosophus recẽsitis octo, dein septem ait esse sapores: vt septem colores: cogimur cum ipso fateri, septẽ esse species saporis: imò cuiuslibet sensibilis proprij septẽ & non plures sunt species, siue coloris, siue soni, siue odoris, siue saporis. Equidẽ hoc non erit difficile creditu obseruanti, vnũquenq; sensum esse vnius contrarietatis, mittimus modò tactũ. Habet ergo gust⁹ duos sapores contrarios extremos: amarus & dulcis ij sunt. At verò inter duo extrema cõtraria, vnicum tantũ est intermedium, per æqualitatẽ. Id quod tantũ particeps vnius quantũ alterius extremi. Neq; potest huius generis mediũ per æqualitatẽ, nisi vnum tantũ, quod æquali interuallo distet ab extremis, secundũ arithmeticã proportionem, vt inter. 9. & 3. nullum inuenias medium iuxta hoc genus medij, nisi sex: ita inter sapores extremos, est vnus medius sapor, idest, acutus sapor, verbi gratia, per æquã distantiam tantũ particeps dulcis, quantùm amari. En tibi tres saporum species. Duo extremi, & alter interueniens per ęquam distãtiam. At verò, sunt & alterius generis media, quæ non æqualis sunt distantiæ: & hæc sunt duo intermedia. Alterũ quidem inter vnum extremorũ & signatũ medium æqualis proportionis. Et rursum aliud inter illud inter mediũ æqualitatis, & reliquũ extremum. Fac ita se habere. a. & b. esse duo extrema, &. c. esse mediũ primi generis. Cõstitue rursum inter. a. &. c. medium inæquale. d. & inter. d. &. b. f. fieri: non potest inter. a. &. c. esse mediũ æqualitatis. d. Etenim si ita concesseris, iam tantundẽ conueniet cum. a. quantũdem cum. c. Nam iam medietatem habebit. a. & medietatem. c. C. autem medietas est ab. a. nam. c. mediat ex æquo inter b. &. a. Iam ergo habebit ipsum. d. plus a. quam. c. quia medietas. d. quæ est. a. ipso. c. fuit data ab. a. (Tene interim memoria hipothesim esse. d. æqualitatis medium contra, quã agit ratio hæc) Et rursum habet partẽ aliã mediam ab. a. ergo plus cõuenit. d. cum. a. quàm cum. c. Fieri igitur nõ potest, vt. d. vel. f. sint media ęqualitatis: sed necessario inęqualitatis. Sic ergo per hæc duo media quatuor species inter medias sensibilis proprij colligas. Nam si. d. fuerit vicinius. a. quàm. c. est altera species. Sin verò germani⁹ fuerit ipsum. d. ipsi. c. quam. a. erit altera. Itidem de. f. sumito. Est ergo necessaria demõstratione deductum præter species septẽ sensibile proprium alias non posse sortiri. Vnde iam accepisti tres saporis species secundum rationem medij æqualis, & extremorũ. Accipe reliquarũ exemplum, secundùm aliorũ mediorum & extremorum proportionẽ. Nam si sapor est inter acutum & dulce, sub distinctione vtendum est. Si propinquior est sapor ille inter medius duci, quam acuto, pinguis est: qui (autore Aristotele.) parua distantia declinat à pingui, lib. de sensu

Mare vnde dictum.

Colligũtur. 7 species in singulo sensili.

sensu & sensili. c. 4. Sin propinquior est acuto, acer est. Porrò autē, si sapor inter medios accipiatur inter acutū & amarū, eodem itinere progrediendū est. Etenim si sapor ille inter medi⁹ propinquior est amaro, est salſ⁹: si verò magis appropriet acuto, pōticus est, acidus autem sapor & acerb⁹, quia modicū differūt in mutādo gustū: ideo nō sunt duæ species, sed vna. Cæteræ autē differētiæ sumēdæ quidem sunt, secundū rationē immutandi gustū. Et cùm septē sint rationes notabiles immutādi gustum, septē itidem species cōnumerantur. Quapropter & si pingue & dulce secundū naturam admodū sint germana: quia tamē habent rationem diuersam immutādi gustū, sunt species diuersæ. Verùm naturæ germanitas ex vtriusque saporis cōpositione patet. Etenim pinguis hoc differt solum à dulci sapore, quòd nōnihil habet plus sicci terrestris quia viscosior & maioris lubricitatis est quàm dulcis. Quæ viscositas à sicco terrestri est tenente humidū aquosum, quod ab aëreo superatū est. Hoc idē in salso sapore & amaro philosophari possumus. Hæc enim & si habeāt germanitatē naturæ: etenim amarus sapor est ex cōbustione humidi & abundantia sicci terrestris: salsus verò & si ex cōbustione sit, non tamen tanta quæ humidum absumat, vt in amaro. Solùm igitur discrepātia est in humidi copia. Verū quia multò secus immutatur gustus, hoc atq; illo: propterea duæ species sunt: alij verò sapores, quos dixit Aristoteles esse in medio qui ab eodem referuntur aëre. s. acerbū, atq; acutū vt hos interpretatur Argiropilus: vel interprete Boëtio acre austerū, acerbum, & acidū eo in medio locātur: quia nō tam proprij, seu propinqui extremis sunt nō tantū habent cū extremis, idest amaro & dulci naturæ consortium, vt habet pingui scum dulci, & salsus cum amaro. Quapropter in medio dicuntur esse, nā sapor austerus, est nimis terrenus sapor, & ideo valde exsiccans propter copiā sicci terrestris, qua præditus est. Et hic est, vt sapor nesporum, qui stipticus est. Sapor autem acris ex calido cōplexionali nimis acuēte terrestre siccū complexionale, non tamen incēdente, nec cōburente est, vt sapor malorum citrorū, seu limoniorum.

Cur septē numerantur sapores,

Pinguis & dulcis vt differunt.

Hic acutus sapor altero vocatur nomine. Acerbus autē sapor, seu acidus, vel acetosus, est ex calido euaporāte humidū cōplexionale. Quare hęc sunt frigidę substantiæ, habēt tamen acutam actionem, & frigidā substantiam. Diuus porrò Gregorius Nisenus. 8. retulit saporum differentias, quę sunt dulce, acutum, acidum, stipticum, austerum, amarū, salsum, pingue. Stipticum autem & austerum accidente solo discernēda iubet, vt stipticus sapor sit vehementiùs afficiens gustum, quàm austerus: etiā si speciei cōmunione socientur. Quāobrem septē duntaxat species saporū diuersas existimauit: sub hac tamen censura, vt de simplicibus sit sermo speciebus. Nam saporum species compositæ septenarium numerum lōgè superāt: alia enim est dulcedo in caricis, alia in ficis, quàm quæ in dactilis &c. sic ille libro de viribus animæ cap. 3. Atqui ego etsi modos innumerabiles aduerto dulcedinis, & aliorū saporum, nō tamen species: omnes enim dulcedines sunt eiusdem speciei. *Quare gustatiuum est quod potentias huiusmodi*, idest, Sensorium in potentia habet omnes sapores: sapor verò est qualitas reducens in actu huiusmodi potentiam. Et absolutior est definitio libro de sensu & sensili. capit. 4. Sapor est passio facta à sicco terrestri in humido aquoso, alteratiua gustus ex potentia in actum. Circa huiusmodi locum Aristotelis longiusculè digreditur commentator Auerroës multis insistēs & accusans Galeni errorem, vt ipse inquit. Quæ vt planè legens intelligat, considerandum est Galenum. 4. lib. simplicium. Amarum & dulce noluisse esse extrema saporū: quia ea, ex quibus amarum & dulce dissultāt, non sunt extrema diuersa: dulce enim ex temperamento fit humidi cum sicco cōmiscente calido: amarum verò ab extremo calido comburente humidum. Iam vero temperatè calidum & immodicè calidū non sunt maximè distantia secundū calidū & frigidum. Quare nec contraria sunt. Hi ergo sapores contrarij sunt ducendi, qui ex cōplexionibus contrariis proficiscūtur: vt sapor acutus, qui vehementis caloris est: aut amarus, qui est vehemētioris, & sapor acetosus seu acidus (quem pōticum dicunt) contrarij erunt.

Diuus Gregorius de saporibus.

Galenus de saporibus.

Hi

Erratū Galeni. Hi enim distant maximè secūdùm rationem calidi atq; frigidi. Hoc est erratum Galeni secūdum Arabicā cōmentatoris philosophiam in cōmentario huius loci qui centesimus quintus est, & in lib. Collectaneorum. 5. cap. 27. Et primum argu- (1. collectio.) mentū est: quippe, amaritudo nō habet certā causam caloris aut frigiditatis. Iam enim amaritudo frigidi est, vt in nouellis fructibus, frigido abundantibus: & (Opium.) opium amarescit & frigidi est habitus, idest cōplexionis, & cucurbitarū genus quoddam amarulentum & frigidum. Et fortasse istæ cucurbitæ sunt coloquintidę quarum meminit scriptura. 4. Regum cap. 4. Rursum & dulcedo aliqua fortassis est à frigido, vt in fructibus præcocibus, qui nondum perfectam obtinuerūt (2. collectio.) maturitatem. ¶Argumentum secundū, ab amaro sapore est trāsitus per alios medios sapores, vt nigrum transfertur in album per medios colores: ergo amarū & (3. collectio.) dulce sunt extrema. ¶Tertium, quia habent extremam & valde contrariam gustus immutationem: dulcia enim gustus amanter amplectitur. Sunt enim nutrimenti magni. Aristotele autore. 9. de histo. cap. 7. Amara autem horret natura, vt quæ non nutriunt, sed purgant, abradunt, & corrumpunt vt catapotia indicant. Et Aristoteles docet sectione. 1. pro (4. collectio.) blema. 47. Quartum. Nam etiam si Galeno permittamus, amara vniuersa esse vehementer calida: illud non erit secundum naturam saporū, aut propriam cōplexionem ipsorum, sed erit respectu humani gustus, aut humanæ cōplexionis, in quæ habebunt operationem alicuius caloris, & si substantiæ sit frigidæ, vt de aceto diximus. In hunc modū placuit exponere huius Arabis philosophi argumenta. Conciliator autē differentia. 145. stat à Galeno, & illi impensissimè fauēs, duplicia distinguit saporum principia. Quædā enim sunt primaria, vt prima elementorum cōmixtio: vnde sapori conce- (Aduertas pro Galeno defensionē.) ditur natura atq; cōditio prima: alia verò sunt principia accidentaria, vt cæli influentia: ætatis, cibi, loci, victus ve mutatio: hæc enim & alia id genus, quādo mutantur accidentariam faciunt, nouamq; complexionem. Iam verò amarus sapor primariam causam habet ex calido vehementi, humidum aquosum incedente & comburente. At ex accidenti contingere poterit vt amarum sit frigidum, nō tamen secundū essentialem cōplexionem. Et itidem in saporibus aliis contemplandum est. Quare opium suapte natura frigidum est: quòd verò amarescit, non est ex natiua complexione, sed quia excalefit nimis, & partes humidas cōburit: itidemq; diceret in cucurbitis & aliis. Ego tamē huic defensioni assentire non possum: siquidem, aut illa accidentaria complexio superat opij natiuam complexionem, & sic cum sapore natura opij delebitur. Si vero nō superat perstat ergo in vigore suo natiua complexio opij, propriusq; sapor ipsi⁹ sentietur. Vt ergo totus sapor opij mutatur in amatū per incalescentiam? Semel igitur dicamus, Ga- (Consensio Galeni & Aristote.) lenum & Aristotelem sibi nō dissentire. Siquidem sapores bifariam considerantur, aut secundum rationem nutrimenti, & hoc pacto magnā vicissim habent cōtrarietatē dulce & amarum: dulcia enim plurimum nutriunt, Nono enim de historia. cap. 7. boues impinguari dulcibus traditur. Et (vt diximus superiùs) nutrimentum vltimum dulce est: amarum verò, vt amarum, est contrarium nutrimento, & ipsum dissoluit. Quare & ipsa purgāt magna ex parte, sectione prima problemate. 47. Similē quoque habent contrarietatē relata hæc duo in gustum. Vnde & archanæ literæ hos duos sapores amarum & dulcem, vt contrarios tradiderunt. Iacobi. 3. Nunquid fons de eodē foramine emanat dulcē & amarā aquam? Altero verò modo amarum & dulce sumuntur secundum qualitates, ex quibus oriuntur. Et quia illæ nō maximè distāt peritè dixit Galenus non esse contraria: quāquam ego crediderim Cōmentatori amarum nōnunquā à frigido ortū ducere, vt Arist. sectione. 2. problemate. 25. tradidit radices cucumerum amariores esse quàm reliquum corpus cucumeris: & tamen huiusmodi radices frigidiores sunt, quam cucumeres ipsi. Et experimēto didicimus melones tunc dulces atque decoctos esse, quādo radices amaricantur: quippe in radices confluxit frigiditas, quæ crudum reddebat melonis humorem. Sed de his hactenus.

¶Ceterū

¶Cæterum dubitabit aliquis, si sapor insipidus, sit cōnumerandus speciebus saporis? quippe, quidam contendunt esse insipidū speciem saporis. Quod saporis genus in fructib⁹ semimaturis, aut aquis iniectis cernimus: aqua enim sapores diluit, & facit fructus insipidos. Responsio est, insipidus sapor nō vno modo est: est enim quandoq; priuatiuum nomen, aut negatiuum, & sic non est species. Sed saporis priuatio, aut saporē flacidum, siue laxum significat: & sic reducitur in aliquam speciem relatarum, sicut & multi alii, qui videntur sub illis. 7. non colligi in illas septem species coagmentantur, quanquā aliis nominibus insigniantur.

Obseruatio de sensorio gustus.

¶Iā verò de sensorio gustus paucula adiiciamus. Dixit Peripateticus libro. 1. de partibus. cap. 11. apicē linguæ esse huius facultatis sensoriū. Quæ verba sunt ambiguæ disputationis. Equidem nos ciborum sapores, sapore iniecto intra linguam, melius sentimus, quā si apice linguæ tangamus. Et Aristo. lib. 3. de histo. cap. 8. dixit linguam esse saporum percipiendorū ministram. Cōmentator Auerroes lib. 1. collecta. cap. 7. palato & linguæ vim tactificam concessit: istis enim gustamus. ¶Hic autem repetenda est distinctio cōmemorata: gustus etenim iam sensum discretiuū saporū significat, iam verò est quidā tactus: vt tactus est, habet neruum expansum in totam viuētis molem, vt dicemus: vt gustus verò neruus quidam gustatorius, cuius iam supra meminimus, à cerebro deriuatus in linguā sensorium est. Arist. autem per apicē linguæ non cuspidē solùm audiuit, sed priorem linguæ partem, cui quia neruus subtilior est, propterea illa exactius discernimus sapores. Plinius autem lib. 11. cap. 37 de re hac scribens hæc tradidit. Intellectus saporum est cęteris in prima lingua homini & in palato. Significans verbis istis brutis discretiuum saporū sensum, quem ille intellectum vocat, esse in cuspide linguæ: quā primam linguam appellat: homini non solùm in cuspide, sed in palato, discretionē saporum vigere. Aristoteles autem non plenam consensionē cum Pliniano dogmate pręfert, palatum credens quibusdam piscibus esse pro lingua lib. 3. de histo. cap. 8. Est autem piscis, cui palatum pro lingua est, ciprinus nomine, authore Aristo. eo in loco. Non ergo homini soli est palatum discernens sapores, vt Plinius censuit. Quòd autem pisces sensum gustus habeant, Aristo. loco dudum à me indicato constare dixit: quippe multi suis saporibus gaudent: & escam in primis ex pisce, quem vocant Amiam, expetūt. Fortassis Plinij sermo non de omnibus brutis est accipiendus, sed de maiori parte. ¶Si quis verò obstreperit nobis Aristot. libro de sensu & sensili. capit. 2. dixisse sensorium gustus esse iuxta cor, & de iuuentute & senectute. cap. 2. sensorium ait gustus manifestè in cor tēdere, nos faciemus satis huic obstrepenti, si dicamus gustum Aristot. iam esse quēdam tactum, iam verò esse facultatem sapores diiudicantem. Ethicor. 3. cap. 10. vt tactus est eius sensorium, in cor tendit, vt gustus vero est, habet sensoriū quod diximus. Medium autē huius sensus, est humidum saliuosum: quod quidem defert sapores in neruum commixtū linguæ, quæ ob hoc valde porosa est: vnde humidum solum nō est materia & subiectum saporis, humidum inquam simplex, vt aquæ elementariæ: nam elementa sunt insipida, sed humidum sicco commixtum sapores recipit. Verum est medium saporum humidum saliuosum, quod linguæ immixtū est. Nerui autem isti, qui sensum continent, gustandi ortum suum ducunt, à tertia coniugatione neruorum, quæ initium habet ab eo loco, quo se contingunt pars anterior, & posterior: qui per crassam capitis meningem descendunt in palatū, idest, partem extremam linguæ. Pete à Galeno libr. 8. & 9. de vsu partium.

Medium gustus humidū saliuosum.

Caput

CAPVT. XI.

Implexam introducit quæstionẽ, an tactus vnus an plures & vix quid demũ velit disces. Carnem esse medium non sensorium credit, & tactus obiectum definit.

Tex.106



DE TANGIBILI autem & tactu, eadem ratio. Si enim tactus non vnus est sensus, sed plures, necessariũ est & tangibilia, sensibilia plura esse.

¶Hic sensus tactus postremus collocatur secũdum seriem sensuum exteriorũ. Cuius rei causam capite de visu exposuimus. Subit autem eadem rationem cum cæteris sensibus exterioribus, quantum est rationis, exterioris sensus: huius enim solum præsentia sentire id quod tactus præstat. Ergo ait Aristoteles. *De tangibili autem & tactu eadem ratio,* Idest. Si tactiles qualitates sub vno genere tãgibili comprehenduntur, sensus tactus est, sin verò tangibilia diuersi sunt generis: & tactus itidem diuersi specie erunt.

Textus. 107. ¶Habet autem dubitationẽ, vtrũ plures sunt, an vnus. Et quid est sensorium tangibilis, vtrum caro & in aliis proportionale, an non, sed hoc quidem est medium, primum autem sensoriũ aliud quid dam est intus. Omnis etenim sensus, vnius contrarietatis esse videtur. vt visus, albi, & nigri, & auditus, grauis, & acuti, & gustus, amari, & dulcis. In tangibili autẽ, multæ insunt contrarietates, calidum, frigidum, humidum, siccum, durum, molle, & aliorum quæcunq; sunt huiusmodi.

¶Duo quæ difficilem habent solutionẽ, exquirit Aristoteles. Alterum est, si sensus tactus est vnus sensus, an plures specie diuersi? Id quod in aliis sensibus non exquisiuit, excepto olfactu, quippe, in visu, & auditu, nihil erat, quod vehementer scrupulum ingereret, si vnus an plures singuli essent, vt in olfactu & in sensu tactus. De olfactu sane diximus, quid ad pluralitatẽ vrgebat, de tactu verò nunc dicemus. ¶Secundum autem quod hic Aristoteles agitat, si caro est sensoriũ facultatis tactiuę. Et primum horum argumẽtis istis disserit, sensus vnus est vnius contrarietatis, vt visus albi & nigri, auditus acuti, & grauis, olfactus molesti & suauis odoris: gustus, dulcis, & amarulẽti. Tactus autẽ est calidi & frigidi, & humidi & sicci, quæ sunt duæ coniugationes contrariorum, nõ est igitur vnus sensus tactus, sed plures. Alter vnius coniugationis contrariorũ, alter verò alterius. Hoc est argumentum primum, quod secundum est audiamus. Omnis vnus sensus circa vnum genus est: tactus verò nõ est vnius generis, sed plurium: non ergo vnus. Maior singulis sensibus expositis patet. Visus coloris, auditus soni, gustus succi, olfactus verò genus non habet nominatum: quia nobis tenuis est. At verò tactus cùm sit nobis sagacissimus, nõ habet vnum genus, neque innominatum: nam si quis subterfugiẽs, diceret genus esse vnum cõmune tangibilium, sed nomine vacans, hoc refelleres facilè: quippe cum nobis sit sensus iste exactissimus non esset sine nomine hoc genus, Primã autem istarum rationum Aristoteles reiicere videtur, dicens. *Scrupulosa quæstio si tactus vnus est*

¶Habet autem solutionem quandam, ad hãc dubitationem, nam & in aliis sensibus sunt contrarietates plures. vt in voce, non solum acumen & grauitas, sed & magnitudo & paruitas, & lenitas & asperitas vocis, & huiusmodi alia. Sũt autem & circa colorem, differentiæ huiusmodi aliæ. Sed quid sit vnum subiectum, sicut auditui sonus, sic tactui, non est manifestũ. Tex.108

Et

¶Et quod dicit illud est. Nihil detrahit de vnitate sensus contrarietatum multitudo. Etenim visus & si vnus sit, multis refertus est contrarietatibus: est enim albi, nigri, clari, obscuri, intensi, remissi, iocundi & molesti, cōfortantis & debilitātis coloris. Auditus deinde, est acuti, grauis, clari, & obscuri, magni, & parui, asperi, & lenis soni. Cæterum hæc tam multiplex contrarietas vnitatem istorum sensuum nō imminuit. Similiter ergo in sensu tactus licebit, cum vnitate sensus multas illi sensiles tribuere contrarietates. Hæc solutio est Aristote. Argumento. 1. quam non tanquam veram & seriam exhibet, sed vt verisimilem & phaleratam, quam Themistius reiiciens inquit, eò infirmam esse, quò cōtrarietates prædictæ sunt cōmunia sensibilia: nam magnum & paruum à multis sensibus sentiuntur: itidem & leue & asperum. Quapropter non sunt contrarietates vnius sensus exterioris, sed plurium. Contrarietates verò sensus tactus illę proprię sensui tactus & non cōmunes: nam calidum, frigidū, humidum siccum, graue, & leue, nō sunt cōmunia multis, sed vnius tactus. Quam obrem credit Themistius rationem primam Aristotelis, suo robore persistere. Id quod verba hæc insinuant. *Sed quid sit vnum subiectum sicut auditui sonus sic tactui non est manifestum.* Id quod secūdum esse argumentū diximus superiùs, & prioris confirmatio. Philoponus autem deceptum credit Themistium intelligētia huius loci. Siquidem quæ dixit ipse sensilia communia veluti est, magnum, paruum, si in sonis sumantur, solius sunt auditus. Rursum etiam clarum & obscurum, si de vocibus dicantur per similitudinem colorum dicuntur, vt vox quædam dicatur clara, alia verò obscura secūdum metaphoram vocum. Intēsum rursum & remissum, non sunt cōmunes contrarietates, secundum vnam rationem, sed diuersis. Nam visus sentit intensum, & remissum colorum, auditus sonorū: olfactus, odorum. Simplicius est huius quoq; sententiæ, has differentias sensibilium, non esse cōmunes omnibus sensibus, sed proprietates singulorum sensibilium, vt coloris intensio & remissio, claritas obscuritas vocis, magnitudo & paruitas, odoris vehementia & exilitas, vtimur tamen eodem nomine sæpe: vt magnus color, magnus sonus: sed æquiuoce. Nam color magnus est ab intensione graduum, sonus à vehementiore percussione, Diuus Thomas in cōmētario, Themistij potiùs quam Philoponi, & simplicij probatam habet sententiam, & si neminem horum indicet, & aduertit in vno genere possibiles esse plures cōtrarietates, post primam: vel per modum diuisionis, sicut in genere corporum. Prima contrarietas est animati & inanimati. Et quia animatum corpus diuiditur per sensibile & insensibile: & sensibile, per rationale & irrationale, per distributionem harum differentiarum sunt contrarietates multę. Rursum & est aliud genus contrarietatū sub eodem genere, non per differentias per se, sed per differētias per accidens: vt corpus physicum est multiplicis contrarietatis, album, nigrum, calidum, & frigidum &c. Vnus igitur sensus est vnius obiecti, quod genus vocatur. Hoc autē obiectū, vni sensui correspondens est vnius contrarietatis per se & primæ: poterit tamen habere multas per accidens cōtrarietates, vt genus coloris vnam habet, album, nigrum, quæ per se & prima est illius generis: vnde cęterę species hauriūt suam differentiam: intēsum autem & remissum, & cætera quæ recensuimus, sunt per accidens contrarietates, vt in genere soni graue & acutum, sunt per se & prima cōtrarietas. Nam in quolibet genere vt decimus primæ philosophię liber textu. 24. vna est prima contrarietas. Molle autem & asperum soni sunt quasi per accidens cōtrarietates. Sensus verò tactus refertur non in vnam primam contrarietatem solum, sed in duas per se & primas contrarietates. Et fortasse in plures alias primas, vt sunt delectabile & dolorificū, & alias, quas infra dicemus: ergo sensus tactus non est vnus, sed plures: est tamen sensus tactus vnꝰ ratione subiecti in quo est. Est enim in viuente, quod est vnum: quæ vnitas materialis est. Tamen formaliter & secundum speciem credidit sanctus iste esse plures sensus tactus. ¶At in prima parte summę theologicę. quęst. 78 arti. 3. diluens argumētum tertium non habuit rem ita confessam, vt modò. Relata

Themistij reprehensio.

Multa cōtrarietatum genera.

Diuersitas in s. Thoma.

lata enim Aristo. sententia, sensum tactũ esse multiplicem secũdum speciem, quia est multarum contrarietatũ, subdit posse tamen dici, ꝙ omnes illæ contrarietates, & singulæ conueniunt in vno genere proximo: & omnes in vno genere cõmuni, quod est obiectũ tactus secũdum rationem communem. Sed illud genus commune est innominatum, sicut etiam genus proximum calidi & frigidi est innominatum. Similiter quoq; diluens argumentum quartum, nonnihil hæret: si sensus tactus vnus est specie, an plures. Quæ autem Caietanus in huius capitis de anima Commentario inquit, sensum tactus non esse vnũ vnitate generica prędicabilis generis, neq; vnitate specifica, sed vnitate generis subiecti: quia dubitationem hanc non illustrat, sed obscurat, amplius non moror excutere, quãtæ sint veritatis. Sanctus Thomas autem non solũ acquiescit Themistio in placito isto, sed & magistro suo lõgè dignissimo Alberto, in summa đ homine tractatu de tactu. q. 2. qui tactũ distinguit. Iã. n. tactus ipsam formam sensitiuam significat, qua animal: dixit enim Aristo. suprà tactum esse principiũ constituẽs animal. Atqui hac ratione tactus habet in organum, totum corpus animalis temperatum quatuor qualitatibus primis. Et quia quædã sunt partes animalis, quæ æqualitatem complexionis magis participant, vt caro, neruus, cutis, aliæ quę ab hac recedũt hac ratione secũdum partes priores magis sentit. Partes tamen alię non sentiũt, nisi vt vestiũtur panniculis: vt ossa, pili, cornua, vngues: hæc non sentiunt, nisi vt coniunguntur pãniculis neruosis. At verò tactus hac ratione præcipuè est in corde: quippe, quod est totius corporis principium, & vnde totius corporis pendet complexio, & continentia. ¶ Altero autem modo tactus non formam, sed potentiam particularẽ significat, quæ alijs annumeratur sensibus, q indicat de tangibilibus qualitatibus: quo sanè modo sedẽ habet tactus in cerebro, vbi est iudicij sedes. Vt ergo tactus forma est, vnus est: vt autẽ est potentia, plures est, & non vnus: quia non est vnius contrarietatis, sed plurium. In hac autem Alberti confessione est nonnihil, quod mihi nullatenus probatur, animam sensitiuam apprehendere tangibilia sine facultate tactiua: nam ait tactũ vt forma est, esse præcipuè in partibus æquabilib⁹, vt neruo, carne, cute, & nõ vti medio, vt sentiat: sed totũ corpus organi officio fungi. Igitur tact⁹ vt aĩa est, per seipsum sentit sine facultate tactiua. Quo ergo est necessaria ista tãgendi facultas? Nam qđ ait, vt iudex est tactus in cerebro, dicerẽ animam in cerebro esse iudicem, in corde autem apprehensiuam. Hoc sanè argumentum ab hipothesi pedet illa, potentias animæ diuersas. Cui hipothesi Albertus cõsensit, vt proprius locus huic quæstioni demõstrauit. Aegidius post hos factioni adhæsit neganti, tactus vnitatem. Credidit nanq; tactus esse specię plures: quippe obiecta non sunt vnius rationis: nam calidum, frigidum, humidũ, siccum, graue, & id genus, non possunt in vnam reduci contrarietatem. Et hi omnes Aristotelis rationes, quæ hoc colligebant, credunt non esse solùm verosimiles, sed necessarias: & solutionẽ peripateticã priorem deludentem rationem, esse phaleratam, vt diximus. ¶ Philoponus vnũ tantum sensum tactum credẽs, vnũq; organum carnem, illam solutionem argumẽti non apparentem, sed veram iudicauit. Secundo argumento Aristo. Atticos respondisse ait, qualitates tangibiles in vnum reducẽdas, idest, resistens, & resistẽs non significat illud, quod non cedit: vt sunt dura corpora. Nam hac ratione nõ esset commune tactilium genus: sed est altera tactilium differentia. Enimuerò durum & molle quædam tactilium contrarietas est: verũ significat resistẽs quoduis corpus naturale. Hæc autem argumẽti Arist. solutio est inanis: nam calidum, frigidum, humidum, & siccum, vt reducũtur in resistens, quandoquidem hęc tanguntur sine resistentia? Et rursum, si resistens est corpus naturale, corpus autem naturale non est tangibile per se, sed solum per accidens (nam corpus naturale est substantia) vt ergo per se tactilia reducentur in per accidens tactile? Corpus sanè naturale est subiectum, & materia tangibilium qualitatum: non tamen est genus, quia de tangibilibus non prædicatur per se sed per accidẽs vt illa est prędicato,

Duplex tactus.

Excutitur Albertus.

Solutio. argu. Aristo.

dicatio, calidum est corpus physicũ. Sed quid sit iudicandum de Aristo. placito, in calce Commentarij aperiemus. Sufficiat in præsentia, quid de hac controuersia Gręcis atq; Latinis nobiliorib⁹ visum fuerit dixisse. In elucidationẽ textus pedẽ referam⁹. Erat ergo dubiũ primũ si tactus vnus sit an plures. Si.n. tact⁹ plures & tangibilia plura, est offensio in verbis huiusmodi: nam huius conuersa erat pro ponenda, si tangibilia plura, tactus sunt plures. Nam tangibile est quasi obiectũ. Dicito hæc duo se mutuò consequi, tactus plures, & tangibilia plura: quare accepit vnam propositionem loco alterius Aristo. Quamobrem, vt hoc ostenderet: dixit, de tactu & tangibili eadẽ ratio est: quia hæc sunt oppositam relationem habentes: & oppositorum est eadem ratio. Refert igitur nihili, si priùs de tangibili, quàm de tactu, aut ordine diuerso, sermo disputationis huius habeatur. Poterat sanè disputare, si tangibilia sint vnũ, aut plura: commodiùs verò ducens in tactũ reuocauit quæstionem: quippe, cùm sint plures contrarietates tangibilium, non cõmodè disputaretur de tangibili, etiã si cùm sit eadem ratio vtriusq;, refert nihil, hoc aut altero differendi modo rem egeris.

Elucidatio textus.

Quod sit sensoriũ tactus.

Alterũ autem dubium, quod est sensorium tãgibilis, an caro, & quod est carni proportionale? Quod adiecit, quia nõ omnia animalia habent carnẽ, vt pisces, insecta, & id genus: est tamẽ istis aliquid carni proportionale. Si hoc est sensoriũ, an mediũ sit caro: & sensorium est aliud intimè conditum, id est, neruus aliquis, quem caro, vel quod vice fungitur carnis, obtegit. Recopilatio autẽ literæ hæc est, cùm vna sit ratio tactus, & tãgibilis, si tactus non est vnus sensus, neq; tangibilia comprehẽdentur sub vno obiecto. Quare digna, quæ agatur dubitatio, si plures sunt sensus tactus? & quod sit huius sensus sensorium? an caro in quibusdam animalibus quæ carne constant, an carnis aliquid vicem gerẽs, in ijs quæ ex carne non consistunt, vt pisces atq; insecta, *an non?* Id est, an caro non est tactorię facultatis instrumentum? Sed illius mediũ cõcedere cõmodior esset cõcessio: est enim diuersum medium à sensorio. Et si caro sensorium nõ est, erit sane aliud sensorium primũ, vt qui introlatet neruus. *Omnis enim sensus vnius cõtrarietatis videtur esse.* Argumẽtum primum est, quod satis exposuimus. *habet autem solutionem.* Id est, fortasis soluet aliquis itidem alijs sensibus esse contrarietates multas, etiam si quilibet sit vnus. *sed quid sit vnum subiectum.* Vocat subiectum ipsum genus, quod est vt materia differentiarum: continet enim illas in potentia, vt Aristo. 10. meta. c. 10. & aliàs sæpe tradidit. Hoc ergo est subiectum auditus, sonus: & visus, color: hæc enim sunt genera suarum specierũ: nam color vniuocè prædicatur de coloribus, & sonus de sonis, &c. At verò non est huiusmodi genus, quod secũdum vnam rationem prædicetur de calido frigido, vt ait Commẽtator Auerroes. Com. 108. subaudi, aliquod genus non est commune, quod proximum sit, quia remotum: hæ tangibiles qualitates sub qualitate locãtur. Nunc autem de huiusmodi genere non habetur ratio, sed de genere proximo. Etenim scimus qualitates esse pasibiles, vt est calor, frigus, humor, & siccedo, & hanc ob causam esse vnius generis generalissimi, & subalterni, has primarias qualitates. Quod verò Commenta. ait genus non dici de istis, nisi purè æquiuocè, subaudi physica ratione, nõ dialectica. Genus etenim secũdum physicam considerationem æquiuocum est in species: in genere enim latent æquiuocationes, etenim habet species varias. At verò dialecticus genus quodlibet pronuntiat vniuocum: hic enim non obseruat rerum perfectiones, vt physicus, sed rationem prædicandi, quæ vna est ad species in quouis genere. Et si hoc Aegidius Romanus curasset, aut aduertisset, nihil erat quòd Auerroi obstrueret calũnias. Vnum autem est, quod iusta ratione negligendum est in Auerroe: censuit enim grauitatem & leuitatem, esse substantiales formas. Neque ipse vnus est, qui hoc dixerit: sed quicunq; hoc dixerit, nõ est audiendus. Vt enim essent grauitas & leuitas tãgibilia per se, si substãtiales sunt differentiæ? Sensus enim est accidẽtium solum, non substantię, nisi per accidens. Fortasis autẽ est illi sensus abstrusior, quẽ tamen modo scrutari nihil est opus. Aduertas sub hæc accuratè verba Arist. qui

Tangibilia caret genere proximo vno.

Auerroes de errore notatur.

qui non dixit non esse vnum genus cōmune tactibilibus qualitatibus sed non esse manifestum. Et quantum intersit inter vtrumq; sermonē, satis est hebes, qui nescit, multa enim sunt occulta, quæ tamen sunt reuera.

Tex.109 ¶ Vtrum autem sit sensorium intus an non: sed mox caro, nullum videtur esse signum: fieri sensum simulatq; res tāgūtur. Etenim nūc siquis circa carnē extēderit: vt pelliculam faciens, similiter sensum mox cum tetigerit: insinuat & tamen constat, quòd non est in hoc sensorium. Si autem & coniunctum fuerit, citius pertinget vtique sensus.

¶Secundam quæstionē, quā protulerat, recipit differendam. Nāq; hæc, vt Auerroes adnotauit, conducit admodū quæstioni primę. Si enim sensoriū, seu tactorium instrumentnm, sit vnum: vnius erit tactus, vt alijs sensibus cōtingit, vni sensui vnum esse sensorium. Et quod dicit illud est. Qui ducunt carnē esse sensoriū hac coniectura tenui vtuntur: tactorium sensorium est, quo primo tactio sentitur: caro est, qua primò tactio est, igitur caro est tactorium instrumentum. Hęc autem tenuis est coniectatio: nanq; si vola manus esset obducta subtilissima pellicula, vt allij: hac quoque primò tangeremus: quæ tamen non esset tactorium instrumētum. Maior ergo syllogismi falsa est, & signū hoc nullum est, quod simul atq; caro tāgit, sentimus. Literam autem Aristote. sic exponamus. *Vtrum autem sit sensorium intus*. Siue internus aliquis neruus sit sensorium tactus: an non neruus, sed ipsa quæ in propatulo est caro. Nullum argumentum est, si quis hoc secundum putet, vtens hoc in signum: caro simulatque tangitur, sensio adest: ergo caro sensorium est. Etenim siquis quam infirmas habeat hoc argumentum vires, cupit scire, hinc discat. Coextendat pelliculā carni, vt illa tangitur, sentimus, neq; subinde illa est sensorium. *Si autem*. Si pellicula cōiuncta humana industria arctissime hoc habet, vt cum primo tangitur sensionem experiamur, multò vehemētius ipsa caro natura ipsa cōiuncta est. *Si autē & coniūctum fuerit citius pertinget sensus*. Idest, pellicula tenuis allij, aut alterius rei strictè copulatę manui, cum primò tāgitur, sentitur tactile, multò vehementius si esset secundum naturam coniuncta, vt caro. Hæc ergo coniunctio naturalis causa est, quòd caro putetur instrumentum: quia latet nos, quod aliud tangat simul cum carne, aut prius carne. Nam si pateret carnem non tangi sed species nuntiare sensui, solum diceremus illam non tactorium instrumētum, sed medium. Hoc autem latet: quippe ipsa videtur primò tangens. Hoc autem, quia coniunctio naturalis facit dicit, Aristoteles. fallere signum.

¶ Quapropter & talis pars corporis videtur sic se habere, sicut si circulariter nobis adnatus esset aer. videremur enim vno quodam sentire & sonum: & colorem: & odorē, & vnus quidam sensus esse: auditus: & visus: & olfactus. nunc autem quoniam determinatum est per quod fiunt motus: manifesta sunt prædicta sensoria: diuersa esse. Tex. 110

¶Similitudine quadā demonstrat, quod dixerat carnem non esse sensorium, sed medium tactiuæ facultatis. Fingat aliquis nobis adnatum esse aerem, qui nos ambiret circum circa: hic aer congenitus nobis esset, vtique per quem & colores videremus, & sonos audiremus, & odores olfaceremus. Et quāq̄ nos lateret, tunc si aer erat sensorium vnum horum trium sensuum (quia nobis erat ille adnatus, & totum animalis obtegens corpus) tamen reuera non esset tum aer sensorium, sed esset vnicuiq; sensui propriū sensorium. Visus enim suo frueretur sensorio & auditus itidemque olfactus. Sic propemodum, & modò etiam si nos lateat sensorium tactus, & forsitan credat ali-

aliquis carnem esse: quippe quæ nobis adnata est, tamen ipsa est medium & nō sensorium. Verborum autem dictio prō pta. *Quare propter talis pars corporis.* Id est, caro ita se habet, vt si nobis adnatus esset aër. Vnde dixit Commentator hoc Commētario. Continuatio non præstat alicui membro esse sensorium, sed solùm faciliorem transitionem specierum per interiacens membrum illud. Quamobrē etiam si caro sit continua, nō ideo inter sensoria referenda.

Text.111. ¶In tactu autem, hoc nūc immanifestū est. ex aëre enim, aut aqua, impossibile est constare animatū corpus. oportet enim, solidū quod dam esse. Relinquitur igitur, mistum ex terra & ex his esse, quale solet esse caro, & proportionale. Quare necessarium est, & corpus adnatum esse medium tactui, per quod fiunt sensus qui plures sunt.

¶Quod dicit, tale est. Latet nos sensorium tactus: quippe, sagax & prouida natura aduertens necessarium admodū esse animalia quam citissimè tactilia, lędētia aut conueniētia sentire, nanq; si tardum habuisset sensorium, hinc imminebant sibi summa detrimenta, quę vniuersa citissimus tactus cauet. Vt autem sit ocyssimus tactus, datum est animali medium sibi cōtinuum, caro idest, citiùs enim sentitur per medium continuum, quàm cōtiguum. Hoc autem medium cōtinuum animali non aër aut aqua poterat esse: quippe, animalis corpus est solidum, & consistentiam habet quæ neq; aëris est neq; terræ. Hac quoq; ratione est corpus animali carneum, vel quod huius vice fungitur, vt corpus animalis cōpactum sit & solidæ consistentiæ. Quapropter & viuentium corpora refertiora sunt substantiæ terrenæ, quā aëreæ vel aqueæ. Et clanculum insimulat Platonem, qui animalia aërea censuit esse quædā, & ignea alia, siue cælestia: cælos enim dixit animalia, quanquā ipse æquiuocè dixit animalia, vt in quæstione huic rei propria

Platonis insimulatio.

disseruimus. *Quare necessarium est.* Collectio priorum est, Corpus quod est tactus medium, est animali adnatum, & illi cohærens, & illi contiguum, per quod tactus multiplex fiat. Hìc citra controuersiam tactus plures docet Aristoteles, etiam si Philopono vnus sit tactus, non plures.

¶Demōstrat autem quòd plures sint, qui in lingua tactus. omnia enim tangibilia sentit, secundum eandem partē, & saporem. Si igitur & alia caro sentiret saporem, videretur vnus & idē esse sensus, gustus & tactus. nunc autem duo propterea quòd non conuertitur. Tex. 112.

¶Credit Philopon⁹ hæc verba esse refutatoria cuiusdam hypothetici syllogismi, qui huius formæ est. Si tactus sensorium vnum, tactus vnus est: at verò sensorium vnum est, ergo & tactus vnus. Assumptio probatur: nam caro, quę est sensorium, est vna: hunc ergo syllogismum refutarat Aristoteles textu. 110. dicēs, & si per aërem vnum adnatum nobis: visus videret, auditus audiret, olfactus olfaceret, tres tamen isti sensus different: ita & si sensorium tactus sit vnum, tactus ipsi erunt plures. Et secundo reijcit modo eundem syllogismū hoc modo: tactus & gustus sunt diuersi sensus, lingua nanq; solùm conscia est saporum, cæteris partibus animalis tangentibus & non gustantibus: tamē gustus & tactus habent vnicum sensorium. Nam per eādem partem gustando tangimus, non ergo connexio probabilis est. Est sensorium vnum caro, ergo sensus vnus. Itaque huic interpreti visum est Aristotelem non eò hæc dixisse, quò putet sensus tact⁹ esse plures, sed quò infirmet collectionem istam: si caro est vnum sensorium, tactus est vnus. Literam explanemus. *Demonstrat autem quod plures.* Subaudi, tactus qui in lingua est tactus & gustus, tactus quia omnia tangibilia sentit: & gustus, qa sapores, & hoc secundum eandem partem, idest, linguā. Si igitur alia caro, quæ nō est linguæ, sapores sentiret vt caro, quæ est in reliquo corpore animalis, videretur vnus & idē esse

Etiam si sensorium vnum tactus nō vnus.

esse sensus gustus & tactus, nunc autem sunt duo sensus, propterea quod non cõuertitur idest alicubi est tactus vbi non est gustus vt in manu: tamen vbilibet est gustus inibi est tactus. Et hęc dispositio est cohærens sententiæ neganti carnem esse sensorium sed medium tactus animali cohærens, quod & si vnum non subinde tactus est vnus & re librata non meminit hic sensorij, sed partis: ait enim gustum & tactum per eandem partem sentire. Alioquin diceret aliquis gustum, vt gustus est habere diuersum sensorium à tactu, vt tactus est, nam gustus non est tactus simpliciter, sed tactus quidam, vt capite pręcedẽti exposuimus. Et planè Aristo. sermo non aliud prefert, quàm carnẽ si concedamus vnum esse medium in tactoria facultate: nõ subinde tactoria hęc facultas est vna, quia caro vna. Nam gustus & tactus in lingua vnico funguntur medio, quod est linguæ spongiosa caro tamẽ duo sensus esse tactum & gustũ nemo inficiabitur.

Tex. 113. ¶Dubitabit autem aliquis. Si omne corpus profundum habet, hoc autem est tertia magnitudo, quorum autem corporum mediũ est aliquod corpus non cõtingit ipsa seinuicem tangere, humidum autem non est sine corpore neq; humectum, sed necesse est aquam esse aut habere aquã, quæ verò tangunt seinuicem in aqua cũ extrema sicca nõ sint necesse est aquam habere mediam, qua repleta sunt vltima, si autem hoc verũ, impossibile est tangere aliud, aliud in aqua. Eodem autem modo, & in aëre. similiter enim se habet aër, ad ea quæ sunt in ipso, & aqua, ad ea quæ sunt in ipsa. latet autẽ magis nos. sicut & quæ sunt in aqua animalia, si humectum tangit humectum.

¶Prædicta satis suaserũt carnem esse medium intraneum, quæ verò modò addit, dubitationem proponunt aliam: si tact⁹ habet extraneum medium cum cæteris sensibus. Si quidem videbitur alicui nihil nos posse tãgere, nisi interueniat aer, aut aqua. Et primũ in aqua est manifesti⁹, nam nobis tangentibus corpora, quæ in aqua sunt mediam aquam sentimus: vt si digitum infusum habeamus oleo, tangẽdo lignum oleum medium est: ergo similiter in aere nihil tangemus, nisi per mediũ aerem. Quod autẽ necessariò inter duo corpora tangentia sit mediũ: probat supposito: quodlibet corpus habere tertiã magnitudinem, idest dimensionem: est enim cuius libet corporis trina dimẽsio, longitudo latitudo, & profunditas. Iam ergo fieri nõ poterit, vt in aqua, duo corpora sine interstitio alterius corporis se contingere, quippe inter hæc duo media est humiditas, vt si manus tetigerit lapidem sub aquis, & lapis est humectus, vt sensu cernimus, itidem & manus ab aquis madefacta abstrahitur. Hoc ergo humidum necessario est in corpore: humor enim si superficiem tenuerit corporis solum humectum corp⁹ reddit. Si verò cũ superficie profundum tunc humidum corpus & non humectum dicitur. Quòd si superficie & profunditate humore afficitur vtrũq; erit & vt man⁹ vel pes intinctus aqua. Colligitur humor intercedit inter duo corpora se tangentia in aquis & humor necessario est in corpore, & omne corpus necessario est profundũ: ergo inter duo corpora huiusmodi mediat ꝓfũditas alterius corporis: ergo illa duo immediatè non se contingunt. Et quia litera non nihil obscuritatis lectoribus. offundit sensum interpretemur. *Dubitabit autem aliquis.* Si tactus medio extraneo vtatur, qui intranei esse compos traditus est. Causa autem dubij non est leuis: omne nanq; corpus trina dimensione dimẽsum est. Quarum altera profunditas est, hæc autem si media est inter duo corpora necessarium est hæc non se immediate contingere, interuenit enim media corporis profunditas. Iam ergo hoc faciliùs in aqua ostendemus: fac enim illic duo corpora se contingere humiditas media erit: humidum autem non est sine corpore,

An tactus egeat extraneo medio.

Quid humidum & humectum.

re, neq; humectum corp⁹ id quod superficie tenus humorem habet. Quod verò interueniat humiditas, inde colligas: nã quæ se inuicem tangunt in aqua, extremis non sunt siccis, sed humentibus, vt extrema supficies lapidis. Quare vltimę horum superficies oppletę sunt aqua, impossibile est ergo aliud corpus in aqua aliud corpus contingere immediatè, eodem autem modo & in aere. Ita enim, se habet aer ad ea, quæ sunt in aere, vt ea quę sunt in aqua, ad ea quę sunt in aqua. Latet autem magis nos: quippe, aer subtilior & spiritualior est aqua. Et nobis ipsum adhęrẽtem non cernimus, vt aquã manibus nostris insidere videmus, quando aliquid in ea tangimus. Et quæ sunt animalia aquatilia, vt pisces, minus sentiunt aquam interstitiam inter ipsos, & cætera, quæ contingunt: quia ipsi in aqua degunt. Quapropter minùs illam sentiunt interuenire: ita & nos qui aëre vitam agimus, ipsum intercedere, quãdo quidq̃ tangimus, minùs sentimus. ¶Porro autẽ scrupulosus est valde hic locus.

Aeris disputatio de medio extraneo tactus.

Quid. n. si necesse est corpus esse mediũ in tactu, ergo erit infinita corporum sese tangentium series. ¶Sumito nanq; tibi, a, &, b, Vel inter hæc mediat, c, aut non: si nihil mediat, falsum ergo inter quæcũq; corpora se tangentia esse mediũ corpus. Si, c, intercedit: iã noua instituitur quæstio, an inter, c, &, b, aliud mediet. Et si nihil, æqua ratione inter, a, &, b. Sin aliud interuenit: ergo erit filus corporum infinitus. *Primum argumentum.*

¶Præter hoc ait aliquis, si nullum corpus aliud tangit, sed aliud intercedit, vt ergo tactus est? ¶Nam ea se tangunt, quorum vltima sunt simul: & ea sunt cõtinua, quorum vltima vnum. 5. physico. tex. 22. & 26. Nil ergo tãgit aliud corpus. *Secũdum argumentum.*

¶Rursum, an nõ cæli se tangunt sine intercedente corpore? nunquid elementa hoc itidem modo se contingunt. Inter elementum. n. aëris & aquæ quod intercedit corpus? aut inter ignem & aërem? *Tertium argumentum.*

¶Et accedit istis, quando nos tangimus solas aquas, aut quando ventos impellẽtes tangimus, & aëre ipsum tangimus calidum, aut frigentem: nihil alieni corporis mediat. *Quartũ argumentum.*

¶Et adde, si plumbum liquatur, & lapidi aut alteri corpori infundatur, an non plumbum est cõtiguum corpus lapidi & nihil intercedens? Et aurifices infundentes aurũ argento, ita adglutinant, vt nihil mediet corporis. *Quintum argumentum.*

¶Et sector lignorum infigit securim in lignũ, ita strictè, vt nequaquam, nisi violentia summa, securis extrahatur. Cæterũ si aër medius est vt ergo non facilè diuellitur securis infixa? *Sextum argumentum.*

¶Et si duo lapides alter al teri impositus descendant, si aër medius est inter lapidẽ & lapidẽ, ille ergo lapis, qui impositus descendit in aërem, suspẽsus est in aëre (inquã) illo interiecto. Et ita graue sursum est nõ descẽdens. *Septimũ argumentum.*

Non obstantibus tamen hoc genus argumentis, quæ scrupulosam reddunt peripateticam doctrinã & culpabilẽ apud Themistium. Hîc nanq; vnus locus est vbi Themistius Aristotelẽ inculpat negligẽtiæ: quippe, vnum prçteriuit, quod minimè conniuendum aut dissimulandum erat. Nam etiam si se tangentia solida corpora in aëre aut aqua aliquod habeant intercedens: verũ quando tangimus aquas nihil intercedit: quia sola tunc aqua tactilis est, & quando tangimus aërem nil interstitij corporis est. *Culpat Aristotelem Themistius.*

¶Alij verò hoc nomine reprehendunt dubiũ hoc, quod temerè sit expositũ, & alijs non cõueniat superiùs ab Aristotele relatis. Hæc autẽ secunda reprehensio sine negocio purgatur à Philopono colligẽte tres rationes suadẽtes carnem non esse sensoriũ, quas nos in calce afferemus. Verùm tertia hçc est, quæ hoc loco sub forma dubij proponitur ab Aristotele, contradicens ijs, quibus erat sententia, carni non esse sensorium, sed mediũ. Apud quos hæc subdebatur causa, quia tactus cum cæteris sensibus habet concẽtum, sed alij est mediũ ergo & tactui mediũ est intercedens sensionis gratia: cõtradictio aũt huius sermonis est, nõ esse necessarium, si dixerit quispiã carnẽ esse sensoriũ, medium prorsus tact⁹ abijcere. Nã dicet tactũ medio extrinseco vti ꝓ functione suarũ sensionum. Et hanc responsionem non operosè colliget: nanq; inter tangentia corpora est aliquid intercedẽs vt ostensum est. Simplicius hoc idem purgans ait, dubiũ hoc dictum esse ab Aristo. ꝙ exponeret quantum discrimen esset inter tactum, & reliquos sensus: & si omnes sibi sensus consentiant, pati à sensibilibus per medium

dium extrinsecum. Quale quale hoc purgamentum sit, nihil curæ sit. Arist. defensio, siue hoc, siue altero modo sufficiens est. Quid quod facile est dictu, Arist. hoc dubium attexuisse, vt tactum aliquãdo medio extrinseco vti exponeret? id qđ est satis in rem istam faciẽs. Sed argumẽta absoluamus, quæ soluere non ita peruiũ puto vt ad manum sit quod omnib⁹ suis numeris conueniat. Etenim Ioãnes Grammaticus cognomine Philoponus, credit Aristotelem non vniuersaliter audiendũ asserentẽ duo corpora non se posse cõtingere: ne illa sequatur infinitudo in tangentibus, vt iã arguebatur: sed dictum hoc putat esse verum in corporib⁹ quibus sunt meatus vel manifesti vel obscuri. Quibus igitur corporibus meatus isti seu pori sunt, istis deniq; accedet nõ se contingere. Nam semper poris illis imbibitur nonnihil intercedentis, aut liquidi corporis vt quando pisces se mutuò tangũt in aquis, habent corpora porosa, & intercedẽs est aqua. Itidem si manus lapidẽ aut lignum tetigerit intra aquam, aqua in manus meatibus delitescens interueniẽs est. Aut si in aere tactus sit inter manum tangentẽ & lignum tactum: eadem ratione pori sunt medio aere pleni. ¶ Si autem corpora sint ita solida & compacta, vt poris istis non sint respersa & interdistincta vt vitrũ est aut christallus, iam vel hoc genus corpora habent æquales superficies, & conquadrantes, aut sibi mutuò non correspondent superficies. Si primum arbitratur Græcus hic interpres nihil intercedere corporis medij, sed se immediate contingere sine medio aere, aut aqua, quia aer qui expellitur in tactu horum nõ habet foramina, quibus abdatur: neq; aqua habet, vbi cohæreat vt in vitro. Sin verò hæc corpora non sint æqualium sibi penitus consentientium superficierum, in asperitate illorũ corporum, vel aer, si in aere: vel aqua, si in aqua tactus fiat, poterit contentũ detineri corpus. Vnde colligas, quando nos aquam tangimus, elementũ ipsum aut aerẽ, quia hæc nõ sunt porosa nihil inter nostrã manum tangẽtem & aerem vel aquam tactã intercedere corporis: quia aer est tactus & non porosus. Itidem neq; aqua. Hæc autem etsi satis verisimilem habeat contextum, at opprimuntur argumento violento quod verbis Philoponi fidem detrahit. Statue. n. illa duo corpora: esto, vitrea sint, & æqualium superficierum: tangãt se immediate, vt Ioannes Grammaticus philosophatur & separentur, tunc alterum incõmodorum non refugiet: vel corpus aliquãdo mouetur in instanti: aut quod interstitium inter illa vitra: erit vanũ. Et vtrũq; creditur impossibile Arist. omnis n. motus est successiuus. 5. physi. ca. 1. & nullum vacuum est. 4. phy. c. 8. Sequelam ego demõstro. Diuellantur hæc duo corpora, cũ diuellãtur per motũ incipit ista corporũ separatio per vltimum nõ esse. Nunc ergo nõ sunt separata, & immediate post separabuntur. Immediatè igitur post hoc instans aer subintrans, vel totũ spatij interstitiũ implet in instanti: aut non. Si primum, est incõmodum primũ collectum, motũ enim admittit citra tẽporis moram. Sin secundum dederis successiuè aerẽ illa duo subintrare corpora: pars aliqua erit vacua inter illa quousq; aer illò perueniat. Dixerit aliquis, vndecunq; subintrat aer, sed etiã si vndecũq; subintret per latera corporũ aer, stat argumentum si perueniet ad oẽs corporũ partes, instanti aut morose. ¶ Occasione huius argumenti, & eius ducti demõstratione in vniuersum crediderunt nostrates nulla corpora sicca, seu dura, non cõtinua, posse se immediatè contingere. Itaque exceptis cælis & elementis, aut mixto & elemento, reliqua alia quæ mixta, sunt & dura, credunt se non posse cõtingere. Vnde si duo vitra æquarentur illa etsi fortissimè stringantur, intercedẽs est aer: non in poris & meatibus, sed inter ipsas superficies. Et Com. arrisit vehemẽtiùs. Siquidem Comm. 113. corpora sicca se tãgere ducit impossibile, id quod ego duco Aristo. magis amicũ. Tanta est subtilitas aeris, vt quãquam strinxeris corpora magnopere, ipsum penitus non pelles. Quin reliquiæ supersint aer, etsi minutulus aer, & tenuissimu intercedat. Itidem de aqua dicito. S[illegible] argumentum propositum non es[illegible] tantorum neruorum, qui confring[illegible] non valeant: dicet enim aliquis a[illegible]em illum subintrare citissimè gra[illegible] vitandi vacui, & ille

Vltima Aristo. per autorem defensio.

Arist. censura.

Philopon. excutitur.

le non erit motus rigidè colis vocabulum:erit mutatio illa & non motus. ¶Argumẽto.1.negamus ꝓcessum in infinitũ: nam qñ digitus tangit lapidem: mediat aqua,vel aër:sed inter digitũ & aerem mediat nil,itidem de aqua. ¶Argumento.2. dico,tactus tãgit tactilia: & aliud est qđ corpora sint cõtigua,aliud se tãgere.Cõtigua.n.extrema habẽt simul: sed ad tactũ est satis, vel quod nihil mediet, vt si tetigeris aquã vel aërẽ:vel ꝙ si intercedit corpus, illud sit aër minimus aut aqua. Hęc.n.nihil officiũt tactui.Argumẽto.3. fecimus iã satis,itidẽq; & quarto. ¶Quinto respondetur. Si plũbum liquatur,aut aurũ, tunc fieri poterit, vt duo corpora se contingãt immediatè. Sed fortè quando aruerit plũbum, interueniret tenuissimus aer. Quæ autẽ diximus non de liquidis sed de solidis corporibus intelleximus. ¶Sexto. Securis nõ eò ægerrimè diuellitur, quò nihil intercedat aeris inter ipsam,& lignũ,cui est infixa,sed quia aer ille, qui intercedit, minimus est,aut subtilissimus, diuulsionẽ illam non permittens. ¶Septimo. Lapis descẽdens super lapidẽ,& si aer sit medius inter vtrũq;,non tñ lapis superius est suspensus in aere,etiam si Paulus illud concedat,lapidẽ stare in aere nullo impediente. Quod ego nego:etenim aer ille est in continua pulsiõe à lapide superiore: vt ergo suspẽsus est? Quapropter lapis ille superior descendit; continuo enim pellit aerem tangentem lapidem.

Argu.1.soluitur. *Argu.2.solutio.* *Argu.3.& 4.solutio.* *Argu.5.solutio.* *Argu.6.solutio.* *Argu.7.solutio.*

Tex. 114 ¶Vtrũ igitur omniũ similiter sit sensus,an aliorũ aliter:sicut nũc videtur, gustus quidẽ & tactus tangendo,alij aũt de longe?Hoc autẽ non est, sed durũ & molle per alia sentimus, sicut & sonatiuũ, & visibile,& odorabile, sed alia quidẽ de longe,alia vero de prope. Quapropter latet.qm̃ omnia sentimus per mediũ,sed in his latet. Et quidẽ sicut diximus prius, & si ꝑ pelliculã quæ nos latet sentiremus oĩa tangibilia, similiter vtiq; haberemus,sicut & nunc in aqua & in aëre.putamus enim nunc ipsa tãgere,& nihil esse per medium.

¶Rursum nouã inducit dubitationem, vtrũ vniuersi sensus exteriores eũdem sequãtur modũ in sentiẽdo: etenim prima frõte,re inspecta,diuersus sentiẽdi modus natura sensibus cõparatus est.Siquidem gustus & tactus tangẽdo sibi cõiũcta sentiũt,reliqui tres,non tangẽdo suas obeũt sensiones. nã remota à se ipsis sentiũt, & visus lõgè remotior alijs auditu & odoratu: auditus autẽ longiùs vagatur q̃ olfactus.In diuersum verò est qa tactus & gustus,durũ & molle per media sentiũt, vt & sonatiuũ, & visibile, & odorabile per media sentiũtur extrinseca: & si nonnihil sit discriminis, quãdoquidẽ tres priores sensus,de longè sentiũt:isti verò duo de prope non tñ sine interuẽtu extranei corporis ad sensum prædictũ verba moderando. *Quapropter latet.* Idest, qa tactus sibi coiũcta sentit,& non remota:nã etiã si ignem ꝓcul situ sentire videamur, hoc quidẽ est,propter aerẽ tangentem nos, q calefactus,recalefacit nos. Quia ergo de prope sentit, mediũ extrinsecũ latẽs est. Cæterũ tactus mediũ habet extrinsecũ, & si tenuissimũ. Quare & latẽs est:& quidem, sicut diximus superius si per pelliculã tenuissimã tãgeremus, lateret nos. Siquidẽ per huiusmodi sentiremus, per mediũ extrinsecũ tangeremus,latens tñ: ita accidit tangentibus per aerẽ & aquã.

¶Sed differt tãgibile, à visibilibus & sonatiuis. ꝙ hęc quidẽ sentimus ex eo ꝙ mediũ mouet aliqđ nos: tãgibilia vero nõ à medio, sed simul cũ medio, sicut ꝑ clypeũ percussos.nõ.n.clypeus ꝑcussus ꝑcussit, sed simul accidit vtraq; ꝑcuti. Tex. 115.

¶Docuerat sensum omniũ concẽtum esse & cõuenientiã, quæ est in habẽdo medio extrinseco.Nũc verò vt differãt sensus visus, & auditus, & cætera à reliquis duobus,elucidat: quippe in alijs sensibus mediũ mouetur à sensili: & mediũ sic affectũ mouet sensum ipsum.In tactu autẽ diuersa ratio est:nã nõ est hic ordo prioris

ris atq; posterioris, sed mediũ simul mouetur cũ sẽsu: sicq; tãgibilia nõ à medio, sed simul cũ medio tactũ immutãt, sicut hoĩem clypeo obtectũ pcutiẽs, nõ priùs clypeũ, q̃ manũ pcutit: sed simul vtrũq;.

Anxiũ Commen. dubiũ.

Auerroes Comm.115.anxius est in dubio vno, si aer & aqua media sunt tactui, & mediũ est nudũ à qualitatibus, quas suscipit:aqua verò & aer affecta sunt qualitatibus tãgibilibus, vt ergo suscipient qualitates tãgibiles? finge mediũ aerem intinctũ coloribus, ille nõ erit medium trãsuehẽs colores. Similiter igitur aer & aqua transuehere non poterunt tangibiles qualitates. Si quidẽ illis imbuta sunt. Adde elemẽta hæc non possunt agere in sensum tactus:aqua.n. est natiuus locus pisciũ, vt aër terrestriũ.4.physico.tex.28. Nihil aũt potest pati à suo loco natiuo: quippe sunt locus & res locata, sibi germanissima.4.physi.tex.48.Sed inter similia non est mutua actio & passio.1.de genera.tex.50.ꝑpterea Cõm.dixit elemẽta bifariã considerãda & vt simplicia sunt: & vt immixtas habẽt extraneas qualitates atq; hac ratione agũt in sensum. Simpliciter verò cõsiderata minimè in sensum tactus agere possunt.

Animaduersio in Auerrois errata tria.

¶Hanc verò Arabicam philosophiã de errore aduertit. D. Tho. Et primũ erratũ est in sermone illo, Animaliũ corpora nõ pati ab ele-
1 mentis puris: quãdoquidẽ elementa habent excellẽter qualitates tãgibiles: animaliũ aũt corpora mediocribus tẽperantur qualitatibus, ita vt animaliũ qualitates sint redactæ in mediũ. Elemẽtariæ verò sint extremæ. Mediũ autẽ est in potentia ad extremũ. Sensus igitur tactus propter suam tẽperaturã in potẽtia erit, qui patiatur ab extremis excellentijs elemẽtorum: vt quia ipse est mediocriter frigidus, à summa frigiditate aquæ patietur:
2 & sic in alijs. ¶Secundũ est in sermone altero, Locus non agit in locatũ: siquidem ignis locat aerem, & aeris atq; ignis mutua est actio: & itidẽ in reliquis elemẽtis. Quãobrẽ ipse. D. Th. elemẽta distinguit, aut scđm qualitates actiuas & passiuas, aut scđm formas substantiales. Si scđm qualitates actiuas, & passiuas, sic inuicẽ agũt. Si verò secũdum formas substantiales, hac sanè cõsideratione nõ est mutua actio, & vnũ elemẽtum alterius elemẽti

Diligenter considera.

locus est. ¶Erratum tertium est in sermo- 3
ne altero, Elemẽta nõ se alterãt, nisi per immixtionẽ, quæ elemẽta dimouet à sua sinceritate. Cæterum cùm sæpe sit alteratio sine mixtione, cõsequens est aquam, manẽtem aquam posse alterari ab igne, vt quotidie cernimus.

Resolutio. S. Thomæ.

Tandẽ igitur hæc est resolutio huius. B. philosophi. Aërẽ & aquã facilè mutabilia esse ab extraneis tangibilibus. Et cùm aër vel aqua intercedens inter tactum & rem tactam, modica sint, nihil impedimenti obijcient tangibilibus: sed facilè per illa afficietur sensus tactus.

Auerrois patrocinium.

¶Sũt verò patroni nõ pauci, qui patrocinãtur Auerroi. Aegidius illius agit partes, elemẽta vt pura sunt non posse inuicem pati, neq; nos ab illis, vt suæ puritatis sunt participia. Vnde si aer qui nos continet, puræ & sinceræ esset substãtiæ, alteraret quidem nos: sed insensibiliter. Et ignis, quippe qui est maximè actiuus, infrigidari non põt: quia non patitur rursum mixtionem, alienas has qualitates nõ suscipit: aqua verò, quia mixtionẽ patitur (est.n. minus actiua quã ignis) incalescit. August. Nyphus quoq; placiti Cõmentatoris est assertor: elementa distinguens, vt sunt media tactus, aer, scilicet, & aqua. Et hac ratione non habent qualitates tangibiles: qa mediũ sensus vacat à sensibili. Aut sunt, vt locus natiuus animalium, & hoc rursum modo non agunt inanimalia: quia locus naturalis non destruit, sed conseruat: aut deniq; vt habẽt immixtos vapores: & hac ratione agunt in animalia. Et argumentis. S. Tho. respõdet. ¶Primo aër, vt aër, non agit in animal, sed vt per cõstellationẽ impressam fit innaturalis animali: & hac ratione, vt locus est, nõ habet excellẽtem qualitatẽ sed animali cõmensuratã. ¶Itidem & argumento secũdo. Ignis nõ agit in aërem, vt locus eius: sed vt illi dissimilis, non vt locus est conueniens, & ita nõ agens. In quem modũ ferè Paulus Vene. elementa tradidit vnã qualitatẽ habere cõmunem, vt ignis & aër calorẽ, aër & aqua humiditatẽ, aqua & terra frigiditatem: alia verò qualitate discrepant ignis & aer sicco & humido. Secũdũ qualitatẽ cõmunẽ, quã symbolam vulgus appellat philosophorum, vnum elemẽtum est alterius locus.

At secundum dissymbola in ipsis est mutua dissensio & vnum alterum nō locat. ¶Ego verò inuenio in Aristo.lib.de longitudine & breuitate vitæ.cap.1. locum continentem conseruare nonnunquam contentum,& nonnunquam corrumpere,aut contra operari(vt ipse ait)& in libro de respiratione cap.6.locum agere in contentum lego,& ipsum alterare, vt quæ habitus sunt excedētis: vt quæ vehementer calida sunt, frigida petunt loca, quo caloris excellentia relaxetur, & quæ immodicè frigida loca calidiora cōueniunt,vt frigoris rigor temperetur. vt grues mutantes loca, facilè indicant, & pisces alternis temporibus variātes maria.Et tamen.4.de cælo.tex.23. locū proprium ait esse similem rei contentæ. Et libro de respiratione loco illato, si natura ex cæra aliquid effinxisset, illud nō seruaretur calido loco, qui liquaret cæras. Itidē si quod ex glacie.Quare natura singulis rebus loca naturæ germana & amica dedit.¶Dicamus igitur,loc⁹ vt locus, neq; conseruat neq; lædit locis contenta: ratio loci nanq; non est conseruare, aut lædere,sed cōtinere locatum,(vt peripatetica definitio demonstrat)est vltima superficies corporis ambiētis immobilis primo.4.physi.cap.4.At verò locus vt natiuus est cōseruat rem locatam.Vnde Aristo.locum huiusmodi perfectionē rei dicit cōtentæ. Verùm & si conseruās sit,non subinde nullius est actionis.Etenim,vt dixit Arist.quæ excedentem habent caloris habitum, seruātur frigidis locis,sed frigidus locus corrumpit excessum caloris.Locus ergo alterat loco contentum:& si sit locus naturæ rei amicus. Hic autem locus si corrumpit:est id solū quod viuenti inimicum, & eius crasim seu temperamentum destruit, aër verò si in puritate propria cōsisteret, nō posset viuentibus esse locus:qa tenuissimus aer respirationi non seruiret. Respiratio etenim cum sit refrigerij gratia,si aer tenuissimus reciperetur, infrigidare cito pulmonem nequiret.Vnde & ascendentes olympum montem,spongiis vtebantur, quò aer circumambiens dēsatus exciperetur,& facilius frigesceret, frigusq; contineret vt Augustinus libr.1. contra Manichæos ca.15. dixit olympū ita sublimem,vt nubes trāscendat, neq; ventis sensilibus agitari, & notas quasdā sacrificātes cineribus indidisse, quas stato tēpore reuisentes intactas inuenerunt, & diu ibi non posse cōsistere homines, nisi spongijs humectis inspirent.Quare aues eius montis altitudinem non cursitant: quia aer ille est tenuissimus, & animantibus inconsuetus.Et hoc libro.15. de Ciuitate Dei cap. vltimo. rursum scripsit. Id qđ ex chronicis& historijs ethnicorū accepit. Plinius enim in lib. 8. naturalis historiæ.c. penult.ita tradidit. Siue hoc verū sit,siue falsum:ipsa tamen ratio nos compellit (in prioris sermonis fidē,compellit aer,scilicet purū non esse nostrum locū)nam si frequēti agitatione nos agimus, & nimio motu fatigamur, egemus plurima aspiratiōe: quia aer extenuatus agitatione,& recalefactus, frequenti alteratione eget, quia parui frigoris est contētiuus: ergo aer si omnino sit purus & sincerus, vt est is aer, qui sublimis est admodum,extremusq; est? Nam elementa quo remotiora à contrarijs, puriora sunt,Aristo.tradēte.2.de gene.tex.11.cōsequitur elementa in sua puritate nō posse locare animalia respirantia, quanq̃ de aqua non itidem cōstet,sicut de aere.Vnde simpliciora elemēta cùm essent & defæcata à contrariorum mixtionibus, vehemētius agerent in animalia: quia minùs illis consentirēt, & potētiora essent in suis qualitatibus: necesse est ergo, vt elemēta sint loca mixtorum, vt remissiores habeant suas qualitates, & magis vitæ animalium conuenientia.Neq; est necessariū, vt medium sit expers qualitatis suscipiēdæ omnino:nā aer calidus transmittit calorem ignis intactum: sed satis est si non sit calidus calore ignis. Credo igitur contra Auerroē, elemēta quò simpliciori fruerentur natura, magis agerēt in viuentia:quia excellētiores essent potentiæ, & longè citius vreret lignum vel carnem iniectam,ignis ille qui purus est, quàm hic qui apud nos est.Quare elemēta aerem, aquam, & terram temperauit D.Deus,quò viuētibus essent similiora, relaxatis qualitatum suarum excellentijs.Hoc sanè modo sunt viuētibus similiora, quò mixtionis maioris sunt participia. Aliquando autem est mixtio in aē-

re,

Autoris de quæstionē cēsura.

Locis Aristo. collidentes.

Nota d olympo monte.

re: vehementer ipsum distrahens à temperamento continēti necessariò: vt quādo plurimum constellatione cælesti agitante aër feruentissimus, aut algentissimus est, & tunc eius cōtinentia animantibus noxia & aliquādo mortifera. Quādo verò non huiusmodi constellationibus vrgetur, vt in regionibus tēperatissimis, benignissimo & fauentissimo cælo gaudentibus, tunc aër temperamentū animātibus amicum habet. Et hac ratione actio aëris & alteratio parū sentitur, & si nunquam nō aëris inspirati refrigerationem (quæ alteratio vitalis pulmonis est) sentiam⁹. Neq; rursum in altero, huic autori consentimus, aquam puram non posse alterari: nam aqua pura vel est contraria igni, aut non. Secundum non dabit: & primum concedet. Iam verò inter contraria est actio, & quô contraria maxime distant, & sunt admodum pura in proprijs naturis eò acerbiores ineunt pugnas. Sed de hac re in libro de ortu & interitu absolutior erit sermo. ¶Iam in Arist. verba enodāda regrediamur: nam consideratione est opus, ne illa legentibus imponāt differētiam tactilis ab alijs docēs: ait tactilia nō à medio, sed cū medio, alia verò & cū medio & à medio, quę ita accipito. Visibile primò immutat diaphanū actu: & hoc agit & mouet visum. Necessari⁹ est iste ordo: est. n. mediū causa visionis, auditionis, olfactionis: at verò mediū tactui nō est causa per se, vt tāgat idest, aër nō per se necessarius, qui intercedat: quippe quando aërem tango, vel ventum, aër non intercedit. Et piscis tangens aquam medio extrinseco, nō eget. Aliquando per accidens est necessarium medium: vel quia quæ se tangūt, sunt porosa, aut quia humiditas aliena interstitia est. Quamobrem inter medium extraneum & tactum, non est per se ordo causæ & effectus, qui tn̄ in alijs sensibus est.

Regressio in Aristotelē.

Tex. 116. ¶Omnino autem videtur caro & lingua, sicut aër & aqua ad visum & auditum, & olfactum se habēt, sic se habere ad sensorium. ipso autem sensorio tacto, neq; ibi, neq; hic fiet vtiq; sensus. vt si quis ponat corpus album super oculi vltimū. Quare & manifestum est, ꝙ intus sit tāgibilis sensoriū. sic. n. vtiq; accidet, qđ quidē in alijs. apposita. n. super sensoriū, non sentiunt. super aūt carnem apposita, sentit.

¶Id est, ita vt aër & aqua habent vim, & medij facultatem erga alios sensus: ita & caro habet medij munus tactui obsequēs: & lingua gustui. Caro siquidē aut lingua sensorij titulo donāda non sunt: nam supra sensorium iniectum non sentitur sensibile. At verò cibus adhærens gustui gustatur, & tangibile adhærens tactui sentitur. Sed neq; in visu neq; *Auditu hoc est neque hic neque ibi sensorio tacto.* Sensio fit. *sensus* enim hîc apud Aristotelem sensionē præfert, nō potētiam. Et exēplo albi oculo impositi, qđ non sentitur, qđ dixerat confirmat. *Quare & manifestum est.* Consentanea satis prioribus & hæc posterior collectio. Etenim si caro, quæ maximè videbatur, negatur esse tactus sensorium: internum igitur & intimè conditum huius tactoriæ facultatis sensorium est, *sic enim accidet*, Idest, si ita tradidimus obseruabimus in hoc sensu, quod in alijs miram habet obseruationem, sensile supra sensorium nullius esse sensionis. At cùm tactus super carnē apposita sentiat caro non est sensorium.

Tex. 117. ¶Quare, mediū tactui, caro. Tangibiles igitur sunt, differentiæ corporis secundum ꝙ corpus. Dico aūt differentias quę elemēta determinānt, calidum, frigidū, humidū, siccū, de quibus prius dictum est in ijs quæ de elemētis. Sensorium autem ipsarum tactiuū, & in quo sensus vocatus tactus inest primò, potentia huiusmodi pars est:

¶Si caro non est sensorium, tactus igitur est medium, quòd species tactiliū in sensorium tactus transuectet. *Tangibiles igitur sunt.* Peractis, & absolutis de sensu tactus quæstionibus in tangibilia se conuertit

Aristo-

Aristo.& quę sint tangibilia docet:& ait tangibilia esse differentias corporis, vt corpus, idest, differentiæ, quibus elementa distinguuntur, & determinantur. Sunt autem calidum, frigidum, humidum, & siccum, de quibus Aristoteles. 2. de generatione text. 8. meminit. Hæ autem differentiæ dicũtur esse corporis, vt corporis est: quippe, nullum est corpus sub cælo, qđ istis qualitatibus tãgibilibus non afficiatur: omnia nãq; mixta corpora & elementa, aut calida aut frigida, aut humida, aut sicca sunt. Dicuntur autem tangibiles qualitates: quippe quæ afficiunt sensum tactus, & si aliæ qualitates sensiles solũ in sensum propriũ agunt ipsum afficiendo, vt color in visum, & sonus in auditum, odor in olfactum: tamen qualitates tangibiles etiam agunt in illa, quæ non sentiunt, vt calidum corrumpit frigidum, &c. Quare Aristoteles infra dicet tangibilia agere in ea, quæ priuata sunt tactus sensus. textu Commenti. 129. quanquam inibi tradatur, tangibiles qualitates, vt sunt tangibiles, solum agere in tactus sensum. *Sensorium autẽ ipsarum tactiliũ.* Quod sit sensorium tactus, definit: est autem qualitatum tangibilium tactiuum, in quo sensus ipse tact⁹ primò inest. Qui potentia est ipsa tangibilia. Quare & si sensus dicatur esse in animali toto: primo tamen est sensorio, id quod primum est subiectum sensus, vt humor glacialis primum subiectum visus, oculus autem secundarium est subiectum visus.

Tex. 118. ¶Sẽtire enim, pati quoddam est. Quare faciens, tale quale ipsum est tactu, huiusmodi illud facit, cũ sit potentia. Vnde simile calidum & frigidum, aut durum & molle non sentimus, sed excellẽtias: tanquam sensu velut medietate quadam existente eius quæ in sensibilibus cõtrarietatis. Et propter hoc, discernit ac iudicat sensibilia. medium enim, iudicatorium est. fit enim ad vtrumq; ipsorum, alterum vltimorum.

¶Dixerat sensum tactus potẽtia esse tangibilia, hoc explicat: quippe sentire est pati: ergo sensus est potẽtia passiua, quare tangibile constituit sensum tactus in actu. *Vnde simile calidum & frigidum.* Colligit tactum non sentire tangibilia mediocria, vt calidum modicum, aut frigidum modicum, aut durum, aut molle. Sed cũ hæc sunt excellentia, id est, valde intẽsa, & ratio est hoc probans: tactus enim in temperamentũ quoddam conflatus est, in eoq; consistit: tẽperata igitur non sentiet, nisi propriæ temperaturæ gradum excedant: quia cùm similia sint, non erit actio mutua & passio. Sensus. n. tactus est in quodam medio, medium autem est in potentia ad extrema. Quapropter si qualitates tangibiles non excedunt, tactus non sentiet: nam ipse vt iudex est, iudex autem medium est inter extrema iudicãda Ethicorum. 5. lib. cap. 4. & relatus in quodcunq; extremorũ habet se vt extremum vnum. Hoc est quod ait: fit enim ad vtrũq; ipsorum alterum vltimorũ, id est, extremorum, vt albũ referas in liuidum hæc sunt duo comparationis extrema.

¶Et vt oportet id quod debet sentire albũ & nigrum, neutrũ ipsorum esse actu, potẽtia verò vtrũq;, sic autem & in alijs, ita & in tactu, neq; calidum, neq; frigidum. Tex. 119.

¶Exemplo manifestat sermonem suum, vt abundãs sit doctrina: vt visus (inquit) neq; alb⁹ est, neq; niger, aut quouis altero colore imbutus, sed est in potẽtia habẽs oẽs colores: ita tactus. Hoc exempli non quantum ad omnia seruat similitudinem: visus enim nullo constat colore, tactus verò omnibus qualitatibus tangibilibus constat, & si excellentias qualitatum non habeat, sed solum potentia.

¶Amplius autem sicut visibilis & inuisibilis est quodãmodo visus, similiter aũt & reliqui oppositorũ, sic & tactus, tãgibilis & intangibilis. Intangibile autem, est paruam omnino habens differentiã tangibilium Tex. 120.

bilium, quomodo se habet aer. & tangibilium excellẽtiæ, vt ea quæ corruptiua sunt. Scd̃m igitur vnũquemq; sensum, dictũ est figura.

¶Sensus alij erãt habitus, & priuationis, vt visus visibilis, & inuisibilis: auditus sonabilis & insonabilis, & reliqua tactus similiter tangibilis & intãgibilis. Est autem tangibile triplex, vt de reliquis diximus: primò, quod non est aptum vt tangatur, vt sunt spiritualia & indiuisibilia, & corpora mathematica: & rursum qđ habet qualitatem tangibilem excellentem oblæsiuam tactus, vt ignis hoc modo intangibilis est. Postremò, intangibile dicitur, quod vix tangi potest, vt aër, q propterea insensibilis dicitur propter nimiam eius subtilitatem, primo de generatiõe textu.24. valde insensibilis hac ratione vocatur. Aristotelis litera explanata, non est incommodum illam exercere breuicula quadam disputatione.

Triplex tangibile.

Disputatio prima si tactus vnus an plures.



VA in re & si philosophorũ vltro citroque iactata sit authoritas nullam tamen tulimus sententiam, quam modo quoq; ferre, ducimus arduũ & difficile. Etenim Aristoteles hic apertè pronuntiasse videtur plures esse sensus tactus, & si Philoponus non hoc asserendo, sed disputando dixisse contẽdat. Cui non desunt, qui consentiant, credentes Aristotelem famosam sententiam sequutũ fuisse seculi illius, & non propriam. Sed rationes nonnullæ vrgent vnitatem sensus tactus esse concedendam. Nam multitudo tactuum ab Aristotele colligitur: quia non habet vnum genus. At verò neq; calidum & frigidum habent genus vnũ. Quod si quis dixerit, hoc genus esse innominatum, facilè è uestigio insultat argumẽtum. Calidũ frigidum, &c. potiẽtur genere altero innominato: qđ cũ vnũ sit, tact⁹ erit vnus. Accedit istis Arist. hoc 2. de anima tex.128. & infra, sensus in numerũ quinariũ redegisse. Si verò quinq; sunt sensus, vt ergo erunt plures tactus? Iã enim excederetur numerus. Rursum sensus tactus & si contemperatus sit ex qualitatibus primis, est tamen vnus sensus: ergo etiam si illas sentiat erit vnus. Præter hæc, si plures sunt sensus tactus, aut erunt plures secundum multitudinẽ contrarietatum, & ita erunt innumerabiles sensus: quidam enim calidi & frigidi, alius humidi & sicci, alius duri & mollis, alius rari & densi, delectabilis & dolorifici: & ita excurrendo in reliquos. Si verò non secundum numerum contrarietatũ est multiplicandus tactus, oportet ergo præscribere quæ sunt illæ cõtrarietates, quæ tactum numerant. Nam si sunt duæ illæ primæ, calidi, frigidi, humidi & sicci: id quod fortè credet aliquis, putans cęteras in has reduci, cõtrà est: quia reductio omnis, vel est inferioris in suũ superius, vel causati in causam, vel compositi in simplex, vel posterioris in id qđ prius. Prima harum reductionũ impossibilis, calidum enim & frigidum, non sunt genus cæterarum qualitatum. Secunda verò reductio, & si in præsentia conueniat: qualitates enim secundæ à primis efficiuntur: hoc tamen est in genere naturę, non in genere sensibilitatis. Etenim alio specifico modo immutant sensum molle & durum, quàm calidum & frigidum. Et similiter de alijs reductionibus. Quibusdam igitur placuit, vtrunq; comprehendere, & sensum tactus vnũ & plures esse: vnũ natura, plures verò dispositiõe, seu habitu naturali, vt anima, quæ est vna simplex natura est multiplex secundum partes & vires suas. Ita tactus est vnus essentia sua, est tamen multiplex complexione, quam suprà appellabam dispositionem. Nam ipse alia dispositione sentit calidum, & frigidum: alia verò, humidum, & siccum. Et in hanc sententiã inuenio Philoponum in Commentario huius loci, qui credit tactum esse vnum & multiplicem: ideoq; multarum esse contrarietatum. Neq; mirum tactum hoc habere singulare esse multarum contrarietatũ, qđ alijs sensibus nõ accidit. Et sicut in multis alijs ab alijs sensib⁹ differt: ita & in hoc. Ex recẽtioribus aũt Paulus Venetus in loci huius explanatione, huius est sententiæ: at verò & si hoc plausibilẽ habeat vultum, verũ scrupulosum quoq; est. Nam quæram ego, si tot habet cõplexiones

Prima collectio quæ vnitatẽ tactus colligit.

Secunda collectio.

Tertia collectio.

Quatuor reductionis modi.

plexiones tactus, quot sunt contrarietates: si quis annuat incredibile est vnicā vim animę, tot onustam cōplexionibus: Si verò vna tantum est complexio, vt ergo per illam sentit contrarietates diuersas? Paulus sex dispositiones annumerat in tactu, tres vniuersales, tres alias particulares. Vniuersales sunt quæ toti corpori insunt, calidi, frigidi, humidi, sicci, doloris & lætitiæ. Particulares autē sunt non toti corpori, sed particulæ cohærentes, vt dispositio linguę ad sapores: dispositio in alimenta sentienda in stomacho: dispositio per quam sentitur delectatio coitus in inguinibus, aut genitalibus. Duct⁹ est in hāc sententiam Auicenæ testimonio naturalium sexto. par. 2. cap. de tactu & tangibili. Quo loco confitetur, alium esse motū, quo sentimus dolores ex solutione cōtinuitatis, aliū verò quo sentimus coitus voluptates, &c. Et cum Paulo non modicè facit Auerrois de tactu decretum, qui libro secūdo collectionum multiplicē tradidit tactū, & aliquē esse stomacho peculiarem, qui substātiæ viuæ resolutionem sentit, quæ si sit calida & sicca, famem causat: si frigida & humida sitim. Rursum in capite virgę tact⁹ alius est, qui voluptatem coitus experitur. Hæc autem res mihi est plurimū ambigua cernenti delectabile & doloriferū pēdere ab opere sensus: delectatio enim est passio: & dolor itidem sensus passio, quæ operationem sensus cōsequitur, vt superius memini me dixisse. Quamobrē delectatio coitus ex tactu alicuius rei cōuenientis sensui contingit: verbi gratia, quòd spiritus collidentes inguina aut genitalia, sunt mollissimi, & partes illæ pudendæ sunt glandulosæ & sensibiles admodum: quare contingit delectatio, & maximè quòd ab appetitu sobolis riuatur operatio illa. Delectatio rursus, quæ stomacho adest, ex tactu conuenientis cibi animalis vitæ procedit. Rursum dolor, q ex verberibus ex diuisione cōtinui (vt abundæ quantum par erat exposuimus supra) sequitur. sensio enim doloris est sensio rei disconuenietis ex nimia & violenta carnis raritate, aut densatione, quā diuisio carnis parit, aut quæuis alia dissolutio. Quamobrem voluptas coitus tactum rei mollis sequitur, etiam si non cuiuslibet, sed à natura in illud opus decreti. Delectatio stomachi, tactū sequtur cibi commixti: commixtione tamen salutifera. Et dolor, ex verbere vel tactum rari, vel densi præter naturam, sequitur ideoq; nō sunt dispositiones istæ tot annumerandæ, quandoquidem ad contrarietates rari, & densi, calidi, frigidi, mollis, & duri, aut alias referuntur. Quod verò Auicena dixit, Paulo non impensè fauet alium motū dixit esse tactus ex verbere, & ex coitu non dispositionem: motus enim operationem significat facultatis sensitiuæ. Quid quòd fortassis volebat esse tactus diuersos? quod Paulus negat. Quamobrem neq; Auerroistica Paulo suffragatur assertio omnino, nā Auerroes nō de dispositione, sed de tactu meminit. Albertus verò Magnus duo veluti sensoria dedit tactui: vnde duos esse tactus differentes specie voluit. Nam si tactus, vt forma prima sensitiua prima expenditur, est illi in sensorium corpus totū, vt per neruos & filos à corde diffusos connectitur. Quare principaliter huiusmodi tactus in corde est. Vt autem potētia est iudicans tangibilia, ita cerebrum habet in sensorium, à quo autore algazello diffunditur animalis spiritus in totum corpus, qui spiritus est vehiculum tactus. Cui subscribere visus est Philoponus, dicens sensorium tactus huius modi spiritum esse. Sūt ergo tactui duo sensoria: quatenus tamē sunt duo sensus tactus, & cor, & cerebrū, à corde deriuātur nerui in totum corpus, quibus tāgit animal & apprehendit tactilia. Cerebrū autem impartit spiritus animales, quibus partes omnes corporis iudicant de tangibilibus. ¶Cæterum neq; hoc absoluit humanam mentem: nam petendum restat, vbi tactus est, inibi & sensoriū est, vt Aristote. docuit hoc loco, sensoriū esse primū sensus subiectum. Cum ergo in vniuersis corporis partibus, sit sensus tactus itidē erunt sensoria alia prter cerebrum & cor: & si hæc vt originalia, & quasi fontalia sensoria sint præcipua exhibenda: ergo hæc duo sensoria in toto corpore. Id quod videtur impossibile, nam sensorium est corpus, si duo sunt sensoria effusa in totum corpus: ergo vel hæc duo sensoria se penetrant, aut locis duobus sunt

De quæstione autoris censura.

sunt dispecta. Primum si dederis est tibi penetratio dimensionum: quam si refugiens secundum anuis, ergo vbi sensoriū calidi & frigidi sentiendi, non est sensorium humidi & sicci. Alicubi ergo sentiremus vnā contrarietatē, vbi non aliam. Id quod cum sensu repugnat. Nam per eandem sentimus partem vtrunq; & calidum & frigidum, & humidum & siccū: id quod non esset, si sensoria essent locis separata, etiam si contigua essent. Fortè dicat aliquis duob⁹ sensibus tactus vnū esse sensorium tactus. Hoc autem est maioris incommodi, vt videtur vnū esse sensoriū duobus sensibus: etiā si philosophi nōnulli nihili duxerint hoc asserere: qa gustus & tactus vnius sensorij sunt vt suprà insinuatū est. Vt enim in eodē subiecto sunt duæ proprię passiones, vt homini adest risibilitas & disciplinæ capacitas: similiter in eodem sensorio sunt duo sensus æquè primò. At verò in proprijs hoc genus affectionibus ordo est prioris & posterioris: vt prior est capacitas disciplinæ, quàm risibilitas: in sensibus verò tactus, si hic ordo admittitur prioris & posterioris. Tactus igitur calidi, & frigidi, erit prior quā tactus humidi, & sicci: quia illa sunt actiua, hæc verò passiua. Cùm ergo ordo potentiæ sit sectator ordinis obiectorum: si isti duo tactus habent hunc ordinem, ergo & contrarietates erunt eiusdem ordinis. Erit igitur prima contrarietas calidi frigidiq; in quam reducetur alia contrarietas, vt posterius in suum prius. Atqui hoc si arriserit respondenti videat, argumētum in oppositum concessi duxisse esse inquam tantum vnum sensum tactus, qui est vnius primæ contrarietatis, in quam vniuersæ aliæ contrarietates referuntur, vt cæteris sensibus concessimus. Et alienum crede à sana philosophia humidum & siccum referri in calidum & frigidum. Nam etsi potentia reducatur in actum, & passiuæ qualitates in actiuas: subindeq; opinatus est aliquis, humidum & siccum (quæ passiuæ sunt qualitates) reducenda esse in actiuas, quæ calidū sunt & frigidum. Hæc tamen opinio fallax est: humidum enim & siccū non hoc dictę passiuę, quo non sint actiuæ, sed ꝙ non adeò, citæ sint operationis, vt calidum frigidum. Cæterum etiam actiuæ sunt: nanq; humidum siccum soluit & contra. De qua re alibi.

Resolutio anxiæ quæstionis.

¶Resolutio igitur huius anxiæ quæstionis hæc esto, duabus aut tribus collecta sententijs. ¶Prima sit. Sensus tactus est vnus secundum speciem: vt visus, auditus, & reliqui. Hæc habet Aristotelis testimonium sibi fauens, sensus exteriores numero quinario numerantis. Neq; puto Aristo. numerantem sensus, scilicet, sequutum vulgatam numerationem, sed loquutum secundum veritatem physicam, vt infra aperiemus colligendo huius numeri sufficientiā exactam esse. Verum probatur rursum conclusio: quia si plures specie essent tactus, ordo aliquis inter eos dandus esset: species enim sunt vt numeri. 10. metaphysicorum. & haberent ordinem prioris. At verò non longè antè istum ordinem in tactu euertimus. Dicebamus quidem, etiam si in ratione naturæ tactilia ordinē obseruēt, vt quædam iudicentur prima, vt primæ qualitates: alia posteriora tactilia, vt posteriores qualitates, vt grossum, subtile, rarum densum: at in ratione tangibilitatis, nullus est hic ordo. Vt etsi in visibilib⁹ qualitatibus albedinem dixeris primā: quippe, alij colores sunt ab albedine pendentes, vt glaucus, liuidus, puriusq; color, hoc tamen est secundum naturam coloris, non vt visiles sunt qualitates: quia glaucus color sine albo videtur. sic grossum sine calido tangitur, aut frigido, &c.

Tactilia vt tactilia nullum habent ordinem.

¶Rursum tactus habet vnū sensorium, medium: ergo vna potentia & facultas erit sentiendi tangibilia. Quòd verò sensorium sit vnum, colligas vt priùs collectū. ¶Inferas non sunt duo sensus tactus in vno animali differentęs specie: alter actiuarum qualitatū, alter passiuarum, idest, calidi frigidi, quæ numero actiuarū recipiuntur: & humidi & sicci, quæ passiuæ cēsentur. Etenim si isti sunt duo sensus tactus: igitur qualitates secundas, quas facit calidum solum & frigidum, vt calidū rarefacit, subtiliat & extenuat se, nō sentiet sensus tact⁹, q est passiuarū: & quas primæ passiuæ causant qualitates aliæ. Humidū. n. mollefacit, & viscositatē ingenerat, nō sentiet tactus qualitatū actiuarū. Quæ vniuersa sunt à sana philosophia lōge abhorrētia, & ab omnibus sunt

Aug. niph.

sunt dispecta. Primum si dederis, est tibi hoc corollarium aduersum Augustinum Niphum, qui disputationibus suis ita credidit duos esse tactus: vt alter actiuorum, alter passiuorum esset. Secunda sentẽtia est. Sensus tactus est multiplicis rationis, itaq; etsi vnitatẽ speciei illi tribuamus, non tamen simplicem rationẽ, sed multiplicem. Etenim tactus est passiua potentia, passiuæ autem potentiæ ratio est ab agente. Quia verò tangibilia sunt agentia in tactum, & hæc sunt duarum primarum contrarietatum, necesse est tactum esse rationis multiplicis. Nã ad agentia genere diuersa, non est eadẽ aptitudo: vt anima sensitiua in equo cùm sit est multarum rationum: nempe, alia est in ea ratio vegetatiui, & alia sensitiui & rationalis. Itidem anima habet in se varias rationes. Alia ratio est principium vegetandi, quàm sentiendi atq; intelligendi, etsi vnum secundum rẽ sit principium, & non plura quod ipsa anima est. Et hoc exemplum etiam si fit de actiuis principijs, officit nihil: tactus.n. similiter cùm sit passiuum principium, alia ratione suscipit vnã & alteram contrarietatem. Et non esset indignum huic negocio argumentum (si tamen digna fidе esset hæc philosophia) hominis visum & visum aquilę: vel aliorum brutorum esse diuersos specie, esse tamen eiusdem rationis. Similiter à contrario, vnus est sensus tactus specie tamẽ ratione multiplex, sed quantæ sit veritatis, visum nostrum atq; brutorum, esse diuersarũ specierum, supra loco apto discussum & explosum est. Neq; mea saltem sentẽtia cõtradictio Caiet. hoc loco audiẽda est. Iã verò, vt huius rei modus sit in tanta turba doctorum opinatissimorum, elegi mihi Philoponum, quẽ sectarer in assertionẽ vnitatis sensus tactus. Et Aristo. satis sit hoc absoluere modo, ipsum nõ demõstrasse, sed suadelis quibusdam sensum tactus esse plures cõtendisse, quales sunt rationes eę quæ mundo tribuunt infinitatem: aut ipsum intellexisse plures tactus, secundum rationem patiendi à tactilibus. Aristot. autem carnem sensoriũ vocans, audiendus est in locis illatis hoc solum modo, quia caro simul cum sensorio tangit,

Secunda sententia.

Tactus vnus est.

Secunda disputatio quod sit tactus sensorium.



INcerta est hęc disputatio, & quæ varijs, & sibi aduersantibus testimonijs Aristotelis varios fecit autores vt quilibet sibi eligeret viã suam. Arist. enim hoc loco patentem habet sententiam: sensus huius sensorium non esse carnem: sed aliud intrò manens sub carne cõditum. Et quale hoc sit non aperit, tamen secundo libro de partibus animalium cap. 2. (quo loco partes quasdã dixit sensorias, idest, in quibus sensitiua vis, continetur: alias instrumẽtarias & has dixit dissimilares, vt manus pes & id genus, quæ totæ sunt alterius nominis, quã aliæ partes: nã digitus non est manus: illas verò dixit similares, vt carnẽ quã dixit esse tactus subiectũ) carnẽ dixit sensorium: & lib. 1. de historia. cap. 4. tactum dedit carni. Ait etenim esse tactum in similari substãtia, quæ vel caro est, vel quod huic proportionale est. Et libr. 2. cap. 5. sanguis & flegma non habẽt sensum tactus: sed sola caro. Et Auerroes libr. 2. collectionum cap. 8. & in lib. de sensu & sensili carni dat sensorij & rẽ & titulum. Commentator verò in Commentario. 108. iu defensionẽ Aristotelis ait, ipsum retractasse sermonem, quẽ scripserat in libris indicatis: tunc enim temporis nondum nouerat Aristo. intimum sensorium tactus Anathomia autem docente quando ad libros de anima (quos credit hic Arabs esse posteriùs scriptos quã libros animaliũ) anathomicis sectionibus edoctus correxit sententiã, & carnẽ non sensorium, sed medium tactus fecit. Alexander tamen Aphrodiseus in paraphrasi ad locum istum, & Philoponus in expositione carnem sensorium dixerũt: quippe hac causa differat ab alijs sensibus hic sensus, est necesse, ꝙ alij egent medio, hic medio nõ habet opꝰ: est enim materialissimus sensuum: ergo caro non est medium, sed sensorium. Adde, caro simul atq; tangitur sentit: vt ergo caro est mediũ? Etiam si Philoponus censura in hac re quadam vtatur, carnẽ esse mediũ non secundum se totam, sed secundum partem quandam carnis magis spiritualem

lem: & tandem vt in oculo non tunicæ patentes sunt sensorium, sed aliud latēs: ita & in præsentia & fere mutans sententiā, quā asseru erat, nō carnem dixit sensoriū, sed spiritum: intelligens (ni fallor) spiritum animalem, perquem omnis sensio exercetur. Sed cū vnus spiritus animalis omnibus sensibus seruiat, nescio cur dixit spiritum animalē esse sensoriū tactus, cū æqua ratione dicerē illos oēs sensus habere vnū sensorium, si spiritus sensorium est. ¶Verū non est modicæ ambiguitatis, siquis ambigat: si caro esset mediū; & aliud aliquod intimū sensoriū, ergo abscisa carne paulatim ad intima rescādo: tandē neruus iste intimus assequeretur, qui nō sentiret: nā sensibile supra sensoriū non sentitur. Contra tamen experientia indicat quālibet resecueris ad interiora: quæ penetrauerit gladius, sensus operatio nō deest: ergo caro non est mediū sensoriū. Quin etiā Comm. lib. de sensili & sensu propositionem proclamatā in scholis, & ab. Arist. celebratā satis nō vult intellectā in sensu tactus. Et Alber. Magn⁹ peripateticus tractatu de tactu. quæst. penul. sensibile supra neruū sensoriū sentire fatetur. Et Arist. propositionem ait esse verā, non simpliciter, sed de principali sensorio tactus, quod est cerebrū, id quod suapte natura non tangit nisi ratione pāniculorū inuoluentiū ipsum, sentit tangibilia. ¶Ego autem primū credo Aristo. non retractasse idquod modò docuit, siquidē. 2. lib. de parti. c. 10. dixit. Primū sensoriū tactus, nō est caro, neq; aliquid eius, sed aliud intimum. Et tex. 121. Sensoriū suscipit species sine materia. At caro cū materia suscipit sensibilia, quia humescit, calescit, arescit, frigescitq; vt probè Themi. colligit, etiā si non tradat, quod sit hoc intimū. Posteriores autē dixerūt vt Auicena Galenus & alij, hoc intimū neruum esse sensoriū, vnde partes magis neruosæ exactiùs sentiunt, vt man⁹ quæ neruosa est nimis sentit. Caro autē & neruus hoc differūt, neruus. n. frigidior & siccior est carne. 2. lib. de generatione animaliū. c. 4. ¶Secundum quod credo est carnē solam non esse sensoriū. Hāc Arist. ex professo probat. capit. isto, tū quod sensibile supra sensum nō facit sensionem, tum quod si quæ est ratio colligēs sensoriū esse carnem, ea vel maximè carnem immutatā à tactili statim tactilia sentire, at verò hæc non colligit, illa enim citissima sensio est propter cōtinuitatē carnis cū sensorio. ¶Tertiū adijcio neruū sensorij habere facultatē, vel aliquid neruo proportionale, quod dixerim: quia in piscibus nō sunt nerui neque in vermiculis, aut insectis: est tamen in illis aliquid respondēs neruis. Hoc est illud intimū, quod Aristo. sæpe proclamat sensoriū esse tactus. Quanquam per intimum velint aliqui cor subaudire, vt Niphus amore Auerrois captus & alij. Verū Aristo. dixit sensoriū tactus nō est caro neq; aliquid eius sed cor est aliquid carnis: est enim ex carne. Quid quod libello de sensili & sensu dicit sensorium tactus esse iuxta cor, non cor: & aliud est quod sensoriū sit cor, & hoc falsum, aut ex corde, & hoc veritati consonū, vt paulò post excutietur. Quod verò Themistius in paraphrasi ad secundum de anima. c. 40. pronuntiat sensorium dicēs tactus esse in corde, itidē legitima donabitur intelligentia, quam exposteriore disces, quæstiōe. Ait aliquis aduersum hoc, neruus & caro cū sint duo corpora, non possūt se penetrare: ergo vbi est caro nō est neruus, & vbi neruus nō est caro: poterit ergo fieri carnem tangi à calido, & frigido, & non sentire has qualitates experientia reclamāte. Quid quod Aristo. dicit. 3. de hist. c. 5. partes nōnullas corporis carere neruo, huiusmodi igitur pars nō poterit sentire tactilia: qa vacat neruo. Adde tertiò, caro temperatior est neruo: ergo si sensus tactus nobis est sagacissimus erit in parte tēperatissima corporis, quæ non est neruus, qui complexionis terrenæ est. Præter hæc quartò, tact⁹ à tangendo dicitur: at neruus non tangit tactilia, quia ea se tāgunt, quorū vltima sunt simul. Iā verò cū inter neruū & tactile sit caro, neruus non tanget, sed caro ipsa. Postremò argumentū Philoponi vehementer premit: nam si neruus hic sensoriū est, tādē offensus abscisione carnis nō sentiret, cui experiētia occinit. ¶Istis facimus satis hoc modo. Primo dico: carnem & neruū non esse simul penetratiuæ, sunt tamē cōtingua, & sibi coniūcta. Quamobrē carne affecta speciebus tangibilibus,

Philo. excutitur.

Discedit autor ab Aue.

Argu. colliguntur neruum nō esse sensorium.

gibilibus illas trāſuehit inneruū ſibi cō-
Ad ſecundū argumentū. iunctum,q̄ citiſsimè,& fit ſenſio. ¶Secundo dico, carnem nō eſſe ita accōmodam ſenſorio, vt neruus: neruus enimquippe qui eſt terrenæ complexionis eſt aptus, qui ſit ſubiectū ſenſus tactus, qui eſt materialiſsimus omnium ſenſuum. Et quāquam frigidus atq; aridus dicatur, eſt tamen commixtus qualitatum primarum mixtura, & ſi à principatu terræ frigidꝰ & ſiccus cenſeatur, hæc tū frigiditas, atq; ſiccitas ab humiditate carnis & ſāguinis
Ad tertiū argumentū. tēperatur. ¶Argumento tertio ad manū eſt reſpōſio. Fatemur partes aliquot corporis vaccantes eſſe neruo: ille tamen cōiunctæ ſunt neruo. Quapropter per illas
Ad quartū argumentū. ſenſio fit vt per mediū. ¶Quarto reſpondetur, neruum eſſe tactorium, non quia extrema nerui & tāgibilium ſunt ſimul: quia caro intercedens non permittit eſſe ſimul, verum eò tactorius dicitur, quod per ipſum de tāgibilibus iudicamus, quę iudicari non poſſunt, niſi prope carnem admoueātur: caro verò ob id tangibilia hæc tāgere dicitur, qđ minimū ſit qđ intercedit, ſiue aquę, ſiue aeris, vt iā cōmen-
Poſtremo argumento. tarius noſter ſupra meminerat. ¶Poſtremo demū dicamus, ſi neruus ꝑ continuā carnis ſectionē eò deducatur, vt nudus omni carne ſit, crediderim hūc nihil ſentire externa tangibilia admota. Quod ſi experientia docet hunc neruum ſentire, eò eſt quò carne nō eſt exutus omnino, faciente nobiſcum confeſsione chirurgicorum qui exuto neruo à carne neruum ſentire negant. Scio, vt iam prædixi Albertum cōfiteri ſenſibile huic neruo impoſitū ſentiri, & Peripateticā propoſitionē fallere in ſenſu tactus: cui tamen ego nō cōſentio, fortaſsis ſi expertus fuiſſem cōſenſiſſem. De quæſtione iſta hactenus.

Vnde nerui tactorij originem ducant.



Eſtat quærendum vnde nerui iſti ſenſorij habeāt ortum, an à corde, vt placitū eſt peripateticū, an à cerebro, vt eſt Galeni aſſertio, & breuiuſcule diſputabitur: prolixior enim aliquando dabitur facultas diſſerēdi. Galenus igitur lib. 8. de vtilitate partium. cap. 3. &. 4. cerebro fontē neruorum ſenſoriorū tribuit, vt ſupra cōmemoratum eſt. Suffragātur illi multa. Primò nerui ſunt frigidi, non ergo à corde, quod inſtar eſt clibani feruentis, ducunt originem. ¶Deinde primū ſenſitiuū in cerebro eſt: ſomnus enim eſt paſsio primi ſenſitiui. ¶Adde viſum, auditum, olfactum manifeſtariam habere originē à cerebro, tradente Ariſto. libro de iuuētute & ſenectute. cap. 2. Accedit iſtis diſſectiones anotomicorum hoc facilè indicare, neruos ſenſorios à cerebro riuari. ¶Iuuant hæc omnia, apoplexiā in toto corpore fieri: qa nerui decendētes à cerebro opillantur. ¶Rurſum Alexander in paraphraſi de anima cap. vlti. chamęleonta vacantem corde ait ſentire: & Ariſtoteles de teſtudinibus tradidit corde ablato facere motū de iuuentute & ſenectu. c. 1. Diuus autē Gregorius Niſſeę vrbis epiſcopus cū Galeno in decreto hoc cōfeſsionis fœdera iunxit. Caput credēs (libro de viribus animę. cap 16.) eſſe principium motus & ſenſus. Diſtinguit autē inter hęc tria, neruum, vęnam, & arteriā. Neruos omnes à cerebro deduxit in totum corpus. Quòd ſi cerebrum eſt origo neruorū: ergo & ſenſus, quia neruus ſenſoria habet. At vęna, quæ ſanguinis eſt locus, & arteria, quę continet ſpiritum à corde (hoc autore) deriuantur. Vnde cor eſt vitalis motus initium. ¶Ariſt. autem libro indicato cap. 2. hanc quoq; mouit quæſtionem, & perfunctoriè reſpondit cor eſſe ſenſionis primū principium, argumēto vno colligēs ſenſum tactus (qui eſt fundamētum omniū ſenſuū, & naturæ ſenſitiuæ principiū) ſimulac ſenſum guſtus originem ſuam manifeſtā ducere à corde: ergo omnia alia ſenſoria, ab hoc ſuum exordium petēt. Nam ſi tactus, qui primus, ergo & cæteri ſenſus qui tactui innitūtur ab eodem ſumment principiū. ¶Rurſum ſenſio fit calore & ſpū: hęc aūt à corde vt à fonte puriſsimo hauriūtur, vbi cū ſit origo ſanguinis defæcatiſsimi 3. de hiſtoria. c. 19. affatim ſubminiſtrare poterit, & calorē & ſpiritum. Præter hæc Auicena neruo à corde deducto, & in totum expanſo corpus, facultatem tactiuā concedit, naturalium. 6. Adde, cor primū à natura formatum ante reliquas partes corporis. 2. de generatione animalium. c. 4. ergo in corde iacet omnium virium ſenſi

sensitiuarum origo. Istis iunge, cor vltimum emori primo de generatione.ca. 4. Emortuo igitur cerebro cor viuit adhuc. Quare à cerebro non pēdet in sensionis opere: nam mirabile esset id temporis cerebro vitā concedere, & sensum negare. & lib.3. de historia ca.5. originem neruorū in corde traditur esse. Et peripatetico dogmati Plinius libro naturalis historię 11.c.37. mirum est quàm faueat, dicens in corde esse primam animi & sanguinis sedem, cordique esse præcipuum calorem: facile per animum, sensum ipsum, & verbis suis docēs esse cor sēsionis principiū atq; vitæ, quā in voce sanguinis subintellectā voluit. Rursū Auerroes collectionum.2.ca.19. Sēsuum scaturigines cordi dedit Rursum Alex. in paraphrasi de anima cor composuit ex partibus similaribus, siue ex partibus diuersis, ex carne & neruo: ex carne quidem, vt esset principiū, sentiēdi ex neruo verò vt sit mot⁹ principium. Atq; in eā quoq; sententiā est Themistius in libro de iuuētute & sene. & libello de insomnijs. Demū alij peripatetici cum suo principe idem sapiūt. Sunt qui cōciliare curant Arist. Galeno principium sanè sensus esse cor. At verò complementū & sensionis absolutio caput est. Hæc tamen concordia non sedat discordias. Galenus etenim non dedit capiti complementum, sed originem tact⁹, & aliorum sensuum, quod capite illas septem coniugationes membrorum primitiuā habere originē docuit. Cui nō nihil consensit Magnus Albertus, capiti tribuens primitiuum sensoriū tactus, quia caput suapte natura non tangebat. Aristo. autem primitiuū sensorium in corde locauit vt in.2. lib. de partibus cap.10. Expresso tradidit sermōe in hęc verba. Principium sensuum esse cordis locum definitum iam est, cū de sensu ageremus ob quam causam duo, idest, tangendi, & gustandi sensus, ex corde apertè dependēt: vnus ex reliquis tribus, idest olfaciendi mediū tenet: quia est in media facie. duo idest, audiendi & videndi maximè in capite positi sunt: propter sensoriorium naturā, vt visus quia in capite omnibus. Hæc ille. Et lib.4. de historia ca.8. visum à cerebro deriuari dixit. Nam duo nerui seu duo meatus neruosi à cerebro ad ipsas oculorū sedes descēdūt. Et præter hęc apoplexiam vitio cordis prius quā capitis esse prima sectione problematū problema .9. tradidit. Ego sanè, si sectiones anatomicæ sunt consulendæ, multum tribuo Galeni sentētiæ. Nā dissectiones plurimum illi suffragātur. Sin est consulēda ratio plus peripatetico placito tribuo quodest sensus tactum & gustum maximè verò tactum â corde originē ducere. ¶ Et argumentum primum Gale. diluitur neruos sanè frigidos esse, sed hæc frigiditas non tollit orginē à corde: nam in deriuatione à corde lōgoque per corpus abscessu frigescunt tantisper, dū magis à fonte discedunt. ¶ Argumento secūdo, sensum communem in capite esse nō abnuit schola peripatetica, verū eius radix atq; origo est cordis: & complementum à capite. Vnde peripateticus sensorium cōmunis sensus cordis esse docuit, de somno & vigilia ca.2. id quod verum secundum primitiuam originē: nā finis eius in capite est, vt vapores cęlum versus ascendentes à terra capiunt initium: complentur autem media aeris regione. ¶ Tertio dicendum, tres sensus illi quia sunt spiritualiores alijs, saltē manifestè nō habent in corde sensoria: cor enim est terrenæ & crassę substantiæ, visus verò & auditus, &c, non erant hac substantia in sensorijs onerandi, quę obstaculo illis esset, quominus suis sensionibus fungerentur. Tactus verò & gustus, qui magis terreni sunt sensus, cor habent in primitiuum sensorium: vnde etiam si animalia quædam enascantur sine capite, nullum sine corde. ¶ Testudines autem illæ auulso corde mouentur ab spiritibus relictis & à corde diffusis in testudinis corp⁹ nō tamen sentient. Et idem de chameleone credimus. ¶ Nos verò supra sequuti Galenum, sensorium gustus capiti dedimus simul atq; tactus. Alexander autem credens carnem esse tactus sensorium, & nō aliquod intimū, sed vt oculus extra prominēs, auriculæ & nares, & lingua sunt sensoria aliorum sensuum: ita caro tactus vt meminit Themistius ca.40. paraphraseos dicēs chameleonē ablato corde sentire. ¶ Nos verò ipsum abhorrere ab Arist. cum Cōmentatore suprà, & modo cum Themistio asserimus. Etenim caro est inter

Arist. conciliat Galeno.

Argu. soluūtur.

Alexād. repræhēditur.

ter medium per quod tactus sentit, non sensorium, neq; illa est, quæ sentit, sed animal cũ illa: de cæteris itidẽ sensorijs malè accepit. Nãq; non quod prominet oculi est sensoriũ, neq; nasi aut auriũ, vt abũdè prædiximus. Quòd si cor est, vbi primũ est sensoriũ tactus, vt videtur Aristo. haud dubiũ rem tactilẽ supra hoc sensoriũ sentiri nõ posse: & nescio cur Auerroes tactum excepit ab vniuersali prolo quio Arist. sensile sensui impositum nequit sentiri: quippe si de vero & germano tact⁹ sensorio sit sermo si illi incubuerit sensile nõ sentietur: etenim cũ tangibilis in tactũ actio sit spiritualis sub aliqua ratione, nonnulla distãtia in sensibili hoc, vt in alijs est signanda, vt sentiri posset tãgibile. Quo agẽdi modo sensilia discedũt ab actione reali, quæ viuacius exercetur, quò materia est agẽti propinquior. Ignis sanè facilius ligna inflãmat sibi propinquiora quã remotiora.

Diligenter obserua.

CAP. XII.

Sensus excipere species citra materiæ molẽ manifestat, quid sensus, quidve sensorium sit definitione complectitur, quæ duo idem subiecto, non tamen ratione sunt & duas quæstiones ab soluens (cur inquam excellẽtia sensilia sensum oblædant? cur rursum plantæ non sentiant?) capiti & libro finem dedit.

Tex. 121.



Portet autẽ vniuersaliter de oĩ sensu accipere, ꝙ sensus est id qđ est susceptiuũ specierũ siue materia. vt cera, annuli, sine ferro & auro, recipit signũ. accipit autẽ aureũ, aut ęneum signũ, sed nõ in quãtum aurũ, aut æs. Similiter autem & sensus vniuscuiusq;, ab habẽte odorem, aut saporẽ, aut sonũ patitur. sed nõ in quãtũ vnũquodq; illorũ dicitur, sed in quãtum huiusmodi, et secundum rationem.

¶De singulis sensib⁹ proprias persequutus fuerat rationes iã verò hoc capite generalẽ rationem sensuũ hæc verba ostendũt. Omnis sens⁹ suscipit species sine materia sensibilis vt cera annuli figuram, & non aurum aut ferrũ annuli excipit, sed imaginẽ solam, citra materiã. Est sanè verum cerã excipere aureũ aut ferreum signum, id est, imaginem, non tñ quatenus aurea sunt, aut ęnea, sed vt habentia imaginẽ. Ita quoq; visus à corpore albo non vt corpus album, sed vt album: & odoratus ab olẽte corpore, nõ vt corpus, sed vt odorẽ fundit: gustus à melle nõ vt mel, sed vt species dulcedinis immittit in gustũ. Et hoc est, quod ait pati sensum ab istis sensibilibus, non secũdum materiã, sed secundum rationẽ, quæ forma est.

¶Est aũt suboriens dubiũ hoc, non esse dicet aliquis singulare sensuũ, verùm cõmune omni patiẽti excipere formã sine materia, aqua calorem excipiẽs nõ suscipit ignem: neq; aer calefactus ignẽ excipit, sed solam formã: & in vniuersum nũquam patiẽs subiectũ formã cum materia suscipit: quippe hoc impossibile est.

Dubitatio nõ pe[n]itenda.

¶Aduertẽdum est, ne in errore nos agãt verba philosophi, esse certæ & indubiæ veritatis formã excipi in quouis patiẽte sine agentis materia. Cæterũ forma & ratio rei dupliciter excipitur: aut cũ dispositionibus similibus dispositionibus agẽtis: vñde processit, aut citra illas. Calor etenim receptus in aqua nõ dissimilem habet modum atq; in igne: in ambobus enim est realiter calor. Vt.n. ignis calid⁹ est calore, ita aqua verè calida est & calefacit calore. Quare est receptio caloris in aqua, veri atq; natiui caloris est verã atq; naturalẽ potens asseq calefactionẽ: vt aqua feruẽs in manum iniecta dubio ꝓcul ostẽdit. Porrò autẽ sensus suscipiẽs colorẽ non tingitur colore: neq; albescit visus, aut nigrescit, aut flauescit, sed cognoscit (suscipiens coloris formã) colorũ differẽtias. quare sensus formã rei suscipit citra materiã. i. non habet illũ modum materialẽ essendi forma coloris in oculo, quẽ habet in materia: neq; sonus in auditu, &c. Verũ alia subiecta, quæ nõ sunt prædita vi cognoscẽdi, etiam si excipiant ab agente formas citra materiam, tamen qa suscipiũt cum modo illo, quẽ

Notatu dignißima.

formæ

formæ agentiũ habent in materia, hac ratiõe dicũtur excipere formas cũ materia.

Tex. 122. ¶ Sensoriũ autẽ primũ, est in quo huiusmodi potẽtia. Est igitur idẽ sed esse: alterũ est. magnitudo. n. quædã erit: id quod sentit non tñ, est sensitiuo esse. neq; sensus magnitudo est, sed ratio quædam & potentia illius.

¶ Sensoriũ esse primũ conceptaculũ & loculamentũ sensus etiã supra tradiderat. Sensus igitur & sensoriũ idem subiecto sunt, vt accidens & suũ subiectũ homo & album, quãquam esse sensus & ratio est alia ab esse sensorij. Nã sensoriũ corpus est & magnitudinem habet, verũ sensus nõ est magnitudo. Sensus. n. est ratio & quædã sensorij vis atq; facultas. Discrepãt ergo ratiõe: quæ subiecto cõueniũt. Adde sensoriũ sub substantiæ ratione referendũ, est. n. substãtia quædã: at sensus accidens est sensoriũ perficiens. Verum sensoriũ eo appellationẽ hanc sibi cõciliat, quia primũ sensus subiectum, illius q́ue proprium domicilium est.

Tex. 123. ¶ Manifestum autem ex his & propter quid sẽsibiliũ excellẽtię corrũpũt sensoria. si nãq; sit fortior sensorio: mot⁹ soluitur. ratio (hoc aũt erat sẽsus) sicut & symphonia & tonus percussis fortiter chordis.

¶ Sensus est quædã ratio & forma sensorij, quælibet autem forma moderationẽ quandã sibi poscit in subiecto qua dissoluta forma perit, vt in fidibus si tensio sit maior chordæ, quã cõcẽtus harmonicus aut quiuis alius postulat, harmonia soluitur. Sensorium igitur ab excellenti sensili superatum soluit suum proprium temperamentũ, quo seruiebat sensui, vt si glaciem illã vitreã vehemens lucis radius oblæserit, & à propria temperatura reuulserit visus labefactabitur. Nã actus actiuorũ sunt in patiente germanè disposito vt fortis percussio chordarũ simphoniã, idest, consonantiã modulatoriã corrumpit, indeq; à vehementi delectatione legimus quosdã perijsse & alios ab immensa tristitia, vt Galenus libro de simptomatũ causis ait. Etenim cor (primũ tactus sensorium Aristoteli est) nimio affectu proportionẽ sibi æqualem amittit.

¶ Et propter quid plantæ non sentiunt, cum habeant quandã partẽ animalem & patiantur à tangibilibus, etenim frigescũt: & calescũt. Causa enim, est nõ habere medietatem. neq; huiusmodi principiũ vt possit recipere species sensiliũ: sed pati cum materia. Tex. 124

¶ Secundo colligit primordialẽ causam insensibilitatis plantarum: quippe plantę suscipiunt formas cum materia (sensu expresso iam) plãtę calescunt, frigescũt & non sunt aptæ, quæ excipiant formas sine materia, ideo non sentiũt. Causa verò, quod à formis cum materia patiantur est, quia non habent illã qualitatũ æquabilitatem, quæ sensorijs data est. Sensorij igitur medietas, idest, qualitatũ modiocritas plãtis negata est, sed habẽt immodicũ excessum, aut defectũ in cõpositione aut coloris, aut frigoris, ideo non sunt cõpotes facultatis sensitiuæ, id qđ manifestat earum defixa humi sedes corticisq́ue non exigua durities, quę tactũ offendit, ideoq; & tactus non sunt participes. Cũ verò audis plantas habere partẽ aliquã animalem, caue ne eas animales putes aut animalia. Sed Arist. hic loc⁹ est subaudiendus, plãtas habere quandã partem animæ, quia altricis animæ sunt cõpotes: in quẽ quoq; sensũ Argiro. trãstulit: ob quã vetit causam non sentiunt plantæ, tametsi partẽ aliquã habent aĩæ.

¶ Dubitabit autẽ aliquis si patiatur aliquid ab odore quod nõ põt olfacere, aut à colore, quod nõ potest videre. similiter aũt, & in aliis. Si autẽ olfactibile sit odor, si quid facit. olfactũ inquantũ odor est facit. Quare non potentium olfacere, nihil pati potest ab odore. eadẽ autẽ ratio, & in alijs. Neq; potẽtiũ, Tex. 125

nisi quantum manifestum vnunquodque sensitiuum.

Passio à sensili duplex. ¶Geminam esse à sensilibus passionē docet: aliā vt sunt sensibilia, & hæc sensuū sola est. Solus visus à colore patitur solū vt sensibilis est color. Verū alia citra sensum patiūtur à sensibilib⁹ passione quæ est cū materia, quæ passio etiā si à sensibili profecta tamē non qua sensibile, sed qua est naturale agens. Lumen.n. solum illustrat visum vt videat: verū aerem terram & aquā illuminat, vt calefaciat: & tonitruus solū immutat auditum vt audiat, sed arborem scindit, concitato aere, & cōuoluto, impetū velocēq; ictū in arborem incutiēs. Sic igitur sonus nō findit ligna, sed aer in quo sonus. Et itidem vt odor est odor nō alterat aerē, sed olfactum. Sed thimiama, vbi est odor, alterat aerem olenti substantia diffusa. Color rursum vestes afficit, non qua color est visibilis, sed substantia illa, quæ colorem habebat qua tinxit vestes, vt salsugo maris exædit petras in littore sitas, non quà salsuginosus sapor, quia sic solius gustus: sed propter vndam, vbi est ille salsus sapor: & dulces aquæ madefacientes lapides durabiles reddunt, nō qua dulces sunt, sed à complexione aquæ hoc saporis genus parit. ¶Sed quale hoc quod Arist. tradit nūc: quādoquidem mediū suscipit species sine materia vt aer, & aqua species visibiles, & specularia corpora itidem imagines excipiūt sine materia. Et tamē neq; medio, neque speculis est facultas aut sensorij aut sensus: nō ergo solius est sensorij cum sensu excipere rerū rōnes sine materia: sed alia in hoc priuilegiū cōmunionis consortiū habent. Non indigna dubitatio hæc est quæ Arist. loci intelligētiam exigit. Cui tñ respōdetur suscipere species sine materia sensibiliter solius sensus est, qui per species res externas aduertit. Cæterū species citra materiā, vtcūq; siue sensiliter, siue insensibiliter, aliorū est à sensu, vt argumētū cōtēdit: speculū.n. excepta imagine nihil sentit. Sunt aūt duę causę solū sensum colligētes à sensili, vt sensile pati. Prima est, nam sensile est agens quoddā, vt sensile est. Huius autem proprium patiens sensus est ergo nihil potest à sensili, vt sensile pati, nisi sensus. Et hoc ait Aristo. dicens. *Si olfactibile sit dolor.* Secundam vero rationem verba sequentia inducunt.

Dubitatio 2. (margin note beside "¶Sed quale hoc")

¶Simul aūt manifestum est, & sic neq;.n. lumē & tenebræ, neq; son⁹ neq; odor q.cquā facit in corpora, sed ea in quib⁹ est. vt aer q. cū tonitruo, findit lignum. Sed tāgibilia & sapores, faciūt. si.n. nō à quo vtiq; paterētur inaīata, et alterarētur? Tex.126.

¶Rem exponit proposito luminis exemplo. Quod.n. calefacit est causa sol, in quo est, &c. Sensibilia etenim si agunt actiones, quas vocant reales, simul agūt cum materia, in qua sunt, seu subiectum sensiliū est, quod agit, vt aer illuminatus calefacit, & aer impulsus vi tonitrui findit arbores, non sonus q in ipso aere est. Verba autē Arist. referamus illa elucidantes à principio. *Dubitabit autem aliquis.* dixerat prius plātas vi sentiēdi donatas nō esse: quia terrenæ substātiæ mole grauantur, quapropter sensorias species non admittebāt. At modo dubio hoc ꝑducto quasi tacitū argumētum tale est. Aer excipit odoris species, & aqua: itidēq; & visibiles & alia inanimata à sensibilibus patiūtur, ecquid plātis hoc negabitur à sensibilibus affici? Hoc argumētum prætendens Arist. sub prætextu dubij illud exprompsit: dubitabit inqt aliquis si aliqd patiatur ab odore, quod non pōt olfacere, &c. *Si autem.* disputat negatiuā dubij partē olfactibile. Si quid facit, est afficere olfactum odore: ergo quæ impotentia sunt olfacere, nō patiētur ab olfactibili, siue odore. Quare neq; aer, neque aqua. *Neque potētium.* Rem finit dicēs, nihil pati à sensibili: vt sensibile est, nisi sensitiuum vt est sensitiuū. *Simul autem,* exemplo demonstrat quod dixerat *Neque.n. lumen.* Id est, lumen si realem assequitur operationem, non vt sensile, sed quatenus est solis accidēs & forma aeris. Et tenebrā exposuit in exēplū, à cuius tñ nullā naturalē actionē seu realē experimur, sed actiones reales luminis priuat, vt tenebra noctis mortē ęgrotis conciliat. Rursum tonitrui sonus odoresq;, qui sæpe salubres sæpe

sæpe noxij,& pestilentes sunt, si qñ hæc agunt,non vt sensilia accidētia,sed quatenus sunt formæ agentiū naturaliū,quę illis actionibus potiuntur. Et tãgibilia agũt in animata:incalescunt .n.à calore & frigescunt à frigore, quemadmodũ & gustabilia agũt reali actione vt acetũ cõminuit lapides at nõ agũt hęc vt sensilia sed vt agentia.Et hic locus magna pensitatione librandus, vt discas inter actionē realem & sensibilē quã vocant intentionalē discrimē statuere; illa enim vt calefactio est totius subiecti vt ignis : hæc autē est non totius,sed formæ. Nã calor vt calor tangitur:ignis verò per accidēs tangitur.

Tex.127. ¶ Ergone & illa faciunt? nõ omne corpus passiuũ est ab odore & sono:& patiētia : indeterminta sunt & nõ amanent: vt aer?olet enim, tãquã passus aliquid. Quid igitur est odorare:præter pati aliquid?an odorare,sentire est?aer autem passus,mox sensibilis sit.

¶Qđ dicit tale est etiã si inanimata possint pati à sensibus:tñ horũ quædã sunt, quæ in quodlibet corpus indeterminate agũt,vt calidũ,frigidũ & tãgibilia: tñ color,odor,& sonus habent quædã in aminata subiecta in quę agant,vt aquã:& aerem:quæ vocat patientia indeterminata,& quę nõ manent,quia nõ continētur proprio termino,sed alieno,Aqua.n.tota fluit, nisi vasis aut cõtinentis alterius forma cõstet.Similiterque aer expropria nõ se retinet natura, nisi terminus extranei corporis accedat:qui aeris fluxũ cõpescat.Aer ergo patitur ab odoramēto: olet.n. tanquã passus odoris aliquid. Et quantũ fert indiciũ meũ verborũ horum Arist.sensus est.Animata esse sane passibilia à sensilib⁹:vt quod nõ videt:patiatur à colore,& quod nõ audit à sono: & quod nõ olet,ab odore.Quanquã animata,quæ humida sunt,& nõ habent cõsistētem statũ(quia fluxa sunt) hæc faciliùs patiũtur,& suscipiũt sensibiliũ actiones. Nanq; etsi vestis odore suffita oleat, tñ faciliùs multo per aerē odor dilabitur q̃ per vestē. Cęterũ etsi facilius aer & aqua has sensiliũ impressiones patiãtur, saltē odoris,& soni,quã cætera animata :nam aer strepit & olet: verũ hæc passio nõ est sensibilis,quia propriũ suscipiēs sonũ vt sensibilis,est auditus,&c. vt iã cõmonuimus.Prioris expositionis.S.Tho. est amicus,sed hæc amicabilior est literę.Dubio enim moto tex.125.si inanimata pati possunt à sensili,respõsio per hæc est absoluta:imò neq; animata,vt plantæ,sensibiliter patiuntur à sensibilibus. Occasione quarũ quęstiũcula hęc introducta est,disputationis tamē malleo opportunũ iudico hæc exercere. Et primus donetur locus disputationi huic quã subiectus hic titulus ostendet.

Si species sunt diuisibiles an indiuisibiles nam Aristo.hoc loco species dixit esse sine materia.


DE qua re,vt cęteris vniuersis rebus ambiguis,mirũ est quã varient autores, maximè ꝙ nihil certi de ea Arist.statuerit, vt lites dirimeret proinde relictus spaciosus opinandi cãpus,vt quilibet pro suo arbitratu in scholas inueheret,quod sibi ratio aut libido suggerebat.Quidã vt Paulus Venetus ,Alfonsus Toletanus præsul & alij species indiuisibiles intrepidè dixerunt.Materia(ait Pau . in Com.huius loci) à quantitate habet diuisionem, forma hic & nunc.At species non habēt primã materiæ cõditionē, quæ neq; sectiles sunt,neq; habēt partē extra partē, & si habēt, ꝙ sint hic nunc.Et in præsentia non de specibus mentis sermo vertitur: quia de huiusmodi non est reuocatum in dubiũ,sed de speciebus sensus . Et locus peripatetic⁹ prefert illas esse indiuisibiles:nã tradidit,sensus excipit species sine materia . Quod aũt immateriale, est indiuisibile. ¶Secũdò species sunt in anima vel in animæ potentia.Sed anima nõ est diuisibilis,non est .n. corporis,sed neque potentia est diuisibis:nã sensus non est magnitudo,vt docuit hoc loco Arist. 2.cõnexio. Adde si dixeris excipiũtur medio,& mediũ est corpus,aduersum te est mediũ excipere species indiuisibiliter.Alioqui vētus aerē concutiens,illas quoquo versus impelleret:id quod falsum esse experientia testatur. Non enim species visibiles

 rapiũ

rapiũtur à turbine ventorũ. ¶Istis fauet rursum:si species essent diuisibiles, vt ergo minimæ quãtitatis species oculo insidẽs vastissimã cæli molẽ referret? Diuus quoq; August.in libr.12. super Genesim. ad literã species sensibiles spirituales vocat.c.16.Quo loco iõ audet naturã sensitiuam cælesti naturæ preferre.¶In diuersum est ꝓpositio perspectiuorũ. Species diffundũtur ab obiecto in forma Pyramidis, cuius conus est in visu: & basis est in re visa.Quæ verò sunt pyramidalis formæ, nõ sunt indiuisibilia.Et huic altera cõcinit perspectiuorũ propositio, quę est secũda.1.lib.Is ordo est in specie, quẽ res visa seruat in partib⁹ suis: vt ptes rei quædã sursum,aliæ deorsum:quædã dextrorsum,aliæ sinixtrorsũ:ita se gerit species in ordine suarũ partiũ.Et Arist.3.meteo. vt vernaculis testimonijs rẽ hãc disseramus,specula(ait)admodũ exigua nõ referunt imagines, sed colores.Et huius rei re vera alia non est causa, nisi speciei extẽsio,& diuisibilitas:alioqui,quid etiã in minutissimo speculo imago referretur? nam indiuisibilis species minutula quæq; specula poterit in loculamẽtum habere. ¶Hæc aũt quæstio agi non põt, nisi offensionem quorũdam submoueamus negãtium species: ita intellectus,vt sensus.Quod philosophię genus quosdã de theologorũ classe habet assertores,vt Okamũ.2.Senten.q.18.&.17.& Gabrielẽ alũnum eius.dist.3.2.q.2. Et lõgè ante horũ secula Porphirius in lib.quẽ de sensu inscripsit:has speciesnegat. Sibi hoc colligens:aĩa. n. per se ipsam est cognitiua. Quô ergo eget speciebus adminiculatorijs?Sed præsente obiecto ipsa suapte natura cognoscet, vt ignis præsente materia calefaciet.Cuius sentẽtiæ adhuc fuerũt vetustioresPorphyrio autores,vtEmpedocles,& prisci alij philosophi, q credẽtes necessariũ hoc principiũ cognitũ, scilicet,esse cognoscentẽ animã cõstituerunt ex elemẽtis,dicẽtem illam esse ignẽ & aquã,& aerẽ & terram,vt per ignẽ aduerteret ignes,ꝑ aquã aquas, &c. Et isti diffitebãtur species, quibus in confesso erat animã per naturã propriã vniuersorũ assequi posse notionẽ, & non per mẽdicatas species. Sed hos mittamus deliros philosophos. At verò negantes has species Okam & Gabriel loco specierũ subrogãt quatuor qualitates quasdã primas,dicẽtes cõfortatiuas, aut debilitatiuas.Nã alba infirmãt visum,nigra roborãt. secũdas vero sẽsibiles in absẽtia obiecti. A viso.n.sole supersunt quædã qualitates,vt splẽdor in oculis clausis. Et postea rubedo quędã,tandẽq; nigredo,quę oculis clausis afferuntur.Tertiæ sunt visiones rerũ,quæ ab obiecto imprimũtur, & tandẽ quartæ visionũ visiones. Et hic autor scopũ veritatis fugiens, in multa se præceps dedit falsa. Siquidẽ errare cõtigit infinito: etsi Durãd. in.2.Sent. dist. 3. q. 6. candem sentẽtiam cõdixerit cum Okamo species negãs sensus & intellect⁹. Sed oportebat hos meminisse D. August.11.de Trinit. dixisse.c.2.difficile esse specierũ impressionẽ ab obiectis, rudiorib⁹ ingenijs.Sacro sctã Dei oracula has quoq; rerum species cõfitentur.In libro etenim B.Iob.c.4. legimus in horrore visionis nocturnæ: qñ sopor solet occupare homines, pauor tenuit me & tremor. Et quibusdã interiectis subdit.Stetit quidã,cuius nõ agnoscebã vultũ,imago coram oculis meis.Cernis,vt insomnia fiũt per imagines rerũ, quas nos dicimus species?Et actorum. 10. Petrus extasi correptus vidit linteamẽ vniuersis animantibus plenũ.Quæ solũ erant similitudines rerũ.& sæpe alibi hoc idẽ extat.Neq; argumentũ porphyrij hæc soluit.aĩa.n.per se est cognoscẽs: qa per se est nota suscipere has species.nõ quod ipsa citra speciei affectionẽ possit cognoscere. Verũ misso Augustino, in philosophos nos cõferamus. Et Aristo. ita apertissimè illas tradidit, vt q illi refragetur, peripateticæ disciplinæ nõ subscribat.Hoc cap.omnibus esse sensibus cõmune species excipere sine materia non obscura voce cõfitetur.Quod exẽplo illustrat, vt cera sigilli formã suscipit sine materia,&.3.de aĩa lapis nõ est in aĩa,sed species lapidis.text. 38.& text.6. Anima est specierũ locus & text.3.intellectũ vocat speciẽ specierum & in lib.de memoria & reminiscẽtia. c.1. memoriã ait referri in simulachra, non scdm quod simulachrũ est res quędã:sed vt imago est rei.Nõ est memoria,inquit, vt si qs contẽpletur spectrũCorisci,vt talis res est,argẽtea,vel ærea:sed vt is q spectrum

ctrũ corisci cõsiderat, vt Coriscũ refert, & in lib. de insõnijs, insomniũ finit esse phãtasmatũ seu simulachrorũ apparẽtiam, q̃ iudicamus esse veritatẽ, externis ligatis sensibus & alias nõ poterimus insomniorũ idoneã præstare causam, nisi p has species: habitus. n. Okamici nõ sunt reb⁹ similes. Vt ergo res ipsas ostendent? & libro d̃ insomnijs illato. c. 2. peripateticus collegit species: nã conniuentes solẽ, & dein auulsi cõmotiones quasdã oculorũ sentimus, clausis oculis splẽdorem quendam, deinde rubeũ colorẽ quousq; in nigrũ euanescat. p cõmotiones aũt subaudit species. Et. 3. lib. de aĩa fusè disputat cognitũ esse in cognoscẽte, sed vt erit in cognoscẽte cognitũ, nisi p similitudinẽ impressam? Nãq; qualitas cõfortans nõ est huiusmodi, & visio non est imago, sed notio rei. Etiã si Augus. Nyphus. 5. lib. de intellectu. c. 34. cõcedat, temerè tñ, visionẽ esse imaginẽ. Etenim cũ sit visio in genere actionis, actioni verò nõ cõgruit referre agẽs, vt eius est imago? Sed per discursum ducit actio in autoris notionẽ: imago aũt sine discursu, vt in quouis actionũ genere res ipsas indicabit. Et nos supra hãc sentẽtiam reiecimus. Quãobrẽ est cognitũ in cognoscẽte per similitudinẽ speciei solũ ab obiecto incussã facultati sensitiuæ. Et Cõm. 2. de aĩa Com. 97. color habet duplex esse: & in subiecto esse naturale, & in medio esse spũale, qđ est esse speciei. Et idem in sono, & odore, credit, &c. ℭ Adde, Qualitas illa cõfortãs, & alia infirmãs, cũ sint coloris, nõ vt sensile est, sed vt natura est quædã. Nã confortare potẽtias, est actio naturę, vt & infirmare. Sunt. n. ciborũ genera, quæ hoc muneris habeãt, visũ illustrare, aut aciẽ eius obtũdere. Oportet autem colori, vt sensilis est, actionẽ tribuere: & nulla est alia, nisi speciei diffusio. Arist. etenim tradidit hoc loco & alibi, nõ semel sensibile esse agẽs in sensum, vt sensile. Est ergo peripateticè actio dãda sensibili, vt sensibile est: & hæc nõ est illarum qualitatũ, quas finxit Okam: habitus. n. fit à potẽtiæ facultate. Et cæterę fiunt ab obiecto, nõ vt sensibile. Igitur sol imprimẽs lucẽ quæ reuerberata splẽdescit. At splendor ille illatus oculis nõ est lucis, vt sensibilis, sed vt agẽtis realẽ actionem. Si ergo


Argumenta contra Okam Duran. & Gabrielẽ

lux nõ agit speciẽ in visum, nihil vt sensile aget. At Okam dicet imprimi visionẽ. Verũ hãc non obiectũ imprimit solũ, sed à potẽtia & obiecto ortum ducit, vt collegimus supra. c. 6. Themistius quoq; lib. de insomnijs, & de memoria & reminiscentia, nũquam nõ meminit in absentia rerũ, sensus seruare apud se rerũ sensatarũ spectra, & idola. Experimẽta sunt pleraq; multa, quæ meo iudicio, nisi alia suppeterẽt argumẽta vegetiora, rem nõ cõficerẽt. Primũ est specierũ exemplum quod imaginẽ rerũ obiectarũ repræsentat. At hoc eneruo exẽplum est ait aliqs: nã specula vt volunt pspectiui, nõ ostendunt species, sed ipsas res easdẽ ostensas referũt. Propositio aũt quæ hoc loqtur, hæc est: formas in speculis apparẽtes per impressionem in speculo factã minimè videri. Quã colligũt primo argumẽto. In speculis ferreis, aut adamãtinis, aut ex iaspide impressio specierũ minimè fit materia cum impressione non conueniẽte.

Experimenta probantia species.

ℭ Secũdò si imprimerẽtur idola hæc speculis sup̃ficie ten⁹ apparerẽt reclamante experiẽtia, quæ in profundo detueri hęc idola docet in cõcursu, vt perspectiua tenet traditio radij visualis cũ catheto: vt figura demõstrat (voco catetũ in perpẽdiculo cadẽtẽ radiũ) Sed neq; in pfundo fit impressio. Nanque subtus aquas si mõs esset æneus, qui impressionem hãc repelleret, spectra turris obiectæ detueretur. Quãobrem infirma hæc est experiẽtia ad astruẽdum visiles species. Nã quod inibi inspeculo spectatur, nõ est species, quę sit qualitas, sed apparitio eiusdẽ rei, vel res ipsa obiecta apparet in loco altero: hoc tñ facit cũ speciebus hæc experiẽtia, qđ etiam si quod apparet, nõ sit imago rei: sed ipsa res. Verùm illa apparitio est à refractis speciebus à superficie speculi in visum. Rursum experimenta alia de baculo fracto, de denario subtus aquas grãdiore apparente, diceret aliquis hoc non esse speciẽrum argumẽtum, sed medij est diuersitas qñ oculus est in medio raro, & res visa in medio denso apparet maior, vt qñ lapis subtus aquas & visus est in aere: & cõtra se ostẽtat minorẽ, vt stellæ, nobis sese minores

Exẽpla quæ species colligunt.



nores offerũt, quã sint. Neq; illud alterũ experimẽtum ꝺ colore rubeo, aut viridi, quo tinguntur parietes obiecti lumini solis trãseunte per vitrũ coloribus distinctũ plurimũ suffragatur. Nãq; primũ color ille parieti infusus nõ est color malè siquidem cõcepit: Okam colorẽ credens producere colorem: color enim non est actiua qualitas, neq; põt albedo albedinem producere. Et multi multa loquuntur de huiusmodi coloribus apparentibus per vitrea hæc corpora. Aliis placuit esse species rubedo illa rubedinis species & viriditas viridis. Id quod difficilius iudico species esse visibiles recto intuitu. Rursum si species sunt, species aũt iniectę sensorio sentiuntur: ergo si admoueris oculũ in colores illos, videbis illos id quod experiẽtia negat. si. n. sit admodũ proximus aliqs coloribus illis, nõ videbit illos. Non ergo species sunt. Rursum species in medio aut sensorio inuenias solũ: colores autẽ illi in extremo corporis terminati sunt, vt parietis vel corporis alterius terminati. ❡Ego aliquando sentiebã illorũ apparẽtiam esse luminis coloris affecti. Opinabar. n. lumen pene trans vitrũ coloribus imbui, & illo eodẽ genere, & sese nostris cõspectibus sub illa colorũ varietate offerre, vt radius solis sese arboribus insinuãs virore tinctũ spectamus, & per rubẽtes nubes trãsiens rubescit. Hoc aũt est admodũ mirabile. Nã quæret aliquis, quale illud est qꝺ radiũ solis tingit, est ne color? Iam hic actiuus esset alteri⁹ coloris: si species coloris. Ecquid obstarẽt, quo minus vt species coloris radiũ solis tingit ipsum rubefaciẽdo? Exẽpli cã: ita & visum tingeret? & iã species ageret cũ materia. Qꝺ Arist. acutissimè rẽ cernẽs planè negat. Alioqui visus albesceret, & nigresceret suscepta specie nigri, & albi. Species igitur non poterit tingere lumẽ solis, neq; alia. Nã æqua ratione & orbiculũ ocularẽ imbueret coloribus vt collegi. ❡Credo igitur (vt credulitas hæc sit, ceu quæ refugit maiora in philosophia detrimẽta) colorẽ illum neq; esse colorẽ excussum ab altero colore, neq; speciẽ coloris, neq; lumẽ tinctũ. Sed is ipse color, qui vitro inest, is ipse alibi ostenditur ꝑ speculi radios infusos. Per solis itaq; radios, qui ꝑ vitrũ species coloris deferũt in parietẽ, & inibi reflectũtur in visum, & hic speciebus istis instruct⁹ colorẽ videt vitri. Alibi tñ quam sit vt in speculis diximus. Speculum. n. quoduis hoc habet rẽ ipsam aliàs ostendere, quam sit situs proprius rei. Et siue colligant hæc experimenta siue non colligant: nostra nihil intersit, quãdo Aristo. apertè docet species & ferè tota schola philosophorum. Neque Plato alio vidit mõ sensus sentire valere, nisi inuectis in sensum rerũ similitudinibus. vt in. ca. de visu ostensum est. Neq; Arist. dissensit in hac re specierum à Platone, sed in digressu radiorũ ab oculo, q has species inueheret in sensum. Et stupore res satis digna est: leui argumẽto discessisse quosdã autores, ne asserãt species. Durã. species habens odiosas sic cõtra illas colligit, si speciẽ habet visus, qua instructus videt. Primò ergo videbit speciẽ visus, & hac inspecta ꝑ hanc rem videbit. Nã omnis, qui videt imaginis beneficio vtẽs, imaginem primò cõsiderat, & subinde rem. Cęterũ visus non videt, sed neq; videre põt speciẽ suam, neq; alij sensus suas species sentiũt. Cui argumento dicẽdum visum nõ videre suã speciem, neq; alios sensus proprias sentire species: neq; speciebus sigillãtur, vt illis sensatis obiecta sentiãt. Hoc est. n. sensuũ interiorũ, qui seruant species, vt absentibus obiectis illis vtantur in notitiã rerũ. Sensus aũt exterior, q nũquam abstractiuã assequitur notitiã, Ideo nõ est specierũ seruator. Solum habet species, vt similis reddatur agẽti sensibili, cuius est propriũ patiẽs. Quamobrem illas nõ videt. & propositio hæc per species videt visus, est geminati sensus: aut qꝺ primo videat species, & per illas videt obiectũ sẽsile, & hoc abnuim⁹, aut ꝙ per illas. i. illis informatus suã peragit visionem & cõcedimus, vt materia cõcepta forma operatur per illã. Sensus verò interni speciebus vtroq; modo vtũtur. Quapropter species sensibiles sanè sunt sensata à sensibus interiorib⁹: idcircoq; Aristote. ait species sensibiles esse quædam sensibilia: non tamen à sensibus externis, qui non in illas, sed in res ipsas se accommodãt. Cuius rei causa sensus externi minus fallaces sunt internis. Isti enim sæpe similitudines spectãtes res ducunt

De trãspareñtia per vitrũ colorum.

Durandus de speciebus.

cũt esse rerũ idola, nisi sit sensus superior vel intellectus corrigens. vt libello de insõniis.c.3.traditur. Externi aũt, nõ spectãt similitudines, sed res: nõ decipiũtur propria sensoria. Et quod Okam credidit illũ splẽdorem, & rubedinẽ illã vel quasuis alias qualitates immanentes visui absente sensibili esse qualitates: quãquã non magna cõtrouersia est cõtrouertẽdum. ¶Ego tñ magis crediderim non esse qualitates: nã (vt dicebã) colores nõ sunt actiui aliorũ colorũ: sed si viridẽ spectaueris intẽtissimo aspectu, in alia versus auertẽs visum omnia apparebũt viridia. Atqui viror ille nõ est viror productus à virore: quia colores nõ agũt similes colores. Sed plausibilius mihi multò est species diffusas, & vehemẽter potẽtię infixas, vt fortè solis splẽdorẽ ferẽtes oculi si tũc à sole auertantur primũ splendere oĩa, dein puniceo, postea purpureo tandẽ nigro oĩa tingi cernent. In hac autem solis forti operatione fateor qualitatẽ imprimi potẽtiæ. Nam lux solis lumẽ diffundit in visum, quo lumine forti imbutus visus nihil cernit adhuc ea quę coram habet, sed vniuersa splẽdere iudicat. nõ vero, sed falso iudicio nisi adsit iudex superior, qui temeritatẽ inferioris cõpescat, vt ratio quæ sensum corrigit. Iam verò flacescente lumine in coloris sibi magis germani secũdum densitatẽ oculi exhibet apparẽtiam: oculus etenim cũ dẽsi sit sed clari humoris, & nigri: qa vuea tunica nigricat, ex cõmixtione luminis igitur remissi cũ ocularis humoris dẽsitate puniceus ostenditur color, vt lumẽ remissum in dẽsa nube puniceũ aspergit colorẽ, quousq; lumine extrinseco dissoluto in nigrũ se vertat colorẽ, & euanescat sensibilis impressio. vt Aristote. ait de insomnijs.c.2. Quæ tñ omnes visiões sunt apparentes: nõ.n. omnia punicea sunt, aut splendida, vt est illa visio ficta: qua nauigantes, arbores littoribus & marginibus fluuiorũ consitas vidẽt moueri: quia species ab alio, & alio situ se insinuant visibus. Et nihil refert qđ mobile mutet locum, aut potentia, vt motus iudicetur. Eodemq; modo philosophandum est de viridis apparentia, qñando viridia videmus inspecto enim viridi vehemẽtissimo species, quę visui incussę sunt, abũdẽ

Varij colores oculi vnde appareant.

afficiũt sensorium: vñ de spectãtibus nobis alia virescũt omnia: vt is qui per vitrũ viride alia cernit: & nõ est apparentię causa viror impressus vt somniat Okam. Et pulchrè Aristo. specierum multiplicationem lapidi proiecto contulit, qui absente proijciente, mouetur. Et rursum orbiculis, quos describit aqua lapillo circũacta, quæ lapillo in profundũ demerso nõ cessat in orbem se agere: ita & species in orbem diffundũtur, & absentibus obiectis seruãtur sensibus internis, vt in ęrario quodã: vnde sunt nobis insomnia & rerũ memoriæ. lib. de insomnijs.c.2.& 3. Et quanquã aliquis litigiosus philosophus contẽderet cũ Okamo specieb⁹ neglectis insomniorũ, illusionũ, phantasię, memoriæ, & aliorum, causas afferre, nos credim⁹ nusquã benigniùs vniuersa hæc seruari posse, & minori veritatis violentia, quã species asserẽdo: vt astrologi epiciclos inuexerũt in suas scholas, atq; ecẽtricos cũ cõcentricis: qa nullã securiorẽ viã offenderũt, vt apparẽtias astrorũ indẽnes tenerẽt quã si epiciclos, &c. statuerẽt & summa omniũ sit hæc: sensus aliqđ patitur à sensili sine materia formã suscipiẽs. Quancũq; autẽ qualitatem aliã finxeris, citra speciẽ, illa erit forma habens esse cũ materia, & potẽs denominare sensum naturali & reali nomine, vt qualitas cõfortatiua confortatũ sensum appellat. species igitur cõcedere oporter. Vñ Aristo. egregio nomine, vt & Plato vocitat species, qa sunt formæ abstractæ à materia. Themistius rerũ vocat species, & formas, & Albertus.2.de aĩa.c.34.tractatu.3. in materiale aliqđ esse. 4. modis docuit, aut quia abstrahens est à materia: & species oẽs sensuũ sunt hac ratione immateriales: nõ.n. præstant appellationem naturalẽ sensibus, vt visus nõ est albus specie cõcepta. ¶Altero modo, quia abstrahit à materia, & pręsentia rei: qui gradus altior est sensibilibus speciebus interioribus cõgruens, vt phantasiæ memoriæ. ¶Tertius gradus est, qui etiam abstrahit à sensibili impressiõe, vt eæ species, quas æstimatiua brutorũ assequtur, quæ ductrices sunt, vt lupũ vt hostem fugiat agnus, & sequatur vt amicã sibi matrem suam. ¶Quartus q est supremus gradus immaterialis, ille est qui à materia & conditionibus

Okam male species negat

Immaterialẽ. 4. modis.

tionibus indiuiduātibus ab organo corporeo,&c. abstrahēs est,quem obtinent species intellectuales:nā sensiles species & si à materia abstineāt appēdices materiæ nō deponūt quę sunt locus,tēpus, figura, motus, corporeūq; loculamentū. Scitè igitur has formas sensiles vocitarūt philophi species: quia vox hæc species abstractionē quandā à materia significat. Quare cū forma visibilis rei oculo impressa à materia nō nihil sit repurgata (vt diximus) vnde visus suscepta illa forma non coloratur,vt paries aut lignū quę afficiūtur colore colorantur: colligit formā visibilē esse immaterialē vt & cæteræ sensiles formæ, quæ sensibus infigūtur. Iā verò ad periodū deducentes quæstionē, vnica cōnexione species esse notionibus necessarias cōsequamur, illo iacto principio ad notionē necessario exigitur esse cognitū in cognoscēte. Qđ nō solū Arist. receptū quia & vetustioribus vt Empedocli & Platoni.1.de aïa tex.26. aiebat siquidē Plato simile simili cognosci, jam verò si simile simili cognoscitur, (nam anima est quasi oïa autore Arist.) superest exquirēdum, vt est color in visu? vt sonus in auditu? & ita de cæteris. Num est color in visu secundum materiam? non sanè,quia recipitur cognitum in cognoscēte citra materiā,in qua hallucinati sunt prisci philosophi, ducentes ignē & aquā esse materialiter in anima. Si igitur cognitū non est in vi cognoscēte scđm materiā, erit ergo secundum formā purā cogniti, quā nos appellam⁹ speciem,seu rei similitudinē. Quòd verò cognita neutiquā sint in virib⁹ cognitiuis scđm esse materiæ, Aristo. locus hic quē expēdimus,haud dubiū indicat,plantas nō gaudere facultate cognoscēdi (inqt) quippe quæ suscipiūt formas rudes & à materia nō expolitas, vt ipsum calorem frigus,&id genus. Et D.Tho.1.par.q.84. art.2.rē pulchrè docet. Materia (inquit) cùm sit limitata & determinata, si vis cognoscens exciperet formas cū materia, nequiret cognoscere alia extra se. Nunc aūt sensus sentit multa extra se, qđ non est materiæ,quę ad vnū ligata est:ideoq; principiū indiuiduādi traditur. Sed formæ est, quæ cōmuniorē habet rationem ad plura. Aduerto autē & tacitus apud me cōsidero, qđ euersores specierū mihi obtrudere poterint. Cognitū fatebūtur esse in cognoscēte nō per speciē, sed per notionē solā,qui si ita refugere argumentū libet,restabit quærēdum,num hæc notio est rei imago an nō.Si primū dederis, qđ negabas,asseris species esse. Nā si notio est rei cognitæ imago,nihil ab specie poteris illā discernere, aut vix hoc pstabis. Sin nō est notio rei cognitæ similis, vt ergo cognitū est in vi cognoscēte per id qđ cognito non est simile? Perstat igitur argumētum in proprio robore.Et de quæstione hac hactenus.In priorē, vnde discessim⁹ lōgiuscula digressiōe adornemus stilū, etiam si occinet mihi quispiā, quod vulgato fertur prouerbio, me maiora fecisse suburbia vrbibus: qa pauca de priore quæstiōe dicere institui. At cōsulto illud feci, vt breuitas huius longitudinē digressionis tēperaret.Quare cōmodū duximus nō longā facere disputationē de indiuisibilitate specierum, sed semel dicere species secūdum propriam naturā esse indiuisibiles: tñ causa subiecti,quo se recipiūt diuisibiles esse, vt de lumine aliquādo suasimus,itidēq; de aïa plantali. Nanq; accidēs, qđ excipitur in subiecto extēso cōditionē subibit subiecti.Et verba Arist. species sunt sine materia,quid velint exposuimus.Neq; tñ sensus est esse species indiuisibiles, & non quātas,vt punctus cū experiamur in speculis magnis magnas exhiberi formas: & paruis paruas,vnde & argumentū primū dilutū est.¶Secundi argum.hæc esto satisfactio,quosdā credidisse species esse in anima & corpore:& hęc duo simul cōposita,potētiam dixerūt,vt est Scotus in 4.Senten.dist.45.q.5.non lōgè à fine atq; si huic philosopho obediēdum esset,facilè patebat species extēsas esse:nam exceptas ducit in toto cōposito ex aïa & corpore.Id qđ sanè extēsum est.Itidē si huic hæres autori, dices idē de quauis notitia sensitiua, quæ toto recepta extensa erit, ¶Alijs aliā factionē tueri & extremā amplecti opinionē libuit, omnē notitiā sensualem esse indiuisibilē vt intellectualē, vt Gregorius Arimineus.2. libr.Senten. distin.16. &.17. Nam hic credidit potentias sensuales esse animā intellectualem, & coactus est species sensiles,& notitias penitus

Cognitū est in cognoscente.

Species pro proprianatura indiuisibiles.

penitus spiritualitate donare. Scoto refragatur aperto sermone Arist. hoc loco dicens, sensum nõ esse magnitudinẽ: sed magnitudinis actũ. Quæ nos dedimus in Cõmentario exposita: est.n. potẽtia forma quædã sensorij, nõ ergo potentia est compositũ ex anima & corpore. Gregoriũ aũt suprà misimus quæstione de potentiarũ vnitate. S. aũt Tho. qui aĩas indiuisibiles putat brutorũ, vt in principio secundi cõmonuimus. Species fatebitur indiuisibiles & notitias: nã hæ primũ habent subiectũ ipsam potẽtiam: sed quale hoc sit superius resolutum est. Nos verò potẽtiam credimus diuisibilẽ nõ per se, sed per accidens ratione sensorij, in quo primo est. Et hoc est, quod inquit Arist. sensus non est magnitudo. Rursum species in medio sunt extẽsæ per accidẽs, vt lumen: non tñ rapiũtur ab ingruẽtibus ventis: hi.n. morosum habent motũ. Species verò subita multiplicãtur mutatiõe maximè visibiles: qa odorabiles simul rapiũtur cũ olente substãtia, quę ꝑ aëra feruntur à ventis. Quòd verò cęlum à paruula specie repræsentetur oculo, causa est, nõ ꝙ sit species indiuisibilis omnino, vt species intellectualis, sed vt semẽ minimũ in magnã se ꝓfert arborẽ & est, sibi grandis sub modica molle virtus. Et in eundem modũ & species, & si parua sit, extẽsa secundũ mensurã sensorij, aut potentiæ, in qua est, est tñ magnæ vis in significãdo. Hoc tñ argumẽtum quale quale est mouit medicorũ principem Galenũ vt species negaret venire ab obiecto in facultatẽ sensitiuam referẽte: D. Grego. in lib. de virib⁹ animæ: c.2. Colligebat.n. si species diffunduntur ab ipso sensili vt ergo mõtis maximi veniẽt species in oculum paruũ? Quare præstat hic autor Platoni suo fidẽ visionẽ fieri, qa lumen ab ipso visu promicans simulachra rerũ sparsa per aëra deuehit in visum: & hoc vocat Plato sinaugiã & Galenus lib. 7. consonãtiæ illi subscripsit: sed quale sit virtutis argumentũ hoc demõstrauim⁹. Sed neq; verũ est qđ Galen⁹ sibi suasit aerẽ esse organũ visus & ꝙ aer ꝑ solis claritatẽ animatur & est vt neruus ad cerebrũ: ita aer ad oculũ: quæ vniuersa satis abhorrẽt à via peripatetica, quę neq; aerẽ animat neq; organũ dicit sed mediũ. Fortasis iste solicitat

Galenus negat species.

scire, vt species multiplicãtur ꝑ mediũ? Nam primo aspectu accidẽs migrare de subiecto in subiectũ colliges: nã vel est vna species aut diuersa, quæ à potentia transuehitur in sensum. Si vna, in manibus est incõmodũ, accidens vnũ migrare đ subiecto in subiectũ. Sin verò diuersa, vt ergo vnica est repręsentatio? Albertus Magnus, species has diffundi putat. 2. de anima tractatu tertio, vt orbiculi vndarũ: vnus. n. alterũ creat, cũ ipse desinat: ita & species, quæ ab obiecto in orbẽ est multiplicata, aliã aeri, vel medio sibi similẽ relinquit, quousq; tandẽ vltima species ꝓducta sensui se insinuet. Et huic autori suffragatur Arist. lib. de insomnijs. q verborũ saltẽ dictiõe, ita præfert species per mediũ instar circulorũ aquæ agi, vt illatus iã locus patefecit. Vnde illa repetita specierũ generatio, illas spiritualiores & subtiliores reddit potẽtiæ. Ioãnes Asianus quæstione quadã in perspectiuã. species secus multò multiplicat. Censuit in obiectũ in parte sibi proxima species agere: & per has alias nouas dat parti: & per secũdas alias parti aliæ: quæ ordinem obseruãt in potẽtiam vsq;. Et siue hoc, siue alio philosophemur modo, migrationis incõmodum excusamus, & argumẽti nodus soluitur: nõ.n. vna species, quæ est in prima parte medij, illa mouetur in sensum: species nãq; nõ mouẽtur, quia corpora nõ sunt: sed accidẽtia, & qa non sunt materialia, vt albedo, &c. non manẽt in medio infixa: & qa immaterialia, ideo se multiplicant, aut primo aut secũdo modo, & vterque est mihi plausibilis. & ab Arist. nõ est abhorrẽs. etiã si mea cõsensio in posteriorẽ sententiã est, obiectũ (inquã) ipsum ꝑ primã secũdam effũdere speciẽ, & seriem hãc seruare per mediũ ad assequutionẽ vsq; potẽtiæ. Nam si species ipsa sola sese multiplicat, vt Alberto libuit, cur ergo absente obiecto, non hoc munere gaudet? qđ si cõcedat, visio esset citra visibile, qđ fieri natura nullatenus patitur. Quòd verò Arist. diffusionem specierũ orbiculatis aquarum vndis contulit, quæ se mutuò à proiecto lapide torquẽt: aut lapidis ꝓiectioni, cò dixit quò absente sensili sensus interior eiusdem impressiones, quas externis sensibus incussit, seruat.

Vt multiplicãtur ꝑ medium species

Ioannes Asianus ĩ quæstio. perspectiuæ.


¶Ex

Notanda speciei natura. ℭEx immaterialitate speciei hæc colligas, species contrariorum non esse cōtrarias, vt species calidi, & frigidi, in tactu nō se soluūt, vt neq; albi & nigri in visu. ℭSecundò, Duo accidētia solo numero distincta esse in eodem subiecto etiam si Arist.5.metaphysi. tex.16. refragetur verbo tenus: non tamē sensu est refragatio. ℭExēplum esto species, a, albi, vt niuis &, b, albi, vt christalli, sunt in eodē visu: & illæ duæ species numero discrepāt solūmodo. *Heruæus & Caietanus eliduntur.* Scio rem istā malè habere apud quosdam, vt Heruæum quodlibeto.7.& Caietanū.3.part.q.55.art.5. ducentes impossibile accidentia solo numero differentia esse in eodem cum.D.Tho.5.metaphy.lectione. 10. Ego tamen non video, quare hoc contēdendum sit in animæ accidentibus, quæ cū materiam exuerint, conditiones materialiū accidentium nō sequuntur: neq; intelligere potui, vt notitia Petri & Pauli secū pugnent in mente. imò species duorū alborum se soluāt in medio eodem, aut sensorio eodem aut eadem potētia. Dixerit fortasis quispiā non sunt species duorum alborū in eadē parte sensorij, aut medij. At hic somnia videt: alioqui quid amplius haberēt species, quæ immateriales sunt Aristoteli q̄ accidētia materialia? quæ æqua ratione possunt eidem subiecto inhærere secundum diuersas partes: etiam si solū numero differant, vt albedines duæ secūdum partes duas vnius ligni, possunt ligno contingere. Sunt alia quoq; diuerticula, quæ quærūt isti, qui pertinaciter defendūt duas species duorum alborum, aut aliorum eiusdē rationis differentiam solo numero non posse simul adhærere sensui, aut sensorio. Quæ prudens mitto: q̄ leuiusculæ sunt excusationes. Quamobrem dimittenda: & nūc nos dicamus notitias species, quia ita specie diuersas, vt eiusdem rationis solo discrepātes numero, esse simul in eadem facultate sentiendi, & sensorio, & in medio, secūdum eandem partem: quia hæc accidētia sunt alterius generis, quàm ea de quibus loquitur Aristo.5.metaphi.tex.16.&.17. vbi nō de speciebus aut notitijs sed de materialibus accidētibus loquitur: *Locus Aristo. elucidat.* species enim non habet esse, neq; à medio, neq; à sensorio: sed ab obiecto: vnde multiplicātur cætera accidentia, quæ habent esse à proprijs subiectis, in quibus sunt. Hæc fortasis nō possunt esse duo numero discrepantia in eodem subiecto: quia materialitas ipsorum illud nō finit, vt duo in eodē subiecto concilientur. At notiones & species materiā exuerūt. *Species non educūtur de potentia subiecti.* Vnde & quidam non ignobiles philosophi crediderunt, nō educi huiusmodi accidentia de potentia subiecti, vt neq; lumē. De qua re modo nolo cōcertationem conserere, donec de animæ intellectiuæ origine ex professo tractetur in tertio. Sat sit in præsentia sciuisse notiones solo numero differentes, itidemq; species, in intellectu, atq; sensibus simul se admittere: vt visio a, albi, & visio, b, albi in visu & notio Petri & notio Pauli, in mente. Itidemq; horum species. Et mihi abundat argumentum hoc species albi & nigri sunt simul in eadem vi intuitiua, vt quando simul videntur & alba, & nigra: at verò minorem secū gerunt repugnantiam species, a, albi, &, b, albi quam albi & nigri quæ contraria sunt. Quod si species duorum contrariorum se admittunt in eadem, parte visus, species duorum alborum in quid conuenient? Et vt quāquam albū, & nigrum non se admittant in rerum natura: quia contrariorum illa lex est.9.metaphy.c.9. At in anima se admittūt: quia species contrariorum in anima non sunt contrariæ. Ita quoq; etiam si albedo, a, & albedo, b, in rerum natura in eodem non sint simul, at in anima aliud est: quæ species spirituales rerum suscipit, nō res ipsas. Lapis enim nō est in anima, sed lapidis species. ℭDeduximus Christi opitulāte gratia in vmbiculū suum, & commentarios libri.2.de anima & disputationes eorūdem. Ad reliqua super est vt stilum admoueamus.

Finis libri secundi.

MAGISTRI MICHAELIS DE PALACIO GRANATENSIS

Philosophi, atque Theologi, Canonici Legionensis, In librum tertium Aristote. de Anima Commentarij, longè doctissimi.



PRÆFATIO.



QVI TRANANT vastos fluminũ gurgites, aut sup vndosi maris crispantes feruntur vndas, postquam à fluuiorũ se abduxere marginibus, aut à marinis discessere littoribus, in grauiores sensim se dant aquarum vortices, vbi & maiore nauigatur periculo, & salutis alea iacitur freque̅tius. Ibi nanq; maris damna nauigantibus instantiùs impendunt: & eam ob causam naucleri industria ardentiùs expetitur, quæ ne commisse sibi rates naufragentur, sagacius inuigilat, omnemq;, quam licet, impe̅dit operam: vt in salutis portum nauem ducat. Hoc mihi in præsentia accidisse videor. Hactenus enim veluti à littore nauẽ abstraximus. Enimuerò leuiores in hoc disputationum de anima amplissimo gurgite superauimus vndas: quid nam anima, quæ eius vires, quæ obiecta, quales actiones, quæ eius species, quod illius genus, quæ sensoria sensuum, quæ horum diuersitas: hæc inquam, diuino opitulante spiritu, vt ferebãt vires absoluimus. Iam verò quando tertij libri de anima horribiles prominent fluctus, & ad altissimas de intellectu questiões nauigatio nostra paulatino delabitur cursu, quid, scilicet, sit humana mẽs, si substãtia est humanæ naturæ? si vna est in gen⁹ mortaliũ diffusa? an nõ vna, sed singulæ singulis distributæ sint mẽtes? si mortalis hæc, an mortis nescia? si eadem sensui, an diuersa. In profundissimam iam pelagum apulsi sumus: & tenebrosi huius maris incipio deprecari pericula. Et quis sani capitis nõ deprecabitur illa, quę plerosq; de prima philosophorum classe inuoluerunt? vt Platonem illum diuinũ, Democritum, Empedoclem, Pythagoram, Euripidem, Ciceronem, Senecam, Galenum, Homerum, (si hos in catalogo philosophorum referre iuuat) qui omnes, & alij quos supprimere libet, non incorruptã & synceram germanamq; de humana mente philosophiam exprompserunt. Sed alij horum illam cælo delapsam putãt: alij portionem diuinæ substantiæ: alij nihil discrepare à brutorum sensibus, alij illam temperaturam esse humorũ. Quod si isti summi nominis viri in tempestuoso hoc mari naufragium fecerunt, quanta cautela, quantaq; formidine, quod restat nobis arduæ nauigationis peragẽdum erit? Hoc igitur vnum remedij curandũ summo opere est, si peritissimi naucleri diligentissimè petamus operã, quæ cœpta fœliciter, fœlicius in finẽ deducat. At verò nullũ promptiorem inueniemus, quã Iesum Christum dominum, cui & ventorum procella & turbinis æstus nutabundam agitantes nauẽ dicto audientes obediunt. O optimũ gubernatorem, qui humanos finxit spiritus, humanæq; mentis (quæ huius libri scopus est) vnus est autor, vnusq; plastes: hic ipse certissimè disputationes de humana mente diriget in salutis portũ, scopulos declinare docebit: huic si nauigatiõis hujus cursum cõmittimus, neq; scylla aut carybdis formidini erunt. Quod vt præstet, ipsum totis precamur visceribus, sed iam Aristotelem audiamus.

CAP.

CAP. I.

Summam externorū sensuum quinario numero esse contētam multis colligit, nullūq; nobis per quod sentiamus medium, aut sensorium, deesse aut superesse argumēto perstringit: neq; in gratiam sensilium communium sextum exteriorem addendum sensum, inire contendit.

Tex.128. VOD autem non sit sensus alius præter quinq;, dico autem hos, visum, auditū, olfactum, gustum, tactū, ex his credet aliquis. Etenim, omnis eius cuius est sensus tactus, etiam nunc sensum habemus. omnes enim tangibilis in quantum tangibile passiones, tactu nobis sensibiles sunt. Necesse autem est, siquidem deficit aliquis sensus, & sensorium aliquod nobis deesse.

Dubitatio. de libri huius initio. ¶Secundum Græcorū sectionem & Boëtij & Argiropyli hoc exordium est lib.3. de anima Aristo. quæ sectio Diuo etiam Thomæ nō est improbabilis: quippe iā, hinc sibi facit initium Aristo. vt de intellectu consideret. Porro autem cur de intellectu enarraturus à sensibus incipiat non bene conueniunt expositores. Sanctus Thomas eô factum arbitratur, quo fortasis duceret aliquis intellectum esse sextum sensum. Quapropter differt ab alijs sensibus, tamen esse sensum quēdam putaretur. In hanc opinionem falsam euertendam Aristo. latenter inuehitur decreto suo firmans quinq; tantū sensus esse. Philoponus verò aliam docuit causam, ne forte putaret aliquis esse sextum sensum particularē, qui omnia sensilia iudicaret visile, audibile, & hoc commune iudicium non esse opus communis sensus, qui vniuersa externa sensilia in communi iudicat. Stabiliturus igitur Aristo. communem sensum quēdam esse, qui vniuersorum sensilium externorū iudex, est & non esse sextum particularē demonstrat modò nō esse quendam particularem sextum, sed solū numero quinario particulares sensus comprehendi. Alius exponit: quinq; esse sensus hoc loco colligit Arist. ne qs censeat esse duos, aut tres tactus, vt multis placuit esse tantum vnum, calidorū, & frigidorum: aliū humidorum & siccorum, alium grauium & leuium, alium alimentorum qui proprius stomacho, alium venereæ voluptatis, quæ genitalium est. Id quod repellēs Aristo, ait quinq; esse sensus. ¶Cæterum multitudinem tactus proprio dedit capitulo philosophus. Quam ob causam nō propter solum tactū hoc instituit caput. Aegidius Romanus nō hoc esse initium libri tertij contendit: quippe hic de sensibus exterioribus continuus est tractatus, nō de intellectu. In textu autem.150. quo de differentia mentis, & sensus instituitur disputatio, eo autore est legitimū tertij de anima exordiū. Et quādo Aegidio opponimus Simplicium, Themistiū, Philoponum, qui ab hoc loco tertium librum de anima cæperunt, excusat vicio hoc dandum scriptorum, qui nimio errore falsi, Græcos censuerūt ita credidisse. ¶At verò nullus est error, qui obuertendus sit scriptoribus: sed Græci omnes in hanc rem conspirarunt.3.lib. hinc facere initium. Vnde Philoponus de sensibus exterioribus meminisse Arist. modò tradidit, vt hinc ad sensum communem faceret sibi gradum: & ab hoc in imaginationem & opinionem, vt intellectus discrimen ab opinione, & imaginatione, communiq; sensu patefaceret. Cōmentator autem Auerroes sectionis & ordinis Græcorū non est imitator: nam tertium librū ab hoc non inchoauit loco quanq̄ nouum tractatum hîc cæpisse Aristo. credidit cum compleuit (inquit) sermonem de vno quoq; sensuū, quinq; existētium in animali perfecto incæpit declarare, qđ imposibile sit inuenire animal habens sextū sensum. Verū hoc quæstionis genus indignū est, qđ chartas plures insumat, si Auerroes, si Albertus, si Aegidius & horū alumni non hinc cæperūt.3.lib. de anima nos Græcorū & D.Tho. sectionis ordinē sequuti, iam hinc tertium de anima librum auspicemur. *Reijcit Aegidij placitū* ¶Recenset ergo sensus

sus quinq; & proprijs appellationibus vocat visum, auditum, olfactum, gustum, & tactum. Plato equidẽ in Timæo recensitorum sensuum numero cõsentit: tamẽ ordine discrepat: auditum enim tertiam vim sentiendi dixit: sed ordinem peripateticum saniorẽ esse cap. de visu proportione nostri ingenij exegimus. Inde hauriat qui volet. Probaturus autẽ sensuum sufficientiã, quæ numeri quinarij est, vtitur syllogismo hipothetico hoc. Si deest sensus quispiam, ergo deest aliquod sensoriũ, animalibus perfectis istis autẽ non deest sensoriũ, ergo nullus deest sensus. Et cõnexio inde accipit suũ valorem, quòd sensus & sensorium sunt correllatiua: sensus enim est ad sensorium, & sensoriũ ad sensum: ergo mutuo se colligunt, aut inuicem se dissipãt, est enim sensorium organum receptionis sensilium, quę definitio est beati Gregorij libro de viribus animæ cap. 1. quam reddes manifestiorem si in hunc modũ illam extuleris: est primũ subiectum sensus. Adde sensum esse vt artificem vtentem, & sensorium: est eius instrumentum. Sed si vtens est, & id quo vtitur necessariò erit: assumptum autem nullum (videlicet) nobis deesse sensoriũ, probat in primis in sensu tactus. Etenim nos sentimus vniuersas qualitates tangibiles, quæ affectiones sunt corporis sublunaris, vt tale est: & nulla est tangibilis qualitas, quam nos non tãgamus. Quare est nobis sensorium, quo has tangere valeamus: ergo est nobis sensus tactus. Et eodem cursu discurret aliquis in aliis sensoriis colligendis: quia omnes qualitates visibiles cernimus: ergo nobis est sensorium natura comparatum, quo has possimus sentire. &c. Commentator verò, ait Aristo. hoc loco trina vsum fuisse demõstratione, & à mediis, & ab instrumentis, & à sensibilib⁹. Hæc tria sunt quibus nõ esse sextum sensum colligit: & demõstrationis à mediis, & ab instrumentis, sunt materiales demõstrationes. Ea autẽ, quæ postremũ vendicat locum, à sensibili est demonstratio formalis: quia est à fine, & primam demõstrationẽ ait esse à medio: quã sic conflabis, nõ deest nobis aliquod medium, quod sit apt sensionium exercendæ: igitur neque aliquod sensorium. Namq; neque desideramus medium intraneũ, quod caro est, quod est medium tactui & gustui, & si gustus opus (præter hoc) habeat humido saliua aliquod illi est tãquam medium. Rursum neq; media extrinseca desunt nobis: aër. s. & aqua: nam terra sua corpulenta substantia non est idonea, quæ trãsportet sensibilia. Sed neque ignis, qui apud nos est: nam sicca siccitate non permittẽte impressionem ab extrinseco sensili, non sunt accommoda deuehendis speciebus sensibilibus: quanquã per ignem cælestem ad nos deferantur cęlestes similitudines, summa raritate siccitatis excessum compensante. Crediderim tamen ampliùs Philopono, quàm latinis interpretibus exponẽtibus cum Auerroe textum istum. Ille verò rationẽ à medio esse iudicat probatoriam.

Dissensio Platonis et Aristo.

Quid sensoriũ

Triplex demõstratio q sint. 5. sensus

¶Sensorium autem nõ deesse hoc pacto demonstrat: nullum deest medium: ergo neque sensorium. Nam per media applicat sensus sua sensoria obiectis. Quòd verò nõ desit sensorium, duabus colligit rationibus. Quarum altera est. Si quod desideratur sensorium, esset: quod aliquod corpus deesset componens sensorij substantiam, nullũ autẽ deest. Namq; quinque sunt simplicia corpora, elemẽta quatuor, & ethereum corpus. Hoc autem nõ componit aliquod aliud corpus: quia cæleste corpus inalterabile, & à mixtione omni est abhorrens: elemẽta autem duo terra, atq; ignis compositioni sensoriorũ non cõueniunt. Terra quidem, quòd sua oppacitate & siccitate impressioni est difficilis: ignis verò, quod excellenti virtute vniuersa dissipat: etiã si terra (quia solidior est aliis elementis) & corpora animantium necessum est esse solida, & compacta, magis ipsa dominatur corporibus animaliũ. Quare & tactus, qui est animalium sensus primus, in quo tota incũbit vitæ animalis ratio, plus sibi terrenæ substantiæ vsurpat, quàm alij sensus. Et gustus quia est quidã tactus naturæ germanitate, & vnam substantiam sensorij assequũtur. Ignis verò in omnibus sensoriis se insinuat. Namq; nullus sensus est propriæ operationis potẽs, nisi calore & spiritu præualeat, quibus languentibus, & languet tota sensus viuacitas: vt seniles actiones (quæ totæ flacescunt) indicant. Quanquã igitur ignis vigor nullius sensorij

Duo elemẽta sensorij machinæ struendæ non conueniunt.

Vt ignis & terra sensorius concedãtur.

Dissensio Platonis et Arist. & consensio. sorij sit, tamen eius participatio in omnia sese sensoria trasfundit: etiam si Platonē in Timęo ignem scimus dedisse oculis: id quod peripateticus de sensu & sensili reiecit. Plato verò non ignē corruptiuum, sed vitalem oculis dedit, vt ipse inibi distinxit. Vnde & oculi lumina dicuntur. Supersunt elemēta duo, aër & aqua: aqua ipsa se prodit esse de compositione ocularis sensorij. Humor siquidem christallinus aqueus est, & frigētes aquæ oculorū vitiis medētur: & micans lux oculi, humorem exiccans aciem oculi obtenebrat: vt fumus & id genus arefacientia & soluētia ocularem glaciem. *Aqua frigēs medela est oculorum.* Aërē verò auditus esse, ipse auribus inditus aer argumento poterit esse: & aerē principem esse sonorū Arist. dixit. Et restat aërē quoq; de cōpositione sensorij olfactus, in terrestribus saltē, & volatilibus. Nā aquaticis vt piscibus non aer, sed aqua est de cōpositione auditorij organi. Intelligas hęc ꝙ complexio organi excellentius aërem refert aut aquam: nam nullū in sensoriis est elemētum purū: sed excellētia sola qualitatum, vt oculi: humor christallinus aqueā vehementer sapit humiditatem. Tactus verò cōplexio magis sapit terrenā substantiā quam aliorū elementorū. &c. Cùm ergo non sint plura elementis quatuor, nullū corpus quod sensoriorū structuræ est necessariū deficit. Nullū quoq; sensorium desideratur: ergo neq; sensus. ¶Huic rationi insultabit quispiā, si tria elementa sunt, quę sensoriis seruiūt, sunt ergo solum tria sensoria ex terra alterū & aëre, & aqua reliqua duo. Dico autem huic insultanti cōsiderandū esse, non sub vna ratione esse terrā sensorium componentē gustū, & tactum: alioqui essent isti duo vnus sensus, id quod falsum supra cōmonstratum est. Itidemq; de aere diuersis rationibus est de cōpositione auditori sensorij & olfactorij, vt aqua, quæ de compositione sensorij auditorij aquatilium sub diuersa longè, quàm sit de compositione ocularis sensorij. *2. argumētū à sensili.* ¶Secunda verò ratio hæc est. Si deest sensorium & sensile: sed nullum deest sensibile: ergo, neq; sensoriū. Assumptio colligitur. Omne sensile aut propè, aut lōgè sentitur: & nō est alius, qui sit sentiendi modus, nos verò & vniuersa sentimus, quæ sunt propè, per gustum, atq; tactum: quæ longè verò per visum auditū, olfactum, ergo numerus absolutus est. Quàm valeat hæ rationes paulò inferius erit locus excutiendi. Iam verò Aristot. audiamus. *Etenim omnis cuius est sensus tactus.* Obscurè satis & cōscisè rē probat, quā proposuerat, & non producit cōnexionis formam, quā nos prędiximus. Si deest sensus, deest & sensorium &c. Sed prius quā in eum modū colligat, assumptionē probat istis verbis: (illā assumptionē inquā, nullū deest sensoriū) & integra probatio erat hęc, nullū deest intermediū: ergo neq; sensoriū nam itermedia quędā coniuncta, alia extranea: & de intermedio coniūcto sunt verba hæc Aristo, colligentia intermedia coniuncta non deesse nobis: id quod erat & altera pars secundæ minoris secundi hypothetici syllogismi, qui erat ille. Si deest sensorium, & intermediū: sed nullum intermedium deest. Hæc est, quæ probatur ab Aristo. primum de cōiuncto probans medio: quia nobis inest sensus tactus. Siquidem tangibilia omnia sentimus, & cùm debuisset colligere tactū vti medio coniūcto. quia hoc satis supra collegerat syllogismū hypotheticū, quem primo erat producturus in mediū profert. cōstituas apud Aristo. duos esse hyptheticos syllogismos, vt ipse dicet. Alter si deest sensus aliquis & sensoriū. Non deest sensorium, ergo neq; sensus. Alter est, si deest sensus: ergo & medium, sed nullū deest medium, neque coniunctū, neq; separatum. Minorem huius secūdi syllogismi quo ad eius secūdam partē colligit Arist. *Necesse autem est inquit siquidē deficit nobis aliquis sensus & sensorium aliquod nobis deesse.* Et proposito hoc syllogismo, in assumptionē sese refert: tactum sine medio extraneo sensilia sentire sibi propria: nam ait & *Quæcunq; ipsi tangētes sentimus tactu sensilia sunt.* Ergo sine medio tactus tāgit. Hoc enim sibi vult tāgere, vt supra expositum est cap. de tactu. aspice mihi, quib⁹ męādris vsus est hic philosophus, vt rē planā obscuraret. Nos ipsum hoc modo elucidauim⁹ cū Ioā. Grāmati. quem aliis neglectis probabiliorē huius loci ambigui duximus interpretem.

¶Quæcunque verò per media, & non ipsa tangentes, simplicibus: di- Tex. 129.

co

co autē, vt aere & aqua. Habet autem sic, vt si quidem per vnum plura sensibilia sint existētia diuersa abinuicem genere necesse sit habentē huiusmodi sensorium, vtrunque sensitiuum esse. vt si ex aere est sensoriū, & est aer & soni & coloris. Si verò plura eiusdē sint, vt coloris & aer & aqua, vtq;.n. diaphana, & qui alterū ipsorū habet solū, sentiet id quod per vtrūq;.

¶Minor duo amplectebatur, neque deficere medium intraneum, neq; extraneū. Primā huius assumptionis partē iam collegit: secūdam colligit modo. Nam media hæc extranea sunt simplicia, quo differunt à compositis mediis, quæ sunt intrinseca: nam caro composita ex elementis est. Sed intermedia aliorum sensuum trium, visus, auditus, odoratus, sunt simplicia aēr, idest, & aqua. Hæc autem cùm facile suppetunt sensoriis, non deest aliquod medium: quare neque sensorium. *Habet autem sic.* duo sunt, quæ excitat dubia. Primum est, vnum medium seruit aliquando non vni sensorio, vt aēr seruit auditui, sonis hauriendis & visui coloribus inuehendis. Non ergo idonea est connexio, non deest medium, ergo neque sensorium. Quandoquidē exceditur medium à sensorio in numero, seu multitudine. Et huius dubij hæc est solutio. Si vnum medium est duobus sensoriis inseruiens, vt aēr auditui, & olfactui, est necesse, vt qui habuerit huiusmodi sensorium. *Vtrorumq; esse sensitiuum.* Vocat sensorium aērem verbi causa, ex quo & auditus sensorium & olfactus cōstituitur. Vnde subdit vt *si ex aere est sensorium, & est aer soni & coloris.* Et videtur sub voce coloris odorem subaudiuisse, & permutauit voces: nam in sensorio visus non viget aēr, vt infra dicemus. Est ergo sensus huius sermonis sensoria correspondere medio, & si vnū sit atque simplex substantia, vt aer, est tamen multus virtute & facultate. Alia est aēri facultas transuehendi sonos, alia odores vt supra diximus, quare nūquam superabundat sensorium ipsius medij virtutem & si numero superet. *Si vero plura eiusdem sint coloris, & aer & aqua.* Secundum dubium est non dissimile priori. Accidit itidem plura esse media vni sensorio inseruiētia, vt aēr & aqua colori & visui: vt ergo valebit collectio, nō deest medium: igitur neque sensorium? Siquidem sępe numerus mediorū, superat numerū sensoriorum. Responsio est, & si sunt media duo vnius tamē facultatis: namq; aer & aqua transportant colores, vt diaphana sunt: idcirco quibus sensorium locatū est in aqua, vt piscibus, perinde vident: vt terrestria, quæ per vtraq; vident & per aērē, & per aquam, quia vna ratio medij est, & si duę sint substātię. Philoponus diuersè admodum exposuit locū hunc *qui habet alterum ipsorum solum,* idest, humidum aeris intelligens pupillam sentiet vtrūq; idest perspicuum, quod est aēris & aquæ. Aut possumus de sensoriis non de mediis dubia exponere, vt primū hoc modo efferas dubium, si vnū est sensorium sentiens multa sensilia diuersa genere: vt aer quod est sensoriū auditus, & olfactus: & percipit odores, & sonos: ergo deest aliquod sensorium. Rursum & plura sensoria vnum sentiunt sensile vt aer, & aqua, colores: ergo aliquod sensoriū deest. Id quod est alterū dubiū. Et primi solutio est nullum desideratur sensorium: sed aer ipse est in olfactu odoribus sentiendis, & in auditu sonis: & si non sub eadē ratione vocatur autore Aristo. aer sensorium, itidēq; mediū olfactus & auditus, quę modestè sunt accipienda: nā aer nō est sensorium, neq; aliud elementum simplex. Et si Galenus vt supernus indicabat sermo, nihil veritus est aerem vocare visus sensoriū, cum quo verborum horum Aristot. cortex facit satis. At neutiquam credas elementa esse sensoria: quippe sensoria partes sunt animatorum: at pars animati nulla simplex & elemētaria: sed ab elementi principatu, sensoria, aer, aut aqua censentur, nāq; sensoriū cum sit pars animalis non poterit esse simplicis substātiæ: sed cōpositæ. Verùm huiusmodi sermo est audiendus secundū quandā accomodationem. Attribuitur enim aer olfactui, & auditui vt postea patescit. ¶Secundi dubij est, solutio: non deest sensorium etiam si vnus sensus

Duo peripatetici dubia.

Vnum elemētū seruit duobus sensibus: quia multiplicem habet facultatem.

Dubitatio. 2

sensus duob⁹ vtatur medijs. Nā duobus medijs aqua & aere visus, vt vno vtitur, & visus qui in aere est per aquam & aerē videbit. Et cōtra, qui in aqua piscium est per vtrūq; perspeciet. Nam hæc duo seruiunt vni sub ratione diaphani: quę vna est aeris & aquæ. Mihi tamē plausibilior est Aristo. si primam illi accomodem expositionem. Confundit autem nonnunq̄ sensorium cum medio: vocans aquam: aut aerem sensorium.

Tex. 130. ¶Et simplicibus autē duobus his sensoria solū sunt, ex aere & aqua. pupilla enim, aquæ. auditus verò, aeris. olfactus autē, horū alterius est. Ignis autē, aut nullius est, aut communis omnibus. nihil enim sine calore sensitiuū est. Terra verò, aut nullius est, aut in tactu maxime miscetur. Quapropter relinquitur iam, nullum esse sensoriū præter aerem & aquam.

¶Reijcit à natura sensorij terrā, vt crassissimam, & ignem vt deustiuū. Solum duo vocat in sensoria: aerem & aquam. Aquam quidem oculis tribuit: & aeri olfactui & auditui, quod verò ait. *olfactus horum alterius est.* Loco alterius est ϑάτερου quę dictio Philopono duo significat: aut vtriusque aut alterius. Si prima obseruetur significantia olfactus aquatiliū est quæ & aeris noster: sin verò secunda aerē solū deputat olfactui aut fortè aquæ deputat omnem olfactum, quia lectio nihil cogit, vt plus sit aeris quā aquę. In libro autem de sensili igni dedit olfactum vt infra explicabimus. *Ignis aūt aut nullius est.* Propter grandem & eā citissimam actionem, repellitur à natura sensorium ignis. Est tamen communis sensorijs vniuersis: nā calor naturalis est necessarius actionib⁹ vniuersis animantiū: quo sopito oīa cōsopiuntur & extincto extinguūtur vitalia vniuersa. Neq;.n. nutricatio nisi illo cooperāte erit possibilis, à qua tamen incolumi animalis est vita incolumis aliæq; sensus operationes pendent. *Terra autem aut nullius est.* Vtitur distinctione vt prius: nā terra pura vt neq; ignis, sunt in naturam sensorij conciliãda, & qualitas ignis & terræ in proprijs excellētijs nocent opidò sensorijs: nam terra nō cedit impressionibus sensorium autem est passiuū à sensili & formabile. Quare terram respuit & ignis corruptiuus est: at vitalis operatio corruptiua nō amat. At verò tactus terrenas qualitates participat magis, quā sensoria cætera: quia tactus habet sensorium compactius & solidius cæteris facultatibus sentiendi & soliditas hęc terrena est. Et qđ subdit prōptę est intelligentiæ. *Quapropter nullum relinquitur.* Idest ex elementaria substantia duo seliguntur in sensoria aer scilicet atq; aqua. Quæ vt sunt intelligenda si priora obseruasti promptum habebis.

¶Hæc autem, & nunc quædā habent animalia. Omnes igitur sensus, habenrur à non imperfectis, nequæ mutilatis. videtur enim & talpa, sub pelle habere oculos. Tex. 131.

¶Idest hos. 5. sensus habent animalia perfecta: & hęc habēt omnes sensus: alioqui quî dicerētur perfecta? & quia talpā qs obijcere poterat, quæ sensu visus orbata est, ait talpam sub cute obtegere oculos. & Simplicius locum elucidās ait, talpam oculos & aciē visus habere etiam si exilē, vt nos quando clausis aut cōniuentibus oculis radios solis sublucere cernim⁹, alioqui temere natura oculos talpis indidisset. Cui subscripsit Ioannes Grammaticus talpas videntes credens. Themistius autem. c. 1. paraphraseos oculos talpis concedens negat talpis visum. Inquā quoq; opinionē iuit D. Th. dicens talpā etiam si sit de genere animaliū perfectorum non tamen potiri visu, qui non est sibi necessarius diuersanti subtus terra. Et enim si oculos prōptos haberet terra illos læderet. Habet ergo loculamēta oculorum talpa quod generis perfecti sit insigne quod notet talpā pertinere ad genus animalium perfectorum: tamē loculamenta hæc vacant vi visiua, vt cæcus homo, qui etsi orbiculis oculorū sit præditus sensorium est desiderans & visensorij, quæ est sensus visus. Et qui philosophis istis suam dederit fidem dicat argumento, nō temerè orbiculos oculorum talpis

An talpis oculi sint cōtrouersia elucidatur.

An talpis visus adsit se.

talpis concessos, propria vi sentiendi vacuos, vt neq; homini cęco temere oculorum substantia data est fraudata vidēdi propria vi. Nam talpa eò gaudet oculis, quò significetur nobis de genere esse animaliū perfectorum. Et cōmētator quoq; Themistij in hac re sectator est, oculis talpæ concessis visiuam facultatē negat. Et hic quoq; philosophus in paraphrasi ad librū primum de generatione Aristotelis Galenum indicat dicentē, oculis talparū deesse araneā tunicam, quæ idola visibiliū refert. Quare cæcas illas esse putat. Et Aristo. lib. 4. de historia animaliū cap. 8. & primo, de histo. cap. 9. talpā fatetur læsam accepisse oculorū generationē, vimque vidēdi illis deesse: habēt tamen talparū oculi nigricātem illum orbiculum (quē nos vocamus vueam tunicā) & habent pupillam & portionis albæ ambitionē, ait Arist. quā nos consolidatiuam tunicam vocitamus, est autem causa quæ talpas priuat acie videndi. Etenim cùm multum habuerit terrenæ substantię, terra autē sit obscura, & opaca, subinde ex materiæ impedimento fuit orbata visu. Quòd verò Aristo. ait omnibus partibus suis absolutos esse talpis oculos, nisi ꝙ mēbrana illos habēt obtectos, sed mēbrana detracta, sunt cōspicui, audire oportet sermonem hūc excepto humore christallino: hic enim sensoriū est, sed si sensoriū est, & sensus erit. Cogitur ergo qui videntes nō credit talpas humorem christallinum illis nō permittere: quanquā albugineus humor, & tunicæ aliæ atque humores, illis permittātur ab Arist. & Albert. Magnus, lib. 22. de hist. animaliū cap. postremo talpā ꝗ genere muris esse fatetur, cæcā tamen esse, & oculis carentē atq; visu, & si vestigia oculorū talpis tribuat. Et negans talparum oculos Arist. nō conuenit neq; cōmentatori, neq; Galeno, neq; Themistio, effigiē oculorū talpis tribuenti, & si concedant talpā cęcā, quos credo peripateticè loquutos Simplicio & Philopono reclamātibus. At verò scio obloqueris mihi colligēs talpas visu esse præditas, primò quia si vera sunt quæ de talpis narrātur, illas nō nutriri terra, sed ranis & lumbricis, vt Albertus est autor. 22 libro dè animalium historia. vt lūbricos quærat in alimoniam, visu eget: habet ergo visum. Eodē accedit, si talpis sunt oculi, ergo & vis visiua. Collectionē ostendit locus Aristo. libro de Cælo. 2. text. 50. Si virtus adest, & instrumētū virtutis adest, ne virtutem cogamur concedere vanam citra instrumēti opera, æqua ratione talpis sunt oculi, vt Aristo. dixit, ergo & vis visiua. Hæc poterant cōnectere in suum suffragiū argumēta Simplicius, & Philoponus. At verò primo. respondeo talpas quæritare cibū, non ducēte visu, sed instigante natura. ¶Secūdò dico talpis sunt oculi, sed imperfecti & lacessiti: vt dixit Aristote. ideirco ratio est infirma. At verò ob eam causam Arist. locū longè secus isti duo philosophi exponūt, atque nos: illi enim solutionē dubij tacitam credūt. Dicet aliquis nō animal omne perfectū est quinq; sensibus absolutū, en tibi talpam, quæ visu fraudatur, & respōsio Aristo. sit hæc imò talpa vidēs est, & si sit visus debilis: nos verò aliter exceptionis exemplum credimus, non dubij dilutionem. Vniuersa. s. perfecta animalia quinque sensibus ornata esse, nisi ea quæ orbatam læsamque habent naturam, vt cæci, surdi, & talpa. Non ergo sapiunt cum Aristotele, qui talpas vidētes contendūt, vt Caietanus, & quidā alij sibi temerè sapientes in hac re. Et dubio procul Aristoteles lib. 4 de histo. cap, 8. ferè eodem vtitur sermone, quo hic: vniuersa ait perfecta animalia quinq; esse instructa sensibꝰ visu, auditu, olfactu, gustu & tactu. vniuersa igitur animalia, quæ generāt & sanguinē habent; hos habēt sensus, nisi quid læsum lacessitumque sit, quale est talparum genus, cui deest vis vidēdi. Hæc ille.

Talpis aranea tunica nō est

Quare si nō est aliud aliquod corpus, & passio quæ nullius sit eorū quæ sunt hic corporū, nullus vtiq; deficiet sensus. Tex. 132.

¶Conclusio est priorū, si nullū est elemētum præter hæc quatuor, quæ mutuā habent actionē & passionē: nam & si sit corpus cæleste, hoc non est passibile, vt sensorio posset inseruire, quorum natura est passiua: si nō est, ergo corpus aliquod & passio seu passibilitas capit alterum pro altero, excepta passibilitate elementorū. Conficitur, si organa ab elementis suum

 habent

habent compositionem, elemēta autem omnia necessaria præsentia sunt, nullum q; deest, ergo neq; sensoria desunt. Quare neque sensus aliquis desiderari potest, vt sit hæc completa ratio sensus aut sentit per medium intraneum (quod citra medium hic dicit) aut per inter medium extraneū: si primū adest nobis intraneū medium caro, quę seruit & gustui & tactui: si alterum, adsunt quoq; nobis media, quę sufficiūt aër & aqua. Et si media omnia adsunt: ergo & sensoria, ergo & sensus null⁹ deest. Cum igitur quinq; sensus sint solū conspicui, præter hos, alius non est quærendus.

Tex. 133. ¶ At vero neque cōmuniū potest esse sensorium aliquod proprium quæ vnoquoq; sensu sentimus nō secundum accidens, vt motus, status, figuræ, magnitudinis, numeri vnius. Hęc enim omnia, motu sentimus. vt magnitudinem, motu. Quare & figuram. magnitudo.n. quæ dā, & figura est. Quiescēs autem, eo quod non mouetur. Numerus vero, negatione cōtinui, & proprijs. vnusquisq; enim sensus, vnum sentit.

An sit sextus numerandus sensus.

¶ Quia posset quispiā colligere sextū esse sensum hoc modo. Cōmunia sensilia non sunt propria alicui sensui exteriori, ergo erūt popria alicui alteri sensui: dandus ergo est aliquis sensus sext⁹: cui hæc cōmunia numerus, motus, quies, figura, & magnitudo, sint propria. Aristo. cùm conexionē non fecisset, eius tamen conclusionem subuertit, dicens. *At verò neq; cōmunium est aliquod cōmune sensoriū quod illis sensilibus propriū.* Et in probationē illud assumit. Sēsilia coīa vniuersa sentiri motu, i. per affectionē, qua afficiūt sensus. Hoc sibi vult sentiri motu, nō locali, sed alteratione, qua alterāt sensus. Aliter.n. afficitur sensus ab albo quiescēte, quā moto: quieta meli⁹ aspicit, quā mota: & aliter magna q̄ parua. Maiusculas literas lucidè legas, paruas verò ęgre. Quā obrē sensilia hæc cōmunia per se sentiūtur: at verò si sensus aliquis sextus est illorū proprius sensibiliū sentirentur per accidens à sensibus externis, id quod ostēdere nō est operosum. Nam propria sensilia vni sensui, alteri sunt per accidēs, vt quia dulce est proprium gustui, erit visui per accidens: cui accidit, si viderit flauum illud iudicare esse mel. Quam obrē si hęc communia sunt propria vni sensui sexto ergo erunt per accidens sensibus ꝓpriis, id quod pugnat cum hactenus edoctis: sensilia.n. cōmunia per se sentiri per alterationem quam sensibus incutiūt tradidimus. Literā Aristo. cōcinnemus: *Hæc enim omnia motu sentimus.* Idest, sensilia cōmunia per propriā ipsorum operationē (quam motum vocat) sentiūtur, vt magnitudo motu, id est, operatiōe propria & figura, similiter motu: nā figura est quædā magnitudo. Quod rectè intellectū volo: nam hic idē Philosoph⁹ in prędicamētis figurā qualitatē non magnitudinē dixit. Hic verò, figurā cū magnitudine cōfundit, & fauet impēsè factioni eorū, q acerrimè ꝓ suo placito dimicātes figurā esse magnitudinē dicere cōfidunt. Cęterū locus hic non cogit: nāq; qđ dixit, magnitudo.n. quędā & figura est, idest, magnū est figuratū, & in omni magnitudine est figura: intelligere quis vetat? Et operāte magnitudine in sēsum operatur & ipsa figura: quiescēs autē eò ꝙ nō mouetur, idest, eò ꝙ similiter se habet in afficiēdo sensū apprehēdimus quiescere. Nā quādo in alio atq; alio loco afficit sēsibile sensū, tūc sensio est ipsius motus. Quod si similiter afficiat sensibile sensum tūc est sensus quietis. Vnde aspice quā flacidū sit illud argumentū. Sentitur negatione motus quies, ergo per accidens. Hæc collectio est nulla: nā qđ sentiatur negatione mot⁹, non est vt tenebra negatione luminis: sed per negationē mot⁹ sentitur quies, subaudi, quia similiter quies se habet in immutādo sensu. Et hoc quāquàm vt opponitur motui est negatio motus, qui facit rē aliter atq; aliter se habere: tñ est aliquod sensibile per se quies vt rē quiete sensui ostēdit & quiete immutat. *Numerus verò negatione continui & propriis.* Primū erratū erat in vetustis traductionib⁹: legebatur enim. *Negatione continui & proprij.* Quam lectionē sequutus D. Thomas locū hūc exposuit, dicens:

Quid sit sensilia sentiri motu.

Vt figura est magnitudo.

Vt quies sentitur negatione motus.

Error vetustæ traslationis.

dicens: numerũ cognosci dupliciter & di uisione cõtinui: quia fit numerus diuisione quãtitatis continuæ: & rursum cognoscitur ꝑ proprietates cõtinui: nã cõtinuũ diuisiõe minuitur infinito, ita numerus diuisione crescit infinito. Sed manifestè expositio dictionis peripateticæ nõ congruit. Etenim sensus non sentit has proprietates, videlicet numerũ increscere citra finẽ, & magnitudinem imminui in infinitũ sed hoc est mẽtis opus. Legere igitur oportet Iuxta codicẽ Græcũ nõ *ꝓprÿ.* sed *propriis.* & est sensus, numerus sentitur discretione sua: est enim numerus collectio discretorũ & hoc est negatio continui, nõ ꝙ sit negatio pura, aut priuatio, vt cęcũ: sed est cõtinuitatis negatio: & nõ solùm numerus cognoscitur, vt est aggregatio discretarũ vnitatum, sed & ꝓpriis sensilib⁹ (subaudi) vt visus vidẽs decẽ nõ solũ videt decẽ (quod est discretionis) sed decẽ alba, & decẽ fulua. qđ est propriorũ

Eliditur expositio S. Th.

Vnũ verò Arist. recẽset hic inter sensilia cõmunia, qa vnusquisq; sensuũ vnũ sentit. Atqui cap. 6. secundi de anima recensuit. 5. solũ cõmunia: nũc verò sex qđ sanè non turbat peripateticã doctrinã: nã vnum sub numero cõprehenditur. Et cõmonuimus iã pridẽ plura esse cõmunia sensilia, quã quinq; recensita, Sed in hęc vniuersa referũtur: quia priora sunt aliis quæ numerãtur. Aduertendũ tñ est tres esse gradus sensiliũ, ꝓpria quædã, alia cõmunia, alia per accidẽs. Mediũ igitur occupant locũ cõmunia & iusta ratione: nã propria ꝑ se primo, cõmunia per se & nõ primò, per accidens neq; per se, neq; primo, sed per accidens: quia dulce nõ afficit visum aliqua qualitate seu typum imprimẽdo: aut operationẽ: ideo ꝑ accidẽs, sentitur. Argutulus autẽ aliquis obiicit, maiori interstitio distant color, & magnitudo, quã color & sonus: hæc duo habẽt propriossensus, igitur & magnitudo gaudebit proprio sensu, q erit sext⁹. Cui nos dicimus argumento, fatemur magnitudinem & colorẽ plus naturadifferre quam color & sonus: quia hæc duo sunt qualitates pasibiles, aut pasiones: tñ magnitudo, non est qualitas. Verùm in natura hęc differẽtia est: in ratione autẽ sensibilitatis, magis sibi consentiunt, magnitudo & color, quàm color & sonus. Nã hęc disparata sunt sensilia: illa vero nõ: nã superficies nõ videretur, nisi affecta colore Aduertas rursum. Aristo, hic dicentẽ sensilia cõmunia ab vno quoq; sensu sentiri: id quod cap. sexto satis elucidatũ est. qđ vt sit intelligendũ Ioan. Grãma. ait sensilia cõmunia ꝓprios incudere typos, siue species in sensibus, quę res magnę cõcertationis est, quã absoluimus. cap. 6. secundi de anima. Ait rũrsum aliquis aliquod propriũ sensile à multis sensib⁹ propriis per se sentire: nã graue & leue visus per se sentit, videndo etenim quędam corpora impetu ab alto labi, grauia videt, si autem impetu sursum aspexerit ferri, leuia censet. Et itidem tactus sustinendo molem, sentit grauẽ & leuẽ. Dico visum per motũ non per se, sed per accidens sentire grauitatem: motũ sanè per se sentit, ascensum aut descensum: sed grauitatem per accidẽs: grauia attamen & leuia per se à tactu tangendo sentiuntur.

Collisio in Aristotele.

Tres sensiliũ gradus.

Obiectio argutula.

Dilutio eiusdem.

¶ Quare manifestũ est, ꝙ impossibile est cuiuslibet horũ propriũ esse sensum, vt motus. sic enim esset, vt nunc visu dulce sentimus. hoc autẽ est, quoniã amborum habemus sensum, quo cum concurrunt, cognoscimus. Si verò nõ, nequaquã vtiq;, nisi secundũ accidẽs sentiremus. vt Cleonis filiũ, non quia Cleonis filius est, sed quia albus. hic autẽ accidit, vt filius Cleonis sit. Cõmunium autẽ habemus iam sensum cõmunem, nõ secundum accidens. Non igitur, est proprius. nequaquam enim vtiq; sentiremus, nisi sic, vt dictũ est Cleonis filium nos videre. Adinuicem autẽ propria, secundũ accidẽs sentiunt ipsi sensus, nõ secundũ ꝙ ipsi sunt, sed secundũ ꝙ vnus, cũ simul sit sensus in eodẽ. vt ꝙ cholera quidẽ, amara est & flaua. non enim Tex. 134.

nim alterius est dicere, q ambo, vnum Quapropter, & decipitur. & si sit flauũ, cholerã opinatur esse.

ℭ Quod probatione collegerat manifestum esse docet: nempe sensilia cõmunia vt motus, quies &c. hæc non potiri proprio sensu. Pessime igitur philosophatur Ioannes Ganden. credẽs eò cõmunia appellata, q ptoprium assequantur sensum *Sic, n. esset vt nunc dulce.* Cõnexionem repete priorẽ si est ꝓprius sensus cõmuniũ sensilium, cõmunia à quinq; sensibus per accidens sentiuntur, sed non per accidẽs sentiuntur. Hãc minorẽ ex professo ostẽsurus, duo genera per accidẽs sensilium tradit. Alterũ est eius, quod est per se sensile ab vno sensu, & alterũ per accidẽs, vt dulce est gustui per se & primò sensili: visui autem per accidens. Etenim gustans mel aduertit mel esse fuluum: subindeq; quia hęc duo iũcta sunt in melle, qui sub hæc aspexit flauum, mel iudicat illud esse, per visum, nulla à melle immutatiõe tunc affectus gustus. Causa autẽ iudicij huius est species dulcedinis reposita in cõmuni sensu. Hęc in causa est, vt ad conspectũ flaui, quod olim gustabamus esse dulce iam modo quod videmus mel credam⁹ esse dulce. Hincque error frequẽs est in hoc genere p accidẽs sensiliũ. Multa. n. sunt flaua, quæ flauitie sua mel referunt, & non sunt mel: sed alterius substãtiæ & huius fallẽtię magis est in vicio sensus cõmunis quã visus ipse, qui flauitiẽ nuntiat. Aliud est genus sensilium per accidẽs, quod in nullũ sensum propriã potest expromere similitudinẽ sed quia iũguntur sensilibus per se dicũtur sensilia p accidens: vt Cleonis fili⁹ qa candid⁹ est sentitur p accidẽs tñ vt Cleonis fili⁹ à nullo sẽsu sẽtitur exteriore, nisi à cogitatiua, quę interior sẽsus est. Hęc sensiliũ per accidẽs forma & prior differũt hoc, q Cleonis filius in nullũ sensum similitudinem suam impresit: neq; sensum mouet exteriorẽ: tamen prior forma mouet aliquem sensum, vt flauũ visum, & dulce gustũ & si nõ visum. Hæc facile hoc instituũt argumentũ qđ colligat cõmunia sensilia sentiri per se: quippe si sensibilia cõmunia per accidens sunt sensilia, aut secundùm formã priorem sensilium aut secundùm posteriorẽ. Non priorẽ etenim dulce nihil afficit visum, qui dulce sẽtit per accidens. At verò cõmunia sensilia afficiũt sensus exteriores. Rursum neq; secundũ posteriorẽ, etenim Cleonis filius nullius est sensus exterioris, neque in aliquẽ ipsorũ ꝓpriã, similitudinẽ sigillat, id qđ non est de sensilibus cõmunibus. *Communiũ autẽ habemus iam sensum &c.* Verba hæc ex prioribus suam petunt lucẽ: frequenter nanq; admonuimus cõmunia sensilia esse sensilia per se, & non per accidẽs. Quare postquã Aristoteles in hac nos instruxit veritate, ęquo iure colligit sequẽtia dicens. *Non est igitur proprius.* Idest nullus proprius sensus est exquirendus, cuius vt in propriã prouinciã delegẽtur sensilia cõmunia. Quinimo hęc cõmunia in cõmuni sentiuntur à sensibus. 5. exterioribus. Demõstratq; quod dixerat subdẽs *Nequaquã sentiremus.* Id est, si vnus est proprius sensus cõmunibus sensilibus destinatus & à natura illis decret⁹, reliqui tũc sensus exteriores sentirẽt hæc cõmunia, per accidens, & nõ per se: vt sentimus per visum, per accidẽs Cleonis filiũ. Id quod quàm longissimè discedat à veritatis stabili scopo, paulò antè ostẽdebamus. Sensilia nãq; communia immutant sensus: at Cleonis filius, vt talis est non immutat sensum. Et tu aduerte Philo ponum, Themistium & Simpliciũ hoc credidisse loco cõmunia sensilia proprias inurere seu imprimere similitudines in sensus exteriores id quod verũ est secundum eam censurã, quam prędiximus capite. 6. secundi de anima, alioqui falsum puta. *Ad inuicẽ autem propria secundum accidens.* Quod dicit hoc est. Propria sensilia inuicẽ sentiuntur secundùm accidẽs vt visus hoc iudicat dulce, quia flauum aspicit. Et itidẽ olfact⁹ hoc iudicat dulce, propter odorem quẽ accepit à re dulci &c. Et ratio huius est, non q hoc iudicium per accidens sit ipsorũ vt ipsi sunt. non est enim visus iudicare hoc dulce esse neque olfactus hoc muneris habet, sed quia ambo sensus & olfactus odorando cibum, & gustus gustando eundem cõuenerunt aliquando: proinde relicta fuit incõmuni sensu similitudo dulcis & odorabilis. Accedẽte autem denuo odorabili simili priori. cõmunis

Duo sunt modi sensiloum per accidens

Sensilia communia sensus afficiunt.

nis sensus olfactus vtens ministerio aliena vsurpās sibi iura, iudicat hoc esse dulce. Et hoc est quod ait, *Non secundū quod ipsi sunt, sed secundùm quod vnus, cum simul fit sensus in eodem.* & supra dixerat. *Quoniam amborum habemus sensum quo cum concurrunt, cognoscimus.* Horū sensum iam superius expressimus & plane textus hoc significat, sensus exteriores, vt sūt visus, gustus, &c. nō iudicāt hæc ambo mel esse flauū, & dulce esse in eodem: sed hæc duo in eodem melle esse iudicium est communis sensus, qui *Cum simul fit sensus.* Idest suscipit species & flaui & dulcis per visum & gustū quibus affectus cōmunis sensus illa duo iudicat in eodē esse. Apertius sic legito. *Non quatenus ipsi sed quatenus* quando simul sensus in eodem fuerit, in eodem s. cōmuni sensu fuerit sensus, idest, sensio & amari & flaui: vt ꝙ cholera sit amara & flaua: non est enim alterius idest vnius sensus exterioris dicere idest, iudicare, quod ambo sunt vnū amarum & flauū in cholera. Quare & decipitur nā decept⁹ similitudine coloris flaua alia cholerā opinatur esse. Bizantius sic extulit locū hunc operosę intelligentiæ. *Alter alterius sentiunt non hoc sanè quo ipsi sunt sed quo vnus, cum simul in eodem sensus efficitur.* Et adhuc difficilis est sermonis cōstructio. Verū sensus prōptus est: vn⁹ exterior sensus nouit sensile alterius, vt visus dulce, non hoc tamē illis congruit, vt sunt tales sensus sed quia sensus exteriores in vnum conueniunt cōmunem sensum, q efficitur seu afficitur diuersis speciebus propriorū sensilium: idcirco poterit iudicare idem esse flauū & dulce. *Non enim alterius est.* Idest nullus externus sensus vt neq; visus neq; auditus. &c. iudicare poterit siue sentire hæc duo sensilia, amarum, & flauū esse in cholera, sed visus sentit flauum choleræ, gustus vero amarū. *Quapropter & decipitur.* Vnde quia hęc duo non sunt vnius sensus per se, sed per accidēs, inde est error & sensui ꝺceptio, putāti flaua alia esse cholerā quę nō sūt: visus enim etsi in sentiendo flauo nō decipiatur, at si gustus vsurpat sensionem vt etiam de dulci ferat iudicium, aut amaro, parata ē sibi deceptionis occasio. At nescio quis aduersum hæc subsultat scrupulus, vbi nōest iudiciū (ait aliquis) neq; deceptio, deceptio nāq; iudicij ē, in

Collatio trā slationum Bizantij.

solis nanq; apprehensionibus rerū nulla est animi seductio: vt si mente apprehenderis lapidē nihil iudicans si est aut non est. Iam ergo si sensus externus in vsurpandis alienis sensilibus fallitur, vt visus putans hoc flauum esse cholerā: iam ergo sensus externi iudicare posset, etenim si non iudicant vt decipiuntur? Nō desunt de iuniori turba, Philosophi, vt Angestus & alij, qui hoc credāt. Verum quale hoc sit nihil moremur in presentia. Etenim locus hic presens illud non conuincit: nam non visus decipitur sed communis sensus per visum est, qui errat in prædicto iudicio. Et hoc estquòd dixit August. in lib. Soli. apparet nos in oībus sensibus similitudine lenocināte falli: per visū. n. (vt diximus) accepta flaui similitudine, hoc putamus choleram, qđ non est. Et Aristoteles Metaphi. 4. c. 5. nos bene soluisse scrupulum priorem pulchrè indicat dicens, fallentiam non esse propriā sensibus sed phantasię. phantasiam confundens cum sensu cōmuni. Aduertas autem ex D. Th. q. de veri. 1. art. 2. Sensus duplicē habere cōsiderationē. Altera est, vt cognoscit res, vt visus videt colores. Alia est vt res has offert supiori potētię, vt visus offert colores cōmuni sensui. Et hæc posterior cōsideratio in duas deducitur. Aut enim offert se sensus potentiæ superiori, vt res quædam, scilicet quando visus offertur cōmuni sensui vt vidēs, audit⁹ vt audiēs, & sic in reliquis. Aut se offert vt nūci⁹ rerū. s. colorū, sonorū, aut aliorū. Secūdū primā cōsiderationē sensus nō decipitur circa ꝓpria sibi obiecta. Neq; secūdo modo ē deceptio sed postremo modo, vt nuntiat res potentię superiori pōt esse in sensu ꝺceptio: qa nūtiat sæpe res, quales nō sunt aut quæ nō sūt, vt nūciat esse mel, qđ nōest mel & vinū qđ nō est vinū, sed habēs vini similitudinē. In sensu igitur externo est falsitas: qa apprehēdit res aliter quā sunt. In sensu autē interiori est falsitas: qa indicat aliter quā est & hos duos deceptiōis modos esse sensibus D. Tho. scripsit parte. 1, q. 17. ar. 2. Argumētū igitur, qđ colligebat sensus exterior si fallitur ergo iudicat, nō ꝓbat: qppe exterior sensus nō fallitur in iudicio sed in apprehēsione sensilis, qn̄ aliter apprehēdit quā est. Porrò quid de q. verū iudicē

Duplex sensus considera tio.

 si exter-

si externus sensus iudicat an nõ in disputatione.3.ad cap.2. nos dicemus. Nũc sit dictũ satis, argumentũ illud esse eneruc, fallitur sensus exterior ergo iudicat:nõ est necessaria collectio: qa vt diximus etiã est fallentia secũdũ apprehensionẽ vt D.Th.tradidit. Vide tñ ne fallaris in verbis huius loci:dixit.n.Arist.*Cõmunium aũt habemus iã sensum cõmunẽ & nõ secundũ accidẽs* Vnde persuasi sunt asseuerãtes quidã cõmunem sensum esse propriũ cõmunibus sensilibus.Est aũt legitimus sensus cõmunem sensum esse cõmunium,idest.5. sensus in communi sentire cõmunia sensilia Sic Philoponus & scite exposuit. Cõmunis vero is qui dicitur,sensus est, qui per accidens hoc dicit esse dulce per aspectũ flauũ vidẽs.¶ Atqui nõ esset indocta quęstio,quæ Aristo.obiiceretur. Nõ per accidẽs(dicet aliquis) sed per se cõmunis sensus iudicat mel esse dulce & flauũ:nã qui per propriam rei similitudinẽ iudicat, ꝑ se iudicat:cõmunis aũt sensus ꝑ propriũ typũ acceptũ dulcis,subministrãte gustu iudicat pręsente melle esse flauũ & dulce ergo non per accidẽs vt Arist.dixit.¶Dicendũ tñ est cõmunẽ sensum per species acceptas si de acceptis ferat iudiciũ per se ferre iudiciũ : vt si degustato melle ferat iudiciũ,illud quod degustabatur dulce esse.At vero si de præsente melle ꝑ species priorisflaui & dulcis iudiciũ precipitet,istud nõ est per se:sed per accidẽs.Nã huius mellis nõ est sibi indita similitudo sed prioris,ideo similitudinibꝰflaui cum flauo præterito qđ vidit decipitur cõmunis sensus q sępicule fallitur:quippe secũdum formã præteritę similitudinis flaui, quam accepit præsentia talia esse qualia priora accipit. *Inquiret autẽ aliquis.* Cõmentator huius inquisitionis sensum hũc dixit esse,quare sensilia cõmunia non sunt vni sensui accomodata vt visui videlicet qui solꝰ illa sentiret: & causa est hęc. Fac solum visum magnitudinẽ, figurã,& alia huius generissentire sensilia,putarentur sanè tũc cõmunia esse sensilia propria visus:si colorẽ solus sentiret & solus magnitudinẽ sentiret, crederet quiuis colorẽ esse magnitudinem.Iam verò cum color sit sensilis visui & magnitudo sit sensilis etiã tactui,& non color,hinc arbitriũ est esse diuersa hæc duo sensilia. Itaque vt

Sensus communis quare decipiatur.

exactè sentirentur sensilia communia, necessum fuit à multis sensibus illa sentiri,id qđ non esset si vnus solus esset.At mea quidẽ sentẽtia habẽt hęc reconditiorem sensum:quęrit nanq; cur natura plures instituit sensus . Et causam exprõpsit Cõm.huius rei geminã esse,altera formalis est,multitudo. s.sensuum : alia finalis, quã in fine huius libri exponet Arist.Est autẽ finalis hæc causa,qđ sensus sint plures:nã quidã sunt necessarij vitæ vt tactꝰ & gustus:alij verò sunt vt bene sit animali:ergo non potest vnus sensus solus esse *An vt minus.* Dilutio est dubij ꝓlati.Sunt quidẽ plures sensus, vt sanè exactius sentiantur cõmunia sensilia minusq; lateãt illorum diuersitates à propriis. *Nã si esset visus solus.* Et hic solꝰ sentiret colorẽ & magnitudinẽ,lateret magis distinctio vtriusque coloris &magnitudinis:quia magnitudo & color se cõsequũtur:oẽ nãq; corpꝰ perfusum est colore, si đ corpore physico sit habenda ratio solũ : & omnis color est in magnitudine. Nũc aũt quia in alio sensili cõmunia adsunt vt tangibilibus adest magnitudo, & tactus sentit ini bi magnitudinẽ, & nõ colorẽ:propterea discernuntur hęc amplius cõmunia sensilia & propria.¶ Obiiciet quispiã: ergo vt sensilia cõmunia mutuo discernãtur, aliũ sensum oportebit tradere,qui alterũ sẽsile cõmune sentiat, & nõ aliud.Respõdetur inter sensilia cõmunia,quędã sunt apertę diuersitatis:&sunt illa tria, motꝰ, numerus,&qes,quę facilè distinguit quiuis sensus, à duobꝰ aliis, magnitudine.s. & figura quę duoab aliishoc secernũtur ꝙvisus & tactꝰ hęc exactius duo sentiũt: id qđ alij sensus non præstãt nisi obscurè &exiliter vt c.sæpe illatodictum est,

Cur nobis multi sensus natura cõcessi.

Prima dispu.quãtus sit peripateticæ rationis valor.



Multa intermisimus consulto, in hũc seruãtes locũdisputationẽ. &primũ librãdę sunt peripateticę ratiões,q multos esse sẽsus colligũt. Nãq; Ioã. Grãm.illas suasorias credidit:neq; cõuincẽtes putat neq; rem hanc cõficientes. Nãq; primũ argumentum,quod colligebat, nullũ deest sensorium,quare neq;sensus,& antecedẽs probabat:nã vniuersa,ex quibꝰ sensoria possunt coalescere,adsunt elemẽta,idest,aër & aqua

& aqua: nã ignis non aptus, qui constituat sensoriũ, hoc inquã soluitur. Distinguã etenim de igne, ait Ioannes, ignis læsiuus, vt est elementarius, ille repellendus ab structura organorum: est autẽ alter ignis viuificatiuus, qui est calor naturæ, & ille est vocandus necessario ad cõpositionẽ sensoriorũ. ¶ Secũdum quoq; argumentũ flacidæ est cõnexionis. Illud tale erat: non deest sensile, ergo neq; sensoriũ, Quod sensile nõ desit, hinc esto manifestum: vniuersa. n. sensilia sentim⁹ & quæ longè, & quæ ꝓpè tangentes, aut gustantes: quæ longè aliis sensibus. Verum hoc argumentum soluet aliquis, rẽ satis dubiã accepisse, & quid nũ omnia gustabilia sunt nobis prõpta, quis nostrum gustauit camelli carnes aut lacertorũ aut alia remotiora istis, quæ in humanos vsus non veniũt? Quamobrẽ Themistij rationẽ pluris facit Philoponus, quę hoc probet, nullũ deesse sensum animaliũ generi, Nã cui concessum, quod melius est, ergo & quod deterius datũ est. Sed animalibus perfectis cõcessa est vis progrediẽdi, & rationalis vis data est hominibus: quæ longe præstat omnibus viribus, sensibusq; omnibus, saltẽ igitur omnes habent sensus homines, & ne vnusquidem desiderari potest. Cæterũ neq; hęc ratio demonstrat, nullũ deesse sensum, neq; illa propositio, quę totũ rationis est columen magnificãda est. Vbi sunt deteriora sunt & meliora quia nõ est per se nota. sed propositio quædam topica est, cui instantiã prõptam afferret aliquis. Si q habet meliora, & deteriora: ergo homini alæ ad volãdum cur nõ sunt concessę? cur sensus olfactus sagacitas est negata? cur vitæ productissima ætas, & id genus alia quæ aliis animãtibus nõ sunt negata, homini nõ sunt permissa? Sed eò solum vera est, qđ in subordinatis, qui potitur melioribus & deteriorib⁹ potietur, necessariis tamen ad superiorũ officia absoluenda. Et si hoc dem⁹ Philopono, incũbit illi ostendere omnes sensus quinq; esse necessarios hominis menti. Et relabitur argumentum in principium, vnde discessit. Auicena aũt in secũdo de anima, duobus collegit argumentis, sensus exteriores solum esse quinque ab organis & per inductionẽ: organa nẽpe, nõ possũt esse plura quã quinq;, etenim quædam sentimus per medium intrinsecũ, vt tangẽtes tactilia: at si mediũ est intrinsecum, ergo est pars animalis, & sensorium similiter erit pars animalis: ergo mixtũ ex qualitatibus tangibilibus, En tibi organũ primũ, Gustus verò vt est sensus alimẽti est tactus quidã, vt discernit autem sapores habet itidẽ sibi mediũ cõiunctũ: id quod est humidũ saliuale. Quare & eius organũ erit alterũ ab organo tact⁹: reliqui sensus per media extranea sentiunt, vt per aẽrẽ & aquã. Organa autẽ sensuũ sapiũt naturã mediorũ: atqui in istis duob⁹ mediis solùm tres naturæ considerãtur diaphani. s. natura, & natura vacui, seu insoni & natura transuectiui odoris. Organa igitur secundũ has tres naturas erũt tria: in visu alterũ qui ea causa germanus est, & aẽri & aquæ: & organũ auditus alterũ cũ aẽre habet cõcessũ, vt insonus est aẽr & olfactus itidẽ cum eodẽ, vt latiuus est odorum. Et, & cum nõ sint alia elementa neq; organa, & hæc eadẽq; Aristo. est ratio inductio autẽ Auicenæ hęc est, nullũ est animal perfectũ, quod habeat plures quã quinq; sensus igitur & hęc quoq; peripatetica est ostensio: Albert⁹ verò à sensilibus rem istã collegit, atq; mediis. Prima conexio est per sensilia: nã ipsa qualitas sensilis, aut simplex est aut cõmixta. Si cõmixta est, hoc dupliciter contingit: aut quia est principiũ cõmixtionis, aut quia sequitur cõmixtionẽ. Si primũ, est hui⁹ qualitatis tactus: nã calidũ & frigidũ &c. sunt cõmixtionis principia. Sin verò sequitur cõmixtionẽ aut cõiunctè, & hæc sapor est, cuius gust⁹ est: sin remotè, odor est, cuius est olfact⁹: sin vero simplex, idest non cõmixtionem sequẽs necessariò, vt color qui etiã sine cõmixtione aliquãdo est vt in nube &c. aut huiusmodi simplex qualitas mouet sensum ꝑ naturã, & huius qualitatis visus est: aut secundũ violentiã, & est sonus. qui violento motu fit. item per media vt diximus suprà rem cõficit. Legito tractatum Alberti de potentia, sensuũ in summa de homine. D. Tho. 1. par. q. 78. artic. 3. neq; à medio, neq; ab organo, aut natura sensiliũ sibi esse probatũ docet numerum sensuũ. Neq; (inquit) per naturas sensiliũ explorãdus est sensuũ numerus: quia natu-

Philoponus excutitur,

Cui meli⁹ et deterius donatur vt audiendum.

Auicena de numero sensuum.

Albertus đ numero sensuum.

Diuus Thomas đ numeri sensuum.

ras

ras sensilium indagare non est sensus opus,sed mentis : non ergo per media aut organa aut naturas sensilium numeri huius est quærenda sufficientia. Quare numerum ab ipsa natura sensus,quæ est potentia passiua,tradidit esse petendũ:sensus etenim cùm immutetur à sensibili,& hoc sit sentire, ipsius sensus, indagandæ sunt ob hoc immutationũ sensuum rationes: vt inde perspectus sit numerus sensuũ. Est autem duplex immutatio, quædam naturalis, alia spiritualis : naturalis cum suscipitur forma ab agẽte eo modo quo naturalis forma, suscipitur, vt recipitur calor, & frigus in corpore ligni & hæc susceptio est in sensu tactus. Hæc autem non sufficit celebrãdę sensioni,nisi spiritualis immutatio accedit, quæ ab specie est, in sensorio excepta,citra materiam.Iam verò hæc immutatio aliquãdo purè spiritualis est non egẽs aliqua materiæ transmutatione reali:& hęc visus est. Aliquando verò est necessaria trãsmutatio naturę nõnunquã ex parte organi,vt in tactu,& gustu,vt tangamus necesse est vt realiter alteremur,& trãsmutemur de calido,in frigidũ &c. Itidẽ in gustu.Iam verò hæc trãsmutatio naturę requiritur ex parte obiecti:nam sonus ex percussione aëris proficiscitur. Et deniq; ex parte obiecti:itidẽ in odorabili est mutatio naturalis,quę est secundũ alterationem medij, nisi enim calidũ fumigãs & exhalans sit,odor non est. In sono verò illa mutatio est secundùm localẽ motum.Quia igitur tactus,& gustus non immutãtur spiritualiter,nisi & naturaliter afficiantur,vt manus calescit,aut frigescit,quãdo tãgimus calida &c. & lingua humescit quando illa cibaria degustamus. Alij verò sensus nõ ex parte sua,sed in obiecto exigũt illã mutationẽ realem,aut secũdum locũ vt sonus,aut per alterationẽ,vt odor. Visus autẽ per se est ab istis immunis:indeque Diuo huic quinq; probantur sensus. Sũmmatim igitur collectio diui Tho.hęc est cui colligendę vnum est,quod primo astruxit, sensum esse potentiã passiuam, iam in cætera discurrit: ergo secundũ numerũ passionũ à sensili,erit numerus sensuum.Quod cõsequens ex præmisso fundamento apertam habet ostẽsionem. At verò passio gemina est : altera naturalis,

Gemina immutatio naturalis & spiritualis.

vt quod infrigidatur,aut calescit,alia spiritualis,quę est sensuum. Quidã ergo sensuũ patiũtur pure spiritualiter, vt visus: quippequi primas tenet dignitatis partes : alij verò sensus nõ patiũtur purè spiritualiter,sed etiã naturaliter:id quod dupliciter accidit, aut quod sit passio hæc naturalis ex parte organi, aut ex parte obiecti.Si primum,tactus est sic passiuus & gustus, si secũdo modo, aut illa passio exigit localem motũ sic auditus:aut alterationem,sic olfactus.At re ista prudẽter librata duo sunt,quæ infirmãt,totã hanc D.Thomæ structurã.Alterũ,quod distinctionem gustus & tactus nõ colligit:ambo enim isti duo sensus patiũtur naturaliter ex parte organi, lingua humectatur gustando, & manus tangendo calidũ incalescit. Quod si hoc euadens dixeris,cò distingui tactũ & gustũ, ꝙ etsi humescit quãdo gustat:tamen hæc passio præsupponitur gustui,& non est propria passio gustus vt gustus:obiiciã alterum,organũ sensus tactus nõ potest pati(quando sentit) à calido naturaliter : sed caro. Caro autem non est organũ, sed mediũ tactus: nã etiã si neruus sensorius nõ incalescat, aut frigescat,aut humectetur,poterit sentire tactiles qualitates per solã susceptionẽ specierũ,quam obiectũ illi mãdat per carnem.Nõ ergo exigitur alteratio physica à parte(in istis duobus sensibus) organi,sed solùm medij intrinseci:qđ est caro. Quinimò si organũ tact⁹ incalescit : à parte,qua incalescit,calorem non sentit: quia sensibile supra sensoriũ nõ sentitur. Quare neruus etsi calidus sit, non sentit calorẽ suũ. Quid quod etiã si media sint posteriora & sensoria ipsis sensibus,tamẽ Arist.per illa processit, vt naturalis philosophus per posteriora ostẽdens priora?
¶Commentator Auerroes vt admonuimus commentario. 129.tres demonstrationes Aristotelem credit compegisse, quæ numerum sensuum monstrarent. Alteram ab instrumẽtis seu sensuum organis quæ vocitamus sensoria: aliã à medijs,& hę materiales sunt:quippe per posteriora ducuntur: nã sensoriũ est posterius sensifica facultate, & item medium. Postrema autem à sensilibus est demonstratio. Et hæc ait est demonstratio quæ à priori rẽ demõstrat. Nam obiecta sunt priora

priora sensibus. Et hanc innuit esse formalē. Dein verò in calce Cōm. 135. duas alias insinuat demōstrationes multos esse sensus colligētes, & aliam formalem, quæ à sensilibus est & aliā finalem, quā remittit in posterum componēdam. Est autem hæc demonstratio Arist. 3. de anima, quosdam sensus ait esse necessarios, alios expedientes: necessarius alter cōstituit viuens vt tactus, alter cōseruat viuētia, vt gustus. Aut est expediens solùm. Et si expediens, aut est in gratiam regiminis vitæ in cibarijs discernendis & est olfactus: aut propter regimen in motu locali, secundum rectam viā, & sic visus: aut secundum obliquum motum. Et ita auditus, nam visus non quæ retro sunt lędentia sentit, sed auditus illa aduertere

Quæstio ab autore resoluitur. potest. ¶Breuiter tamē omnibus istis cōmemoratis nos credimus rectè Cōmentatorē Albertū Auicenā sensus numero. Quinario collegisse quā rē demōstrarūt

2. Sententia. à posteriori per organa, & media. Secūda sit sententia Arist. demōstratio nō est potisima. Est.n. vsus collectiōe hypothetica, si deest sensus deest sensoriū: sed sensoriū nō deest: igitur neq; sensus, quę vt patet, demonstratio potissima minimè est.

3. Sententia. Tertia sit Arist. nō demōstrauit p sensilia sensus numerū. Hæc aperta est in Cōm. nam sensilia accepit quo colligeret non deesse sensoria. Et rursum media accepit ad colligendum sensoria: non ergo directè per media, aut sensilia probabat sen-

4. Sententia sus numerum nisi indirectè. Quarta sententia sit, demōstratio mathematica, neq; exquirēda est, neq; potest assequi: quo sensuum numerū exactissimè probemus. Hæc est in promptu, quia rationes illatę nonnihil patiuntur calumniæ, vt dicere cæpimus enarrādo Philoponum. Et hac ratione ductus Philoponus rationes Aristo. inductiuas dixit, & non monstratorias. Et accedit eodem plerosq; autores plures sensus tactus tradidisse specie diuersos. Quidam duos, alij tres, alij. Quatuor, & p suo arbitratu illos numerāt qđ qui credit peruicaciter, demōstrationes facilè refugiet, quinq; species solum sensuum ostendētes. Quāquam Themistius fauens. Arist. cap. 1. paraphra. huius libri Aristo. animum fuisse tradidit esse vim quādam tactoriam, probare, nihil de huius numero curātis. Adhuc rationes non cogunt: quia dicet aliquis, fortasse esse sensilia quæ nos lateant, quæ alterū sensum exposcant. Quinta sententia quan- *5. Sententia.* tum physici est negocij, atq; iuris, istæ omnes rationes sufficienter colligunt nullum sensuum deesse: quia qui contenderit alia latere, philosophus hæc negligit, qui de expertis solum scientiam sibi conciliat. Quod si carnes camellorum nunquam gustauimus, valemus illas certè gustare. Quod si ingustabiles sint homini, gustabile & ingustabile eiusdem sensus sunt.

Secunda disputatio vt elementa sensoriis attribuantur.



Secundò disputandum est, vt *2. Disputatio* simplicia elemēta organis sensoriorum vigeāt: vt terra, si in aliquo viget, vigebit in sensorio tactus, & aqua in sensorio visus, &c. 1
& libello de sensu & sensili. c. 2. elemēta distribuit Arist. sensorijs, aquā oculis, aerem auditui, ignē olfactui, terrā autē tactui & gustui: qa gustus species quædam tactus est, laudatq; Democritū, qui oculi substātiam in primis aquę dederit. At verò hoc capite trepidè dixit terrā esse tactus & gustus, olfactus verò sensorium etiā si obscurè nō aeri solū, sed etiā aquæ dedit: piscibus odorantibus.n. per humiditatem aquæ naribus adhærētem sensorium est aqueū. Terrestibus aūt aereum & secū pugnasse Arist. videtur iam igni, iā aeri, sensorium tribuēs. Adde sensoria
omnia sunt viuētis partes. Vita aūt est ca- 2
lidi & humidi: ergo organorū cōplexio est aëris q humidus atq; calidus est: sensoria ergo ex aëre magis tēperātur, quā ex aliorū elemētorum substātia. Quod mi-
reris vehemētius tactus sensorium terre- 3
num Aristot. voluerit. At hoc vitæ cum sit fundamētum optimā sortietur cōplexionem: quæ vtiq; aërea est ex calido & humido temperata. ¶Accedit istis, aqua
est in sensoriū visus vocata: qa diaphana 4
est: sed aer est magis diaphanus, atq; ignis cur ergo hæc reiecit à visus sensorio? Præ-
ter hæc dixerat Aristoteles supra textu. 5
118. tactus sensoriū esse in mediocritate:
sed mediocritas humorum non indicat 6
terrenam cōplexionem, quæ necessariò & frigido

& frigido excellit & sicco superabũdat.
¶Sub hæc, si cor sensorium tactus est, cor
7 autem purissimo alitur sanguine, vt rex
8 optimis quibusq; vescitur cibis, vt ergo
terrenæ substantiæ est? Preterea olfactus
sensoriũ supra capi, proprio frigidum &
humens docuerat: vnde & nobis iners fe
re est odoratus. Sensoriũ enim odoratus
obtunditur frigore, & humore, & propte
rea bruta quædam, quæ sunt siccioris na
turæ, & calidioris exactius olfaciũt. Non
ergo olfactus est aut ignis, aut aëris, sed
aquæ, vt oculus. Hæc & hoc genus argu-
menta alia, cogitabit apud se aliquis phi
losophiæ vacans. Quæ vt sensim absoluã
vniuersa, primùm cõsideremus, sensoria
omnia simpliciter expẽdenda, aut secun
dum comparationẽ, si simpliciter expen
das calida sunt omnia & humida: quia vi
uunt, omnia: & vita est calidi & humidi,
nullum excipias sensorium, & in omnia
vagare licebit, siue visus sensorium siue
auditus, &c. Calent hæc vniuersa & hu-
mentia sunt. Si autem secundũ compara
tionem sermo audiendus sit, visus senso-
rium aqueum est, idest, magis subit aquæ
participiũ quàm cætera sensoria, & qua
litatibus alteratiuis aquæ magis abun-
dat, frigido inquã & humido. Oculi sub-
stantiam solue, & ipsum acicula pũge stil
lantem humorem experieris. Si autem in
aquã soluitur ex aqua cõponitur: vnum-
quodq; enim in ea soluitur ex quibus cõ
ponitur, vt glaciem aqueã dicimus: quia
liquante sole in aquã vertitur, & rursum
humore albugineo à parte interna est ob
munitus oculus, ne frigescat, & geletur
humor christalinus, qui est maximè ge-
labilis: nisi perpetuo calore albuginei,
qui pinguis est foueatur. Et Aristo. libro
de partibus animaliũ. 2. cap. 10. ait sedem
visus apud cerebrũ esse. Quòd verò sic lo
cetur apud cerebrum, optima (inquit)
ratio est: quia cerebrũ est frigidum, & hu
midum: & visus aquæ naturam obtinet.
Hæc enim omnium perlucidorum facilli
mè conseruari potest. Quòd si quis obie-
cerit: igitur aliorũ sensuum sensoria erũt
aquea, quia item illi mandati sunt capi-
ti. Tacito argumento ipse respondet sen
sus visum, auditum, & olfactum esse syn-
ceriores reliquis duobus. Et quia in capi
te sanguis minus ardet, cuius ardor sen-
siones hebetat: nimio namq; ardore san-
guis agitat & incensus sensionis puritati
plurimum obest, vt nos quoq; frequenti
tenemus rerum vsu, si nimium nos exer-
ceamus motu, visus acumẽ laxatur: quia
nimia exercitatio sanguinem inflãmans
sensionis synceritatẽ turbat. Quãobrem
cum sanguis (cerebri hoc petente illius
cõplexione) qui in cerebro est, magis te-
peat algoribus cerebri refrigeratus, hac
ratione sensus auditus & olfactus inibi
decretam habent sedem, nõ quia earum
sensoria sint aquea: hęc est enim solius vi
sus, vt testãtur oculi ebriorum calore vi-
ni superati: stillãt enim & ad solis radios
intenti lachrymas excutiunt. ¶Auditus
quoque sensorium, quod secũdum tenet
locũ: nam sonus fit ex motu locali, & hic
prior est, quam alteratio quæ in aliis sen
silibus est. 8. physicorum text. 57. & c. 58.
Qua ratione Aristo. secundum locũ à vi-
su audituidedit. Si hoc modereris, vt prio
ra quia plus participat qualitates altera
tiuas aëris sensoriũ auditus, quam alius.

Auditus igitur sensoriũ aereum est.

Cuius rei indicio sunt multa. Et aër ille
qui vernaculus est & ingenitus auditui,
& pellicula illa, quæ auris tympanum di
citur, cui obuolitur neruus auditiuꝰ, aëre
est imbuta. Et neruus hic sensorius con-
cauus est, vt qui sit hac causa aëre capa-
cior. ¶Sensorium olfactus est igneum, &
aqueum: igneũ secndũ virtutem, & po-
tentiam: & aqueum secundùm rationem
compositionis: odor enim cùm sit calidi

Sensoriorum ex quibus elementis sit cõpositio.

& sicci: & sensorium est in potentia tale
quale est actu sensile: est ergo odoris sen
sorium potestate & calidum & siccum.
Id quod est igneæ complexionis: sed se-
cundùm rationem compositionis est fri-
gidum & humidum, & vt natura institu-
tum est, vt respirẽt animalia, quò cordis
feruor temperetur: ita & odores sunt in-
stituti calidi & sicci, quo sensorij frigidi-
tas relaxetur, vt Albertus est autor, secũ
do de anima tractatu tertio. capitulo. 26.
& in libro de sensu & sensili tractatu pri
mo. capit. vltimo. Et quia sensorium ol-
factus à cerebro habet originem, neces-
se est secũdùm substantiam suam esse fri-
gentis naturæ. Vnde animalia sicciora &
calidiora, sagacius olfaciunt. Atque sub
inde patefit Aristote. collisio in libro de
sensu & sensili, igni dedit sensorium olfa
ctus

Conciliatur Aristo. ipse sibi.

ctus & in capit. de olfactu visus est aquæ idem tribuere. Hic verò aëri: quæ sibi sic constabũt est enim, ignis, hoc sensorium, quippe quod est in potentia proxima, vt igniatur à sensili proprio, à quo incalescit & exiccatur. Aquę aũt tribuitur: quia eius compositio est aquea frigens, atque humẽs. Aeri deniq; quia spiritus naso inclusus, odores renuntiat olfactui. Porrò autem cum inter vniuersa sensoria visuale sensoriũ manifestiorem habet ex aqua substãtiam: propterea illud solum philosophis in vsu est: aqueum appellitare.

Conciliatur Aristot. ipsi sibi.

¶Sensoria autem tactus & gustus terræ data sunt: non secundùm potestatẽ, nam sensoriũ tactus cùm sit in actu primò ad percipiendã ignis cõplexionem, aëris & aquæ, est omnia hæc in actu primo: quia sensus est, talis est potẽtia, quale est actu sensile actu. Quare dixit Arist. tactum in medio qualitatum habere cõsistentiam: quia quę in medio sunt, ad extrema sunt in potentia. Sed hoc solum dictus est terrenus tactus, quod in sua compositione maioris est frigiditatis, atque siccitatis: quam reliqui sensus. Habet sanè omnes qualitates, sed illis duabus præstãtius viget, quæ terrenę sunt cõplexionis. Vnde hoc si conferas sensorium ad cætera sensoria, magis abundat frigido & sicco cæteris sensoriis. At relatum in alias viuentis partes nõ item. Nã ossa frigidiora sunt, atq; aridiora, quàm huiusmodi sensoria tactus. Et itidem gustus: quia hic quidam tactus est. Est ergo tactus sensorium simpliciter calidę & humidæ complexionis, vt argumẽta nostra contẽdebant: tamen comparatus aliis aliorum sensuum sensoriis terrenæ complexionis ab Aristo. dictus est: & quòd trepidanter scripsit in libro de sensu, liberè asseruit modo, & non solum sensorium tactus, sed vniuersa sensoria, vt viuẽtia sunt absolutè, magis sunt calida & humida, quàm aliarum qualitatum: sed inuicẽ relata, oculorum est frigidissimũ sensorium, atque humidissimum & ita in aliis dicito. Quærat aliquis: cùm ergo tactus solus dictus est in mediocritate consistere, & non alij sensus, quid vetat, quo minus visum esse in medio colorum & olfactum in medio odorum dicamus: & de singulis aliis itidem? & dubiũ istud vibrat in Aristotelẽ Alexãder agẽs de tact. Et resolutio Alexandri est eò factum, quo alij sensus nõ componũtur ex suo sensili: tactus autẽ, vt is, qui necessarius est vitæ, animalq; constituens, cõstituitur ex tangibilib⁹, quas, seruat in medium redactas: nã alioqui solueretur animalis vita, si excellentias tangibilium habuissent. Aut fortassis addere poteris visum auditum &c. in minimas quoq; sensilium suorum differentias vim sentiẽdi exercere: si verò visus mediis constitueretur coloribus, excellentes colores solũ sentiret, vt tactus excellẽtias suas sentit. Olfactus rursum etiam si humanus minima non sentiat odorũ discrimina, in aliis illa potestate gaudet, vt brutis cõcessum est, quibusdam.

Dubiũ Alexandri.

¶Hæc autem duo dubiùm Alexandręum abundè diluunt: cur sensorium tactus media qualitatum tangibilium potiatur: alij sensus hac mediocritate nõ audeãt. Ignem autem Aristo. in hoc cap. in omnia sensoria cur fuderit commentarium docuit. Porrò scio quenquã solicitandum scrupulo hoc, & cur Aristo. terram tribuit tactui, quæ in omnia sensoria spargitur: namque terrena sunt omnia viuentia. Quare maximè hac abundant viuentis partes quæ sunt sensoria, & omnia sensoria sibi relicta in terram laberentur, vt in proprium grauitatis locum. vt ergo ignis est in omnium sensoriorum temperamẽtum immixtus: quia calor eius fuctionibus sensuum absoluendis est necessarius: ita & terra grauitate sensoriorũ hoc postulãte in omnibus sensoriis erit. Cui scrupulo hæc esto satisfactio. Sensoria considerantur duplici ratione: aut quatenus corpora sunt mixta (& eatenus elementum terræ primo gaudet domino in illis, vt Aristote. dixit corpora sicca maxime abundare terra. 4. metheo. tex. 30. & omnia viuẽtia sunt huiusmodi: quia cõpacta & firmæ subsistentię sunt) aut quatenus sensoria sunt: & eatenus aquæ principatus oculis viget, vt sensorium sit medio conforme, idest diaphano, & ita in aliis sensoriis. Iam verò Peripateticus, ita intellexit, vt diximus aquam impartiẽs oculis aërẽ auditui (facit enim verba de sensoriis vt sensoria) & terra tactui. Cæterũ si morosulus aliquis naturæ scrutator adhuc non quiescit, sed sciscitãdo persistit, quid ergo si terreũ est sensorium

Cur terra attribuitur tactui.

Egregie notabis.

sensorium tactus, vt in mediocritate collocauit Aristo. Paulus Venetus quē Nyphus & alij sunt sequuti, sensoriū esse dixerunt mediocris temperaturæ, non per æquidistātiam ab extremis, vt credat imprudenter aliquis in hoc sensorio tantū calidi, quantū frigidi tantundem vnius aliorum, quantūdem aliorum, vt res ipsa sit, vt in æquali lance appēsa. Hoc enim fieri nō potest, sed Paulus inquit temperaturam huius sensorij paululū declinare à medio, aut excessu aut defectu, sed hic philosophus diuinat modo, & non seria loquitur, imò multum à medio declinat sensorium tactus si terrenæ est, vt est cōplexionis. Nyph⁹ verò in collectaneo astruxit sensoriū hoc habere, mediū continentiæ: quia in potētia est ad extremas qualitates suscipiendas non tamē est medium per æqualē distantiam. Atqui hoc verū, nō tamen euacuās, id quod nos sollicitat: quia si mediū, hoc est in potentia, causa hæc est. s. media sensorij cōplexio, quam in præsentia exquirimus, vt cōsentiet, hæc mediocritas cùm terrena cōplexi? Ego autem (si meam quis, desiderat sententiam) sensorium crediderim tactus nudum esse ab excellentiis elementariæ qualitatis, neque est illi calor ignis ille æstuātissimus: neq; tenuissimus aeris humor &c. Quapropter has qualitates omnes relaxatas, & proprio vigore orbatas habet: secundùm viuentis exigentiam & naturam. Et hæc temperatura, & qualitatum proportio quędam medietas est Aristoteli qualitatū, nō simpliciter, sed quodam ordine & ratione habita animalis. Cui quia remississimę qualitates calor & frigus humor & vitę non sufficiunt, & excellentes vitę officiūt, medias habet qualitates inter remississimum & excellens, quæ proportio non tollit vt plus frigidi & sicci sit sensorio tactus, quā cæteris sensoriis. Quare & dixit Aristot. in tactu terram magis misceri. Et rem istam in summa perstringe sensorium tactus in media qualitatū ratione sedē habere, non quod simpliciter sit in media tatione, vt si summus calor est, vt. 8. & medius, vt, 4. itidē si summus rigor sit, vt. 8. medi⁹, vt. 4. & ita aliorum habita supputatione, sit tactus sensorium medias hasce habens qualitates, idest, calidum, vt. 4. & frigidum: vt. 4.

Autoris de quæstione solutio.

hoc enim falsum est: non enim intā æqui libri pondere animal consistit. Cholerica enim animalia in calidum declinant: melancholica frigido superabūdant: sanguinea aereo humido: flegmatica aqueo. Secundùm varietatem enim complexionum, qualitatum primarum gradus, aut crescunt, aut minuuntur. Idcirco tactus sensorium non est in ęquilibrio calidi, & frigidi, humidi & sicci. Sed eò mediocritatem qualitatum amare hoc sensorium est dictū, quia huiusmodi qualitates habet temperatas, secundùm quod animalis vita poscit. Vnde secūdum quid in medio est nō absoluta ratione. Vniuersa iam argumenta diluta sunt præter illud, quod Aristoteli impingebamus, si cor est sensorium tactus, vt terreum est? quippe terra frigida est. Cor autē, calore æstuat. Et dixerim cor non esse sensorium, si de carne cordis sit sermo, sed hæc caro sensorij medium est, quę caro est solidissima & compactior, quàm cætera animalis caro. Quare est terrenæ substantiæ cordis caro magis, quam cętera animalis caro: quia spissior est, vt optime calorē vitalem seruet, vt dixit Arist. libro. 3. de partibus. cap. 4. Atqui hæc caro medium est cordi, vt tangat: quippe Aristo. ait, neq; caro, neque aliquid eius esse sensorium: ergo in vniuersum carnem intimam animalis, & externam negat esse sensorium. & libro de sensu & sensili, ait iuxta cor esse sensoriū, non ait cor esse sensorium, est ergo in corde origo tactusq; latex: non quòd simpliciter sit cor sensorium, sed in ipso sensorium capit originē: quia sanguinis principium cor habet. Cæteræ enim animalis partes à corde, vt à fonte primitiuo sanguinem hauriunt. Cor verò non aliunde sanguinem colligit. Vnde ipsum est vitę & tactus origo prima, vt Arist. 3. de partibus cap. 4. colligit. ¶Supererat inquire re, cur tempus non numeretur in catalogo cōmunium sensiliū? cur locus? cur oratio, in eundem catalogum nō referatur? sed iam de tempore diximus, comprehēdi sub motu, qui temporis causa est locū sub magnitudine, & si paululū differant: magnitudo enim intrinseca est mensura rei physicæ, locus extrinseca. Oratio autem, vt est sonus ab ictu aëris profectus, propriū sensibile est: vt autē discreta est quantitas

Vt tactus in medio locetur qualitatum.

Cur tēpus nō numeratur inter sensili

quantitas traditione peripatetica: commune est sensile: est enim numerus syllabarum, aut elemētorū, vt sunt indiuisibilia, etsi hoc à numero differat: qppe numer⁹ fit repetita vnitate, oratio verò nō fit repetitis eisdē elementis, aut syllabis, repetas, a, a, a orationem non compones. Verùm quia discretę sunt, syllabæ orationem constituunt, vt hanc homo disputat: syllabæ illæ ho, mo, cōflant quæ sunt velut vnitates: eius numerū cōponentes idcirco numerus quidā est oratio. Opulētius hæc persequuti sumus secundo libro de anima. ℂ Postremo intelligentiā illius loci sciscitemur, communia sensilia sentiuntur motu. Nos quidam verba hæc Aristo. illo sensu credidimus donanda, vniuersa communia sensilia mouent sensus proprios, alioqui nō per se sentirentur, sed Albertus Magnus summa de homine tracta. de sensu communi quæst. 5. hunc sensum reijcit, vt à philosophi mente alienum: & alium excogitauit à veritate magis abhorrentem. Sentiuntur (ait) motu: quippe, mot⁹ est q vniuersa quinq; quę diximus iūgit materiæ sensili: magnitudo enim mathematica & numerus figura, &c. abstracta à motu nō sunt sensilia, sed intelligibilia per motum ergo hæc reddūtur sensilia. Sed pace viri dixerim non est assequutus hoc loco Aristo. mentem. Contendebat Aristo. colligere sensilia communia esse per se sensilia, & non per accidens, ideo dixit motu sentiri, quare non sentiuntur ab aliquo sensu proprio, vt in Commentario elucidauimus: dicere autem per motū iungi materiæ sensili nihil seruiebat peripatetici instituto, quod erat nullum esse sextum sensum cui sint cōmittenda communia sensilia. Sentiuntur per motum communia, idest, per immutationem sensus, quā hic Aristote. motum vocat.

Albert⁹ reijcitur.

CAP. II.

Eleganti conuincit argumento communem quendam sensum esse præter. 5. denarratos cui hoc in proprium asscribit munus externorum sensuum sensiones sentire, rursum sensum actu idem, esse atq; sensile actu philosophatur, primatumq; & in iudicādo de sensilibus, atq; sensionibus communi sensui tribuit, quæ duo in indiuisibili peragit mora in quem, vt in commune centrum sensus externi confluunt.



Voniam autem sentimus quod videm⁹ & audimus, necesse est: aut visu sentire q videt: aut alio. Sed idem, erit visus: & subiecti coloris. Quāobrē aut duo eiusdem erunt aut ipse sui ipsius. Amplius autē: si & alius sensus sit ipsius visus, aut in infinitū procedet: aut ipse aliquis suijpsius erit. Quare in ipso primo, hoc faciendum. Tex. 136.

ℂ Philoponus hunc locum introduxit aliter, quam alij interpretes. Absoluta. n. quæstione de sexto sensu, nouam putat expromi quęstionē an sint decem sensus. Sensus enim. 5. exteriores sentiunt sua propria obiecta, an sunt alij. 5. sensus interni illis correspendentes, qui sentiant proprias operationes sensuum exteriorū? vt visus videt colorē, an alter sensus proprius sit qui videat se videre colorē? Itidem de auditu, &c. Latini autem interpretes Aristo. inquirere iam modo exposuerunt si vnus sensus sit communis omnibus sensibus proprijs, si non est asserendus sextus sensus, si est aliquis alius cōmunis pprijs sensib⁹. Et merito vestigat hunc sensum, quia nouas inuenit operationes, quæ propriorum nō videbantur: quarū altera est reflexio in proprias operationes. Nā etsi visus videat colorē, nō tamen sentit se videre. Hæc ergo operatio in alterum sensum leganda videtur. ℂ Rursum discretio propriorum sensiliū est operatio alia quæ sensuum externorum non est: etenim num visus discernet inter album & dulce? non sane hæc enim non sunt ambo sui iuris, sed neq; gustus hæc iudicat. Est ergo alius exquirendus sensus, qui iudex & arbiter horum sit. Commentator autem nihil in præsentia de sensu communi meminit neq; Themistius, neq; Simplicius, nisi Alexander Aphrodisæus quē Latini imitati sunt. Verum

Introductio capitis.

rum Aristo. litera nulla mentione facta communis sensus, exponi poterit, sicq; quæstio hæc est Arist. an sẽsus exteriores proprios sentiãt actus? Nam nos ipsi cernimus nõ solum videre colorẽ, sed & sentimus nos videre, & audire. Opportunè ergo sciscitabitur aliquis, si hoc est sensus exterioris, an sit alicuius alterius potẽtiæ? Et primũ disputat Arist. partẽ negatiuã agẽs. Nanq; si sensus, visus, nõ videret se videre: sed quis alter sensus hoc habet muneris hic sensus & videret visionẽ quæ à visu est & rursum videret colorem: fieri enim non potest visionẽ videri ab aliqua potentia, & color non videatur, cuius est visio. Iamq; color si hoc admiseris, non esset sensile proprium visus, sed commune visui, & illi alteri potẽtię quæ visionẽ visus videt. Idquod falsum esse supra docuerat, sensib⁹ exterioribus propria esse obiecta tradens. *Sed idẽ erit visus & subiecti coloris.* Idest si alio sensu nos sentimus videre, hic sensus erit & visionis, & subiecti coloris, Idest, vtrunq; sentiet & obiectum colorẽ, & visionem. Et iam color esset commune sensile, vt argutum iam est. *Quamobrẽ aut duo eiusdẽ erũt.* erit (ait) obiectũ vnum duarum potẽtiarum aut visus erit sui ipsius. Est autẽ falsum, quod sit obiectum vnũ, idest color duorũ sensuum: est enim propriũ vni visui, igitur visus se ipsum sentit. *Amplius autem.* Argumentum est secundum, si visus nequit se sentire, sed opus sibi est altero sensu, qui hoc officij exequatur, vocato sensum hunc, a, à, c, sentit visionẽ, quæ à visu ꝑfecta est. Quærã num, a, & ꝓpriã sui ipsius sensionẽ sentiet? Si nõ sentit instituendus est alius sensus, qui illã sentiat. Vocita. b, illũ sensum & sic aut progressus sensuum sine requie abibit infinito processu: aut tandẽ sensus vnus ratione cogẽte exhibẽdus est, qui sentiat suã functionem. Quòd si hic exhibẽdus est, æqua quoq; ratione ipse visus hoc præstare poterit, vt proprium munus & colores sentire & se sentire colores valeat. Quare, inquit (velut concludens) in ipso primo, idest in sensu exteriore hoc faciendum est.

An sensus se sentiat.

An sentire se ipsum sit sensus externi munus an alterius animæ vis.

Secũda Aristo. cõnexio.

Sentit.

Tex.137. ¶Habet autem dubitationẽ. Si.n. visu sentire videre est, videtur autem color aut habens colorẽ, si videbit aliquis id quod est videns, & colorẽ habebit ꝙ videt primum.

¶In partẽ diuersam voluit argumenta, quæ intorquentur, vt probet sensum vt visus se non se posse sentire: namq; esto visus videat suam visionem, quod autẽ visibile est, aut color est, aut quod habet colorem, & nihil dixit de lumine, aut luce quæ intellecta vult sub colore. Visio verò non est color, neq; colorata, neque lux est, neq; lumẽ, nõ ergo visibilis. Aut si visibilis est visio, color est visio aut colore affecta. Atqui sensus visus vacat omni colore alioqui vt sentiret colores? Si ergo visio esset color, nequiret colores sentire: quippe, sensile impositũ sensui sensionem tollit.

Pars diuersa quæst. agitatur arg. indiuersum.

¶Manifestum est igitur, quod nõ est vnum, ipsum visu sentire. etenim cum non videmus, visu discernimus & tenebras & lumẽ, sed non similiter. Amplius autem & videns, tanquã coloratũ est. vnumquodq; enim sensorium, susceptiuum est sensibilis sine materia. Vnde & abeuntibus sensibilibus, insunt sensus & phãtasiæ in ipsis sensoriis. Ipsius autẽ sensibilis & sensus, actus, idem est & vnus. esse autem ipsorum, non idem. dico autẽ, vt sonus scđum actũ & auditus scđum actũ. Est.n. auditũ habentẽ nõ audire, & habẽs sonũ, nõ semp sonat. cum autẽ operatur potens audire, & sonat potẽs sonare, tunc secũdum actum auditus fit simul & secundum actũ sonus. quorum dicet vtiq; aliquis, hoc quidẽ auditionem esse, illud vero sonatiõem. Tex.138.

¶Vt iam de prolata quæstione nõ nihil arbitratur Aristo. & ait manifestũ esse nõ solum visum sentire colorẽ, lucemque sed

sed aliquando sentit neq; colorẽ, neq; lumen, sentit enim tenebras. Non ergo argumentum, quod in diuersum agebatur neruos habet. Dicerẽ enim visũ se sentire etsi visio non sit lux aut color: quia videre aliquid non simpliciter dicitur, sed multis modis *Amplius autem*. Eiusdem argumenti nouam profert solutionem, visio est colorata etiam si impropriè vidẽs inquit (subaudi visus) coloratũ est. Qđ vero coloratum sit videns, colligit: nam sensorium suscipit species sine materia: species autem coloris est quidam color sine materia. Hunc ergo suscipiens colorem vtcunq; visus sese colorat: ergo poterit visus se videre, & itidẽ de aliis sensibus. *Vnde & abeuntibus sensilibus*. Et secundò colligit visum esse vtcunq; coloratum. Nam absente sensili, vt luce, oculus non nihil fulgoris impressi seruare sibi videtur. & rursum, si rigido & attẽtissimo aspectu in colores visus aciẽ fixeris, abstracto deinde à colore, scilicet viridi aut rubeo visu, non nihil viroris cea libamen quoddam coloris adhærere visui cernes: ergo visus ipse coloratur. *Ipsius autem sensibilis & sensus idem actus est*. Argumentum hoc est quo probet sensum se sentire posse: nanque agentis & passi vna est actio, quæ ab agente profecta in patiente excipitur. Sensile autẽ est agens & sensus patiens, vt satis superq; secundus de anima liber exposuit. Ipsa ergo actio sensilis excipitur in sensu, vt visio, quę à colore seu species coloris quæ est excepta in visu. Atqui sensus, vt visus sentit actionẽ visibilis: sentit enim se immutari & moueri à visibili: hæc autem motio, quam sentit est ipsamet operatio sensus, quæ est sensus passio: ergo si actionem sentit visibilis, suam quoq; sentiet operationẽ. Colligas iam ab istis sensum se sentire. *Esse autem ipsorum non idem*. Quod dicit tale est, vt actio passioque sunt motus vnus: atqui discrepant ratione: vt est ab agente, actio est, vt in patiente passio est, vt terti9 liber de naturali auscultatione tex. 19. edocuit: ita & operatio sensilis & sensus passio vnus motus est, esse non habent idem, idest, ratione longe distant, vt sonatio & auditio: sonatio est actio sonantis: auditio passio est sensorij. Hæc etiam si vnum re, tamen & nomine & ratione essentiæ discrepant. Alexãder in paraphrasi & Themistius cap. 5. quos secutus est Auerroẽs voluerunt hæc verba hac donare intelligentia, vt inquam dubium illud proferãt, an sensus se sentire poterit, vt iã nos rem deduximus. At verò Ioannes Grammaticus Alexandrum solũ proferens vt prædicti sensus autorem, illum repellit, neque hunc esse Aristo. sensum existimat: quippe si se sentiret sensus: quia vnus est actus sensus & sensilis, vt Alexander putat, vtique se sentiret sensus quia cõmunionem haberet cum sensili, & non vt dissidet à sensibili: id quod falsum esse colligit Philoponus. Nã si sensus se sentit, hoc vtique vt passio est eius sensio, non vt est actio sensibilis: ergo vt differunt sensus & sensile, sensus se sentiret: nam vt patitur ita differt à sensibili & non cõuenit illi. Id quod, vt falsum repudiat: nanque si sensus se sentit, non vt differt à sensili, sed vt illi congrúit, se sentiret. Existimat autem Aristo. prædicta adiecisse verba, vt extenderet, ꝙ dicere semel cęperat, visum esse coloratũ quodam modo, & quasi probaturus adiecit, Nã sensus actu est sensile actu: ergo cum sit actu ipsum sensile, per species susceptas, quæ sunt colorum typi & imagines, idcirco non est absurdè dictum visum esse coloratum. Hoc autẽ eò dixit Ioãnes Grammaticus, quo persisteret in sua sententia, nullum sensum se sentire, vt quæstio nostra docebit. ¶ Ego tamẽ in re ista malo adhærere Alexãdro & alijs suæ opinionis philosophis, Aristotelemq; putare egregiè collegisse visum sentire se, qđ videat. Nã sensus sentit se immutari à sensili, vt visus à colore: hoc .n. extra cõtrouersiã est: nam videndo colorem sentit se moueri ab aliquo à quo prius non mouebatur, vt visus à colore, tactus à tactili & cætera id genus. Quare si sentit actionẽ sensilis, & hæc actio est actus sensus, sentit ergo suum actum, & sentit se pati ab obiecto. Et ratio Philoponi nõ tanta est quæ ab hac veritate nos dimoueat, quando colligit: sentit sensus suam operationem, fatebimur & secundum quod conuenit sibi cum sensili itidem non negamus: ergo non sentit se pati, quia hoc differt à sensili quod agens est. Cõnexio nõ est probata nobis, quãquã nomine differant

Visus coloratus.

Arg. nouũ ad priorẽ cõclusionẽ.

Græcorũ in expositione dissensio.

Autoris de quæstione sententia.

rāt sonatio,& auditio,& ratione sunt diuersa:tamen vnus motus sunt vel quasi vnus motus,quia non est propriè motus vt secundo de anima dissertum est.Hinc considera Arist.non apertam delite hac, si sensus se sentiat, protulisse sententiam,sed satis se insinuat quid velit, quādo argumenta hæc,quæ contendunt sensum non se sentire, soluit:alia verò quæ diuersam agebant partem insoluta relinquit. *Dico autem sonis*: Dixerat esse vnum actum sensus & sensilis.Ait modò quando vterq; est in actu,vt sonus & auditus qui actu audit sonū: fieri.n.pōt vt is,qui auditus est cōpos nō audiat:& qđ habet sonū ,non semper sonat, & tunc non est idem actus:quia ambo & sonabile & auditiuum non sunt actu, sed in potentia quando verò & facultas audiēdi actu est & audibile actu tūc sunt vnius actus ambo,vt agens atq; patiens. Actio verò audibilis est sonatio:auditus autem est auditio.Vnde considera quam germana sit propositio Augustini, verbis peripateticis,ab obiecto.& potentia paritur notitia:quia fortasis quispiam Arist. verbis ductus vt Okā & asseclæ credet ,auditionem non esse ab auditu,sed solum ab audito sono.Alius credet auditionem non aliud esse ab impresione speciei,quæ verè est pasio sensus.Sed neq;credim⁹ primum neq; confitemur secundum, sed vt perspecta sit rerum harum veritas legendæ sunt nostrę disputationes in secundū de anima. Quo loco quantum suppetebant vires & locus sinebat veritatem astruximus.Quòd verò Aristo. alias aliorum sensilium actiones,vt actionē coloris & odoris,saporis,&c.proprijs vocib⁹ non expresit,nō temerè factum credas: sed quia voces non sunt propriæ,quib⁹ vocentur, etiam si pasiones sensuum significantur,vt tactio tactus, gustatio gustus,odoratio olfactus,visio visus,sed actiones sensiliū innominatæ sunt,& græca,& latina,lingua: quia vt Commenta. ait,hæc non sunt in vsu vulgi. Quare nomine carent.

Tex.139. ¶Si igitur motus & actio & pasio est in eo quod mouetur & patitur necesse est & sonum & audituū qui est secundū actum, in auditu qui secundum potentiam, esse. actiui enim & motiui actus, in patiente fit. Vnde, non necesse est mouens moueri. Sonatiui igit actus,sonus est, aut sonatio. auditui autem,auditus,aut auditio.duplex enim est auditus, & duplex sonus.

¶ Apertę sunt hæc intelligentiæ habenti priora:colligit tamen corollarium,vnde non necesse est mouēs omne moueri. Cuius rei meminerat. 8.physi. & in hac tractatione sensuum est res apertisima. Visile mouet aspectum, & non mouetur visibilis color: & calor mouet tactū, & calor nō alteratur aliūde. In odorabili verò,quod sæpe defertur per aerē,& alteratur à calido excitante suffitum, non itidem patet:neq; in sono,qui collisione sonantium excutitur. Verùm etiam si in causis odoris,& soni sit motus aliquis,tamē ipse sonus cùm sit quædam qualitas etiam non mutatus,per se posset mouere sensum. Atq; itidem de odore,quanq in hoc sensiliū genere res hęc obscuriuscula sit.Clarisimæ est autem veritatis in sensu visus, qui cum neque in organo alteretur,neq; medium eius neq; obiectū vel localem patiantur motum,vt sonus, neque alterationē vt odor, immotus color visum mouet.Duplex igitur audit⁹, est & duplex sonus:auditus actu,& son⁹ actu:auditus potentia, & sonus potētia: & similiter quoq; hic sermo in alios sensus est producendus.

¶Eadem autē ratio, & in alijs sensibus, & sensibilibus.sicut enim actio & pasio in patiēte est:sed nō in agente, sic & ipsius sensibilis actus in ipso sensitiuo existit.Sed in quibusdam quidem, etiam nominata sunt, vt sonatio & auditio. in quibusdam autē, innominatū est alterum. actus enim visus, visio dicitur, coloris vero, innominatum est. & gustatiui, gustatio, saporis autem, innominatum est. Tex.14

¶Quod

¶Quod diximus (ait) de auditu & sono, in alios quoq; sensus deriuare libere poteris, vt enim actio & passio in patiente est, & non in agente (calefactio enim nõ est in igne sed in ferro quod calefit) ita quoq; sensilis actio (vt sonatio) nõ est in sonante, sed in auditu, qui est vt patiens. Hinc collige, quam ęquabilis fuit nostra reprehensio in cap. de sono eorum, qui sonum aiebant recipi in sonante: nõ est vtiq; Germanæ philosophiæ hoc amicũ sed in patiente auditu est sonus. Et quid non est in medio ait quispiam? Est sanè quanquam hæc receptio nõ est nominata. Et aliud est passionis genus in aere, & auditu: hic enim patitur vitaliter & sensibiliter sed aer minimè quia aer non sentit. Prædicta secum voluens obijcit aliquis, nullus est ergo sonus, nisi is qui auditur Aristote. tradente, est auditus actu & sonus actu & sonatio est auditionis actus. Et rursum nusquam actio est nisi sit passio, dicito tamen vt cap. de sono dicebamus, sonus vt sensatus est, necessario est ipsius auditus, & sonatio sensata est auditio: tamen sonus absolutè est, etiam si non audiatur, vt color actu, & cætera sensilia. Est autẽ necessarium, si actio sonationis est sensata: sit in auditu. Nõ sensata verò quando est, est in medio suscepta. *Sed in quibusdam quidem*. Quasdã actiones sensiliũ in sẽsus esse nominatas, alias vacare quo vocẽtur nomine ait, id quod iã exposuimus. Quòd si te sollicitat, cur sonus habuit duo nomina, & actionis & passionis, cæterisque sensilibus non fuit tanta vocum vbertas concessa? Fortassis, quia motus localis, vnde sibi originẽ capit: sonus est motuum omnium notissimus & primus, inde sibi conciliauit nomen hoc sensile, à causa longè notissima motu (inquam) locali, quo cùm alia sensilia non indigeant, vacant voce proprię illorum actiones. Cæterum hæc res non est, quæ maiores poscat moras: nã quod obijciẽt nobis coq, actionem saporis, esse nominatã saporatio, quæ vox illis in vsu est relinquẽda coqs est, non. n. est philosophorũ. Grauiùs esset, si obijcerẽ Aristo. si visus coloratur à colore (vt tu ais) quid vetat vocare actionẽ coloris colorationem, aut illuminationem? quando colores luce perfusi videntur, & lux est ratio per quam videntur. Et eôdẽ accedit actionem odorabilis esse suffumigationem. Et quod vocem colorationis negãs dicit Philoponus, colorationis vocem esse corporis suscipiẽtis colorem alienum id quod in visu non est, illud obuertemus illi Aristo. dixisse sensum colorari, & ita diceret, aliquis, coloratio sensata est visio, vt sonitus sensatus: auditio.

Alia est ratio passionis sensuũ atque inanimatorũ

Quæst. de vocibus.

¶Quid hoc impediat, ego non video, ni si linguæ Græcę huius vocis paupertas, quæ alioqui in cõponendis vocibus linguarum est felicissima. Sed vt prædixi quæstiun. istæ concertantes sunt de nominib⁹ quare has actiões voca vt libet.

Græc. linguæ fœlicitas in vocibus componendis.

¶Quoniam autem vnus quidem est actus sensibilis & sensitiui: esse autem alterum, necesse est simul corrumpi & saluari sic dictum auditum: atq; sonum & saporem igitur & gustum, & alia similiter. Dicta autem secundum potentiam, non necesse est. Tex. 141.

¶Quæstionem vnam insinuat: si sensile & sensus, ita simul sint, vt simul itidẽ desinant esse. Et distinguit quæstionẽ: nam sensus, actu, & sensile actu, & simul sunt & desinunt. Si auditus non audit, neque sonus auditur, idemq; & alia genera sensilium seruant. Et si auditus audit, sonus est, qui auditur. Porrò autẽ hoc nõ habet similẽ obseruationẽ in sensibus, qui in potẽtia & sensilib⁹ in potẽtia. Hæc neq; simul se statuũt neq; vnius corruptio alteri parat detrimẽtũ. Sed quale hoc sit, excutiam⁹ in prædicamẽto ad aliquid relatiua simul esse natura docuit philosoph⁹ sensus actu est ad sensile in actu: & sensus in potẽtia ad sensilia in potẽtia: ergo simul statuunt & corrumpunt. Qui mos solennis & inuiolatus est relatiuorũ. Cur ergo Aristo. inter sensilia actu & potentia discrimen fecit quando quidem in omnibus ratio eadem relationis seruatur? Est autem horum sensus hæc omnia sensilia, & sensus vt relatiua sunt simul esse natura sensus actu sensile actu, sensus potẽtia, & sensibile potẽtia, & reciproca relatione sibi inuicem opposita sunt. At verò si auditio non est, neq; sonatio sensa-

ta est:& si auditio est sonatio est sensata: & contra si inuertere voles. Hæc autem coniūctio secundū rē: non est in sensu in potētia & sensili. Nō.n. sequitur est auditus:ergo sonus est: color ergo visus, sæpe est auditus audiens nihil, & sonus nō auditur,& color non videtur, Quanq̄ necessariū consequium est: auditus est,ergo sonus audibilis est:ergo auditus,qui possit audire est. Aut alius erit huius loci intel-

Solutio alte. lec⁹ sensus actu & sensile actu se inuicē inferūt:quia habent quo vniantur: nam per mediā sensilis actionē, & sensus passionē hęc vniūtut: sensile in potentia & sensus in potentia nō se inuicē colligūt: quia nō habent quo vniātur:idcirco dixit,ꝙ hæc nō est necesse vt se mutuo colligant aut destruant.

Tex142. ¶ Sed priores naturales Philosophi hoc non bene dicebāt, qui neque album neque nigrū sine visu, neque saporē sine gustu esse opinabantur. Nam sic quidē dicebāt recte, sic autē non recte. dupliciter enim dicto sensu & sensibili, alijs quidē secundū potentiam,alijs verò secundū actum,in his quidē accidit quod dictū est, in alteris autem nō accidit. Sed illi simpliciter dicebāt,de dictis nō simpliciter.

¶Corollariū est priorūq; sequela naturales philosophi Protagorei nūcupati, nihil distinguebāt inter sensile actu & sensile potentia:sed omne sensile actu credebāt esse& tūc demū albū esse quādo videtur,tūc sonus quādo auditur,tum dulce quādo gustabatur. Ducebāt isti sensum facere sensilia: & cessante operatiōe sensus,sensile nō esse:& hi quidē rectè dixissent si distinxissēt nihil horū esse sensile actu,nisi operante sensu:albū enim non est actu sensile,nisi videatur,tn̄ est potētia sensile etsi nusq̄ sentiatur, vt dictū est. Quare taxādi sunt & obiurgnadi, vt ij q̄ simpliciter & vniuersaliter loquebātur in ijs, quæ non simplicē assequuntur sermonē. Nā hæc ꝓpositio sensile & sensus sunt simul si vniuersalē eā proferas,nō rectè protulisti: quia erras in sensili in potentia. Sin verò secundū particularē rationē sensus & sensilis in actu sermo habeatur vera est. Et Aristo. ex professo in hos, quos nominauimus philosophos acriter & eruditè inuehitur. 4. meta. cap. 5. tūc sanè idē esset dulce & amarum. nā infirmus gustās sacarū, amarum sentit, san⁹ dulce. Si igitur sensus facit sensile idē esset simul & amarum & dulce.

Protagorei.

¶Si autem vox quędā symphonia est, vox autē & auditus est vt vnū & est vt nō vnū aut idē, symphonia autē est ratio, necesse est & auditū, rationem quandā esse. Et propter id, corrumpit vnunquodque excellens & acutū & graue, auditum. similiter autē & in saporibus gustū. & in coloribus visum, valde fulgidum & opacum. & in olfactu, fortis odor & dulcis & amar⁹ tanquam ratio quędam sit sensus. Vnde & delectabilia quidē sunt, cum dicūtur quæ syncera sunt & immixta ad rationē, vt acutū, aut dulce, aut salsū. delectabilia enim tunc. Omnino autē magis quod mistū est, symphonia est, quā acutum & graue. Tactus autē, calefactibile & frigefactibile. sed sensus ratio est. excellentia autē dolore afficiunt, aut corunptunt. Tex,143.

¶Alterius. q. solutionē innuunt hæc verba. Quare quædam sensilia delectāt sensum, alia autē contristant lędēdo. Nā excellens sensile oblædit sensum, aut corrumpit eundem. Itidem exiguum sensile aut sensilis exilitas lędit sensus naturā:qui etenim tenebrosa in specula lōgū absoluerit tēpus nō videns lucis solē visu orbaretur: quia deest sensile quod videat. Nā vt exerciciū aīalis roborat vires:ita ociū obtūdit, tradente Hyppocrate. Causam autem huius rei traditurus

Arist.

Aristo.vocis proponit exemplũ, sonus igitur vocis est in quadam symphonia ad sensum. Nam cum sonus & auditꝰ, actu sint vt vnum: vt passio vnius est alterius actio: si sonus est quædã proportio itidem & auditus in actu est in quadam proportione. Proportio autem, vt dupla est in indiuisibili consistens, nam quidquid addideris termini aut detraxeris, ipsam dissoluas, est necesse vt. 6. ad tria, adde vnũ: iam non est dupla proportio: detrahe duplã dissolues, nisi vtrinq; adijcias ex æquo vt. 12. ad. 6. eadem quæ est 6. ad tria proportio est. Quare cũ vox sit quædã symphonia, & ratio quædã soni, & vox, vt auditur est eadẽ, quæ auditus vt auditꝰ (sub priori tñ censura) necessario colligamus. Si vox est ratio quædã & proportio & auditus quoq; est quædam ratio & proportio. Proportio autem soluitur, aut excessu, aut imminutione: destruetur ergo auditus excessu vocis aut imminutione etiã corrumpetur vt si nullus aut immodicus esset sonus lęderetur auditus aut corrũperetur. Considera hic Aristo. facere verba de audibili, quod actu auditur ab auditu: hoc. n. est proportionale & cõsentaneũ auditui, nõ est sermo de audibili in potẽtia: ait enim vox & auditus sunt quadam ratione vnũ, vt sunt actu, & quadã ratione, non vnũ, vt sunt in potẽtia: & vt sunt actu, sunt viniꝰ proportiõis sensus & sensile. Omnia igitur actu sensilia proportionem seruant cũ sensibus: quando vero huius proportionis egrediuntur metas, tunc cõtingit corruptio sensus: propter quã causã corrumpit vnũquodq; excellẽs vt acutũ & graue sonorũ & sapor excellẽtis naturę, aut color excellentis visilitatis vt lux valde coruscans.

Sensus omnes Simphoniam amant

Obiectio. 1. ¶ Obijciat aliquis Arist. auditus nõ sẽp vocis, sed soni sæpe, qui non est vox: nã nõ omnis sonus est vox. Ille igitur auditus qui est soni nõ vocis nõ erit in proportione, quia neq; sonus auditu perceptus est in proportione, nã proportio & multorum secundũ vnã rationẽ est habitudo, in sono igitur simplici & vno vt erit proportio? Adde se Commen. exposuisse hęc dicentẽ, sensum esse proportionẽ temperatã.

Obiectio. 2. Quæ molesta videtur expositio, nisi quis vellet Gale. subscribens contẽdere, animã esse temperamentũ viresq; sensitiuas esse tẽperaturas quasdã, id quod esse falsum suo mostratum est loco. 2. &. 1. de anima.

Obiectio. 3. ¶ Rursum sensus non est magnitudo neq; corpus, vt ergo est temperata proportio vt Auerroes ait? Quod si dixeris temperata hæc proportio est organi, quod corpus est & hoc tẽperamento gaudens, qui sic asseruisset Aristote. non docet, sed propriam inuehit sentẽtiã: qppe sensum in actu esse vnũ atq; sensile Arist. pronuntiat. Nunc autẽ sensus actu non est sensoriũ, sed ipsa vis sentiendi, est actu sensus: ergo hic actu sensus qui est sensus sentiens, erit in proportione ea qua fruitur sensile actu.

Obiectio. 4. ¶ Præter hæc si sensus est qualitas: est. n. naturalis aĩæ potentia, vt est ratio quædã & proportio? proportio. n. est in capitulo relationis.

Obiectio. 5. ¶ Et quod magis mireris Arist. supra de tactu dũ meminisset, dixit tactum excellentias tactiliũ sentire solũ: quia in mediocritate quadam & proportione cõmensurata qualitatum iacebat. Iã verò modo excellentias tactilium corrũpere tactũ docet, quasi retractans priora asseuerat, etsi propterea tactus excellẽtias aduertit solũ: quia mediocritate gaudet, ergo & alij sensus cũ sint in quadam cõmensuratione, sentient excellentias solas.

Pulchra obiectio.

Obiectio. 6. ¶ Accedat istis, sensus est vnius subiectæ cõtrarietatis: ergo cõtrarietas est sensilis, ergo sumito quanlibet cãdidissimã albã, dẽsam vel nigram aut excellentem lucẽ, &c. Hæc si sunt sensilia: ergo nõ excedũt proportionẽ sensus. Si non sunt sensilia, non ergo sensus est contrarietas vnius.

Obiectio. 7. ¶ Sub hæc actio sensilis est spiritualis & sensum perficiens: vt ergo corrumpet sensum? Nam corruptio est actionis realis.

Diluuntur obiectio. ¶ Vt autẽ horũ argumẽtorũ offensionem submoueamus, alium sermonẽ habendũ de sensu aduertendũ duxerim: aliũ verò de sensorio. Sensoriũ enim habet temperamentũ, quodlibet. n. sensoriũ cũ sit mixtũ necessariũ habet temperamentũ ex primis qualitatibus coalitũ. Atqui in sensorijs si vertatur sermo, nõ est magni negocij edisserere sensoria corrumpi ab excellẽtijs sensiliũ, quia excellẽtia sensiliũ dissoluit sensorij temperamentũ: nãque nimia lux oculi humorẽ liquat & obstreperus sonus obsurdescere facit auditum. & ita de alijs sensorijs

rijs. Cæterum de facultate sentiendi iudicare non est facile, vt ipse sensus sit in quadã proportione, quã excellẽtia sensilis aut lędit, aut corrũpit. Nãq; hęc ꝓportio nõ est tẽperatura: tẽperatura .n. est corporis sed sensus est vis in corpore, nõ tñ est corpus. Vnde quod dixit Cõ. sensũ in quadã tẽperatura esse, vt sanitas, quæ ablato tẽperamẽto perit, est sanè verum: quãtũ organi est, non tñ sensus per se tẽperaturæ est alicuius. Et doctè aduertit Philopo. Arist. non dixisse sensum in tẽperamento cõsistere, sed ratione & proportiõe. Atqui hãc rationẽ inuestigauit. Arist. ab obiecto, & quia ratio & proportio erat facilis intellectu in symphonia vocũ, ideo hãc accepit in exẽplũ, vt proportionẽ in alijs sensibus magis latentẽ lucide mõstraret. Et collegit ad hanc formam. Cõcẽtus vocũ est in quadã ratione ergo & sensus auditus in proportione locatur: probansq; collectionẽ accepit auditũ & illũ concẽtũ vnũ esse, vt expressimus iam. Est ergo sensus quilibet in ratione cõsistẽs per se loquẽdo, sed eget tẽperatura sensus ratione organi. ¶ Sed neque hoc absoluit me, nã dixerat Arist. sẽsile actu & sensus actu, sunt vnũ, quia motus. i. sensionis cuius sensile est principiũ agens, sensus est patiens. At verò ait, ratio non est eadẽ. Si ergo non sunt eiusdẽ rationis sensile agens, & patiẽs sensus: vnde ergo Aristo. quia sensile est in quadã ratione colligit, & sensum? Vt ergo quod in re hac sentimus deponamus: vt sensus sit ratio quædã & à priori exquirendum est, & à posteriori colligendũ. Sanè à priori est Arist. ratio, obiectũ sensus in quadã ratione & proportione iacet, vt cõcẽtus: ergo & sensus itidẽ. Rursum ipsa anima vnde sensus proficiscitur: est forma quædã in quadã proportione consistẽs: ergo sensus illius vis atq; facultas illã proportionẽ obtinebit. A posteriori autẽ est hoc nobis indicio, excellens sensile corrũpere sensum & proportionatũ sensile voluptificũ esse sensui: ergo sensus media quadã ꝓportione gaudet. Præterea corp⁹ sibi postulat aĩa sub quadã cõmẽsuratiõe qualitatũ, sub quodã organorum modo. Vnde huius tẽperaturæ excessus aut defectus exitium est animæ: anima ergo ipsa in quadã est proportione ad corpus.

Aduerte Arist. interpretatione.

Sensus & quælibet forma est in proportione.

Et sensus quædã est ꝓportio in sensile. & non solũ aĩa est huius symmetriæ particeps, sed in vniuersum omnis forma est in proportione quadam ad subiectũ, vel materiã suã. Quare Arist. dixit non quodlibet ex quolibet fieri, sed determinatũ ex determinato. 1. phy. ca. 5.

¶ Argumentis iam satisfaciamus. Et primo argumẽto dico Arist. exemplũ protulisse de voce nõ ꝙ quilibet sonus à voce alius, audibilis certę proportionis non sit, sed qa in symphonia vocis ad manum erat intelligere vt audibile in quodam cõcentu, & harmonica proportione, iacebat. Et color itidẽ est huiusmodi: nã etiã si huius generis sensilia sint qualitates simplices, tñ earũ proportio non est petenda ab illarũ cõpositione, sed à proportiõe ipsarũ in sensum, quæ necessaria est vt sensile sensui cõueniat. ¶ Secũdo argumẽto, verba Auer. (auditũ, esse in tẽperãtia) de sẽsorio & nõ de sensu intelligẽda sunt, nã (vt dixim⁹) sensus cũ sit simplex qualitas nõ est in tẽperantia aliqua complexionis, non. n. de virtute temperãtiæ sermo hic instituitur. Vel fortè tẽperantiæ vocabulo est abusus, dicẽs sensum esse temperantiã quandã, quo illud insinuat esse sensum in quadam proportione in obiectum suum. ¶ Tertio argumẽto dices: sensus secundũ naturã est quędam qualitas absoluta vt in prædicamentis, & hoc cõ. illato autor est Auerroes. Cæterũ vt refertur in sensum, secundũ rationẽ & proportionẽ, per quã inter sensum atq; sensile cõuenit, in relatiõis est prędicamẽto, vt sciẽtia, est qualitas & relatio. ¶ Argu. 4. Tactus excellentias tactiliũ, ꝗ propriã mediocritatẽ excedũt, sentit, verũ huiusmodi excellẽtię in certã rationẽ sunt colligẽdæ: nã si valde ferueat calor aut rigeat frigus, tactũ corrumpent, immo dicã excellẽtiam tactilium nõ ferẽte sensu. Alij verò sensus nõ sentiũt excellentias, nisi modo suo, quia visus & auditus nõ sunt in media ratione sonorũ & colorũ. ¶ Argumento. 5. nos fatemur singulũ sensuũ in proprias cõtrarietates ferri: nõ tñ secundũ totã latitudinẽ albi visus videt alba: neq; secũdũ totã latitudinẽ acuti & grauis, hæc sentit auditus, sed secundũ moderatã & sibi cõuenientẽ rationẽ. Quare excellẽtias dixit Arist. esse insensiles

1. arg. solutio

2. arg. solutio

3. arg. solutio

4. arg. solutio

5. arg. solutio

siles, vt nimia lux inuisibilis & immodicũ calidũ, quale ignis, intangibile. Rursumque & minutissima sensilia, insensilia sunt proportione non extãte, quã sensus in sensili poscit, & sensile in sensu. Nã quãlibet sẽsile moderatũ sit, si viciosa sit potẽtia nõ sentiet, aut male: extrema igitur sensiliũ nõ sunt sensilia. ¶ Iam postremo argu. hæc sit solutio sola actio spiritualis nõ oblęderet sensũ nisi alia actio socia esset naturalis vt lux quãdo videtur, calefacit oculũ, & ideo si vehemẽs sit tactũ incẽdere poterit quantũ oculi tẽperamentũ nõ ferat. *Vnde & indelectabilia.* Vt euidẽtiorẽ faceret doctrinã priorẽ sensũ esse rationẽ hæc adiecit, simplicia sensilia delectabilia esse si moderata sint, & sẽsui congruẽtia, verũ quæ mixta sunt, magis iuuãt, & maiori delectatione afficiũt: quia in mixtis si moderatio sit, vt in vocũ cõsonantia, in coloribus inuicẽ cõpositis & saporibus patẽtior est ipsa obiecti proportio, quę ex multis tẽperatur. & revera magis videre iuuat campos varijs respersos floribus, quã si simpliciter vno colore perfusos intueremur. *Tactus aũt calefactibile & frigefactibile.* Idest tactus delectatur nõ excellẽtijs primarũ aliarũ tactiliũ qualitatum, sed temperamento calidorum & frigidorum.

Postremi argumen. solu.

Tex. 144 ¶ Vnusquisq; igitur sensus subiecti sensibilis est. inestq; in sensorio inquãtũ sensoriũ: & discernit subiecti sensibilis differentias. vt albũ quidẽ & nigrum visus: dulce vero & amarum: gustus. similiter autem se habet hoc, & in alijs.

¶ D. Tho. altera vi Arist. tẽtauisse sensum cõmunẽ hîc colligere exposuit. Primo. n. collegerat cõmunẽ sensum, qa visus non sentit suã functionẽ: erat ergo exquirendus alius, qui hoc conferret sensibus externis, qui illorum operationes sentiret. Nunc autẽ nouã instituit aliam rationẽ, quæ idẽ probet quæ hæc est. Sensiliũ differentias nõ solũ eiusdẽ generis, vt albi, & nigri, acuti, & grauis, sentit sensus: sed & diuersi generis: vt dulcis, & albi: hoc autẽ necessario fit per communẽ sensum ergo hic concedẽdus est sensus. Græci verò nõnulli vt Philoponus, hîc aiũt Arist. initiũ facere probandi vnũ esse cõmunẽ sensum: prioribus. n. sermonibus ostẽderat nõ esse sextũ sensum ponendũ particularẽ, & diuersum ab alijs. 5. sensibus. Iã verò cõmunẽ vnũ sensum esse ostendere mollitur, præmittitq; hanc propositionẽ vt fundamentũ. s. vnusquisq; sensus est subiecti sensibilis. i. proprij obiecti: diximus. n. sæpe subiectũ cũ obiecto, cõfundi ab Arist. Est præterea fũdamẽtũ. 2. vis quędã sẽsus est quę sensorio suo inest in quantũ sensoriũ sensus. n. quilibet in suo sensorio vt tale est ad est. Tertium fundamentum hoc est, quẽlibet sensum discernere proprij generis obiecti differentias vt visus albũ nigrũ: auditus acutũ & graue &, similiter in alijs. ¶ De sensu porrò cõmuni primũ hũc esse probat, deinverò illũ esse incorporeũ post hęc sine tẽporis mora suũ absoluere munus. Quarto dubitationẽ proponit quã falso soluit, vt postremo verã solutionem exponat.

¶ Quoni autẽ. & albũ & dulce & vnũquodq; sensibiliũ ad vnũquodque discernimus quodã: & sentimus quod differunt, necesse vtique sensu. sensibilia enim sunt. Tex. 145

¶ Hoc est alterũ, quod premittit sẽsui cõmuni colligẽdo: sensum aliquẽ differẽtiã albi & dulcis sentire: nã non solũ ipsa obiecta sunt sensilia, sed obiectorũ horũ differẽtia sensilis est. Quod si quis dixerit intellectus est opus distinguere sensilia & nõ sensus, hic audiat intellectũ nõ posse hoc prestare nisi sensui subnixũ. Nã deficiente sensu, mentis operatio nõ extat. Si igitur mens differentiã statuit albi & dulcis: hãc differẽtiã primus nouit sẽsus aliquis, vnde & mẽs accepit. Neq; sẽsus quiuis particularis hoc nouit: nã visus per se aut gustus non valebunt albi & dulcis differẽtiã sentire. iudex. n. vt vtrũq; sentiat quod iudicat, oportet, de quo ptes aduersę litigãt, vt verũ ferat iudiciũ de actore, & reo ꝓ merito excussa vtriusq; causa. Iã ergo vis⁹ nõ dulce necgust⁹ albũ sẽtit, ergo nõ est alicui⁹ particularis sẽsus albũ, & dulce distinguere. Et ne qs dicat, visus sẽtit albũ ꝑ se, dulce ꝑ accidẽs, hocq; sat erit vt differẽtiã albi & dulcis

cis sentire queat. Cautos nos esse oportet visum videre album per se & dulce per accidens: sed hæc sensio nihil discriminis collocat inter album, atque dulce, sed per illam iudicatur albū esse dulce. Est ergo necessariū alterū esse sensum qui per se & albū sentiat atq; dulce, vt horū typis siue speciebus sufficienter instructus, legitimū de vtroq; habeat iudicatoriū, album videlicet iudicans non esse dulce. Neq; si quis dixerit duorum esse sensuum horū differētias sentire, probabiliter hic philosophatur: nanq; vnū esse sensum, qui iudicet oportet esse & q vtriusq; sensibilis speciem suscipiat. Nā quando multi iudices vnū iudicant, quilibet iudicū causam necesse est, vt bene nouerit, nunc autē si sensus duo vt visus & gustus ad hoc coeunt, vt album distinguant à dulci, nullus ipsorū amborū sensilium causam bene nouit. Ergo vnus alius sensus quærēdus cui hoc iudicium demādetur. ¶Colligas omnia: albi & dulcis differentia sentitur per se primò: & hæc sensio nōest mentis, nec est alicuius particularis sensus neq; duorū simul: alius ergo sensus est, & hic cōmunis qui eo cōmunis iusta appellatione dictus est, quo à .5. sensibus non est separatus. *Vnunquodq; sensibilium ad vnum quodq; discernimus quodam.* Idest, sensilia inuicē discernuntur quodam, idest sensu aliquo: nā sensile in sensum refertur, non ergo mēte fit discretio sensiliū, sed sensu: nā si mentis esset opus vt ergo bestiæ discernerent? Canis enim albū lapidē non gustat: gustat verò albū panē, quia dulcedinē panis iudicat,

Tex. 146 ¶Quo & manifestū est, q caro nō est vltimū sensoriū. necesse. n. esset discernēs, discernere tāgēdo ipsū. Neq; itaq; separatis contingit discernere discernensq aliud sit dulce ab albo, sed oportet aliquo vno vtraque manifesta esse. sic. n. & si hoc quidē ego, illud autē tu sentires, manifestum vtiq; esset q alia abinuicē sūt. Oportet autē vnū dicereq aliud. aliud. n. dulce ab albo Dicit ergo idē. Quare vt dicit, sic & intelligit, & sētit. Quod igit nō posibile sit separatis diiudicare separata, palā est. Qđ autē neq; in separato cōtingit tēpore, hinc. Vt. n. idē dicit: q aliud bonū & malum, sic & quando alterū dicit q aliud tūc & alterū. nō secundū accidēs, ipsum quando (dico autē, vt ne dico q aliud tñ q nunc aliud) sed sic dicit, & nunc & quòd nunc simul ergo. Quare, inseparabile: & in inseparabili tempore.

¶Latini nonnulli hūc locum cęteris hoc modo iunxerunt. Siquis sensus particularis esset cōmunis sensus, hoc profectò dandū sensui tactui esset: quippe hic primus est sensuū vniuersorū, qa sensuū fundamentū. At sensus tactus hoc si admitteret, ipse simul iudicaret album, & dulce. Hoc autem falsum est: nā tactus si quid sentit sentiat tangendo est necesse: sed album sentiri potest citra tactū, non ergo tactui hoc dandū est: ergo neq; alijs sensibus. In carne igitur non est vltimum sensorium. i. communis sensus. Et ait hūc cōmunē sensum nō esse in tactu. Sub carnis voce subaudiens tactum. Et qui sic exponūt, Auerroē habent inducem, qui ait manifestum esse vltimum sentiens nō esse in carne, neq; in oculo: quia si in carne aut in oculis esset hæc, virtus discretiua omnium sensilium: si in carne (inquam) esset nō iudicaret nisi tangibilia sola: si in oculo solum visibilia. D. Th. valde discrepat in expositione huius Aristo. loci ab alijs, discretionē (inquit) omnium sensilium tribuit Arist. tactui, non vt sensus quidā est particularis, sed vt propior est radici fontiq; omnium sensuū, qui communis est: quare manifestum est tactum hac ratione non habere in sensorium vltimum carnem. Nam non carne discernit sensilia, sed causa dicta hęc erat: quia tactus est sensuum velut fundamentum, & sensui communi maiori amicitiæ fædere iungitur, ideo illi tribuitur sensilium discretio, plus quam alijs. Simplicius verò loci huius intelligentiam germanā præsentiens dixit carnē

hîc

hic nō carnē significare ꝓpriè, sed quodcunq; corpus. Et sensus est peripateticus iste. Est impossibile vltimum sensoriū, id est, postremū sentiēs: nā hic per sensoriū nō ipsum organū sentiendi (autore Simplicio) est audiendū, sed animā vocat vltimū sentiens. Hæc ergo per corpus nō poterit secundū eādem partem corporis sensiliū omniū differentias agnoscere. ¶ Mea tamen sententia hæc vniuersa locū Arist. non illustrant: quare dicamus hic absoluere Arist. secūdū quod propo suerat differendū, cōmunē. s. sensum non esse corpus & vltimum sensoriū vltimū sentiens audiendū est nō animā (vt ait Simplicius) siquidem nō est anima cōmunis sensus, in quo quęrendo laboratur modo, vt probetur negāti sensum cōmunē esse: per vltimū igitur sensoriū cōmunis sensus audiendus, vt rectè Ioan. Grā. Nanq; cum in hūc sensum cæteri sensus proruant, & in ipsum inclinantur, vt lineæ circuli in centrū decūbunt omnes, hac ratione ipsum vltimū esse sentiens, nihil vetat dicere. Anima verò nō est vltima, quæ sentit sed quæ primò per potētiā tñ suam. Hoc rursum vltimū sentiens nō est caro, idest, corpus: nā si corpus est necessario per partes diuersas, sensilia discerneret, vt tangibilia per carnē tangendo ipsam, & visibilia per oculos &c. Et iā consequitur perinde nos habere in discretione sensiliū, vt si Petrus alba Ioannes autem nigra sentiret solū, reuera hoc nō sat esset, vt vel Petrus discerneret alba & nigra vel Ioannes: quia horū nullus vtrūq; albū & nigrum percipit. Ergo si vna parte corporis tactilia, alia visibilia, nisi detur vnum vtrumque sentiens discretio sensilium genere sensilia discrepantiū non (qualia sunt album & dulce) poterit haberi. Est ergo vnus communis sensus, qui nō est corpus. Et quæ sequūtur huic sensui cōcinunt. *Neque itaque separatis.* Separatis ait partibus, idest, sensib⁹ nequaq̄ discernimus sensilia, sed vno, id est, vna vis est ad hoc à natura destinata, vt differentias nouerit, oportet vnū dicere sēsum quod aliud est albū, à dulci .i. vnā eandēque potentiā, suscepta albi & dulcis forma, vtrūq; iudicare esse diuersum & albū & dulce. Quare vt dicit sensus cōmunis iudicando differētiam sic intelligit .i. imaginatur, & sentit suscipiēdo species à sensibus exterioribus. Ita hæc intelligēda sunt, si de sensu cōmuni concipiatur sermo. Sin verò de homine in exēplum capto facilius interpretabimur si Petrus, solū album, & Ioan. solū dulce: & si hæc diuersa sint, nullus ipsorū differētiam nouit, quousq; vnus & idē ambo nouerit, quia nullus est duorū iudex nisi ambo noscat. Et hic qvtrūq; nouit, dicit albi, & nigri, aut dulcis discrimē: & vt dicit intelligit & sentit. Qđ igitur quę sunt separata & diuersa in genere sensiliū vt dulce & albū per separatas potentias, non possint discerni: sed vnica est facultas, cuius est hoc demādādū vtrūq; discernere muneris. Et deniq; si vn⁹ visus iudicat differre sensilia ꝓpria & auditus, similiter: vna quoque est statuēda sensoria vis, quę functiōes diuersissimas diuersas esse enūtiet. Cōtext⁹ apertus satis est. *Neq; inquit itaq;.* Idest fieri neqt vt discernēs aliqua duo separatis virib⁹ illa discernat sed necessum vt, vna vis illa duo sentiat vt illa iudicet: nā neutiquam si Petrus, a, sentiret solū & Paulus, b, harū literarum vel Petrus vel Paulus sentiret discerniculū & si, a, &, b non sunt idē. *Oportet autē.* Idest oportet vnū esse iudicē amborum qui vtraque nouerit vt sententiā pronūciet aliud esse dulce ab albo. *Dicit ergo.* Idē inculcat quod dixerat, vnus est qui dicit propositionē hāc, nō est dulce album, & vt dicit vnus, sic vnus est qui per intellectum intelligit album non esse dulce, & & per sensum vnū sentit, album non esse dulce. Vnus igitur est dicēs, vn⁹ est intelligēs, vnus est sentiens, illa duo non esse vnum. Et aduerte hic per intelligentē & sentientē subaudiēdum esse vnū esse intellectum iudicē, vnūque sensum, alioqui ad manum esset dicere vnum hominē esse, qui sentit differētiam albi & dulcis etsi ꝑ vires diuersas: & peripatetica collectio tota dilueretur. *Quod autem neq; inseparato contingit tempore.* Tertium absoluendum de communi sensu est, hanc vim in non tempore, id est, citra tempus & interualli alicuius moram differentiam sensilium aduertere. Nam si instantia cognoscit, dulce non est frigidum, eodē instanti cognoscit & frigidū non esse dulce, vt simul in eodem temporis momento

Vox sensorij confunditur apud Arist.

Reiectis alijs autor ꝓpriā elaborat intelligentiam

Cōmunis sensus vltimum est sentiens.

to, qui iudicat malum non esse bonum & bonum quoq; non esse malum. Vt igitur vis vna est quæ vtrumq; nouit, & bonum & malũ: quippe hæc contraria sunt & contraria sunt eiusdem potentiæ: ita quando dicit malum non esse bonum, & contra simul in eodem temporis pũcto dicit. Com. locũ hunc secus atq; alij exposuit quem sibi familiares sic interpræ tantur esse aliqua simul tempore dupliciter contingere dicunt, aut secundũ proprietatem sermonis, & ea sunt hoc modo simul, quę eodem instanti mensurantur indiuisibili, vt excẽpli causa & introductio substantialis formæ, & suorum accidentium consequutio: idem instans tẽporis consequũtur ignis & sibi vernaculus calor. Alia verò sunt simul non quòd gaudeant eodem instãti indiuisibili, sed vnum alterum immediatè consequũtur aut sibi succedunt immediatè, vt motus incipiens diceretur simul cum instanti. a. non quod sit in hoc instanti, a, sed immediate illi succedet, quæ primo modo simul modò p se sunt simul: quæ verò .2. hecp accidẽs simul sunt, vt qui sunt in eadem domo, sunt simul in eodẽ loco, per accidens tamen. Quæ verò in eodem loco proprio, per se sunt in eodẽ loco. Ait ergo vim hanc sensoriam differentiam duorum sensiliũ albi, & frigidi simul in eodem tempore per se loquendo, id est, in eodem instanti sentire: idem est instãs quo sensus communis percipit album distingui à frigido, & frigidũ ab albo & nõ est diuersum instans. Neq; si dixerit aliquis fortasis primo cognoscit album & frigidum differre, dein frigidum differre sentiet & album: immediate tamẽ post instãs primũ. Hoc reijcit Arist. qđ ne putet aliquis, quando vnum per se cognoscit aliud p accidẽs cognoscet: quia post vnũ alterum sequitur. Non hoc sed per se & in eodem instanti vtrumq;. Themistius autem hoc ad verbum, quando ait: aliquando per accidens sumitur, vt si dixerim Platonẽ philosophum ad Dyonisium tyrannum in Siciliam traiecisse: ego quidem hoc nunc dico, quãquam autem nunc dixerim in Dyonisium Tyrannum Platonẽ adnauigasse, non tamen dico nunc adnauigasse. Ita quoq; facultas illa, quæ differentiam albi, & dulcis iudicat non solum nunc iudicat, differre, sed & nũc differunt album, & dulce simulq; esse iudicãtur. Et simul quoq; differre discernit & ferè Simplic. cõsentit cũ Themistio, atq; Philoponus: itaq; nunc & per se dicitur & per accidens: per se de dicto & facto, si simul & factum sit & dictum, vt quod dicitur nunc, factum sit. Sin verò priùs factũ, vt Troiana bella, & nunc dictum sit Troianum bellum, per se quidem dicitur de dicto nunc esse dictum: per accidens autem quod nunc dicitur, est factũ nũc, nõ ꝙ sit factũ modo, sed dictũ modo quod factũ. Iã ergo hac ratiõe hæc ꝓpositio sensus cõmunis nũc iudicat album & frigidum differre, vel põt illum habere sensum, nunc iudicare, ita vt aduerbium verbum iudicandi determinet. Aut põt aliũ habere sensum vt nũc non sit verbi iudicandi, sed differendi determinatio in hunc modum iudicat differre nunc album & frigidum. Et multũ interest inter vnum sensum, atq; alium: nã prim⁹ sensus nõ est de re, sed de dicto, Alter verò est de re ipsa, quæ iudicatur. Verba igitur Arist. sic audiamus. *Vt. n. idẽ dicit quod aliud bonum aliud malum, sic & quãdo alterum dicit scilicet.* Communis sensus quãdo cognoscit quod bonum est aliud à malo tunc etiam sentit, & alterum: scilicet malum differre à bono, non secundũ accidens: idest, si nunc iudicat bonum esse alterum à malo, aduerbium (nunc) nõ est de iudicio, idest, quòd nunc iudicet, quod aliud sit hoc atque illud, non tamẽ quòd nunc differat hoc atque illud. Fieri. n, potest vt nunc iudicetur, quod nũc non est, sed aliquando fuit, vt de Troiano diximus bello. Sed sensus cõmunis & nunc iudicat differre sensilia, & nũc quãdo iudicat differunt diuersi generis sensilia. *Simul ergo.* Sic ego & Grecos simul cũ Arist. duxi exponendos: nã dictio Arist. est obscura. *Quare inseparabile & in inseparabili tẽpore.* Inseparabile ait est huius sensoriæ facultatis iudicium à re, quando iudicat differre album, & frigidum: illa nempe differunt & in instãti ea differre iudicat, alij verò per. *Inseparabile,* non iudiciũ (vt ego) sed vim ipsam sensoriam, idest. communẽ sensum arbitrãtur significandam quæ cum vna sit & non multæ, dicunt inseparabilẽ.

Locus obscurissimus elucidatur.

¶At

Tex.147 At vero impossibile est, simul secũdum cõtrarios motus moueri idẽ quatenus indiuisibile & in indiuisibili tpe. Si.n. dulce, sic mouet sensũ aut intellectũ. amarũ autem, cõtrario modo. & album aliter. Ergo ne simul quidem & numero indiuisibile & inseparabile, quod indicat, ipso esse autem separatũ? Est igitur quodammodo, vt quatenus diuisibile diuisa sentiat, est autem vt quatenus indiuisibile. ipso esse enim diuisibile est, loco autem & numero indiuisibile.

¶ Quartum de sensu hoc edisserendum erat: dubitationẽ, quæ à prioribus depẽdet absoluit. Et dubitatio hęc est: si vnus cõmunis sensus est, qui affectiões sensuũ particulariũ suscipit. Mouetur ergo ab albo, & nigro, à dulci & amaro, qui contrarij sunt motus: hoc autẽ fieri nequit, tum quôd hæc vis est indiuisibilis, & incorporea: non ergo habet partes diuersas, secundum quas affectiones contrarias excipiat. Et rursũ hęc vis in indiuisili operatur momento, non ergo temporibus diuersis contraria suscipiet. Adde quod si diuersæ animæ vires diuersis agãtur motib⁹, nihil mirandũ esset, vt gustus dulci, & visus albo afficiatur. Sed quod vna vis nõ solũ diuersis, sed contrarijs afficiatur motibus fidem physicam superare videtur, quia contraria se mutuo expellunt. Hoc dubium est huius literæ, & poterat in quouis sensu paticulari idem vertere in dubium Aristo. nam visus albi, atq; nigri, simul excipit motus, vt te legente conscriptam membranam, & album & nigrum simul videre contingit, & ita in alijs, quanquam in tactu & gustu (quippe materialiter alterantur) non itidem costet, vt alijs sensibus: non. n. simul alteramur frigido & calido. Cæterum Aristo. in communi sensu voluit dubium hoc agere, quia in hunc omnium sensuum particulariũ contrarietates cõfluunt, quia vniuersis vniuersorum sensuum affectionibus afficitur. Et similiter

An sensus excipiat contrarias formas simul.

in negotio intellectus vexat hoc argumentum: quia intellectus simul etiam cõtraria intelligit. *Ergo ne simul quidem.* Falso argumentum soluit sensoriam hanc facultatẽ esse vnam numero, & indiuisibilem, multam verò secundum rationem, quã esse vocat. Partim ergo est indiuisa secundũ locũ & subiectũ, & sic cõtraria non excipit: partim verò est diuisa essentia, & ratione. & hac causa contrariorum est particeps.

¶ An non possibile? potentia enim idem diuisibile & indiuisibile, & cõtraria est ipso esse aũt nõ, sed patiendo diuisibile est. & non possibile est, simul album & nigrum esse. Quare neq; species ipsorũ pati, si hmõi est sensus & intellectio. Tex.148

¶ Culpabilem esse solutionẽ priorẽ ostẽdit: nam vnum & idem diuisibile secundum rationem, indiuisibile tamen loco & subiecto est cõtraria potentia, hoc est, potẽs est cõtraria suscipere, tamen actu illa non potest suscipere: vt idem subiectum est potens suscipere album, & nigrum, & illud subiectũ vt vnum, est subiectum indiuisibile. Nam ratio vnius est ratio indiuisibilis, vt contraria autem potens est excipere multum secundum rationem, actu tamen non suscipiet album, atq; nigrum simul: ergo & communis sensus si vnus est numero, loco & subiecto, & multus secũdum rationẽ, actu simul contraria non suscipiet etiam si potens sit contrarietatem excipere: vt est in potentia: hæc multa tamen nõ simul excipiet sed tempore diuerso. Cuius contrariũ edocuimus in tẽpore inseparato, idest tẽporis momẽto, sensum hũc sentire, nõ ergo cõmunis sensus est multiplex secundũ rationẽ solũ, quia cũ patiẽdo cõtraria sit diuisibilis, idest, multiplex, hæc nõ poterit suscipere, nisi diuerso tẽpore. Contextum autem sic efferes. *An non possibile?* Idest, solutio prior rem nõ absoluit. At hoc impossibile videtur sensum vnũ contraria simul excipere. *Potentia enim.* Id est, vnum atq; idem subiectum est simul in potẽtia ad contraria suscipienda, & simul est diuisibile, & indiuisibile. i. vnũ & multa vnum subiectum & multa contraria

traria, vt vnus homo, vt homo indiuisibilis, vt potēs esse albus & niger diuisibilis est. *Ipso autem esse.* Id est, actu non hoc possibile, simul esse contraria in eodem. *Sed patiēdo.* Idest, vel albus est aut niger, secundum formam patitur ab agente subiectum. *Quare neque species ipsorum pati.* Idest, vt corpus simul non admittit albū atq; nigrum, etiam si corpus est in potentia vtrūq; & habeat diuersas rationes: sic neq; communis hic sensus species cōtrariorum horum, aut aliorum, non poterit instanti admittere.

Tex.149 ¶Sed vt id quod vocant quidam punctum, quod vt vnū & duo est, sic indiuisibile & diuisibile est. Secundū quod igitur est indiuisibile discernens vnū est, & simul. secundum quod verò diuisibile est, non vnum. bis enim vtitur eodē signo simul. In quantum igitur duobus vtitur termino, duo indicat, & separata est vt separatorū. In quantum vero vnū, vno, & simul. De principio igitur secūdū quod dicimus animal sensitiuum esse, determinatum sit hoc modo.

Postremam admonet solutionem, cōmunem sensum non solùm esse vnū subiecto, sed & multos subiecto. Prior solutio vnū subiecto fatebatur esse hāc vim sensoriam: hæc verò solutio etiam multiplicem subiecto. Et profert exēplum de centro, à quo egresse lineę in circuli ambitum diuiduntur. Centrum hoc est vnū punctum, secundum naturam: sed etiam est multiplex, vt finis est linearum diuisarum. Est ergo centrum & linearū principiū ab ipso egressarū, & finis, vt in centrum desinūt. Sic quoq; & cōmunis sensus, est principiū vnum particulariū sensuū: est. n. radix ipsorū. Vnde & August. lib. 12. super Genesim. c. 16. sensus particulares quinque riuulis contulit, veluti ab hoc vno communi, ceu fonte, manantes. Vnde & ligato cōmuni sensu somno corripiente animal, ligātur cæteri sensus: vt opilato fonte, & riuuli restringuntur. At verò est quoq; finis aliorū sensuū: nanq; sensuum particulariū species oēs, in se recipit & à diuersis, diuersas: imò & ab eodē cōtrariorū suscipit formas. Vt ergo hæc facultas est vnū principiū, vim sensoriā omnibus sensibus impartit: vt autem est terminus multiplex diuersarū immutationū & affectionū, quæ sunt à sensibus exterioribus, contraria suscipit. Vt ergo centro eodē bis vtimur, quādo duas finit lineas, etiam si vnū centrū sit: sic quoq; & bis sumitur cōmunis sensus, quādo afficitur cōtrarijs affectionibus. Ideo & est vnus subiecto, & multiplex subiecto. Et cōmunis sensus vt cum visu accipitur, cōtraria sentit, &c. Vt autem ipse per se cōsideratur discernit diuersa: quare non vt vnus & indiuisibilis contrarijs afficitur motibus: sed vt est multiplex, id est, vt sumitur cum sensibus externis: ita contrarijs afficitur motibus. Quare meritò multiplex subiecto hac ratione appellādus est, vt Ioānes Grāmaticus appellat. Literā Arist. cōponamus. *Sed vt id.* Id est, res quæ de sensu cōmuni disputatiōe luce donabitur, si in mediū punctū seu cētrum proferamus: hoc sanè est vnū & indiuisibile si naturā eius cōsideres. Est aūt vt duo si ipsum vt duas lineas circuli terminās spectaueris. Aut misso cētri exemplo, accipe punctum, a, qđ est cōtinuans duas partes lineæ vnius, hoc vnū est, & duo: qa est principiū vnius partis lineæ, & alteri⁹ finis. Hic cōmunis sensus est vnus in se, & sic nō suscipit cōtraria quāq; multa alia sentit simul. *Secundum quod.* Id est, pūctum, vt est principiū & finis, non est vnum. *Bis enim vtitur.* Id est, intellectus vno & eodem puncto bis vtitur: semel vt principiū est & dein vt finis, vocatq; pūctum signum. *In quātum igitur.* Id est, vt cōmunis sensus est finis duorū: hoc. n. terminus hic significat. Sic duo indicat, id est, vt suscipit diuersas species per sensus exteriores: sic ipse est diuersus & multiplex. Sic sensus communis est vis separata & separatorum. i. est vis multiplicis officij & diuersa sentiens. Neq; putes hunc locū diluere quę primò astruxerat Arist. sensum esse vim nō separatā. Nūc ait ęsse separatā: qppe separatū hic multiplicis virtutis esse sensū intelligit, & qđ supra dixerat

Sensus vt riuuli deriuantur à communi sensu.

dixerat esse inseparabilem sensum à corpore subintelligit. *In quantum vero.* Id est, vt vnũ sensile intelligit cõmunis sensus, vtitur vno sensu particulari non multis vt colores per visum solũ, aut apertius. *In quantum vero vnum.* Idest, vis hęc sensoria vt vna est simul & sine tẽpore sensilium differẽtias apprehendit. ¶Simplicius vero animã sensitiuam cẽtro contulit. Anima hæc cum vna sit, multis tamen operatur sensiterijs, & affectiones varias ꝑ varias corporis partes suscipit. vt in vnum centrũ à diuersis circuli partibus variæ decumbũt lineæ. Cæterũ Græci alij atq; Latini nõ ipsam animã sed animæ vim & facultatẽ hoc loco subintellexerũt, quã communem vocat Arist. quippe quæ est sensuum externorum veluti fons, & cardo, vt dictum iã est, & isti rectius quàm Simplicius. Nãq; de hac vi sermo est institutus, nõ de anima ipsa, de qua secundus liber multa enarrauit. Quanquã etiã si in hunc modũ audire oporteat Aristo. mens satis hęret, atq; ambigua iacet: tantisper dum cõsiderat visum vnũ esse subiecto & ratione, qui tamen motibus contrarijs albi, atq; nigri, afficitur. Ecquid si vnus communis sensus, qui pręstat nobilitate sensitiuæ facultatis cęteris externis, idem præstet? Themistius fortasis hoc præsentiẽs argumentũ. c. 8. paraphaseos oẽm vim sentiẽdi exteriorib⁹ detrahit sensibus: sed solum esse conceptacula simulachrorum censuit, velut scriptores seu scribæ chartis excipiẽtes, quę sensilia dictant. & verba subscribam. Ex his ait quę dicta, iam sunt constare arbitror, neq; visum in pupilla primum esse, neq; auditum in auribus, neq; gustum in lingua, sed sensus omnis in prima illa sentiendi vi sedem habere. Quod si diximus quinq; nobis esse sensus ex eo accipi volumus quinq; instrumenta haberi, &c. Quæ verba indicant, quę diximus de huius autoris opiniõe sic habere, videlicet quinque sensus externos esse vt instrumenta, sed sentiendi vis ipsa, ipsorum sedem habet non in ipsis sed in communi sensu. Cuius quoq; sententiæ & Amator fuit D. Grego. Nisse. lib. 1. de virib⁹ aïæ. c. 1. vnicũ credens esse sensum qui ꝑ visum videt: per auditũ, audit: per odoratũ, odoratur: ꝑ gustũ gustat: per tactum tangit:

Græci rectiùs de anima sensitiua quã Simplicius.

hosq; non sensus, sed sensionum nũtios esse, & primarij sensus qui cõmunis est, ministros. Id qđ in placitis Platonis extat vt nos sub hæc dicem⁹, Et verba, quæ hic habet Arist. huic impensè suffragantur, illa inquam. *De principio igitur secundum quod dicimus animal sensitiuum esse determinatũ sit hoc modo.* Si ergo sensus communis est is secundum quem est animal sensitiuũ: vis ergo sentiendi inibi locum & sedem habet. Quamobrẽ diceret aliquis innixus Themistio, cõtrarias species albi & nigri, non esse in cõmuni sensu: sed in instrumẽtis sensuum particulariũ, quas veluti ad pedes communis sensus iacentes & obuolutas ipse communis sensus contemplatur. Inclamat rursum alius dicens, species contrariorum cùm sint affectiones contrariæ, simul non sunt in eodẽ sensorio, vt pupilla. In angustias sum mas rem totam adigit hoc argumentum: namq; dicere, vt Ioannes Grammaticus has species albi, & nigri nõ esse simul in eodem sensorij puncto, sed distinctis suscipi partibus, non euacuat argumenti plenitudinem: nam sine causa credit species non in sensu, saltẽ cõmuni, si de aliis inficiantur species albi, & nigri, amari, & dulcis suscipi. Nam si non suscipit species has, vt Themistius, & post ipsum Philoponus asseuerant, digna est postulatio. Vt ergo sentire est pati? Nam & si cõmunis sensus vnus est, qui iudicat: iudicare tamẽ non est pati, si aliorum sensuũ est suscipere species & huius, id est, communis iudicare. Iudicare autem actionis est, non passionis. At aliquam huic vi tribuere passionem autoritas peripatetica cogit, sentire dicens esse quoddam pati. Suscipit ergo sensus cõmunis species cõtrarias, & argumenti vis stat in suo vigore. Quòd si species ab exterioribus sensibus in cõmunem elabuntur, iam ergo contraria sunt in communi sensu, & in sensibus exterioribus, per quos ceu per canaliculos, species & affectiones externæ in communem riuantur sensum. Et vis argumẽti suo vigore (vt diximus) perseuerat. Nã vis ipsa sensitiua cùm incorporea sit, nõ habet diuersas partes, quib⁹ cõtraria excipiat, sed simul sunt in visu, & albi forma & nigri: & in eadẽ sensorij particula credas. Et admirabile satis si Philo-

Philoponus corruptè philosophatur.

Philoponum audiamus negantem esse species contrarias in eadem parte sensorij, nam æqua ratione in aere aut aqua species albi, & nigri non essent simul in eodem subiecto, si non sunt simul in eadē parte sensorij. Sed quis hæc credet Philopono? quādo quidem duo lumina à diuersis lucernis profecta, sunt simul in eadē parte aeris: ergo & duæ species etiam contrariorum: quia species albi atq; nigri spiritualiorem habent naturam quā duo lumina si hæc se admittunt, ergo & illa. & alteram ad hibeto contra Philoponum rationē. In speculo quilibet simul & in eodem speculi loco alba, & nigra repræsentari cernit: exactius igitur in oculo qui viuacius & spiritualius speculum est, erūt illę species simul. ¶ Quod si dixeris in tactus sensorio nō se admittūt calidi species & frigidi, alioq; esset simul calidum animal & frigidum ergo species cōtrariorum sunt cōtrariæ. Respōdeo illas species non esse simul non quia illæ secū pugnēt, etenim nullæ species sibi cōtrariæ sunt sed qa causantur ab alterationibus contrarijs, vt à calefactione & infrigidatione quæ quidem simul pugnant. Et argumenti virtus crescit Commentario Auerrois, qui sensum cōmunē & vim actiuā dixit & passiuā, vt iudicat & discernit actiua est, quia iudicare inquit, nō est recipere, vt verò passiua iungitur instrumentis sensuum particulariū. Est ergo vis hæc passiua: quare suscipit non solū pupilla species albi & nigri, sed & ipse communis sensus. Et aduersum Arist. propius agamus. An non ipse dixit, sensus actu est ipsum actu sensile? si ergo sensus communis actu sentit contraria sensilia non solum diuersa & hoc in eodem instanti: ergo sensus communis erit actu contraria, & actu diuersa. Et nō communis solum, sed visus est actu cōtraria quia actu sentit & album, & nigrum. Neq; iuuat philosophiam Aristo. si quis dixerit sensum communem, quando actu diuersa sentit esse eò quo hæc diuersa, aut contraria fundātur in vno vt album, & dulce in magnitudine quæ est proprium sensatum à vi hac communi sensoria, non inquam hoc iuuat, etiam si hæc solutio Alberti Magni inuentum sit: summa de homine tractatu secundo de communi sensu. Quæst. 2. Porrò pace tanti philosophi sit dictum falsus est in re hac credēs communia sensilia esse propria communis sensus. Neq; in hac re ipse fuit peripateticus. Et imposuerūt illi verba illa iam à me exposita, communium sensiliū communis est sensus. Inibi per communē sensum multitudinē particularium intellexit Aristo. Consule Commen. huius libri ad caput primum. Cæterum, quia cum hoc autore nobis in disputationib⁹ est concertandum, illum mittamus modo, & eius sententiam quoq; prioris consequiam. Sensus (ait) communis quando sensilia propria, vt vniūtur in vno, idest, communi sentiuntur, tūc in instanti sentit illa sa fultas sensoria vt album & dulce, in magnitudine vniūtur. Si verò non sub vnius ratione comprehendūtur: tūc in temporis mora, vt si album atq; dulce vt multa cōsideret hæc repudianda sunt. imò albū & frigidum, vt multa discernēs cōmunis sensus in pucto discernit: vt diximus Obseruare te iā credo, amice lector quā sit implexus loc⁹ hic Arist. quā que neruosus sit scrupulus, quē ipsa Aristo. cōtextura præfert. Et certe quod mei iudicij est, fieri nō potest, vt aliqd' suffugiū subueniat, neq; rimula pateat, qua effugiamus argumenti robur, si semel diximus contrarias esse species contrariorū & sensiliū. Nā si cōtrarię sunt cōtraria sūt actu in eodē simul & in eodē instāti: siue sensorio siue sensu siue vtrobiq; nihil mea refert. Quamobrem dicendū est species contrariorum, vt species albi nigri, dulcis & amari, & id genus contrarias non esse, etiā si species sint contrariorum, nō tamen contrariæ sunt, species enim albi non habet esse naturale, vt albedo: itemque & species nigri: sunt enim species omnes citra materiā in sensu susceptæ & spirituales illas appellabat Augustinus. 12. super Gene. cap. 16. Nam si contrariæ essent hæ species contrarijs afficerent nominationibus visum id quod Aristote. negat visus enim specie albi non albescit: neq; nigri specie nigrescit. Vnde carnem diximus cap. de tactu. non esse sensorium quia calorem & frigus sub proprijs naturis suscipiebat. Quare si species exuunt naturas obiectorum suorum: ergo cū natura contrarietatem

Alber. reijcitur.

Autoris dificilis dubio iudicium.

species cōtrariorū nō sunt contrariæ.

tem deponent. Quapropter sensus nullus est actu contraria, sed potestate est contraria, idest: valens est suscipere contrariorum sensiliũ affectiones. Et in hunc prope modũ Aristotelis sermo tex. 148. sensum esse potentia contraria, nõ tamẽ actu est audiendus. Sed si ita est, ecquid ipse abiecit solutionem, quæ erat prima esse communem sensum vnum, potẽtia, & ratione, seu secũdum formã multiplicem. Sane hæc solutio non erat reijcienda: quippe ita est vt ipsa fert: sensus enim communis est vnus subiecto vel potentia. Cõfundo vocabula modo, & est multiplex secundum esse, vtamur sermone Arist. idest, forma & ratione, quia est multus: quia multis afficitur speciebus illisq; contrarijs nisi vellemus dicere Arist. disputando, non asserendo rem dubitasse & soluisse, vt est huic philosopho mos. Et verba velut differendi modo proferũtur.

Arist. defensio. 1.

¶ Aut dicamus hoc insinuasse Arist. sensum communẽ non esse vnum subiecto, & multum secundum formam instar materię: cuius vnitas est in ratione subiecti. Distinctio autem formæ est, non sic sensus communis, qui non habet hanc vnitatem materiæ formis, idest, speciebus distinguendã, sed est vna vis indiuisibilis, quæ multis sensibus vtitur, velut instrumentis, ideo multas habet affectiões. Et hîc seruit exemplũ centri & lineę circularis. Facito centrum esse cõmunẽ sensum, ab hocque centro quinq; lineas ducito in orbẽ, quas sensus esse imagineris oportet. Et extrema circunferentiæ sensilia sunt externa Hęc ergo sensilia nequaquam possunt in sensum agere qui in cẽtro sedẽ habet, nisi per medias lineas cõuehantur. Illud autem centrum est quidem vnum, vt ab eo lineæ riuantur in orbem circuli, est autem multiplex, vt est terminus linearũ, ita cõmunis sensus est vna vis, quæ vim sentiẽdi donat sensib⁹ exteriorib⁹, & vt vtitur illis omnibus ad contraria sensilia sentienda multiplex est, vt vna ars medica, quãdoq; calido vtitur, quo depellat frigidum, nonnunquã verò frigido ad depellendũ calidũ. Vna est medica ars in substantia, sed vt cõtrarijs remedijs vtitur, diuersa est.

Arist. defensio. 2.

¶ Diuus Thomas non est vsus hoc exemplo circuli, sed planiore. Vnum punctum duas iungit lineę partes. Est sanè vnum secũdum substantiam, & indiuisibile est: tamen est duo punctũ hoc, vt principium est mediæ lineæ & termin⁹ alterius lineæ mediæ. Et vtitur mens vno puncto, bis: termino & principio: ita quoq; & communi sensu, qui vn⁹ sanè est, bis vtiliceat & vt terminus est: in quẽ conueniũt operationes, & formæ sensilium exterorum: & vt principium sensuũ particulariũ: & sic est vnus & multiplex.

Altera eiusdẽ loci expo.

¶ At verò Græci oẽs, quos legere licuit & Auerr. imò Albertus Magn⁹ & alij hos sectãtes exẽplum in centro & circulo intellexerunt. Quibus quoq; ego consensi inter exponendum, quãquam, & alterã expositionẽ D. Tho. non nihil immiscui. & Aristo. mathematico exẽplo vsus est, vt supra 2. de anima tetragonismo. Colligas iam apud te, quæ sunt communis sensus munera: ipse principum est ipse finis. Principium sensuum, quia radix sensuum ipse est, & terminus sensionum & specierum. ipse enim concipit vnus quæ apud omnes quinque sensus sigillatim notantur. Ipse rursũ est, vt princeps, cæteri sensus vt ministri: & nũtij sunt quæ extra fiũt illi legantes. Ipse vt artifex, alij sensus vt instrumenta vel vt artifices inferiores præcipuo & architectonico famulantes. Et vbi alij sensus finunt, initium sibi facit, vt visus albũ videt & nigrum: & hîc gradum sistit. At cõmunis sensus altius se porrigit, & illa sentit & iudicat illorum contrarietatem, & ab alijs differentiam.

Communis sensus prærogatiuæ.

Et de principio hoc secundum quod dicimus animal sensitiuum esse determinatum sit hoc modo. Ait aliquis quid ergo Aristot. vocat sensum communẽ esse principium secũdum quod animal sit sensitiuum, quãdo hoc tributũ est ab eodẽ sensui tactus, vt superior demonstrauit sermo? Dicito nullus sensus exterior est, qui à cõmuni nõ habeat sensoriam vim, sed tactus maximè, ideo tactui tribuitur esse animalis cõstitutiuum. Constant hæc per ea, quæ satis diximus, & non te premẽt Aristot. verba libro de somno & vigilia (sensum communem esse primum sensitiuum) nõ enim sensus Pauli est tecipiendus. Et primum sensitiuum (idest vtille exposuit) relatus in sensus interiores: quorum est primus, imò relatus in sensus exteriores

Pau. male putat sensum communẽ. 1. relatũ in interiores sensus.

est primus consentientibus Græcis Alexandro, Simplicio & Themistio. Vis.n. sensoria pfecta est à cōmuni sensu, quæ in alios sensus mādatur, vt annectēda disputatio elucidabit. Plato verò, vt ipm in hac re cōmemoremus, sensum cōmunē concessit longè aliter quàm Arist. Platoni siquidem corpus nec viuit, neq; sentit: sed sola anima. Quare quinq; sensus quos Arist. nominat, non sensus Platoni sunt, sed meatus & organa quædam, per quę vis quædā interior, quam cōmunem sensum dicit, sentit colores, sonos, &c. Visus ergo non est sensus, sed meatus p quē sensus cōmunis videt: & auditus non est sensus sed organum per quod cōmunis sensus audit, & iudicat de sonis. Non ergo sunt sensoriæ vires istę, sed vnus communis est sensus diffusus in quinq; hæc organa & hic cōmunis sensus omnibus animalibus adest à natiuitate. Præter hunc communem sensum phantasiā, opinionem & cogitationem collocat. Supra hæc rationem, supra quam mentem. Ita Platonizandum iubet Marsilius in epitome ad Theetetum Platonis. Cæterum aduersum hæc sunt argumenta, quæ probant sensum communem esse, & quinq; sensus esse: nam ꝙ ait corpus non viuit, est falsum: quia si nō viuit, neq; moritur; corpus aūt moritur, ergo vitæ est particeps. Et itidē sensus erit particeps. Fatetur cum Platone oculū non esse sensum, aut aurem, aut nasum: & diffitemur in huiusmodi instrumentis, quæ sensoria dicimus non esse proprias atq; sensorias vires. Visus ergo non est corpus neq; auditus & alij sensus: sed sunt vires in corpore. Quare esto, vt Plato tradit, corpus nō sentire, num subinde, nō est visus sensus? Non sanè, visus.n. non est corpus, vt supradixit Aristote. Fortasis sibi consentiunt isti philosophiæ primarij duces, si Platonē intelligas nō esse quinq; sensus in qbus sensiōis sit fons. Sed vnus est huiusmodi sensus. Hancque ille considerās causam illos quinq; negauit esse sensus. Cui Themistius & Gregorius assenserūt.

An sit necessarius communis sensus.



ISTIS ergo quæ literæ elucidandę erant necessaria misis, primam disputationem instituamus. Si est necessarius communis hīc sensus, quē schola peripatetica celebratissimum habet. Multi. n. qui alumnos Arist. se esse gloriantur, credunt sensum communem, & particularem eam diuersitatem subire, quam superiùs & inferius, vt animal & homo: quidquid nanque visus est, sensus communis est, non tamen contra: quia sensus communis in alios se fundit sensus, & nō visus, vt in auditum, olfactum, &c. Qui in hāc sententiam leuibus ducuntur argumētis: quia grauiora non inuenerunt. Primum actus distingunt potētiam: visus & cōmunis sensus habent vnum actum, vnāq; speciem, ergo sunt vnus. ¶Rursū obiectū sensus particularis & cōmunis est vnū: ergo & ipsi sensus vnus. Sed isti rem non intellexerunt falsi voce cōmunitatis credētes hāc communitatē esse dialecticam, qua animal commune est homini, & equo: & res non sic habet, nam hæc communitas est non dialectica, sed alterius generis, quo vtūtur physici cælum vocantes communem locum: ita sensus cōmunis est, quia suam vim impartit cæteris sensibus, non quòd alij sensus non sint alicuius vis sentiendi à natura propria. Sunt etenim (vt diximus) differentes aduersum Platonē & Themistiū: sed quia absolutiōe sensionis & cōplementum assequuntur sensus externi à vi hac, vt post hęc tradem⁹. At qui si alia in cōdenationē huius opinionis deessent, hoc ipsum quod attulimus satis esset. Quid quod alia plura suppetūt? Sunt autē hæc communem sensum esse principium, & radicē sensuum particularium: ideo collatus est cētro circuli, externi autē sensus lineis ab hoc cētro egredictibus, vt ergo sunt communis sensus & particularis sensus, nisi velit aliquis desipere, cētrū & lineas esse idē? Rursus singulas differētias vtriusque sensus excute: & videbis, quàm insana sit hæc imaginatio. Sensus particularis p accidēs cognoscit, quę alterius sensus sunt, vt visus dulce. At verò communis non est adeo restrictæ potentiæ, sed per se & album, & dulce cognoscit: quia ab vtroque afficitur, & vtriusque sensilis seruat imagines. ¶Adde sensum particularē nō discernere, nisi sēsilia propria, quæ sunt sui iuris: vt visus, quæ alba, quæ ve nigra & id genus

nus colores: sensus verò communis non est tam curtæ supellectilis: quippe in omnia se profert sensilia & hæc discernit. ¶ Tertio sensus exterior sine dependentia ab altero sensu, à sensili proprio afficitur: sed communis sensus eget immutatione sensuum particularium. Nam per hoc (vt diximus) vt per cãnaliculos quosdam inuehuntur communi sensui rerum formæ seu similitudines. ¶ Denique sensus exterior non aduertit propriam sensionem, sed communis est hoc munus. Iã ergo si hæc discrimina sunt peripatetica & verissima, desipit satis, qui dicit communẽ sensum esse visum tactum, gustũ, olfactum. Et quanquam assertio hæc sit quorundam medicorum, non est audienda in Aristo. schola. ¶ Argumento primo dicito, sensus communis, & particularis, non sunt vnius actus: nam etiam si tibi detur communẽ sensum videre album, & nigrum, &c. non tamen sunt eiusdem actus: quia discernere omnia sensilia est actus communis, & nullius particularis. Et aduertere sensiones & affectiones particularium est actus proprius cõmunis, & non particularium. ¶ Argumento secundo dicendum, obiectum communis sensus esse commune quoddam omnib⁹ sensilibus, quod nomine vacat: sed obiectum particularium non est vnum omnium, sed proprijs sensibus propria sunt obiecta. Neq; verum est, omnia sensilia percipi à communi sensu: vt conueniũt in magnitudine: quippe omnia communia reducuntur vtcũq; in magnitudinẽ. Nam figura est magnitudo quædam: vt dixit Aristo. cap. 1. huius. & motus itidẽ est magnitudinis, & numerus diuisione magnitudinis creatur. Non inquã hoc verum, etiam si in hac sententia Albertũ legam, quam si memini nuper reieci. Sed illud vnum, quod formale vt vocãt est in obiecto sensus cõmunis est vacans quo vocetur. Et aduersum Albertum sat nobis in præsentia sit, sensilia cõmunia habere alias rationes immutãdi quã magnitudo, vt numerus aliter immutat quã magnitudo: nõ ergo reducũtur in magnitudinẽ. ¶ Iã durior reddita est nostra quæstio, si non est sensus particularis hęc cõmunis facultas, q ergo necessari⁹ est. Auicena naturaliũ sexto multas collegit ra-

Solutio arg.

Arg. 2. solutio.

Argu. quæ colligunt cõmunem sensum.

tiones, quæ & ostẽderẽt sensus huius necessariam esse concessionem. ¶ Et prima est, quæ & est Arist. nos cognoscimus ait sensata omnia & differentiam illorũ statuimus iudicando, vt differant, & conueniant. Hoc autem vna virtus animæ præstabit necessario, quæ est sensus communis. ¶ Secundo eleuato baculo antequam ferias canẽ, canis fugit, quã fugã molitur non visus neq; tactus: quia non sensit tactu dolorẽ: ergo cõmunis hoc est sensus. Tertio colligit, in somno referũtur simulachra rerũ, nõ vt imagines, sed vt res sũt. Somniãs etenim imagines, res esse putat: hoc non est particulariũ sensuũ, qui omnes frigiditate cõstricti alligati tenẽtur: neq; est phantasiæ, hæc enim nõ vtitur imaginibus, nisi vt imagines sunt, nõ quatenus res, vt communis sensus deceptus vsurpat. ¶ Rursum qui diu vectatus est equo, aut curru, si paululum cõquiescat, vniuersa moueri & circũagi credet. Hæc affectio non est visus: visus enim à sola præsentia ipsius motus agitur: iam verò abest motus, cessatũ enim est à motu: erit ergo sensus communis affectionẽ quæ visus erat adhuc continens. ¶ Simplicius verò & Themistius. 8. cap. huius paraphraseos. Aristo. ducunt hoc ductũ, vt concederet cõmunem sensum, quod aduertebat nos proprias sensiones nostras sentire. Sentio enim me videre, me audire, istud non est visus opus, qui non potest in suam se actionẽ reflectere: quippe visio eius non est obiectum suum, sed color: ergo alterius erit potẽtię, quæ has sensiones aduertit, quam vocant cõmunẽ sensum. Et Alexander in paraphrasi sapit hoc ipsum. Et D. Thomas in Commentario & in. 1. par. quæst. 78. art. 4. arg. 2. respondens. Philoponus autem Plutarchum philosophum indicat, qui hanc aduertentiam per quam aduertimus sensiones ꝑ nostros laboratas sensus dedit opinioni aut opinandi facultati: quæ est inferior intellectu & superior sẽsu: per hãc ergo vim nos aduertimus nostras sensiones. Atqui qui cum hoc philosopho consentire voluisset, necessario concedat esse necesse, bruta non habere vim hanc qua proprias dignoscant sensiones. Nanque bruta facultate opinãdi non fruũtur. In quam sententiam lego Simplicium, qui

De sensu cõmuni gręcorũ & latinorũ sententia.

hoc ait esse humani sensus, se aduertere: nã in humanos sensus ratiõis quædã vmbra & participatio descẽdit. Quãobcausam se aduertere exterioris est sensus humani,& communis,& rationis. Exterior exiliter prẽstat:cõmunis quippe, qui purior diligentius obseruat: ratio in aduertẽdis suis operibus & aliorum sensuum diligentissima & solertissima est. Hæc ad Simplicij placitũ. ¶Philoponus lõgè à simplicio & alijs discessit nullũ etenim sensum hoc gaudere munere opinatur: vt propriã, vel alterius affectionẽ aduertat. Primũ. n. cõmunis sensus, si aduertit sensiones particularium sensuũ, quis aduertet functiones cõmunis sensus? Num ipsemet, an quiuis alius? si ipse, quî hoc fiet, cũ sit organica potẽtia & agens seruiente sibi organo? Organũ autẽ in se nõ flectitur, si quiuis alter erit in infinitum discursus. Neq; externus sensus hoc sibi præstat: eadẽ ratione, qua neq; superior facultas (Cõmunem dico sensum) tanto muneri absoluẽdo impar est. Quare hîc Philosophus attentiuam quandã facultatem aliorũ, quos non indicat sequutus autoritatẽ, cõcessit: huius aũt facultatis est attẽdere & obseruare opera omnium aliarum potẽtiarum. Et leuissimũ produxit argumẽtum: nã inquit sermonis quotidianus hic visus est: attẽde hoc, attẽde illud: ergo est vna facultas attentiua. Et quanquã in huius placiti assertionẽ non sequatur Aristo. autorẽ, curat ipse nihil. Etenim nusquã huius facultatis legim⁹ Arist. meminisse. ¶Ego tñ quędã ꝑducã, quę cũ Philopono faciũt, Arist. in lib. de sensu nos (dixit) si terrebilia aut delectabilia aliqua teneãt, & si oculis & sensib⁹ alijs nõ ligati simus, nil videmus, aut audimus. quãquam oculi apertì sensilis inbibãt species, non vidẽt: quia visus non aduertit, neq; attẽdit in colores, neq; auditus sonos: tota. n. animæ attẽtio aliô distracta est. Et bruta auidissimè comedentia aut bibentia à tergo venientes homines sępe nõ sentiũt. Ergo est aliqua facultas attẽtiua, quæ si nimis in alia distrahatur sensionis affectionẽ non recipimus. Adde, sunt homines, qui oculis reseratis obdormiũt, qui dubio procul species colorũ hauriunt, vt speculũ quoddã si adesset: & hi nõ vidẽt, quia attẽtio tota obdita somno est: nõ. n. attẽdit aĩa in species, quas oculus collectas à colore retinet. Cæterum hæc, & hoc genus alia non probant, esse facultatẽ aliquam attentiuam, sed quod necessaria est attẽtio & obseruatio obiecti, quę nõ est huius facultatis attẽtiuæ, quã Philoponus dogmatizat, sed cõmunis sensus est hæc facultas attẽtiua. Et aduersus Philoponũ non ineptè colliget aliquis. Hæc facultas attentiua, aut sensus, aut ratio est: si sensus est, erit sanè cõmunis, quod ipse negat: sin rationis est potẽtia, cùm hæc attentiua facultas sit sensatorũ, vt sunt sensata: nam attenditur visio coloris, gustatio saporis, vt talia sunt, ergo est sensualis seu sensoria hæc potestas: quia est sensiliũ, vt sensilia sunt. ¶Rursum aut sentio, me sentire sensu, aut non sentio me sentire: sed intelligo solũ me sentire. Primũ non credit Philoponus, alterum fatebitur. Ergo dicat ipse, vt gallina hũc pullũ amat, & illi abblanditur, illum verò pungit & dillacerat? vt inquã nisi attẽdisset hunc esse suũ & alium alienũ? Et hoc idẽtidẽ alia bruta indicãt frequẽti experientia, quæ vel sola brutis donare põt facultate attẽdendi. Quare facultas hæc nõ est solius rationis, sed sensus. Et argumẽta quæ feci hoc colligunt attentionẽ esse necessariã sensibus. Quod verò cum Philopono facit sensoriam vim nõ esse reflexiuã: sed hãc reflexionem melioris potẽtiæ esse opus, nos paulò pôst aperiemus.

Philoponi attentiua facultas.

Autoris censura.

An sit attẽtiua facultas

Euertitur Philoponus.

Disputatio secunda. Cuius sensus sit se sentire.



QVOD si sensus est attendere, & non solius mentis, restat discernere cuius est sensus hoc opus. Nam vt ex Simplicio retulimus, exteriores sensus etiã proprias sensiones obseruant: sed humani solum, quia scintillula rationis in eis micat. Iuniores aũt Philosophi vt Aegidius Thienæus & qui huius sunt classis in Cõmentario huius loci, sensus exteriores directa sensione nõ sentire seipsos, neq; suas functiones dicũt: hæcq; est eorũ sentẽtia prima, quã Aegidius, tribus argumentis collegit: sensus est virtus materiæ alligata: ergo nõ põt habere actionẽ in seipsa. ¶Secundò, sensus est virtus extensa & corporea: non ergo poterit in se replicarit

Quid sit de quæstione.

ri: quia Proculus ait nullũ extensum est in se conuersiuũ. ¶Tertiũ argumentũ est sensus est vis passiua, vt ergo poterit se pcipere? Moueret.n.se ipsam, & idẽ esset mouens & motum secundum idem. ¶Secunda Aegidij sententia hæc est, sensum exteriorem indirectè sentire suam sensionem: vt enim visus indirectè sentit tenebras per absentiam lucis, ita & indirectè sentit se videre, & se non videre. Directe autẽ solum obiectũ proprium, vt colorẽ videt visus itemq; alij sensus. ¶Tertia sit hæc cõmunis sensus directe sentit actiones, nisi mauis dicere passiones aliorum sensuũ, & indirecte suam (nam si sentit se non sentire & sentiet se sentire) sed indirecte hæc. Contra tamen has propositiones ad manum est obiectio. Sensus sentit se sentire, & se non sentire se videre, & se nõ videre: quæ duæ actiones sunt oppositæ, aut sensiones contrariæ: ergo nõ eodem modo contingunt sensui. Si igitur sentit se non videre indirectè & per accidens, sentiet se videre per se directe. Et rursum quid ipse velit per indirectã sensionem nõ satis exponit. Quid indirectè sentire sit num reflexè: num per accidẽs sentire? Si per accidens, nõ vtiq; illud verum est, visum se videre per accidens, cũ hoc eius propriæ sit naturæ specie suscepta coloris, sentire se esse illa affectum specie vt homo plaga suscepta se esse percussum sentit. Si ergo specie suscepta sentit se videre, nequaquam per accidens. Nam tenebras nulla specie collibutus visus sentit per accidens: sin verò sensus indirecte se sentit, idest, reflexè argumenta propria in autorem relabuntur. Sensus est potentia materialis, &c. Non ergo poterit reflecti in actum suũ. ¶Et quia iam satis cum autoribus concertatũ est breuicule afferamus, quæ Aristo. germaniorẽ sapere credimus philosophiam. Et primò dicamus sensus omnes ita exteriores vt interiores proprias sentire affectiões: & non solum humani sensus (vt Simplicius scripto mandauit, & Niphus in collectaneis subscripsit) sed brutorũ quoq; sensus se sentire credimus. Hoc ne gratis dictum putes, scito esse Cordubẽsis illius philosopi expressam sententiã Com. 136. Sensus ait non solũ comprehendit proprium obiectũ: sed cõprehendit se illud comprehendere. Nam si vnus sensus comprehendit obiectum: & alter comprehendit sensionem magis stãdum est in primo sensu, qui vtrunq; præstabit. Id quod sequutus est D. Th. quæstio. de veritate. 1. ar. 9. sensus ait cognoscit se sentire, non tamen naturam suam, neq; naturã sui actus, neq; proportionem suam ad res, quas cognoscit. Et quanq̃ iudicet veritatem, non tñ nouit, quid sit veritas, quod solius est intellectus. Et infert propositionẽ quandã ex libro de causis. Oĩs cognoscens essentiam suã, redit ad essentiam suam reditione cõpleta: sensus autem qui non nouit naturã suã, non poterit se cognoscere cognitiõe cõpleta, sed hoc mentis est & pulchrè hoc ipsum ante omnes præsensit Plato in Theeteto, dicens sensum nescire essentiam rerũ neque veritatem. Sed hoc mentis est mun⁹. Neq; à tãto magistro discessit Arist. qui 4. meta. cap. 5. sensum dixit non sentire: id quod non dixit, vt intelligamus sensum non sentire suas actiones, sed quia nõ sentit suã naturã sensus neq; potest se reflectere vt Plato asseruit. At verò quia sensus est propinquior menti, quã formæ omnes cæterę, hac ratione participio non nullo rationis seu mentis gaudet tantisper dũ se sentit. Vnde non sumito sensũ in actum suum se reflectere quicũq; is sit. Aliud est enim se sentire, aut actũ suũ & reflectere se in seipsum. Nã primũ est sensum, quãdo immutatur sentire se directe (non indirecte vt dixit Aegidius) immutari. ¶Secundum verò est sensum sentire naturã & substantiã sui actus: id quod negamus. Argumenta quoq; Aegidij hinc expende, quã infirma sint: nam illa probant sensum non se posse in ipsummet redire perfectè qđ verũ est. Sed quia probant, quod directe, non possunt sensus sentire, & ad hoc sunt instituta, & adornata ab autore nihil colligunt. Argumentum verò in quod conueniunt omnia, quæ hoc colligunt sensum nõ posse pfecte in semet redire, neq; se sentire, est illud Auicenicũ, quod sentit sensus ministrante corporeo organo: ergo si actũ suũ sentit per obsequium organi se sentit: igitur erit organum, inter sensum & organum quod est impossibile, vt cadat organũ inter potentiam & seipsam.

Aegi. refellitur

Autores censura.

Plato,

Quod si hæc ad vnguem didiceris, non terrebūt te argumēta Ioannis Gandēsis, quæ oīa si semel dixeris, sensum se sentire, nō perfectè cognoscēdo naturam suā, aut suæ functionis, sed imperfectè: quippe sentit se immutari, & affici, solues & nulla restabit offensio, quæ precij sit alicuius. Cuius distinctionis autor ille immemor cōglobauit argumenta, quibus euerteret hanc sententiā, scilicet sensum se non sentire, quæ est vera Aristo. doctrina. Et quādo testimonia grauiora ad manum nō essent, satis erat Aristotelē argumenta, quæ hoc impetebāt soluisse aliis suppressis. Opitulatur quoq; huic placito Theetetus Platonis, sensum ait sentire quod sentit, & sentire quod nō sentit. Secūdò dicendū censeo, cōmunem sensum non modicas ferre suppetias alijs sensibus exterioribus, qbus adiuti perfectiùs suas sentiāt sensiones. Hic autem sermo nō est sinistrè intelligēdus, vt hoc sit solius cōmunis sensus, sentire immutationes sensuū particularium: hoc. n. nusq̄ cōfessi sumus, sed esse omniū sensuū suas aduertere motiones diximus. Quod verò modo asserim⁹ cū Simplicio, Themistio Alexādro in Cōmentariis in hūc locum, & cum. S. Thoma loco illato, & Alberto Magno loco itidem indicato, sensum cōmunem præstare sensibus. s. quo suas factiones sentiāt, non q᷑ visus non sentiat se videre: quod supra reiectū est, sed quod huiusmodi sensio adiuuāte commmuni sensu absolutior redditur, & exactior, qa cōmunis sensus purior est, q̄ quiuis particularis sensus. Et hoc sibi volebāt verba illa, sensus esse velut ministros instrumētarios, atq; artifices communi sensui famulantes: & qđ sensus hic est principiū aliorū, vt superius abūdè exequuti sum⁹.

Platonis & Arist. consensio.

Secunda sententia.

His tertiū adiūgito cōmunē sensum necessariū esse præter sensus particulares. Et prima eius necessitas est, quo discernat sensilia omnia, quæ alij sensus nō possunt discernere, neq; hoc est officiū cogitatiuæ, vt quidā somniāt, quos malè habet de sensu cōmuni philosophia hæc: quippe cogitatiua nō est brutorum, quæ tamen habent sensum communem: nam ipsa quoque discernunt inter album & dulce, vt lapidem album non persequūtur, aut niuem, sed cibum album amant: brutis verò non est cogitatiua, ergo discretio hæc nō est cogitatiuæ. ¶Rursum cōmunis sensus est de sensatis, cogitatiua etiā supra sensata, vt locus proprius ostēdet, se extendit: neq; æstimatiua brutorū hoc officij discernēdi, scilicet, absoluet: quia æstimatiua colligit per sensata non sensata: sensus aūt cōmunis totū ius suum in sensatis solū est. ¶Secunda necessitas est, quæ sensibus particularibus, quo possint suas sensiones sentire fauet: imò quò & possint functionib⁹ suis vti, donat. Vnde & primū sensitiuū, & principium sensuū communem sensum Aristo. vocat: id quod supra cōmeminimus & ligato cōmuni sensu alij sensus obduntur: ne propriis insudēt operationibus. ¶Tertiā necessitatē adiecit Albert⁹ Magnus, vt sentiat per se primò, communia sensilia, quæ ab alijs sentiūtur per se, nō tamen primo: hoc tamē ego nō recipio, sed neq; Græci huius rei mētionem fecerūt. Nam sensus cōmunis si sentit magnitudinem, est cooperāte sensu particulari, vt per visum, aut tactū: ergo illam sentit per tangibiles, aut visibiles qualitates. Vt ergo ꝑ se & primò imò priùs sentit colorem, q̄ magnitudinem, non dico tēpore, sed natura, imò crediderim hæc cōmunia sensilia à nullo sensu sentiri ꝑ se & primò: sed solùm propria sunt, quæ per se primò & per hæc propria cōmunia, à quouis sensu sentiūtur. Non est ergo hæc necessitas memorāda. ¶Concedim⁹ tn̄ sensum cōmunē oīa sensilia cōmunia sagaciter sentire, & nō solū ꝓpria. Id qđ est nulli⁹ sensus exterioris. ¶Occinit iā aliquis, si sensus cōmunis sentit motiones sensuū exteriorū, ipse nūquā sentiet suas? Respondeo sentiet sanè suas, sed imperfectè, vt diximus, sensus alios in proprias se gerere operationes: neq; opus dicto cum Paulo est, phantasiā sentire sensus communis functionē seu sensionē vt nostris disputationibus iā constat. Colligamus tandē, sensum cōmunē esse priorem, & posteriorem sensibus particularibus. Est sanè prior, quia principiū est distribuens animales spiritus sensibus exterioribus: ideoq; Themistius regi & iudici in curruli seu triūphali curru sedēti illum cōtulit, cæteros sensus satelitibus aut tabellionibus similes dixit. Est autē posteriore

Ad quæ necessarius est cōmunis sensus.

Secunda necessitas est.

Tertia necessitas.

Discedit ab Alberto.

Sensus communis princi pi sedenti in curru confertur triūphali.

li.

posterior qa suscipit impressiones aliorum sensuũ. 5. & hac ratione terminus & finis sensuum vocatur, iustaque ratione communis dictus sensus est quia impartit spiritũ communẽ animalẽ sensibus, quia est communis terminus sensuum, quia obiectum proprium non habet: sed in omnia sensilia se fundit. Si quærat demũ aliquis, si sensus exteriores proprias, sentiunt operationes: ergo iudicãdi vis, & nõ solũ apprehẽsiua erit horũ sensuũ multis refragantibus philosophis qui & si vim apprehensiuam tribuant sensibus externis, non tamen iudicatoriã potestatẽ. Ego tñ nõ video, cur illis sit assentiendũ, quippe apprehensio est gratia iudicij: si sensus externi apprehendunt & iudicabunt. Quid quod Arist. credidit sensus externos differentiam statuere inter propria sensilia, vt visus inter albũ, & nigrũ. Si ergo differentiã statuit, iudicat albũ nõ esse dulce. Et quia credidimus sensus externos sentire suas mutatiões, hoc autẽ non fit citra iudiciũ, ideo ipsi iudices sunt suorũ actuũ. Caue tñ fallaris, visum habere actũ proprij actus, i. visionẽ visionis suæ, itidẽque de alijs sensib⁹ hoc nos nõ diximus. Sed videndo colorẽ sentit se videre, eodem non geminato actu, sensus cõmunis sensionẽ habet sensionis externæ, nõ tamen propriç sensionis, sed sentit se sentire sensione qua sentit aliud à se, non tamen alia sensione, quia nõ est reflexiua potentia. Hoc sane est peculiare menti, texere seriem operationũ. Intelligit, a, & intelligit nouo actu se intelligere, a. Quòd si hæc aduertissẽt philosophi multi, nõ ita tulissẽt precipuè sẽtẽtiã. Et adhuc est argumentũ quod probet sensum exteriorem gaudere potestate iudicandi: nã quædã bestiæ sunt quæ solũ habent tactum, vt lib. 2. de anima docuit quales sunt marinç spongiç & id genus. In istis ergo aut tact⁹ iudicat de cibo aut nõ si secũdũ dederis vtiq; natura deficeret in necessarijs, quia illa animalia nõ habent quo discernant cibos nisi tactu. Si primum, istud est quod contendit.

Disputatio 3. quæ sit sedes huius cõmunis sensus.

Tertia instituenda est disputatio quod sit huius facultatis sẽsificæ quam communẽ sensum appellitamus sensoriũ propriũ ve subiectũ, quod illi natura instituit in propriã sedẽ? quę quæstio illi cõnexa est quã in secũdo libro absoluimus, quæ de cõmuni sensorio agebat. Atq in hac quã in præsentia differendã produximus, nõ bene conueniũt, neq; in vno placito morantur autores. Etenim Galenus de vsu partiũ. 8. lib. c. 3. & 4. cerebro tribuit locũ huius sensus. Et Auicena lib. 1. cano. par. 1. & 9. cerebro itidem dedit, nec non naturaliũ sexto finiens sensum cõmunẽ vim esse ordinatam (ait) in prima cerebri concauitate per se recipientem formas omnes, quæ sensibus. 5. imprimũtur & reddũtur ei. Et hos iuuat rationẽ: prior pars cerebri mollis est, & tenera, mollities aũt opido cõfert impressiõi sensiliũ. Adde quoq; cõmunẽ sensum suscipere formas rerũ à sensibus proprijs, ergo iudicatoria sedes horũ sensuũ erit post ipsorũ sensoria: atqui sensoria visus, auditus, olfactus, manifesta sunt in capite: ergo & sensoriũ cõmunis sensus capitis erit. Eõdem quoq; accedat Aristo. hunc sensum iudicem dixisse sensuũ particulariũ: & esse velut cẽtrũ circuli, à quo vniuersi alij sensus, vt lineç deriuãtur. Atq centrũ medium habet locũ, vt & iudex medius quoque est, inter litigantes. Habet ergo cerebrum in tribunal suum cõmunis sensus. Nam cerebrum velut medium occupat locum inter sensoria aliorum sensuum. *1. Ratio.*

¶ Diuersum tamen huius sæpe legimus apud Arist. 2. libro de partibus animaliũ cap. 10. apertum dixit præcipuè esse sensum in corde, ab ipsoq; duos sensus apertam ducere originem, gustus ij sunt, & tactus. 2. lib. de iuuentute, traditio eiusdẽ nihil abhorret à priori: cõmune. n. sensorium omniũ sensuum cordi tribuit, duosque sensus gustus, & tactus ab ipso profectos tradidit ca. 2. & cap. 1. propria sensoria docet vnũ quasi commune sensoriũ quo oẽs alij sensus commeãt: & hoc esse cor quod est principium viuendi, & sentiendi. Et in lib. de respiratione cor primum format, anteq̃ alia membra formã membrorũ assequantur, tum cor iam sentit, & alia membra non sentiunt, non. n. sunt formata. Igitur cor est sensorium cõtinẽs primi sensitiui. i. cõmunis sensus. *Agit pars postrema.*

¶ Accedit istis cõplexio cerebri est frigidissima, & inæqualis purissimo sensui,

 qui

qui est cōmunis, qui arbiter est aliorū: & si cor est primū viuēs, & vltimū desinens vitæ: ipsum habet primū repositoriū, & vitæ, & sensus cōmunis. Primū legito de generatiōe aīalium. c. 4. Et cū cor sit pars animalis præstātissima principatus oīs, & motꝰ, & sensus, videtur illi tribuēdus, Hæc tñ quæstio nō est quod protelletur amplius, qa illa tota summā solutionis habet, ex disputatione alia, quā nos excussimus, lib. 2. nisi velimus cōciliare medicos cū Arist. vt Auicena dicēs originē cōmunis sensus esse cordis: at verò absolutio, & cōplementum in cerebro, vt virtutis nutritiuæ potestas in corde capit initiū, in hepate pfectionem cōsequitur. Vnde huic suffragatur Arist. testimoniū in lib. de iuuētute, dicēs testudines ablato corde moueri, quod non cōtingeret, si sensoriū locum haberet natura sibi comparatū in corde, quo ablato, adimeretur omnis sensus, & motus. Verū qa solū ibi initiū est, & in cerebro cōsummatio: hac rōne nonnihil se mouent testudines, corde auulso. Vnde somnū dixit Aristo. esse passionē cōmunis sensus. *Sonus quid.* Sōnus autē cū euaporatione ciborū, quæ in cerebrū attollitur contingat animalibus necessariò, videtur dicēdū sensum cōmunē in cerebro, aut habere initiū, aut cōsummationē: nāq; vapores illi frigiditate sua cerebrū obducūt: & sensuū orificia obdūt ne speciebꝰ aduentātibꝰ præbeāt aditū: cor verò vbi aīa semper ardet nō istis vaporibus inuoluitur, vt cerebrū: quare si somnus est passio cōmunis sensus, & hic solū cordis est: nō est prōpta respōsio. Vnde ergo somnus accidit? Sed de his hactenus. Etenim Arist. testimonia, quæ vltro citroq; iactabamus qđ postulāt anuimꝰ esse primā sedem sensus in corde: quippe tactus inde capit originem & gustus, vt quidā tactus est. At fortè nō idem sapiendū de communi sensu, qui est syncerior tactu: etenim Arist. 8. de partibus. c. 10. credidit auditū, visum, olfactum, & visum: quia syncerrimi sunt exteriorū sensuum, esse in capite, vt supra ostēdimus: nam in capite est sanguinis refrigerium, id quod nimis cōducit sensionis synceritati. At verò communis sensus est longè syncerior quā illi tres sensus ergo in capite habet suum sensorium.

CAP. III.

Sensum atque intellectū multo interuallo disiungi, aduersum Empedoclem & Homerum demonstrat, multaq; de existimatione, & imaginatione interseruit existimationisq; species referens, scientiam, opinionem, & prudētiam, Postremo phantasiam non esse sensum, aut opinionem, aut scientiam, &c. neq; ex istis commistam esse colligit.



QVoniam aūt duabus differētiis diffiniunt maximè aīam, motu scd̄m locū, & ipso intelligere & discernere & sentire videtur vtiq; intelligere & sapere velut sentire quoddā esse. In vtrisq;.n.his, anima discernit & cognoscit aliquid eorū quæ sunt. Et antiqui, sapere & sentire idē esse aiūt, sicut & Empedocles dixit. Ad præsens.n. sapientia augetur hominibus. & in alijs. Vnde, eis semp & sapere diuersa præstat. Idē aūt his vult, & illud Homeri. Talis.n. mens est terrestriū hominū. Qualem indies inducit pater hominumq; deorumq;. Tex. 150

¶Omnis repetina mutatio (vt ait Philoponus) molestè fertur, hac causa Aristo. ne ex abrupto de rōne tradat, differētiā imaginationis & intellectꝰ primò exquirit. Antiquorū igitur placita de discrimine sensus, & intellectus, & Empedoclis, & Homeri, in mediū producit, qbus erat in sententia sensum & mentem discrepare nihil: ideo aīam duabus solum ornatā putauerūt facultatibus. s. sensu & motu, intellectū cum sensu confundētes. Quāobrem ait. *Quoniam autem duabus differentiis.* Animā, scilicet, motu secūdum locum: ea enim animata sunt quæ ꝓprio & intrinseco illis gaudēt, seu prædita sunt principio agēte motum: & inanimata hoc motus principio orbata, abunde aguntur, & mouentur

mouentur

mouĕtur secũdum locũ. Motus est altera animæ facultas, quã potẽtiã motiuam supra vocitabamus. Secunda animæ facultas apud hos erat intelligere, & discernere & sentire. Hæc in vnũ permiscentes & confundẽtes has voces intellectũ, discretionem prudentiæ & sensum, & primô in hoc persuadebãtur: quia videbant sensum esse facultatẽ animæ cognoscẽdi itidem & intellectus est vis cognoscẽdi, & per sensum discernimus & per mẽtem itidem discernimus ea quæ sunt. Verũ hoc argumẽtum, cõuenire sensum & intellectũ, in aliquoq; sibi cõsentire ambo hæc bene collegit. Est.n. cognitio & iudiciũ apud sensum & apud intellectũ, non tñ illa esse idem, sufficiẽter collegit. *Et antiqui sapere.* Indicat qui ij sunt huius relatæ iam sententiæ autores. Et Empedoclem primũ, qui credidit sapere & sentire non differre citat, & carmina retulit. Ad præsens enim sapiẽtia augetur hominibus. Aut aliter interpretur carmẽ: nãq; homini certè ad præsens prudentia crescit, & sensus est: sensus variatur secũdum præsentia, quæ nouit: hoc. n. modo variatur sensus iudiciũ, secũdum variationẽ præsentis tẽporis. Empedocles ergo dicens sapiẽtiam humanã, secũdum præsentia, quæ sunt sensilia, etiã crescere, atq; minui, sapiẽtiam quæ intellectus est cũ sensu immiscuit. Codices quidam Latini legũt, non sapiẽtiam, sed volũtatem: nam codice Græco μῆτις legitur, quę vox cõsilium aut prudẽtiam significat. Et Themistius consiliũ, voluit secũdum pręsens hominib⁹ augeri, esse dictũ Empedoclis. Simplicius & Philoponus hunc locum Empedoclis non maximè attinere huic rei ostẽdunt illum defendentes. Et defensio Philoponi est non intellexisse per prudentiam Empedoclẽ ipsam vim intellectiuam, sed vim cogitandi, quæ media est inter intellectum & sensum. Hæc crescit secundum præsentia, idest, operatur secũdum præsentium qualitatem. Et demum Empedoclis sensus innocens videtur à reprehensione, quam Aristo. illi molitur. Humana. n. cõsilia secundũ tempora crescũt: iuuenes. n. modici sunt cõsilij, qa modicã rerum tenẽt experientiam: senes qui lõgioris sunt ęui, maioris quoq; consilij sunt: & hoc carmine suo Empedocles cecinisse videtur. Et hoc [...] tis abblãditur Empedocli. Si tñ vox illa Græca mitis no sapientiã interpretemur sed cõsiliũ aut prudentiã: hęc. n. satis crescũt tẽporis accessione, & minuũtur: vnde & Arist. in libro Rhetoricorũ ad annũ vsq; .49. intellectus humani produxit integritatẽ, & iudicij perfectionẽ perseuerare. At ab eo tẽpore sensim labi fassus est. Quod si hoc ipsum Empedocles dixit, cur taxãdus est? verũ interpretes vocem græcã non prudẽtiam transtulerũt, sed sapientiam, vt maiorẽ colorem Aristo. præstarẽt in reprehẽdendo Empedocle. *Vnde eis & semper & sapere.* Hoc refert secundô, ex alio loco Empedoclis, q nos latet: verũ ipse ait, & in alijs (id est) alibi dixit Empedocles. Quãquã hic alter Empedoclis locus aliter legitur apud Philoponũ, quã hîc citetur: apud quẽ legimus, Vnde ijs perpetuò adest aliena videre. Quæ verba credidit Philoponus imaginationẽ cum mente confudisse: nã qđ est imaginationis videre aliena, idest imaginari diuersa: hoc mẽti dat Empedocles. Et hic locus Empedoclis nõ est tãtæ defensionis, vt prior. Sed si verba, quæ sunt in litera nostra velis exponere, sic cũ reliqs coniũges. Empedocles dixerat consiliũ augeri scđm temporis pręsentis cõditionem. Hæc quoq; temporis qualitas, atq; cõditio sapere hominibus diuersa præstat. Itaq; sensus sit, causam præcipuã humanæ sapientiæ in tpe esse sitam, atq; sensilibus: cum tñ hoc sit à vero longè abhorrẽs. Abstractio. n. à sensilib⁹ est causa dignior humanæ sapiẽtiæ. Nã sensilia sola nõ possent parere sapiẽtiã. Quare illò cũ videãtur verba tendere Empedoclis, nullam esse in homine vim, quæ à præsentibus abstrahat, sed vniuersam cognoscẽdi vim humanæ naturæ, totã ligatam esse pręsentibus: ideo notam hãc illi inusit Arist. etiã si fortassis innocentior Empedoclis sermonis hic sensus. *Idem autem hic vult.* Aggregat Empedocli Homerum, vt eiusdem placiti consortem dicat mentem esse eandem cum sensu. Et carmina Homeri hæc sunt.

Intellectus humanã quã diu duret integritas.

Terrenorum hominum intellectus talis habetur.
Ad qualem ipse diem deducit Iuppiter almus.

Tempori ergo subdidit Homerus intelle-

ctum,

[...]a,vt Empedocles subiecit: ambos ergo vt conspirantes in sententiam eandem simul reprehēdendos duxit Aristoteles. Philoponus,q̄ segnis extitit in defensiōe Empedoclis, Homeri in defensione acrē sese patronū præstitit, vicio dans Aristo. non intellexisse, quæ carpit: nāq; Homerus p̄ dicē non intellexit sensilia, vt docet Philoponus, sed fortunā au fatum. Vñ dictū hoc Homericū hac donat Philopo. intelligētia, talis est humana mēs, qualis & fortuna: & tale est quod Homerus dixit, quale & quod tragicus ille ait, fortuna nobis prout est, est & ingeniū. & prouerbio rursus celebratur latino, fortuna reddit insolētes, qui sunt ij, quibus si fortuna affulserit animos efferūt. At si fortuna paululū asperior sit solito, mores habēt mansuetiores. Sic aūt se gerūt & atteperant ad fortunę status, homines. hęc est Homeri defensio, quæ si vera est, satis est tropologica. Nos tamen hanc reprehensionem Homeri simulemus vt literā Aristo. exponamus.

Homeri defensio.

Tex. 151. ¶Oēs.n.hi, intelligere corporeum sicut & sentire, existimāt. Et sentire & sapere simile simili, sicut in primis rōnibus determinauimus. Et tñ oportuit simul ipsos, & đ deceptione dicere, magis propria.n. est aīalib⁹, & pluris tēporis in hac, p̄manet aīa. Vnde necesse est aut, vt quidam dicūt, oīa quæ vidētur esse vera, aut dissimilis rei tactum deceptionē esse. hoc.n. cōtrarium est illi, simile simili cognoscere. Videtur aūt, & deceptio & scientia contrariorum eadem esse.

¶Colligit quæ dixerat secūdum Empedoclem & Homerū intelligere esse actū organicum, vimq; mentis corporeā esse, & corruptibilem. Existimarunt rursum esse idē sentire & intelligere. *Et sentire & sapere, simile simili.* Idest, horū fundamentū vnde vanā sibi suaserūt philosophiā, est quod simile simili credebant cognitionē cōparare. Quare intellectus cognoscens corporea & sensilia, ipsum quoq; corporeū esse duxerūt. Est sanè verum simile simili cognoscēdum: alioqui quo species & rerū formas exciperet vis cognoscēdi? & vt visus est quodammodo, coloratus colore viso affectus? nisi similitudine suscepta rei & cætera alia quæ agentes de natura specierū à nobis sunt iā indicata. Tamē, similitudo in natura substātiæ nō est ad cognitionē necessaria, vt qđ aqua per aquā sentiatur & terra p̄ terram. Hęc iure negatur similitudo ab Aris. Et in primis rationib⁹ ait hoc se determinasse, id est, in.1.lib.tex.23.&.24.&.4.lib.metaph. tex.24.&.25. Discrimen aūt sensus & intellectus sub breuib⁹ colligēdum est: intellectus.n. corrigit sensus errores & deceptiones, & fallentias sensus ipse solus iudicat. Solem pedaneū arbitratur delusus sensus, & mens cōscia veri maiorē defendit esse solē terrę globo. Appetitus infrænis in sensilia defluit effræni impetu: ratio huius appetitus concupiscentiæq; petulantiā cōpescit. Sensus tp̄e cōcretas habet notioēs, mēs se leuat supra tēpora oīa. Sensus naturas, & essentias nescit rerum: mentis verò hoc est officij vniuersa hæc perscrutari, & per causas diiudicare de effectis: & p̄ effecta causas rimari. Sensus decreta habet obiecta, vt sensilia tantum: sed mēs, quæ omnē sensum fugiunt sagacissima notitia intuetur. A motu, à tēpore ab accidētibus, se purgās vniuersis nudas rerum naturas intuetur, & demum intellectus est hominū: sensus aūt brutorū est. Adde sensum corruptioni esse obnoxiū: intellectus verò corruptionis ignarus. Sensus senescit & paulatim exeditur, atq; cōsumitur: intellectus senectutis damna non timet, idem semper secūdum substātiam suam persistēs. Sensus cum tēporis lapsibus labitur, cū tempore incipit, cum tēpore desinit: intellectus lapsus tēporis non formidat, sed tēpore est superior. Sensus deniq; nil transcendit huius seculi metas: at intellectus supra cælorū vertices scandit, & angelorum, imò & diuinā participat naturam. Sat sint in præsentia has decem adnumerasse differentias. Ceterum quidā philosophi hæc tollebant asserentes, vnam vim esse, quæ est in hominibus & brutis sed diuersitatem assequebatur munerū propter

Vt simile simili cognoscatur.

Discrimē sensus & intellectus.

Prima differentia.

2. Differētia

3. Differētia

4. Differētia

5. Differētia

6. Differētia

propter materiæ varietatem, quę purior est in hominibus, q̃ reliquis animãtibus Vnde vnã animam aiebãt esse hominis, bruti, plãtæ & lapidis, sed in lapide solũ infimo esse gaudebat: quia materia illa rudis erat, atq; indigesta. At in plantis se altius tollebat, puriorem assequuta materiã. In brutis in ampliora se producebat officia, meliori gaudens officina atq; instrumentis. In homine optimã operationem intelligendi assequebatur: qa humana cõplexio est temperatissima, vt idem calor, qui in aqua, est in ferro atq; igne, vt sic supponamus. At in ferro feruẽtiorem sentimus, quã in igne, qui in paleis est. Et huius diuersitatis causa est densitas quæ in ferri est aut aquæ. Huius sententiæ meminimus supra. Et hanc opinionem sequuti Manichei hęretici, vt autor est Diuus Gregorius cap. 7. libro. 2. de homine, crediderũt puriores animas meliora sortitas corpora esse & inquinatiores sordidiora & crassiora. Nam etsi dixissent animã esse vnã in vniuersis rebus, tamẽ illam in multas partes seu mẽbra diuiserunt, illam corporeã arbitrantes vt Empedocli & Homero Aristo. vicio vertit. Occasio autem huius erroris fuit antiquis istis error alius, vt Arist. cõ meminit. 4. meta. c. 5. quippe nulla entia esse præter sensilia. Qui error fuit Saducæorũ hęresis. Hinc colligebatur necessariò nullũ esse ens præter sensibile: est ergo intellectus idẽ atq; sensus. Et aduerte Arist. loco indicato citasse hãc Empedoclis sentẽtiã sub aliorũ verborũ forma. Empedocles (inqt) quoq; habitu mutato prudentiã mutari. Et citat carmẽ, qđ hic est indicatum ad præsens: nanq; prudentia hominibus augetur. Vbi nõ legitur sapientia, vt hoc loco: sed prudentia. Verũ hæc materiæ dispositioni adscribere fieri non potest: nam operationes materiæ coniũctorum, materiæ terminos non transgrediũtur, vt calefacere ignem non superat. Operationes autem intellectus omnẽ materiam superãt, vt patebit in hoc loco latius. Quare intellectus non est virtus corporea: si. n. quæ materiæ maximè sunt immersa, etiam animata cùm sint nõ cognoscunt, vt plantæ. Quæ autẽ prædicta sunt facultate cognoscẽdi, non nihil se asserũt iã à materia, vt sensus qui

Manichæorum error.

excipit species sine materia, vt cera sigillum. Id quod cum Aristo. sapuit Plato in Theeteto. i. libro dialogico de scientia. Quæ ergo apicẽ habẽt cognoscendi, vt homines, illa libera esse à materia incorporea: quia esse est necesse. Et Plato itidem in dialogo dudum citato consentit Arist. sensum non esse intellectũ: quippe nescius est sensus veritatis, nihil nouit, qd veritas, quid ve falsitas, neq; rerũ essentias calet. At verò intellectus vtroq; fungitur munere nõ ergo intellectus vis materialis est. *Et tñ oportuit simul ipsos.* Colligit in hos de quibus meminerat, si cognitionẽ seu scientiam similitudo parit, deceptio ergo & dissimilitudinem in causam habebit. Hoc aũt ipsi tacuerunt, & oportuisset deceptionis facere mẽtionem: quia humana natura maiores agit moras in deceptionibus, quam in scientijs, & certitudine: quia maxima rerum pars nos latet, & minima sunt, quę nobis constant. Vnde & magis propriam dixeris animalibus deceptionem, quam sciẽtiam, quæ multa exacta ætate & laboribus homini incredibilibus contingit. Quare necesse est, aut nullam esse humano generi deceptionem, sed cuncta quæ apparent, ita esse, nihilq; fallẽtiæ accidere, id qđ reiecit. 4. meta. tex. 5. & . 9. Etiam quidam ausi sunt nihil esse deceptionis contendere hominibus: aut si deceptio est, per dissimilis attactum cõtingere: quia. s. terrã tãgimus aqua, aut ignem aëre. Quòd si cõcesserit aduersarius, obijciemus ei sciẽtiam vnã esse cõtrariorũ, vt. 4. meta. c. 2. abũde tradidit vnam scientiam esse priuationũ, negationũ & affirmationũ, vt ergo dissimili deceptio fit, quando per vnũ atq; idem cõtraria quæ sunt dissimilia nouimus? Vt vna est medicina & sani & ægri? Vt autẽ intelligas deceptionẽ esse propriorem hominibus nihil fingas cum Paulo modos proprij, qui hic nõ sunt necessarij: sed sensum accipito, Hominibus est familiarior deceptio quàm scientia: nam cùm intellect⁹ primò natus sit, vt tabula rasa citra characterem scientiæ, & lõga sit mora in addicendo veritatẽ & veritatẽ postq̃ perdidisceris sæpius elabitur: quã etiã si seruaueris minima est & demõstrationes quæ rẽ ad oculũ mõstrẽt, raræ sunt. Multa sanè

Deceptio an sit in homine

nè leuibus coniecturis aut probabilibus rationibus tenemus: quæ deceptionibus & erroribus satis patēt. Sed quòd ait aliquis, ſcdm Ariſt. ſcim⁹ ſimili aut diſsimili: non diſsimili, ergo & ſimili: vna igitur eſt contrariorum ſimilitudo, quod eſt impoſsibile vnā eſſe ſimilitudinem diſsimiliū, qualia ſunt cōtraria. Reſpōſio ſit hæc ſenſum nō per vnā ſimilitudinē cognoſcere album, & nigrum, nā hæc duo duas habent ſimilitudines, & vnus viſus eſt, q eſt cōtrariorum, ſed per duas ſimilitudines ſenſus ſentit, non quidem cōtrarias, vt ca. 2. decreuimus: intellectus verò per vnū habitum nouit cōtraria, vt per medicinam & ſanū & ægrum: ideo bene colligit Ariſtoteles ſi ſimile parit ſcientiam, diſsimile pariet deceptionem. Hoc autē falſum eſt: nam eadem ſcientia eſt veritatis & erroris, non intelligens contraria per vnam ſimilitudinem ſolū aſſequi poſſe ab intellectu imò per duas lōgeq; diuerſas. Verū ſcientia quæ docet veritate illa admonet de errore. Et Ariſt. argumentum optimè colligit contra hos credentes ſenſum eſſe intellectū: ſenſus aūt per ſimile nō cognoſcit duo cōtraria: ergo neq; intellectus veritatē & deceptionem, non per vnū intelliget id quod falſum eſt: nam vna eſt ſciētia cōtrariorum. Sequitur in Ariſ. *Vnde neceßarium eſt.* Colligit Ariſt. contra Empedoclem & Homerum ſi ſentire & ſapere eſt per ſimile: ergo vel nulla eſt hominibus deceptio, ſed ꝙ quidqd verum apparet ſenſui, verum eſt. Aut ſi eſt deceptio hæc non fit ſimili ſed potius diſsimili. Aduertas quoſdam philoſophos dixiſſe, quidquid apparebat eſſe verū, & nullā eſſe ſenſuū fallentiam. In quos Ariſto. 4. meta. inuehitur. Si nulla eſt deceptio ait ſocordes & ſtulti illi ſunt, qui philoſophiæ ſtudijs incūbunt: nam quærere veritatem eſſet vt volucres perſequi. Etenim ne decipiamur literis operā damus. Si autem nulla eſt deceptio, quô ergo ſtudiorum labor? Quòd verò ait. *Aut diſsimilis tactum.* Iam expoſuimus & ſenſus eſt ſi deceptio eſt erit per tactum diſsimilis, vt vera notio per tactum ſimilis.

Tex. 152. ¶Quod igit̄ nō idē ſit ſapere & ſētire, manifeſtū eſt. hoc .n. animalibus ineſt omnib⁹: illud aūt, paucis. Sed neq; intelligere in quo eſt qđ recte, & ꝙ nō recte (quod .n. recte, prudētia, & ſciētia, & opinio vera qđ vero non recte, cōtraria horū) neq; hoc inquā, eſt idē cū ipſo ſentire. Senſus .n. ꝓpriorū, ſemper verus eſt, & oībus ineſt animalibus. intelligere autē contingit & falſo, & nulli ineſt cui non inſit & ratio.

¶Commentator dixit eſſe propoſitionē per ſe notā, intellectū non eſſe ſenſum: mēs .n. ait Ariſt. ineſt paucis, ſenſus omnibus animalibus. Iuſta eſt inquiſitio, cur dixerit Ariſt. ſapere paucis ineſt animalibus ad manū habuiſſet hominibus dicere ſapere accidit. D. Tho. cauſam arbitratus eſt eſſe, ꝙ ſunt quædam animalia alia ab homine ſagacis naturæ, quæ vidētur nonnihil prudētię obtinere. Propter hæc dictū eſt paucis animalibus, vt non ſolum homines audiremus. Philoponus autem cùm duplex ſit intellectus, actu aliter, alter autem potentia, hic (ait) intellectum eſſe audiēdum per hæc verba, quod aūt non ſit idem ſapere & ſentire: ſapere enim hoc loco abuſiuè ſignificat actu intellectū, & hic intellectus in actu non eſt ſentire: quippe ſentire eſt cōmune vniuerſis animalibus, quę ſunt ſubſtātia ſenſualia: intelligere aūt ſecūdum actum paucisſimis. Quid autē ſit actu intellectus, quem ille vocat contēplatiuam mentem, ſequētia oſtēdent. *Sed neque intelligere in quo eſt quod recte & non recte.* Dixerat intellectū contēplatiuum, qui actu eſt, non eſſe ſentire: nūc de intellectu in potentia, cuius eſt quædā rectè cognoſcere, vt quæ ſcit, aut rectè opinatur. Eiuſdem ſimiliter intellectus eſt alia non rectè intelligere vt falſa opinatur falſamq; prudentiā habet. Intellectus is q actu eſt, rectus ſemper eſt: ſed iſte qui in potentia aliquando verus: iam verò falſus. Sed neque iſte qui in potētia intellectus eſt ſenſus: nam ſenſus ſcientię non eſt compos, neq; prudētiæ, neq; opinionis verę, neq; horū cōtraria ſunt ſenſus, id eſt, inſciētiæ impru-

imprudentiæ & falsæ opinionis: sed hęc cum contraria sint eidem insunt, quare intellectus hic est horum solum capax. Sciẽtia enim de vniuersalibus est quæ tamẽ remota sunt à sensu: prudẽtia de singularibus collectis per ratiocinationẽ, & ratiocinatio non est sensus, sed intellectus. Opinio vniuersalia item versat ratione probabili, & ideo ablegenda est à sensu. Quare intellectus iste qui in potẽtia est, non est sensus. *Sensus propriorum est.* Argumẽto colligit hunc intellectum nõ esse sensum. Nam sensus in proprijs raro fallitur, imò nunquã, si cũcta necessaria adsint. Atqui intellectus est obiectũ proprium vniuersale: & in his propriis sæpe cæcutiens est, vt falsæ plereq; opiniones & intellectus errores indicant. Et postremò intelligere nulli inest, nisi rationali: bruta verò sunt rationis expertia, & habent sensum sine ratione. Expende Aristo. verba. Primùm collegit sapere diuersum esse, atq; sentire. Secundum intelligere collegit, non esse idem atq; sentire, discriminans inter sapere & intelligere. Nanq; sapere est operatio mentis, quæ citra ratiocinationem adquiritur, vt est principiorum contẽplatio quæ solis terminis apprehensis innotescũt, vt quodlibet esse aut non esse: & demum quæcũq; alia, quæ maiora sunt, quam quę ratione demonstrentur, sapit intellectus, vt sunt per se nota. Quæ verò rationi subdũtur, illa sunt, quæ intelligit intellect⁹, vt quæ demonstrantur in scientiis, aut quæ probabilibus colliguntur coniecturis, &c. In hunc prope modum Philoponus Aristo. expẽdit. Alij autem interpretes non adeo obseruantes sunt harum vocum, sapere & intelligere, sed promiscuè illis vtuntur: vt intellectum ambæ voces præferant. Et aduertas nomine operationũ potentias subaudire Aristo. sub voce intelligere intellectum: & sub verbo sentire, sensum. Commentator quatuor mẽtis & sensus discrimina subindicat. Prima est Aristo. sensum videlicet versantẽ propria non falli, intellectũ vero in propriis intelligibilibus erroribus plerisq; obuolui. Alius punctum credit esse indiuisibile: alius negat: ergo alter horum in proprio intelligibili decipitur. Secunda: sensus, quò communiora aduertit, proniorẽ eò habet fallentiam intellectus: contrà, quò in cõmuniora sese abstrahit, eò magis ab erroribus se liberat. De sensu accipe, qđ diximus. Iudicãs visus solẽ esse lucentem, non fallitur: at pedaneum dum aduertit, cæcutit errore: quia pedaneum aut tripedaneum sunt communis sensibilis affectiones. Quare hæc deceptoria sæpe sunt. De intellectu verò facile est accipere: nam quãdo cõmunissima axiomata sapimus, nihil errore periclitatur mens: sed securissima fruitur intelligentia, vt totum est maius parte sua. Quodlibet, aut est, aut nõ est, &c. Tertia aũt differẽtia hæc est, sensus notitiã circa propria esse firmam: nã sensus visus alba semper iudicat alba: & nigra, nigra. At verò intellectus circa ꝑpriora, & quæ minùs sunt vniuersalitatis participia nõ sic firmũ habet iudiciũ: sed sæpe iudicia innouat, vt quæ hodie opinabatur crastino die non opinatur: & retractat sæpe iudicia sua.

¶ Postrema sit differẽtia, sensum erga cõmunia nõ esse firmæ & synceræ veritatis: nã albũ, qđ erat pedaneũ, mutatur in bipedaneũ: & sæpe hoc latet sensum. At verò intellect⁹ erga maximè vniuersalia est firmissimæ & cõstãtissimæ veritatis, vt prædicta ostẽdũt. Principiorũ .n. notitia firma semper est, & inuiolabilis. Et quãq̃ Cõmenta. duas docuerit differentias sensus, atque intellectus, placuit in quatuor rẽ producere, vt res hæc notior euaderet pluribus inculcata verbis. Obiiciat aliquis nobis, intellectus est sensus corrector & iudex: non ergo intellectus erit fallentiæ maioris, quàm sensus, imò lõgè minoris. Siquidem illi hũc corrigere incumbit. Et Plato in Phædro tradidit animam in se reuersam veritatis iudicẽ esse, solũ quãdo aduertit in intelligibilia. At quãdo sensibus vtitur, & in sensilia se distrahit, ait fallacis esse iudicij: qa oculorum fallax est, atq; aurium, & aliorũ sensuum iudicium. Adde, Arist. Ethico. 6. intellectũ esse semper verorũ dixisse: quippe habitus est, quo decipi non cõtingat. Nunq̃ igitur mẽs decipitur. Rursum aut intellectus rem intelligit, aut non intelligit, si intelligit non decipitur, si nõ intelligit non est intellectus. Quî ergo verũ mentẽ deceptionibus esse obnoxiam? Respõsio est, intellectus esse intelligibilium,

Quatuor mẽtis & sensus discrimina.

Obiectio.

Responsio.

lium, vt sensus sensilium: verum sensilia sunt extra nos, intelligibilia sunt intra nos: nam sensilia non efficit sensus, efficit autem intelligibilia intellectus, nanq; intelligibilia sunt vniuersalia, quæ re ipsa non cõstant, nisi intellectus accedat industria. Quo verò sunt quędam magis vniuersalia, eò sunt magis intelligibilia: qa materia est quę obstat mẽtis operationi. Quatenus aũt vniuersaliora sunt, fæcibus materię minùs sunt immixta, vt sunt illa ens, res, aliquid, bonũ, vnũ, verũ, idẽ, diuersum, actus, potẽtia, quorũ rationes vniuersalissimę sunt etiã spũalibus substantijs cõpetẽtes. Quæ verò minùs sunt vniuersalia, materiæ consortium magis ineũt: vt homo, equus, animal. In vniuersalissimis igitur, quæ sunt similiora intellectui, nam intellectus immaterialis est, nulla est deceptio mentis. Quare sciẽtiarum proloquia, quæ ex vniuersalissimis terminis aduertimus cõstituta: vt quodlibet est, aut non est: quodlibet aut vnũ est aut multa, aut est actus, aut est potentia: hæc vt lumina clarissima micant & labem erroris non admittũt, neq; vllam offensionem habent, vt neq; sensus circa propria etiam si firmiore horum intellectus gaudet iudicio, quam sensus. Hìc enim nisi multa adsint errore obducitur etiam de propriorum iudicio, vt quãdo organum vicio laborat, aut interuallum est inæquale, & id genus alia, quæ proprio expensa sunt loco: intellectus verò qui est simplicior vis quam sensus, non est enim potẽtia organo insidẽs, vt sensus, non ob hoc est illis legibus subiectus, quib⁹ sensus: sed primo impetu res & entia intellectus cognoscens, notione vniuersalissima nusquã fallitur, si ibi sistat. Quãdo verò ad ea quæ minus vniuersalia, labitur sunt ad ea in quã, quę materiæ sunt in vicinio: qa materia multis subiacet lapsib⁹, multiq; errores in ea cõtingunt: obnoxia enim est transmutationibus multis. Subinde quoq; intellectus labitur sæpe falsitatis errore, nisi quãdo de minus vniuersalibus per illa vniuersaliora licet iudicare: vt per demonstrationem illa colligens. Quare intellectus & in proprios errores aduertit & sensuum. In suos sanè, quippe non habens principia vniuersalia opinabatur solem pedaneũ, vt rusticus homo putat, sequens sensus iudicium: instructus autem astrologia, proprium emendat iudicium. Et qui credebat idæas, audiens Arist. non credit. Itidemq; sensuum castigat errores. Sensus enim principia rerum nõ nouit, neq; à principijs ducit argumẽta in conclusionẽ. Quare nõ se potest sensus in sanius reuocare iudicium, nisi à superiore vi, quæ est mens reuocetur. Sensus verò non potest se corrigere multa: obrutus enim materia carceribusq; sensilium inclusus & repagulis organorum detentus, solum in hæc se fundit, quæ sensilia, & corporalia sunt: intellectus autem in vniuersa vagatur, omnia exquirit, atq; rimatur, vt liberior potentia quã sensus: non ꝙ ipse sit liber secũdum Durandi figmentum, sed est liberior à materiæ vinculis quam est sensus. Quamobrem intellectui versanti multa maior imminet deceptio, quàm sensui versanti pauca. Idcirco hęc sese admittunt, & ꝙ intellectus sit sensuum moderator, & ꝙ sit pluribus fallentijs obnoxius: quia non solùm in sensilia censurã suam adhibet, sed in intelligibilia vires suas exerit. Solum colligas corrigens sensum nõ ita fallitur intellect⁹, vt sensus: alioqui vt corrigeret. Quantæ autem sit deceptionis humana mens, ipse rerum vsus docet: in notitia enim diuinitatis, vt à principio rem inchoem⁹ quot fuerint errores, quis queat expendere? In cognoscẽdis rursum astris cælorum, motu, & natura, ordine, situ, in numerandis elementis, illorum qualitatibus, actione, & passione: in exquirenda materia, rerum vnitate, multitudine, in excogitando rerum primo principio, & fine, & alijs innumerabilibus, quot errores fuerint, ipsa scholastica disputatio quotidie manifestat. Quòd verò Aristo. dixit intellectum esse semper verorum, non de vi ipsa intellexit, de qua hic sermo est institutus: sed de habitu primorũ principiorũ quẽ vocat intellectũ Aristo. Platonis aũt verbũ non est interpretandũ in eã sentẽtiam, scilicet, intellectũ humanũ nõ esse fallacis iudicij: nam ipse in Theeteto opinionẽ distinguit in verã & falsam: sed voluit intellectũ quãdo in se regreditur, & per causas proprias, rerum librat iudicia, & non per indicia tantum forinseca,

Diligẽter expende.

Respondet argumẽtis prioribus.

Plato exponitur.

forinseca, non esse fallacē: sed si ad exteriora solum aduertit, & intimi libraminis nihil immisceat, tūc demū errore torquebitur. ¶Argumēto respōdetur, intellectus quādo decipitur, intelligit vtiq;: sed nō rectè, nam Aristo. ait, est intelligere rectè, & non rectè.

Plato. exponitur.

Tex. 153. ¶Phātasia enim, aliud est & à sensu, & ab intellectu. & eadem, non fit sine sensu, & sine hac, nō est existimatio. Quod autem non est eadem phantasia & existimatio, manifestum est. Hæc enim passio, in nobis est, cum volumus. præ oculis. n. est fingere: sicut qui in memoratiuis versant & simulachra faciunt. Opinari autem, nō in nobis est. necesse enim est aut falsum aut verum dicere.

¶Posset fortassis quispiā hæsitare, etiā si non sit intellectus sensus exterior, est fortè imaginatio, quam dicit phātasiam. Et huius sunt opera, quæ intellectui adscribuntur. Quod Aristo. latenter repellens ait. *Phātasia aliud est à sensu &c.* Et harū viriū discretio colligitur. Primò sensus & imaginariæ vis: nam sensus est sæpe sine imaginatione aliqua, vt quando præsentia sentimus, & de absentibus cogitamus nihil: id quod imaginatiōis est quæ absentis est: imaginatio verò nō est citra sensus operā: est enim imaginatio mot⁹ à sensu factus. Præter hæc imaginatio est sine intellectu aliquādo: sed intellectus nō sine imaginatione. Loco existimationis, hic legit Auerroes, consilium: quia sine imaginatione nō consultamus de agendis. Philoponus verò has voces distinguit, intellectus, cogitatio & existimatio. Intellect⁹. n. ea vis est, quę vniuersalia versat: cęterū hęc vniuersalia aut sola contēplatiōe assequitur sine discursu ratiōis, & hoc contēplatiui, inquit, intellectus aut ratiocinatione vtitur, & facit eā quæ Græcè dianæa, Latinè cogitatio dicitur: & larga vtētes vocis acceptione existimatio. & quanquā hęc ad propriorem exacta vocē diuersa sint, cogitatio & existimatio. i. vis cogitatiua & extimatiua: nam cogitādi vis est, quæ demonstratione colligit vniuersalia: vnde & huius vis scientia est operatio aut quilibet alter habitus, qui per rectā idoneam ratiocinationem colligitur: vt prudentia atq; ars. At verò quando non est idonea ratiocinatio, quę colligat & opinionem constituit, & vis hæc est existimatio. Quanquam hoc loco existimationis verbum non hac proprietate exigitur, sed vt cōmune est ad scientiam, prudētiam, & opinionem. Et sensus hic erit, secūdum hoc. Sensus neq; est imaginatio, neq; scientia neq; prudētia, neq; opinio, quæ vniuersa vna illa vox assequtur, existimatio. Et vtiq; sine imaginatione nō est existimatio. & imaginatio nō est necessariò socia existimationis. Sæpe imaginamur nihil existimantes. Plato verò in Theeteto cogitādi vim dixit, quæ discurrit in multa, & quando mens secum multa conuoluit, nihil definiens neq; resoluens, vt vis cōsultatiua in practicis, est vis cogitatiua in speculatiuis, tunc mens cogitat. Quando verò conclusionē habet proprij discursus, iam non est cogitatio, sed sciētia, aut prudentia, aut opinio, &c. Atqui si rem excutimus, cogitationis vox est ambiguæ significantiæ. Iam enim amplissimi ambitus est, vt quælibet mentis notitia dicatur cōsideratio, seu cogitatio, vt hęc intelligentia, scilicet, cogitatio, consideratio promiscua sint. Aut cogitatio proprius capitur id quod Plato significat & est vis discurrēs. Vnde & D. August. Platonicæ saliuæ gustū tenens, verbum Dei negat esse cogitationem. Etenim cogitatio est informis notitia, quæ laborat in discursu: verbum autem formata & perfecta notitia. Legito. 15. de Trinita. Dei. c. 16. Aut tādem cogitatio tertiò significat vim ipsam cogitatiuam, quæ sensus interior quidā est, humanæ naturę solū concessus: sensuum primas & arcē tenens: quia hæc vis discurrit per singularia quæ componit, atq; diuidit, vt post hæc dicemus. Quare ne mireris, si in tanta vnius vocis varietate multiplex sit sermo doctorum: quanquam non compertam neque mihi probatam habeo sentētiam Philoponi, quæ cogitationem in scientiam prudentiā, &c. retulit. *Quod autē.* Distinxerat imaginationem

Quid sit vis imaginaria.

Vt differant intellectus cogitandi vis & existimādi.

Tres acceptiones cogitatiui.

August. Platonicus.

Verbum Dei non est cogitatio.

Non probatur Philopo.

ginationẽ à sensu nunc imaginationem ab extimatione discernere instituit. Hic autem extimatio opinionem significat. Animo igitur est Arist. imaginationem probare, non esse intellectũ. Et hoc ordi tur à viliore facultate, quæ est opinãdi, quam dicet postea esse differentiam existimationis, qui iam probarat intellectum nõ esse sensum exteriorẽ. Nunc de interioribus aggreditur sermonem. Argumentum autem eius hoc est. Imaginatio nostro subditur arbitrio: imaginari enim possumus cũ volumus, opinari autem non possumus, vt volumus: sed opinio ingeneratur secundum qualitatem topici argumenti, quod affertur ad opinionem producendam. Quòd verò imaginatio sit nostri arbitrij, ostẽdit, ex simulachris, quæ sibi finxit artificiosa memoria. Qui enim impotentis sunt memoriȩ, naturæ vitiũ artis ope corrigere studẽt, vt simulachra fingant rerum memorandarum, vt qui velit ciuilia in memoriam conducere, ciuitatem, apud se fingit: qui domestica, domos: & id genus pro arbitratu: ergo volũtatis nostræ imaginatio est. At opinio non est arbitrij nostri sed argumẽti topici exigentis illam: nullus est enim qui nullo motus argumẽto opinetur, se esse canonicum aut episcopum futurũ. ¶Hæret aliquis in textu. Ecquid est quod ait, imaginatio est nobis sita? quãdo nobis inuitis multæ imaginationes subrepunt, non vocatæ, sed intrusæ, quas propellere curãtes non satis est nobis virium, sed hærẽt nobis repugnantibus. Simplicius & Philoponus concordi sensu locum hũc exposuerunt. Aristo. non esse audiendum, omnẽ imaginationem esse nostri arbitrij, aut vocare, aut depellere: hoc.n. experientia negat, sed qđ nostræ est potestatis imaginari vt libet, etiam si multa imaginemur, quæ nõ libet imaginari. Et hoc satis argumento. Nam nulla est opinio quæ nostri sit arbitrij, nisi adsit argumentum, quod illã colligat & ipsa voluntatis affectio. Quod dixerim, nam quædam opinamur citra argumenta: vt nobis est infixa opinio matres, scilicet, diligere filios. Quam propositionem propositã statim credimus sine argumẽtorum collectione: & multa sunt huiusmodi quæ sic opinamur. Et prætetea quando in æquilibri sunt argumẽtã colligentia hanc propositionem & eius contradictoriã & non ex voluntatis imperio. Bellum est committẽdum in Turcas, ipsa sæpe voluntas suo imperio mandat vnius partis opinionem. Et prȩterea dãda est vna prima opinio. Nam si opinor, hãc matrem affectu materno prosequi filiũ suũ, est qa ducor illa propositione vniuersali, oĩs mater diligit filiũ suũ. Quæ nõ est p se nota: quippe nõ semper vera, sed ꝓbabilis est, & opinabilis. Huius autem propositionis opinio in alterius propositionem, opinionẽ non reducit: non ergo semper argumenta topica sunt necessaria opinioni generandæ. Iã dicet aliquis, si aliqua opinio est à voluntate, illa erit imaginatio contra Aristo. Obserua igitur ne turbent nos argumenta hæc, quasdã esse probationes per se opinabiles, quas nõ ratio colligit, sed ipsa terminorum cõnexio mouet, vt matres omnes diligũt liberos suos, aut hæc: quilibet homo quærit sibi vtile, & id genus. Aliæ verò sunt, quæ per se non sunt opinabiles, nisi argumentis topicis suadeantur. vt quãtum nõ est quantitas, relatio nõ est substãtia, & id genus. Vt etiã propositiones quædam sunt per se notȩ, aliæ non sunt per se notȩ, sed per alias, vt eæ sunt quas demonstratio colligit. At verò etsi videatur aliquãdo opinionem aliquam ex sola pendere voluntate, tamẽ neutiquam sic est, sed si non adsit argumentum topicum, ipsa connexio terminorum sufficit ad generãdam opinionem loco argumenti. Et quando res est seu problema in æquilibri & ad contradictionis, ambas partes sunt æquè vehementes rationes etsi volũtatis videatur, illa vnius partis opinio esse, non tamen solius est: quia adsunt argumenta. Bene ergo & consultè dixit Arist. opinionem, non esse voluntatis, id est, solius, intellige. Alioqui plurimam vim opinando voluntatis imperium habet, quæ sæpe imperat & determinat intellectum, vt asserat, a, potius quam, b, Et homo bellicosus etiam si ratio nõ persuadeat bella gere, potius quàm à bellis quiescere, ex animi impetu & ferocitate opinatur bellũ oportere committere, vt diximus. Ita in scientijs accidit, etiam si argumenta non conuin-

Imaginatio vt est volun-taria.

Defectus memoriæ vt arte compensatur

cõuincũt, affectio in autorẽ opinionis, vt S.Tho. aut Scotum, vt credamus illis, mouet. Est tamen opinio aliqua quæ solum ex ratione pẽdet, vt si falso quis deceptus rationem quandã tantum apud se faciat, vt credat demõstrationem ineuitabilem quæ nõ superat argumẽti vnius topici vires, huius; hominis opinio necessario ingenerabitur, quę falso nomine sciẽtia credetur ab illo, & quod verbi illius est Aristotelis existimatio grecè est hypolipsis quæ opinionẽ significat, aut suspicionẽ &c. quod autẽ hęc opinio nõ sit in nobis .i. in nostra potestate opinio est ex eo qđ oĩs opinio aut vera aut falsa est, veritas verò & falsitas rei est nõ volũtatis nostrę.

Tex. 154 ¶ Amplius autem cum opinamur difficile aliquid aut terribile, statim compatimur. similiter autem est, & si fuerit tale vt in illo sit confidendum. Secundùm phãtasiam autẽ, similiter nos habemus, sicut qui considerãt in pictura quæ difficilia sunt, & ea in quibus est confidendum. Sunt autem & ipsius existimationis differentię, scientia, & opinio, & prudentia, & contraria horum. de quorum differentia, alius sit sermo.

¶ Secundam molitur collectionem, qua colligat, id quod decreuerat, opinionem non esse imaginationẽ. Nam opinio nos afficit aut terrore, si mala opinamur nobis impẽdere, aut nos afficit gaudio, aut confidentia, & spem futuri boni donat si nobis adsit illius boni vehemens opinio. Imaginatio verò non terret, neq; lætificat, sed perinde se gerit imaginando animus, ac si in tapete picto oculus leones, tigres, virẽtia & poma cernat, quorũ aspectu nihil noui affectus ingeneratur, aut timoris, aut cõcupiscentiæ: quia ille credit illa esse picta, & quæ nullarũ sunt viriũ. Sed qui opinatur veritate ducitur, aut falsitate. Obiecerit quispiã in Arist. bruta imaginatione reguntur, vt ipse .2. libro fuit autor: & bruta variis afficiuntur affectibus sola ducta imaginatione: non ergo imaginatio est expers affectuũ. Sed dicendũ est, bruta si solã imaginationem assequerẽtur, & nihil aliud citra illã haberent, nullũ sentirent affectũ. Verùm cum imaginatione adest iudiciũ iudicãs quædam cõducẽtia esse, alia noxia: quare vel sequũtur vel fugiũt. Itidẽ & in somniis simulachra rerũ terrẽt, ac lætificãt: nõ sola imaginatio est quę hoc facit, sed iudiciũ: & assẽsus, aut dissensus volũtatis. Nã qui somniãs iudicat se inanibus vmbris agi, & non rebus, vt multis accidit somnia iudicare esse somnia, isti qui vmbras inanes & nõ res credunt imagines ipsas, nõ afficiuntur aliquo affectu. Quamobrẽ est verum, quod Aristo. dixit imaginationẽ solam affectus nõ esse effectricẽ, vt opinio ipsa: bruta verò etiã si iudicẽt verum, & falsum de rebus contingentibus: nõnunquã enim fallũtur, vt canis credẽs panis vmbrã seu speciem subtus aquas esse verũ panẽ aquas ingreditur, vt panẽ capiat non tamen est opinio illa quam canis de pane habet: quippe nõ ratione iudicium illud collectũ est sed sensu. Et demum, vt hunc locũ finiamus, has accipe differentias .4. opinionis & imaginationis. Prima est opinio de contingẽtibus: nemo enim opinatur quod credit impossibile: imaginatio verò etiã impossibilia machinatur fingit enim hyppocẽtauros, chimeras, aureosq; mõtes. ¶ Rursum secũda differẽtia opinio est iudiciũ verũ, aut falsum: imaginatio neq; veri, neq; falsi iudex (saltẽ secũdũ Auicenã) de qua re infra imaginatio solũ est aprehẽsio typorũ, aut simulachrorũ: vnde nullũ incutit affectũ. Quare crediderim secũdum dogma peripateticum iudiciũ esse necessariũ cuiuis affectui excutiẽdo: alioqui quid causę est, quod imaginatio terribilium non est timida, nisi quia imaginatio nõ iudicat, quod hoc nocebit malum quod imaginatur? Vnde & grecũ sibi aptatur nomẽ, phantasia: quia solas videt apparẽtias rerũ. ¶ Tertia differentia, imaginatio est hominibus volũtaria: opinio nõ est volũtaria, vt paulò antè explicabamus. ¶ Vnde est discrimen 4. opinio genitrix est affectuũ, vt timoris spei, lętitię &c. Imaginatio autẽ non hos generat modo sola sit fine iudicio. Nam etiã si quis imaginetur thesauros, nõ delectabitur, nisi iudicet se habiturũ. Confi

Quatuor imaginationis & opinionis differentiæ.

Iudicium est necessariũ affectibus habendis.

cias ex omnibus imaginationē esse hominum & brutorū: opinio hominis tantum est. *Sunt autē ipsius existimationis.* Hoc loco & superiore loco prolepsim habet litera græca: & nos quoq; dicebamus interpretari opinionē, aut suspicionem. Hic verò Aristo. amplius fundit vocis huius significātiam, vt existimationem velit esse cogitationem, secundū latam vocis significationem: vnde ait existimationis autem differentiæ sunt scientia, prudentia, & opinio & quod probauerat de opinione, quæ infima est existimatio inter has enarratas, differentem (inquam) esse ab imaginatione: vehementius probasset de scientia & prudētia, quę mētis sunt digniores existimationes, seu cogitationes, quā sit opinio. Sed probatum reliquit in viliori, vt inde de dignioribus probatū credas. Cōmēta. Auerroes nescio quid hic somniat per æstimationem volens consilium, & consilium permiscet cum fide, & fidei ait esse differentias sciētiam, prudentiā, &c. Quæ me malè habent, & Aristo. vt vides non conueniūt. *De quorum differentijs,* idest. vt differant sciētia, opinio, prudentia, & 6. liber Ethicorum tradidit & liber posteriorum resolutionē. Libro enim secūdo cap. postremo opinionem & scientiā dixit mentis esse habitus, at sciētia est habitus non fallens, sed semper verus: opinio fallit nōnunquā, vt ratiocinatio. Cōmentator in librum de sensu & sensili retulit hunc Aristote. locum putans esse sermonem de imaginatione & sensu. Sed prior sensus est germanus, *& contraria* contrarium scientię quod ignorantia est, & prudentiæ contrarium imprudentia, & opinionis cuius cōtrariū vacat nomine, hæc contraria sunt existimationis differētiæ, & hic ignorantia pro errore capitur. Sed de his alibi est locus disserendi.

Existimatio vel prolepsis

Imaginatio nō est sciētia nō prudentia non opinio.

Tex. 155. ❡De ipso autē intelligere quoniā diuersum est ab ipso sentire, huius autē aliud phātasia esse videtur, aliud existimatio, cū de phantasia determinauerim, sic & de altero dicendū erit. Si igitur phātasia est secundū quam phantasma aliquod nobis fieri dicimus, & non si quid secūdùm metaphoram dicimus. vna quædam est harum potentia, aut habitus secundū quem discernimus, & veri sumus aut falsi. huiusmodi autem sensus, sunt opinio, scientia, intellectus.

❡Superior exactusq; sermo imaginationem secreuit ab intellectu. Præsens autē locus sensum discernit ab imaginatione. Et dictio est paululū obscura: sed obscuritas est: quia intelligere confundit cum imaginatione: intelligere geminū ait esse: aliud est quod est imaginatio, aliud verò quòd est existimatio. De qua hactenus meminerat. Itaq; Aristo. fuso vocabulo phantasiam etiā vocat intellectū, & non quod secundum rei proprietatem intellectus sit phantasia, vt ipse idoneis instrumentis rem probauit: sed quia multi (vt commentator exposuit) ita censent decepti imaginationis vim esse intellectum. Quod ergo dicit tale est. De ipso intelligere, quod sit aliud, quā sentire, prædiximus. *At verò intelligere aliud est phantasia aliud existimatio.* Primùm est abusus vocis, alterū proprietas est. Caue fallaris putās pronomen *huius* demonstrare sibi proximum sentire, idest. *Ait enim de ipso autem intelligere quoniā diuersum est ab ipso sentire, huius autē &c.* Non ad sentire proximū referas demōstrationem pronominis huius. Nā sentire nō est existimatio. Hæc.n. est opus mētis, vt diximus, in antecedēs igitur intelligere.s. referenda est indicatio. nā sentire nō est duplex, imaginationis alterū, alterum existimationis: sensus igitur hic esto. Cùm de phantasia determinauerimus nō esse intellectum, iam de sensu aggrediamur, ipsum sensum diuersum esse à phantasia. Et hæc vox sensus exteriorē sensum ostendit, hoc loco. Neque modo de phātasia illa mentio est, quæ per similitudinē est, vt sensus exterior deceptus aliquādo imaginari creditur, & non sentire verè. vt visus quando deluditur. Rursum vt paraphrastes Themistius ait, phātasia secundū metaphorā & similitudinē de sensibus, de intellectu, & mente dicitur. Nā in hæc sæpe trāsferimus imaginationis vocem, vt intelligere etiā dicatur imagi-

Intelligere nō vno modo apud Arist.

Phātasia vox multiuoca.

imaginari. Sed reiecta hac significantia, quæ est impropria, & secundũ translatio nem vocis huius phantasia, hoc loco de propria sermo est. Ait igitur. *Si igitur phantasia est secundũ quod phantasma aliquod nobis fieri dicimus.* Quorum verborũ sentẽtia non est obscura. Definit phantasiam, vt propria est vox, significãs, vim quãdam irrationalem, per quã phantasma, seu imagines rerũ nobis offerũtur in rerũ absentia. Nam à definitionibus metaphoræ sunt reiiciendæ. Hæc igitur phantasia, *Vna quædam est.* Idest, erit vna potẽtia, vel habitus quib⁹ discernimus verũ à falso, & aduertẽ sensum hic dixisse Aristote. discernere verũ à falso, nõ quia sensus scit, quod sit verũ aut falsum, sed quia habet iudiciũ verũ & falsum, vt supra diximus. Hęc vis tamen imaginãdi secundũ, quàm phantasmata, i. visa & apparentia spectra fiũt. non est vna potentiarum vel habituũ secundũ quæ descernimus verũ & falsum. Nam scientia est habitus verus, opinio vera nonnunquam, sensus & vera iudicat, non vt habitus, sed vt potentia. itidemq́; intellectus, qui etiã est verus habitus, & nũc nõ de vi intelligẽdi sermo est. Nihil ergo horũ est phantasia. Et primũ non esse sensum ostẽdit Aristo. Aduertamus autem ante quã probationẽ doceat Aristo. in voce illa imaginatio metaphorica, nõ cõsensisse grecos interpretes. Philoponus etenim duplicẽ imaginationẽ, quandã spõtaneã quã nostro subdidit arbitrio, vt qui imaginatur hostes, & bella, pro suo collubito. Et aliã tradidit imaginationẽ non spontaneã, quæ trãffertur à reb⁹ visis & sensatis, quæ sibi arripit imaginandi vis, vt cõponat figmẽtum, quod rerũ natura non habet: vt ex equo & tauro hippocentaurũ. Et hæc nobis accidit inuitis componẽte imaginatiua rerũ verarum simulachra. De hac autẽ imaginãdi vi nõ sermo Aristo. audiendus: nã hæc imaginandi vis iudicatiua est veri & falsi: quia figmenta illa iudicat fallacia mõstra, & res ex quibus figmẽti illud genus cõstat, veras discernit. Vt equũ & taurũ. Cæterũ vis illa imaginãdi, quæ spõtaneè imaginatur, est phãtasia, nõ per similitudinẽ: & hanc accipit locus hic Arist. Ego tamẽ assentio Themistio, quem sectatus est Auerroes & iusta ratione, & nõ audio

Quid vis imaginanti seu phantasia.

Phantasia nõ sensus.

Non opinio nõ intellectus.

Phantasia geminã & spõtanea, & nõ spontanea.

Philoponus reiicitur.

Arist. de huiusmodi phãtasia spontanea & nõ spõtanea, sed phantasia quã secundũ traslationẽ vocat Philo. quã diximus sensum, & intellectũ. vt iam exposuimus Quinimò crediderim nullã imaginationẽ esse discretiuam veri, neq; falsi, sed solũ apprehẽsiuam formarũ siue formę sint verę, vt species hominis, atq; equi, seu falsę, vt species hippocẽtauri. Sed ait aliquis si imaginãdi vis nõ est discretiua veri, aut falsi, quid est quod Aristo. probat ipsam nõ esse habituũ aliquẽ qui discernat verũ à falso? idest, neq; scientiã, neq; opinionẽ, neq; intellectũ insinuãs illa esse discretiua, sed non hos habitus esse. ¶ Præter hæc phantasia apparẽtias facit: apparere autem vel apparẽtia, quæ est opus phãtasiæ indiciũ videtur. Et Diuus Thom. in cõmentario, phantasiã donat iudicio. Verum de hac re disputatio differet in commen. calce. Diximus autẽ intellectũ hoc loco habitũ illum semper veracẽ esse subaudiendũ, non potentiã, quæ nõnunquã vera est, nõnunquã falsa, vt Cõmentator Themistius, Philoponus, Diuus Tho. intellectũ hic habitũ semper veracẽ voluerũt: quia inter habitus adnumeratur, sciẽtiã, inquã, & opinionẽ. Verum cum etiã meminerit, sensus qui non est habitus, sed vis animæ solũ, argumẽtum hoc non colligit: sed quod Aristot. paulò infra dixit magis probat: ait enim imaginatio nõ est eorũ, quæ semper vera sunt, vt intellectus, & scientia. Quo sermone superiora visus est explicasse, se de habitu intellectus qui semper verax est & nunquã fallax sermonem habuisse.

¶ Quod igitur non sit sensus, manifestũ ex his est. Sensus enim: aut potentia aut actus est, vt visus, aut visio. apparet autẽ aliquid, etiã neutro horum existente, vt quæ in somnis. Postea, sensus quidẽ semper adest, phantasia autẽ non. Si verò idẽ esset quod actus, omnibus vtique contingeret bestiis phantasiã inesse. videtur autẽ non, vt formicæ, aut api, aut vermi. Postea, sen- Tex. 156.

ſus quidẽ veri ſemper, phantaſiæ autẽ plures falſæ. Amplius autem nõ dicimus, cum operamur certe circa ſenſibile, quod videtur hoc nobis homo, ſed potius cũ nõ manifeſte ſentimus, & tũc aut verus eſt aut falſus. Et ꝙ quidẽ diximus prius, apparẽt & cõniuẽtibus viſa.

¶Dubitat aliquis, quid eſt quod Ariſto. iſta quatuor memorat ſolũ ſenſum, intellectum, ſcientiã, & opinionem, vt ab iſtis diſtinguat phantaſiã? Multis autem aliis ſuppreſsis, vt arte, ſapientia, prudentia, fide, ſuſpicione. Hoc dubiũ latinorũ eſt, & non Græcorũ, quod ſic abſoluũt, non temerè factum, ſed hac cauſa. Nam ſeculo Ariſt. hæc ſolum inuenta erant: nõ cæteri habitus. Id quod cũ ipſa veritate pugnat. Plato nãq; de arte prudẽtia, ſapientia, meminit frequẽtiſsime. Probabilius autem alij dixerunt, vt Aegidius ad hæc quatuor relata ferè cætera reduci. Nã cognitiones intellectus, quæ incertæ ſunt, in opinionẽ legitimè referũtur. Eſt enim opinio incertus mentis habitus. Et cognitiones certæ, aut ſunt principiorum, & iam eſt intellectus: aut concluſionum eſt ſciẽtia: hoc ſi ſint in ſpeculatiuis. Prudentia autem & ars, quia certi ſunt habitus, illa agendarum, hæc verò faciendarũ ſub habitus concluſionũ concluduntur. Sapiẽtiæ habitum, qa vtrũq; colligit & principia & concluſiones legitimè ſub primis illis principio & concluſione intellectũ volumus. Quòd igitur nullã horum quatuor eſſe phantaſiam ſit oſtenſu rus Ariſto. à ſenſu ſibi fecit initiũ. Et primũ hoc colligit diuiſione præmiſſa. Senſus aut eſt potentia, aut eſt actus. Itaque viſus eſt ſenſus, & viſio ſenſus: at verò quod phantaſia neq; viſus ſit, neq; viſio, inde apparet: nam nulla viſione extãte, & viſu ligato ſomno, phantaſia adeſt voluens rerum ſimulachra. Vnde & ſomnia nobis cõtingũt. Quod ſi ait aliquis fortè ipſa potentia, quæ viſus eſt, phantaſia eſt etiã ſi nõ ſit actus ipſe, hic audiat viſum, & ſenſum exteriorem quencunq; alium à ſomno corripi vigilãte phãtaſia. Nõ ergo ipſę potẽtię exteriores eſt phãtaſia. *Poſtea ſenſus quidẽ ſemper adeſt.* Colligit Philopon⁹ ſex imaginatiõis & ſenſus diſcrimina ex Ariſt. Primũ diximus, imaginatio eſt in inſomniis: ſenſus verò tũc cõquieſcit. Alterum verò quod modò Ariſto. docet, ſenſus ſemper adeſt animalibus, non tamen imaginatio: infantes enim recẽter editi ſenſu fruuntur, non imaginatione. Namq; iſti vbera matris non diſtinguentes in principio, quæuis vbera ſuggunt: ſeu bouis, ſeu capræ. Quando autem maior ſuppetit rerũ notitia, matris ſola vbera tenẽt, alia reſpuũt. Id quod contingit, quia non habent in imaginatione repoſitas ſpecies vberũ maternorum: ideo indiſcriminatim vniuerſa arripiũt. Atqui ſimulatq; nouerint hęc vbera eſſe matris alia negligũt. Et inflãmas accenſas man⁹ admouẽt pueri pulchritudine flãmarũ decepti, id quod eſt, quia nondũ phantaſia nimio capitis humore detenta operatur: ſeparãtur ergo imaginatio, & ſenſus, in vigilia infantiũ & in ſomno adultorum. *Si verò idem eſſet.* Tertium diſcrimen ſenſus & imaginationis hoc eſt. Nã omnibus animalibus ſenſus præſtò eſt. Verũ phantaſia imaginatiovè multis animalibus non cõtingit, muſcis, formicis, & apibus. Et ne hic locus ſuperioribus obuerſetur, hic ſermo eſt de phãtaſia determinata & perfecta: quia alioqui vniuerſa, quæ habẽt appetitum animalẽ & imaginationis vi gaudent. Quòd verò hæc nõ potiantur phantaſia determinata, experiẽtia ſola oſtẽdere poterit. Muſcã etenim nimis errabundam & vagantem ad uertimus priuſquã in locum quem deſtituerat impingat. At verò apes cum longo tractu à propriis alueis abactę, in eadẽ aluearia nouerint cõuenire, vnde diſceſſerũt, illis eſſe determinatã phãtaſiã, videtur. Philop. duplicẽ diſtinxit phantaſiã & recordatiuã, & diſciplinabilẽ. Brutis conceſsit priorem: poſteriorem negat niſi quibuſdam. Nam pſittacus humanũ ſermonẽ efferre conatur, ab homine doctus. Turduli quoq; loquaces ſunt. Hæc & alia huiuſmodi habẽt phantaſiã: quæ doceri poteſt, ſed nõ oĩa bruta, vt formicæ, apes, vermiculi, qui edoceri nequeũt, quorum hic meminit Ariſtote. Cæterum cùm hæc phantaſia, quæ doceri poteſt, quæ

Differẽtia. 6 imaginationis & ſenſus

2. de Anima text. 20.

An apes habeãt certam phantaſiam.

etiam in multis animalibus, desideretur, quæ verè habent phantasiam, vt in muribus, anguib⁹, piscibusq́;. S. Tho. credidit, formicas, apes, & id genus, phantasiam illam memoratiuam perfectam nõ habere, non solum illam disciplinæ capacem, quam Philoponus concessit bestiis quibusdam. Et si attente aduertimus, apes regressæ in aluearia & foramina præsentia habentes, volitantes circũ circa aluei vix aluei foramẽ reperiũt. Quod est imaginationis imperfectæ argumentum. Sagacitas autem miraq́; in conficiẽdo melle industria, non est imaginationis (autore Diuo Thoma) sed naturalis impulsus. Cõmentator verò artificio apum ductus, & formicarum diligẽtiam in horreũ grana coaceruãtium cõsiderans, apes & formicas phãtasiam perfectam habere concessit. Et exemplũ Arist. negligit, Ego verò nõ negligo, sed dico Arist. dixisse sub disiũctione, vt formicę, aut apes, aut vermes: ideò sat est si vermis sit sine phantasia, ab absentib⁹ aũt mouẽtur apes, & formicæ. Sunt ergo imaginationis perfectæ. Cui ego lubẽtius subscribo, quam aliis: quia defensio Pauli dicẽtis apes dũ sunt præsentes operi, memorãtur aluei, si non essent præsentes, & incunbẽtes, non sentirẽt, aut memorarentur aluei, nulla est: quia nobis satis sit apes, & formicas longo interuallo distãtes absentis aluei memorantes locum horrei, certo tramite illo remeare, vt absentis aluei credamus retinere formas. Et dicere cum S. Tho. hoc esse naturalis apprehensionis & inclinationis: quando enim operatio est manifesta imaginationis, negare vim imaginandi, non video cur sit rationi cõsonum. Et eodem accedãt Aristo. lib. 9. de Historia, cap. 40. dixisse apes habere regem, qui si aberrauerit ab apibus inquiritur, & odoratu sagaci regem quærunt, donec inueniant. Et alia multa in eo denarrat loco, quæ sunt imaginationis perfectæ. *Postea sensus quidẽ veri semper* quartũ est hoc discrimen. Sensus est veri semper si nullum adsit, quod impediat. At verò imaginatio submoto impedimento sæpe fallax est: quia quæ non sunt fingit nõnunquam. *Amplius non dicimus.* Discrimen quintum cum sensus circa sensilia operatur, nõ dicimus: hoc mihi videtur, vt si videro colores, aut audiero sonos nõ videntur mihi soni: sed dicã video colores, audio sonos. Phantasię autem est non ipsa rei sensio, sed apparentia. Me imaginante alba, non dico alba video, sed imaginor alba. Quòd si sensus exilis imaginatio dicatur, vt qui à longè rẽ viderit, quã non discernit, ait imaginor esse hominẽ, verũ etiam si hoc cõsuetudo loquentium admittat, philosophia negat, visum aut sensum imperfectum esse imaginationem: nam imaginatio & sensus non discernũtur, vt perfectus homo, & imperfectus homo: sed sicut ea, quæ speciem subeunt diuersam. Sensus igitur nõ solus is perfectus est, & non decipitur, vt visus coloris &c. Sed visus exilis nõ est phantasia, vt visus eorũ, quæ remota sunt valde. Nam hic sensus imperfectus sentit aliquid, etiã si imperfectè & iudicatur, aut verum aut falsum, quod is qui videtur procul, aut homo, aut arbor est. Phantasia autem nõ est huiusmodi: illa non sentit aliquid, etiam si videatur sentire. *Et quod quidẽ diximus prius.* Hoc est discrimen postremũ, quod seiungit imaginationem & sensum: nam clausis oculis imaginantur colores, & tamen non sentiũtur. Boetius hîc legit cõniuentibus. Sanctus Tho. legit dormientibus. Vera autem textus dictio est clausis oculis, vt Themistius Philoponusq́; legunt. Et Græcè καὶ μύσασιν ὁρᾶματα idest, claudentibus oculos, & Argyropylus benè uertit. *Atq; nobis (quod paulò ante dicebamus) clausis oculis visa videntur atq; apparent* quasi apertiùs Aristo. dixisset, si esset imaginatio exteriorũ sensus esset maximè visus propter visus dignitatẽ. At nõ hic quippe claudẽtibus nobis visum, cessaret imaginatio, & diuersum est: quippe clausis oculis multa imaginamur: non est ergo visus imaginatio. Satis ergo patebit, vt imaginatio non sit sensus: sunt ergo summatim rationes sex, quæ sensum & imaginationem separant, quas tu colliges priora legens.

¶ At verò neq; eorũ qui semper veri sunt, vllus erit, vt scientia, aut intellectus. est. n. & falsa phãtasia. Relinquitur igitur videre, si opinio sit Fit eñ opinio, & vera & falsa. sed Tex. 157

opinioni quidẽ, inhæret fides. non em̃ cõtingit opinantẽ, iis quę vidẽtur nõ credere. bestiarũ autẽ nulli inest fides, phantasia autẽ multis. Amplius, omnẽ opinionẽ, sequitur fides. fidẽ autem, persuasio. per suasionẽ autẽ, ratio. bestiarum autem quibusdam phãtasia quidem inest, ratio verò non.

¶A facultatibus rationalis animæ propriis, seu habitibus secernit imaginationẽ: & ab intellectu, sanè & scientia. Nam hæc vera sunt semper, phãtasia fallax est nõnunquam. *Relinquitur igitur videre.* Dubij pondus est & phãtasiam ab opinione secernere, quã iam supra discretam ostenderat. Rursum hoc inculcans ait, ne fortè quispiam hoc argumento delusus credat esse vnum & imaginationẽ & opinionẽ. Nam hęc duo & sunt vera & falsa: aliquãdo imaginatio vera, & aliquãdo falsa, similiter opinio. ¶Verum argumentum ostendens hæc diuersa, est. Nam vbi opinio est, & fides est, sed bruta fidẽ non possunt habere: ergo neq; opinionẽ. Quòd aũt à fide sint bruta aliena penitus eò est, quia fides à persuasione est, bruta autem non sunt, quæ persuadeantur. Quamobrem nulli brutorũ est fides. Multis autẽ, adest, phãtasia. Non ergo idẽ. Sermo autẽ hic de fide humana est audiendus, quã hìc Arist. nõ distinguit ab opinione, sed omnis qui opinatur fidẽ habet eorũ, quę ipse opinatur. Est opinio sanè credulitas quædam formidolosa. Quartus autem topicorũ. cap. 5. fidem definit esse vehementem opinionem: vnde & fides erit exilis opinio, sed nostra nihil interest sic aut aliter opinionem dixeris: modò credideris omnẽ opinionem esse quodam modo fidẽ. Et hoc seruit huic præsenti negocio. ¶Porrò Aristo. non temerè. Rursum modò diuersam esse opinionẽ ab intellectu ostendit: nã superiore sermone, videlicet tex. 153. de vi intellectiua considerans illam à facultate opinandi discreuit. Hìc autẽ de habitu intellectus est institutus sermo, quem dixit semper verum, eaque causa nõ esse opinionẽ, quæ falsa plerũq; est. Quod verò repetit imaginationẽ nõ esse opinionem, id quod superius demõstrauerat eò factũ arbitror, quò propriũ subiectum opinionis intellectũ esse colligamus. Siquidẽ à brutis omnibus remouetur, sed quãtum tenebamus ex priori doctrina, solum erat opinionem esse non spontaneã: id solùm nõ tollit eam à brutis, ipsam. s. non esse spontaneam, vel voluntariam. Cęterum cum opinio sit fides & fides persuasione concipitur, quam bestiæ concipere non possunt, ideo opinio bestiarum non est, sed solius rationalis est facultatis. Atqui Aristo. vt rem liquidam dimisit, bestias non persuaderi: quas tamen dicet aliquis persuaderi. Siquidem serpentes incantationibus parent maleficorũ, & canes obediunt heris suis præcipientibus saltationẽ in gratiã Hispani regis, aut Galli, & verberibus subiguntur indomiti equi, & id genus multa. Respõsio, incantatio duo habet & verba, quę promit & vim dęmoniacam, qua operatur: vt verba continet, nihil apud serpentẽ & alia animantia operatur. Serpens enim nihil intelligit vocum illarũ: vis tamen diabolica est quæ incantat, & immobiles illas reddit. ¶Saltatio verò canis quæ videtur suasu heri operi mandari, nõ est persuasionis, quia canis. s. persuadeatur: sed quia timidus canis verberũ vim memorans, quã passus est, non saltãs, causa est saltationis. Assuetus est. n. huic operi, nõ quod voces intelligat, sed quia timeat verbera. Itidem de equo, qui flagella formidãs obtẽperat domitori.

Bruta nõ opinantur neque fidem habere possunt.

An bruta sunt persuasionis capacia

¶Manifestũ est igitur q; neq; opinio cum sensu, neque per sensum, neq; cõplexio opinionis & sensus, erit phantasia: & propter hæc, & quia nõ alia quædã est opinio, sed illa quæ quidẽ est cuius est & sensus. dico autẽ, ex albi opinione & sensu, cõplexio, phantasia est. non enim ex opinione quidẽ boni erit, sensu autẽ albi. Apparere igitur, est opinari quod quidẽ sentit non secundum accidens. Tex. 156

¶Itria

Locus obscurus Aristo.

¶Tria sunt, quæ probanda profert Arist. & phātasiam non esse opinionē cum sensu: neq; phantasiā esse opinionē per sensum, neq; esse cōmixtionē sensus & opinionis. Locus aūt hic est subobscur⁹, neq; ptōptā habet intelligentiā. ¶Aduertendum in primis est Platonē in Sophista distinxisse hęc. 4. cogitationē, orationē, opinionem, & phantasiā. Cogitatio est ipsa mētis colloquutio, per quam secum multa mēs voluit discurrendo. Et quando secum hoc agit sola mēs, cogitatio est, quādo verò ore promit, oratio est, quādo autem suā cognitionē colligit, cogitationis propriè conclusio est opinio. In qua, inquit, cōclusione est cōmixtio opinionis & sensus. Si verò affirmamus & negamus per sensum phantasia est. Et propter alia de vi phātastica in hoc libro cōmemorata Themistius & Philoponus credunt, hoc, quod locus iste meminit, esse in Platonem dicta. Atqui Themistius Platoni tribuit hanc sententiam, imaginatricem facultatem, non aliud esse quam sentire aliquid & ita opinari, vt sentitur. Et Themistius Simplicius Philoponusque Platoni magis amici hāc asserūt dicētes Platonis sentētiam verā esse, imaginationem esse commixtionem ex opinione, & ex sensu: nō ꝙ hæc cōstituat imaginationem, vt partes totum, sed quòd imaginatio media est inter sensum & opinionem. Nā imaginatio plerūq; fallit, sensus plerunq; non fallit. Opinio verò minus certa est quam sensus, & certior imaginatione, qui si rectè philosophantur nihil dissentiunt Plato & Aristo. Sed quale quale hoc fuerit, nos Aristo. exponamus, tria hæc, quæ proponit, non vno modo exponūtur. Nāque Philoponus intellecta voluit hoc pacto imaginatio nō est opinio cum sensu, idest, nō habet hęc duo in causas effectrices imaginatio, & sensum. s. & opinionem, hoc est, imaginatio cum sensu, vt si diceret aliquis habuit in artifices domus, huius Petrum cum Ioanne. Neq; opinio est per sensum, idest, quod imaginationis sit causa præcipua opinio. Sensus autem instrumentaria causa, vt chirugus per scalpellū scindit venam. In hunc modum locū istū elucidat Philoponus. D. Thom. diuerso incessit calle, imaginatio ait, non est opinio cū sensu, vt sit imaginationis essentia opinio, habens tamē concomitantē sensum. Neq; imaginatio est opinio per sensum, vt sit opinio, rursum ipsa imaginatio secundū essentiā, habeat tamen sensum causantē. Neq; imaginatiua est complexio, ex opinione & sensu, secundū essentiā causata, vt homo ex anima & corpore. Alij verò latini interpretes, imò & Græcus Themistius, nō hęc sic mēbratim distinxerūt, sed per hęc solū voluerūt imaginationē non esse cōflatū aliquod ex opinatione, atq; sensu. Et huius rei probationē ex tribus ducūt hypothesibus. Prima est, compositio duplex est: alia per se, quæ rem cōponit ex partibus essentiæ, vt hominē ex corpore & anima: & est alia per accidens, quæ rē componit secundū accidens, vt homo albus ex albedine cōponitur. Cum ergò dixerit Plato, vel quiuis alter imaginationem componi ex sensu & opinione, alteram istarum cōpositionū refugere non poterit. ¶Secunda hypothesis sit hæc, credēs, aut cōponens imaginationem ex opinione & sensu, nō poterit illam sic cōponere, si opinionem & sensum duorum capiat obiectorum, vt sensus albi & opinio dulcis vnā componant imaginationem. Nam cùm opinio sit vnius obiecti, vt ergo opinio & sensus diuersorum obiectorū vnam conflabūnt imaginationē? ¶Tertia sit cum sensu falso est sæpe opinio vera, vt sensus sentit solem esse pedaneum: opinio verò credit maiorem terra vniuersa, quam habitamus. Iam ergò colligamus impossibilem esse, sentētiam assumptam si illa opinio, qua exempli causa creditur solem esse terra maiorē, & sensus falsus componunt imaginationē vnā fieri nō poterit, nisi cōueniant & opinio & sensus. Nam si sibi non consentiunt vt vnū ex illis duobus coalescet? sensus autem est stabilior, quam opinio quæ satis varia est: opinio igitur consentiet sensui, vt conflet imaginationē. Hoc autem est impossibile, vt infra ostēdetur: igitur nō componitur ex illis. ¶Verum sine strepitu harum hypotheseon Arist. literam explanemus: quia re vera istæ hypotheses non sunt huic loco necessariæ, vt ex nostra expositione palam erit. *Manifestum ait quod neque opinio*, idest, quod hæc duo imaginationem non generant, opinio, & sensus

Platonis & Aristo. consensus.

Cogitatio opinio, oratio & phātasia quid Platoni

3. Hypotheses

Autor græcos hic nō recipit.

sus. Neque hæc duo opinio & sensus, vt ars & instrumentum efficiunt imaginationē, neq; ex his tribus cōmiscetur, *& ait manifestū*, & propter hæc quæ diximus hactenus opinionē. s. nō esse voluntariā. Verū imaginatio voluntaria est. Vt ergò cum hęc pugnēt voluntariū, & non volūtarium sic & imaginatio & opinio erunt pugnantiū naturarū, nō igitur constituere potest opinio imaginationē. Adde sensus plerunq; pugnat imaginationi, nam sensus verus plerumque, imaginatio plerūq; fallax est. Propter hæc ergo manifestū est opinionē & sensum, non conflare imaginationē: & non solum propter hæc quę iam docuimus, sed etiam quod si opinio & sensus cōflant, vel conueniunt, vt operētur vnam imaginationē, sensus & opinio sibi cōsentiant est necesse: vt si opinio credat Socratem esse albū, hoc itidem sensus sentiat oportet. Alioqui, vt in vnū conuenient? Et vt coalescent, si disparata sunt obiecta? vt si opinio sit boni & iusti, & Socratē inquā opinetur iustum, & sensus albū. Et rursum illud quoque necessariū est, vt imaginatio vtrūq; sibi vocet in cōflaturam opinionē & sensum, vt hæc ambo sint vnius obiecti per se: nam si opinio Socratem opinatur rationalem, hocque sensus sentiat per accidēs, Socratem esse rationalē, nō coalescet ex hac opinione, & sensu isto, imaginatio vna: nisi sensus itidē per se sentiat Socratem esse rationalem. Et non quod sentiens albū sentiat rationalē per accidens *Apparere igitur est opinari.* Apparere, idest, imaginari, est opinari: quod quidem sentit nō secūdū accidēs, i. imaginatio cōstituetur ex opinione, & sensu vnius & eiusdē per se, & non secūdū accidēs: alioqui duo erūt obiecta per se sensus & opiniōis, nec poterūt vnā cōstituere imaginationē.

Opinio & Sensus nō conficiunt vnam imaginatio.

Tex. 17. ¶ Apparēt autē & falsa, de quibus simul existimationē veram habet vt apparet sol, vnius pedis, persuasum autē est, eum maiorē esse habitata. Accidit igitur aut abiicere suā ipsius veram opinionē quā habebat saluata re, nō oblitum, neq; dissuasum, aut si adhuc habet, necesse est eandē verā esse & falsam. sed falsa fiet, cum latuerit mutata res. Non ergo vnū aliquod horum est, neq; ex his, phantasia.

¶ Veram esse suam sententiā, imaginationem nō esse sensum & opinionē, & diuersam esse falsam colligit modò. Si ita inquit esset, vt imaginatio cōmixtio sit opinionis, & sensus. iam ergo quādo sensus fallitur sæpe, vt videndo solē putans esse terra minorē: opinio autem est huius rei vera, quæ sensum corrigendo, ait esse maiorē vniuersa septuaginta partibus. Imaginatio ergo si ex sensu non vero & opinione vera simul coalescit, erit imaginatio vera & nō vera. *Acciditur igitur.* Occurrit hic locus respondenti argumēto priori, quando opinio, & sensus adsunt, vt cōponāt imaginationem, ipsa opinio desinet esse, & in ipsius imaginationis cōmigrabit naturā. Id quod de sensu nemo dicet: quia hic stabilis perseuerat. nā etiam si opinio sola ita opinetur, solem esse maiorem terreno globo: verum quando sensui cernēti solem se sociat, ipsa opinio labitur, & corrūpitur, & sensu præualescente in naturam tertiā, idest, imaginationē sensui conformem soluetur opinio.

¶ Hanc autē respōsionē Arist. spernit pręmittēs opinionē quatuor corrūpi modis Quod repetit. 1. poste. tex. 17. vel opināte ipso corrupto, vt moriēte homine. Quod litera ait saluata re. Aut. 2. subsequente obliuione, opinio prior cessat, illā delente obliuione. Aut tertiò dissuasione. Vt enim suasio illam mēti ingenerat, ita dissuasio illam à mente delet. Aut. 4. corruptio accidit mutata re, vt opinabaris Socratem sedere, & te nesciente, ipse stat, iam opinio prima etiā si te lateat, suā veritatem amisit: quia ab eo, quod res est, aut non est, oratio dicitur vera vel falsa. Vnde mutata re, veritas mutatur. Quāobrē si opinio illa, qua opinatur aliquis solem esse multis partibus terra grandiorem, mutatur & desinit, in nouāq; cōmigrat imaginationis naturā quādo sensui copulatur: restat exquirere, vt hoc possibile est: quandoquidem opinans ipse saluus est: ita postulamus & supponimus, res ipsa non est corrupta. Nam sol idem persistit, noua suasio nō accessit, quæ solem

Opinio quatuor modis corrūpitur.

lem minorē esse colligeret, obliuio nulla incessit. Opinio igitur antiqua, quod sol est maior terra: etiam cum sensu seruatur & incolumis est. Non ergo ex opinione illa vera & sensu fallēte, vna imaginatio coalescet, nisi æquo feramus animo vnā imaginationē esse veram, atq; fallacem. Quod tamen iniquè feret quisquis rectè philosophatur. Huius loci intelligentia hæc quæ germanissima est latuit plerosq;, quę tamē huic rei est acomodatissima: quāquā aūt tria accepit Arist. nō esse imaginationē opinionē, quod erat vltimū est persequutus. Namq; quod opinio & sensus nō efficiant imaginationē, neq; quod vnum sit alterius instrumentum, satis liquet: quādoquidem ostensum est pugnare sæpe & opinionē & sensum: ergo non sunt vnius imaginationis causæ. Adde si sensus est causa imaginationis, semper audias exteriorem, iam tūc visus, & auditus præstabūt imaginatrici vi, quā per phantasiā, vel imaginationē subintelligimus, semper per actū indicātes potentiā: hoc autē falsum est. Imaginaria enim facultas longè pręstat sensibus externis.

¶ Sed quoniam est moto hoc moueri aliud ab hoc, phātasia autem motus quidam videtur esse, & nō sine sensu fieri, sed sentientibus, & quorum sensus est, est autem motus fieri ab actu sensus.

Quatuor de phantasia discernit.

¶ Cum fecerit satis, quid non sit phantasia, nunc autem quatuor seriatim de phātasia prosequitur. Et primū quid non sit phantasia. ¶ Secundū autem est, vt conueniant & imaginatio & sensus, quos supra secreuerat à phantasia. ¶ Tertium autem est, vnde phantasia hoc sibi nomen conciliauit. ¶ Quartum de phantasia est, quid à Deo optimo totius naturæ conditore, animalibus phātasia cōcessa? Est autē phātasia motus factus secūdum actū à sensu, in cuius gratiā in memoriā refricemus, quod superior disseruit peripateticus sermo, hoc est, est in negocio sensus esse mouēs quod nō mouetur, & mouens quod mouetur. Obiectū illud est, qđ mouet sensum se ipso immoto. Sensus autē mouetur à sensili, & quāq̄ in ratione sensilis sensus, aliud nō moueat: quapropter & superius dicebamus sensum esse motū nō mouēs: tamē sensus exterior phātasiā & cōmunē sensum mouet. cōmunem sensum sanè mouet: quia hūc sensus exterioris species afficiūt, & à sensibus exterioribus illas sibi colligit: vt à medio visus: quia verò sensus cōis oculum nō videt: ideo dixi secūdū rationē sensilis esse motū visum nō mouens, aliū sensum interiorē. Itidē mouēt externi sensus phantasiā: quia phātasia ab ipsis quoq; sensibus formas rerū excipit: quare ait Cōmē. cōmentario. 160. phantasiā esse virtutē mobilem passiuā: quæ nō solū suscipit species externorū sensuū, sed etiā & formas cōis sensus. Quo differt à cōi sensu, qui solū ab exteriorib⁹ afficitur sensib⁹, à nullo interiore mouetur. Quod si colligas, si mouēs est nobilius mouente, & sensus exterior mouet cōem præstabilior cōi erit externus sensus. Et si hæc mouet phātasiā, seu imaginatricē vim, erit hac dignior ille. Ego respōdebo collectioni, duplicē in mouēte esse nobilitatē considerandā, aut simpliciter, aut sub quadā ratione. Quadā igitur ratione nō inficior mouēs esse nobilitate præstāti⁹ moto, vt qđ potētia in mobilis in actū profert, vt color secūdū quādam rationē nobilioris est prærogatiuæ, quā visus (vt inquā ipsum visum ex non vidēte reddit videntē) & hoc est quod dicebamus, de potentia deducit in actū mouēs ipsum mobile, nō tamen simpliciter est nobili⁹ sensile sensu: nā sensus vis cognoscēs est, et nō ipsum sensile. Vnde etiā si sensus particularis moueat & excitet cōem, quo nomine nonnihil sibi arrogat dignitatis: tamē cōis sensus, qui iudex est omniū sensuū vniuersaliorésq; seu plures formas recipiēs, lōgè dignior quā sensus horū quiuis est. Phātasia verò, quę re absente nouit seruare formas, & apud se cōdere, quod nō pręstat cōmunis sensus, hoc ipsa dignior est. Sed in definitionem redeamus quod Aristoteles ait, phantasia esse motum factū à sensu. Nisi enim hoc modo definitionem intelligas calumnię subiacebit: nam phantasia hîc, aut definitur vis ipsa, aut actus: vis ipsa non est motus: hic enim successiuus est. tertio physicorum, textu. 6. Verùm vis imaginandi est permanens qualitas: sin verò

Dubium de collatione sensuum.

Phātasiæ definitio exponitur.

Comendatur cōmentato. expositio.

rò actus & operatio phātasiæ definiatur, illa operatio in instāti adest, motus verò suis labitur moris. Quare egregiè Commentator definit esse vim passiuā mobilē ab omnibus sensibus & cōmuni, sequutus in ea re Philoponum. Sunt qui distinguant motū pro motu physico, pro operatione quæ mutatio quędam subita est, & pro termino motus, idest, pro quātitate, quæ est terminus accretionis, & qualitate terminus alterationis. Phantasia est motus si sit sermo propri⁹ est falsus: quia phantasia nō est actus entis in potentia, vt est in potentia. Sin verò sit sermo de operatione phātasiæ, illa est motus, quia est quędā mutatio subita. Ipsa autē phantasia est motus: quia est subiectum operationis, quæ est motus. Sed hoc aggregare huic rei non est necessariū, quando quid Arist. velit satis expressimus. Et vide Platonicam de anima definitionē, vt hac via defensionē habet, etiam verbo Arist. animam esse motū dixit Plato, vt modo Aristot. Phantasiam motum esse: hæc enim vera est, quia species sensuum suscipit: illa autem, quia illos agit: sed Platonis defensiones alias Macrobius suppeditat, mea nunc interest nihil. Iam verò nectamus literam. *Sed quoniam* hoc subaudi diximus physicor. 8. Quod mouetur, itidē mouere: sensus ergo cum moueatur à sensibilibus, operæpreciū est vt moueat ipse sensus aliud quippiam. Mouet ergo sensus exterior phantasiam, & sensum communem: phantasia etenim nō fit nisi sensio fiat (& hoc loco sensus sensionem significat,) & solū competit sentientibus, & Cōmen. addit habentibus sensum perfectū: sicq; imperfecta non habent phantasiam, subaudias certā & determinatā: quia confusaneam vniuersa animalia habent, vt frequēter repetitū est. Motus autem phantasiæ est à sensu in actu, idest, à sentiēte. Quod si obieceris in Aristot. vt à sensu in actu est phātasiæ motus? quandoquidē absente sensibili ipsa suas secū conuoluit formas, & rerum simulachra. Sed etiā si absente sensibili ipsa suas cōuoluat formas, has tamē suscepit à sensu: qui habuit sensionē. Vnde cæcus natus imagines colorū non habet, neq; surdus natus, sonorū formas. Atqui non importune petes, ecquid nō definit, vt phanta-

Platonis defensio.

siam, cōmunē sensum? hoc dicens modo cōmunis sensus est motus factus à sensu in actu: quandoquidē, & ita est cōmunis sensus virtus passiua mobilis à sensu, vt phantasia. Hoc nescio, vt soluerēt interpretes, si mouissent dubiū. ¶Ego tamē dicerè, sensus cōmunis est vis, quæ iudicat, & discernit, hoc illi munus est pręcipuū: nō ergo per vim passiuam motus, sed potius per vim actiuā erat definiendus: etiā si cōmunis sensus re vera vis sit mobilis à sensibus, vt supra cōmonstratū est vberrimè. Literę phrasim extruamus. *Sed quoniā* idest, quod mouetur etiā mouet aliud, vt manus quę mouetur à corde, mouet lapidem. Phantasia est motus quidam, idest, non propriè est motus. Cæterum est vitalis motus, *& non sine sensu*, idest, quod efficit phantasiam sensio est vt visio auditio, & id genus, *sed sentientibus*, idest cęci carent phātasia colorum, quorum sensio est, *Est motū fieri*, idest, imaginatio fit à sensu, actu, idest, sensione.

Dubiū autoris.

¶Et hunc similem necesse est esse sensui, erit vtiq; hæc, motus qui neq; sine sensu, neque nō sentiētibus inesse potest. Et multa est secundū ipsam facere & pati, quod habet. & esse, verā & falsam. hoc autē accidit, propter hæc. Sensus propriorum quidē, est verus, aut quā paucissimū habēs falsum. Secundò autem, eius cui accidūt & hic iam cōtingit, vt falsus sit. ꝙ enim albū sit, non est falsus, si autē albū, hoc aut aliud quidam, falsus est. Tertiò autem, cōmunium & consequentiū ea quæ accidunt iis quibus insunt propria. dico autē, vt motus & magnitudo, quę accidūt sensibilibus: circa quæ maximæ iam est decipi secundum sensum. Motus autē ab actu factus qui ab his tribus sensib⁹, differt à sensu. & primus quidē, Tex. 161

præsen-

præsente sensu verus est. alij autē, presente & absente, erunt vtiq; falsi, & maxime cum procul est sensibile. Si igitur nihil aliud habetque dicta sunt nisi phātasia, hoc aūt est quod dictū est: phantasia vtiq; erit motus à sensu secundū actū facto.

¶Idest, hic motus phantasiæ & si non sit sensio est tamen similis sensioni imaginatio. Vnde & sæpe imaginantes credimus ita esse imaginata, vt quæ sentimus, similitudine motuum delusi: quare imaginatio non est sine sensu: neq; non sentientibus cōpetens. Albertus Magnus summa de homi. tractatu de phantasia. q. 1. dupli cem ait esse phātasiæ acceptionem. Quædā larga est, alia arctior, larga illa est quæ sub voce phantasiæ æstimatiuam & imaginatricem comprehendit facultatem, & hanc ait definiuisse Aristo. hoc loco, est motus factus à sensu in actu: quia huiusmodi animæ facultas ab omnibus sensibus mouetur: arctior verò est potētia illa quæ imagines conceptas fingere, apud se & refingere pro lubito potest. & definit eam Algazellus, Phātasia est virtus quæ operatur cōponendo, & diuidendo quādoq; ea quæ sunt in archa formarū quandoq; ea quæ sunt in archa intētionū. Verum Albertus credit diuersa esse vim imaginatricem aut imaginatiuam & phantasticam. Huius credit esse fingere mōstra, quæ nusquam visa sunt, vt hircoceruos, & chimæras ex iam visis illa apud semetipsam colligere. Imaginatiua verò imagines rerū in absentia retinet. Et hoc dixit sequutus Auicenā, græcis tamen non aliud est phantasia & imaginatiua facultas, nisi quod hoc latinæ vocis illud græcæ. Et beatus Damascenus lib. 2. de fide. cap. 7. vim imaginatricē definit, eam esse vim irrationalē, quæ sensuū adminiculo operatur, quæ (inquit) & sensus dicitur: cuius obiectum imaginabile est. Quare vim imaginatricem credit, non solū imagines excipere, sed in vniuersa imaginabilia se se fundere, vt etiam componat rerum formas inuisas, quod genus officij phātasiæ, tribuit Auicena, verum nos de hac re absoluto cōmentario disseremus.

phātasia Alberto duplex

Damascenus de phantasia

Literā Arist. verbatim audiamus, *& huic ait similiter*, idest, motus phātasiæ est similis sensui, idest, etiā si nō sit sensio, similis est sensioni: etenim si vehemēs est imaginatio, sentire res nobis videmur: *erit vtiq;* Colligit phantasiam necessario pēdere à sensu, quia sensus causa est phantasiæ, vt iam diximus, *& multa est secundùm ipsam & facere.* Bruta etenim multa operantur per imaginationem, vt formicæ in repositoria conducunt frumenta: & apes in aluearia flores, & rores, conuehūt, & id genus. Multa autē dicit: non enim omnia faciūt imaginatione bruta: nam multa per sensum operātur, omnia, idest, quæ sunt presentis sensibilis. Patimur quoque multa per phātasiā: insomnia, enim indicāt quæ nobis nolentibus accidūt: imaginatione tamen ductrice illa patimur. Et sæpe vt prædiximus, phātasmata occursantia nobis sunt inuitis, & reclamantibus. Habet autem imaginatio duo: & quòd vera est, & ꝙ aliquando falsa. Aduertit Philoponus imaginatricem vim duobus modis, & quatenus à sensibus mouetur per medium cōmunis sensus: nam imaginatrix nō proxime mouetur à sensibus particularibus, sed remote proximè à communi sensu. Vt autē sic mouetur est vera, imaginatio enim illam habet imaginē quam excepit. Altero verò modo illam cōsiderat, vt mōstra finxit impossibilia. s. mundos plures variosq; soles, & lunas, &c. & ita ait semper esse falsam nunquāq; verā. Hic autem locus Arist. secundum absoluit quod proposuimus, vt cōueniant sensus & imaginatio. conueniunt sanè, nam vt sensus & est verus, & falsus, ita & imaginatrix & vera est & falsa. Quod verò sint huius societatis eò illis euenit, quo versant eadem sensilia, etiā si non eodem modo sensus & imaginatiua facultas. vt enim sensus habet tria sensilium genera, sensilia propria, cōmunia, & per accidēs, sic quoq; & phātasia hæc eadem versat. In toto hoc genere hic ordo ab Aristote. hic præscribitur in propriis sensilibus, quàm minima est deceptio. En vt corrigit, quod supradixerat, in propriis non esse sensum fallacem. Subaudi, est minimæ fallentiæ. Et quia quæ minima sunt non recensentur, ideo supra dixerat sensus, erga propria non falli. ¶Secundò loco

Phātasia dupliciter expēditur.

Secūdum absoluitur.

Ordo in sensilibus.

loco, maior est deceptio in iis, quæ per accidẽs sunt sensilia, vt quod hic homo sit album, quod videtur. ¶Postremò loco, quæ sunt maximæ fallentiæ sunt cõmunia sensilia. Hunc ordinẽ sic distribuit, vt talem credamus obseruandum à phantasia quę circa propria minimę sit deceptionis, erga quæ per accidens maioris, erga deniq; cõmunia maximus excrescit error. Tale igitur est, quod ait sensus propriorum quidẽ verus est, quam paucissimum habens falsum, ꝙ vitio organi, aut interualli, vel medij inepta dispositio effecit. ¶Secundô, sensus est sensibilium per accidens, cui accidunt propria sensibilia. Accidit enim Petro color, & pomo sapor, & horum sensibilium sensio est fallentior priore: quia magis aliena à sensu proprio. Tertiò autem sensus est cõmuniũ, vt magnitudinis, figuræ, motus, quæ fallentiæ sunt maximæ. Figura enim fallit, quæ enim quadrata sunt, si longè spectes rotunda apparent, & quæ mouentur, stantia iudicamus: vt stellas, procul nos aspicientes stantes credimus, cęlosq; nullus motu currentes videt, & quæ magna minima censentur, si procul videantur. Imò si propè rudentes videris aquis iniectos fractos credas, & nauigantibus nauẽ stare, littora circũ agi videntur, qui errores omnes sunt sensilium cõmunium. Quæ inquit accidunt, iis quibus propria sensibilia: nam vniuersum genus sensiliũ indiuiduæ substantię accidunt. s. Petro, aut Paulo. Non nihil offensionis habent verba hæc Aristo. Nam præter rationem dixisse videtur sensilia per accidens esse minoris erroris, quàm sensilia cõmunia. Nam hæc agunt in sensus illa nihil agũt, &. 2. de anima. quando de diuerso genere sensiliũ agebatur cap. 6. diuersum docebatur. Sensilia per accidens magis illudere sensus, quam cõmunia. Ioãnes Grãmaticus rem hanc sic excussit, cum sensibile per accidẽs sit duplex. Alterum per accidens, vt substãtia hæc: aliud verò per accidens vni sensui non omnibus: vt dulce accidens est visui: gustui autem per se, vt prędiximus, sermonem Aristo. non de primo, sed de secundo sensibili vult intellectũ. Minus enim erratur à sensu in hoc genere sensilium per accidens, quàm in genere cõmunium. Causa hæc est: nã hęc

Offensio in Aristote.

per accidens sensilia propinquiora sunt propriis sensibilibus, quæ sunt fidelissimæ sensionis, quam cõmunia. Et ꝙ propinquius est vero verius est. Etenim magnitudo figura &c. hæc distant à sensilib⁹ propriis, albo, idest, & nigro &c. quia hæc Mathematicus abstrahit à materia, sed sensibilia per accidens, quę diximus, nõ possunt abstrahi: quippe dulcedo necessario est in materia physica, nec potest sine materia intelligi: vt magnitudo. ¶Dulcedo tamen & si per se sentiatur à gustu visui per accidens est cæterum aduersum hoc Philoponi inuentum est sensilia cõmunia si abstrahãtur, non sensilia sunt, sed intelligibilia, vt perspicuũ est. Sensus ergò nõ abstrahit: quare nõ sunt propinquiora materiæ, quod sensile est per accidens quam quæ cõmunia. Neq; ratio Philoponi cogit, vt illi præstemus fidem, quod Aristo. de substantia hìc loquitur, quando meminit loco secũdo, de sensili per accidẽs, & sic Cõmenta. & alij intellexerũt. ¶Dicerẽ ego de sensili per accidens, quod est substãtia per sensum, duplex nobis acquiretur iudicium, aut exactum, aut crassum, & confusum. Primum est vt hoc albũ est Petrus: aliud verò hoc album est aliquod. Primum quod est exactum iudicium, maioris est erroris & fallentiæ, quàm de sensilibus cõmunibus: vt experimur sæpe nos falli accidentibus in diiudicãda substãtia. Credimus Petrum Paulum esse, & virum esse fœminam, & hominẽ esse arborẽ, & id genus. In crasso autem & confuso iudicio nõ est tanta deceptio, vt in cõmunibus. Vnde aquis immersum remum longiusculè si aspexerimus, iudicamus fractũ: lignum tamẽ esse credimus, hoc vere, illud falso. Et si hominem longè spectaueris, etiam si animal certo credas, verùm inquiete errabis. Putabis quiescẽtem, qui tamẽ mouebitur, vbi vides in cõmuni sensibili latitare plus fallẽtiæ, quàm in per accidẽs. Et hæc solutio offensionis nihil habet. *Motus autem ab actu*, Idest, motus & operatio phantasiæ qui ab hoc triplici genere sensilium factus, inter mediis sensibus (& hic Aristot. sensum vsurpat pro sensibili, quando enim ait. *Motus autem ab actu factus qui ab his tribus sensibus* subaudire oportet hoc modo operatio phãtasiæ quę à trib⁹ sensilibus

Autoris censura.

Aduertenda solutio.

sensilib⁹, i. propriis cōibus & per accidēs fit) Hic igitur motus phantasiæ, qui est erga sensilia propria, per accidēs, & communia, circa propria semper verus, idest, fallentiæ minoris est imaginatio, quę versat propria sensibilia, quam vniuersa alia. Semper tamen phantasiæ operatio differt à sensu, idest, à sensione, exteriorumsensuum: motus verò imaginationis circa per accidēs sensilia & cōmunia, siue hæc præsentia sint, siue absentia est falsus, & maxime cum hæc sint procul à phantasia, idest, abstiterint. Quòd verò ait *Hic motus præsente sensu verus est*, idest, phátasiæ operatio est vera circa præsentia sensilia. Hic locus tenebricosus est, vt in quā imaginatiua facultas præsentia versat, quæ de absentib⁹ est? Themistius credit phantasiam non solum esse de absente sensibili, sed de præsentibus quoq;, illud colligens ex sermone hoc Arist. Cui refragatur ratio hæc: imaginatio ex vi vocis est eorum, quæ non sentiūtur: alioqui quid diceret Aristo. motum phantasiæ nō esse sensum, seu sensionem, etiā si sit similis sensioni? Philoponus quoque Themistium reprehendēs ait male dixisse Themistium imaginatricē operari circa pręsentia sensilia. Aliud est inquit operati, aliud est formas excipere. A præsenti sensili formas suscipit imaginatiua facultas: tamen quousq; abscesserit sensibile, non operatur: quo differt à cōmuni sensu, qui per intermedios, sensus, circa pręsentia operatur. Atqui restat verbum Arist. explanare, phantasiā circa propria sensibilia præsentia vera esse. Quorū verborū hic sensus esto. Phantasia propriorum sensibilium, quādo adsunt veraciores excipit formas, quàm aliorum sensibilium, non tamē secundùm has formas imaginatur, nisi quando abscesserint. Sic ergo hæc dicta sunt eò quò nos societate imaginatiuæ vis & sensus intelligamus. Vt ergo sensus est in primis verus in propria, ita phantasia. Quanquā cum motus phātasię ducat originē à sensuū motu, & quo quispiā magis elōgatur à suo principio primi principij vim exilius participat, motus phātasię. Siquidē elongatur à motu sensuū, est longe minus verus, etiā circa propria, quam motus sensus communis & sensuū externorum. Quare imaginantur nōnunquam quę alba, nigra: & quæ pallida fusca. Id quod nō est sensus, & in sensibilibus per accidēs adhuc maior est imaginationis error & in cōmunibus maximus, vt de sensu diximus. Breuiculè collige, iam omnia. Motus phātasię *præsente sensu*, idest, sensili est verus, idest phantasia parum allucinatur, quando de præsentibus sensibilibus propriis capit species, vt albi aut dulcis, *alij autem præsente* idest, alij phantasiæ motus seu operationes circa cōmunia & per accidēs sensilia sunt fallentiæ multæ: quia plerūq; aliter imaginantur, quā sunt, vt esse petrū: aut quiescere aut moueri *Et maximè cum procul est sensibile*, censura est prioris sermonis. Etenim phantasia quādo de istis sensibilibus imaginatur, si procul sint à sensu, sæpe errore deluditur, putans esse hominem, quod arbor est, & nō homo &c. Vnde mirabili ingenio illa. 3. sensilium genera Arist. hoc loco distinxit, & phantasiæ fallentias docuit minimas circa propria, plures circa per accidens, maximas circa cōmunia: vt hinc colligat phantasiam esse motū tractū à sensu exteriore, quippe hic eosdē gradus fallentię habet, *Si igitur nihil aliud*. Colligit quæ dicta sunt & phātasiæ conueniūt: ipsa enim variatur in veri & falsi iudicio, vt ipse sensus, superest phantasiā motū esse factū à sensu secundū actum facto à sensibili. Est ergo vna vis, quæ imaginatiua dicitur, quā mouet sensus exterior per sensum cōmunē. Namq; quod mouetur, mouet, vt bacul⁹, qui mouetur à manu, lapidē mouet: ergo sensus exterior mouet sanè à sensibili, mouebit aliā potentiā: & hæc est phantasia. Quod si obstreperis dicēs, ratio hæc soluitur, si dicamus sensum cōmunē moueri à sensib⁹, id qđ satis est, vt mobile moueat hoc. Nos fatemur istud: verū sensus exteriores vna cū cōmuni sensu mouent phantasiam. En tibi vt Aristo. suā definitionē phantasię colligit. Etenim si phantasia variat sua iudicia, instar sensuū, ergo est motus factus à sensu. Et hæc causa est, obquā hęc omnia præmiserat, quæ diximus, vt demum definitionem certam præscriberet phantasiæ: quare phantasia non est sensus, etiam si Damascenus illam sensum appellet, sed est motus à sensu. Et quia effectus similitudinē gerit suæ causæ

An phantasia sit de præsentibus.

Gradus fallētiæ phantasiæ.

Phātasia sensus nō est contra Damasc.

causę est similis sensui. Et fortasse hoc voluit Damascenus: aut vocat sensum interiorem. Verùm vt diximus vocem hanc sensus frequentiorem esse ad significandum sensum externum apud Aristo.

Tex.162. ¶Quoniam autem visus maxime sensus est, & nomen à lumine accepit, quoniam sine lumine nõ est videre. Et quoniã immanent, & similes sunt sensibus, multa secũdũ ipsas operantur animalia. alia quidem, quia nõ habent intellectum vt bestiæ. alia vero, quia obruitur aliquãdo intellectus passione, aut ægritudine, aut somno, vt homines. De phãtasia igitur quid est, & proprer quid est, dictũ sit intantũ.

¶Hoc est iam tertium exequendũ, cur dicatur phantasia, & quod sic dicatur, causa est: quia phantasia, idest, vis imaginatrix est status sensilium. Nam sensilia in sensibus non stant, sed vt ait Themistius passio sensuum est instar percussionis celerrimæ, quæ trãscursim ferit corpus, nullo vibicis vestigio relicto. Sed passio phantasiæ est, vt percussio anuli in cera, quæ retinet simulachrum anuli anulo submoto. Stant igitur sensilia in imaginatione: ideo est status omniũ sensiliũ manifestorũ: quia ea quorum nullo typo affectus sensus est, neq; imaginari queũt: vt cæcus non imaginatur colores, si à natiuitate luminib⁹ orbatus est. Verũ, quia visus sensuũ primus & optimus ab hoc sibi phantasia nomen conciliat, & non ab auditu, vel olfactu: & quia visus lumine cõstat: quia quæ vidẽtur lumine vidẽtur: proinde à luce sibi nomen phãtasia arrogat ἀπὸ τοῦ φάους idest, à luce: ergo phantasia appellata est: quia status est apparentium formarum, non quia non sit audibilium & gustabilium & tactilium &c. Sed à meliori arripuit nominis occasionem, vnde græcis dicta ἀπὸ τῶν φαινέντων στάσις idest, status apparentiũ & nomẽ sibi à luce cõparauit, quod lux est quæ apparentias rerum operetur *Et quoniam immanet.* Hoc est postremum de phantasia edisserendum, cur elargita est animalibus vis hæc. Equidem si de brutis sermo est, magna est illis ab hac vi fructus. Nam absentia cibaria sibi quæritant imaginatione ducta bruta: in nidulos se conferunt hirundines, in cauernas suas leones, oues in caulas, etiam non ducente pastore, & id genus innumera, quæ phantasiæ beneficio bruta consequuntur. Si verò de hominibus sermo vertatur, ingens quoque à vi hac referunt emolumentũ. Namque ratio aliquãdo sopitur, vel vino, vel morbo, vel extasi, vel somno. Et quãdo ratio suspẽsa est, imaginatio inuigilat, quæ hominem regit, vt lædẽtia fugit, sequaturq; sibi cõmoda, vt stultis contingit. De phãtasia ergo quid sit, & propter quid sit, dictum sit hactenus. En tibi Aristo. duas absoluisse de anima sectiones. Altera tota se occupabat in partibus animæ irrationalis, quã secũdus liber absoluit. Alia verò sectio est, cui modo finẽ imposuit, quę in discretiõe viriũ irrationaliũ à rationalib⁹ insudat imaginationẽ. s. discreuit à sensu, & hæc duo ab intellectu sciẽtia & opinione. ¶Tertia sectio tota est de anima rationali, quam sequens caput initiabit auxiliãte Christo. ¶Sed quia philosophia friget, nisi feruore disputationis incensa flãmas euomat, quæ hactenus in cõmentario de prompsimus, disputationibus exerceamus. Et primũ distinctionẽ phantasiæ à sensu cõmuni disseramus. *Sũmatio tertius operis de anima.*

Prima disputatio vt cõmunis sensus à phantasia discrimmetur?



T Sanè disputatio hæc, quæ iã in abdita mentis se insinuat, & vires animæ internas vestigare gestit nõ minimum habet pondus. Nam Arist. non dixit aperto sermone, hæc duo, & sensum cõmunẽ, & phantasiam, esse diuersa: etenim si phantasia est motus, factus à sensu in actu, idest habente speciẽ sensibilis rei. Hic autẽ est communis sensus, vt ergo discernentur phantasia & cõmunis sensus? *1. collectio.* ¶Amplius cõis sensus discurrit & componit, & diuidit, & non sensata cognoscit. Discursum ei⁹ ita colligito: quãdo sunt tenebræ, colligit, nõ est lux. Quòd componat autem, *2. collectio.*

quia

quia iudicat, hoc est albũ, simul atq; dulce. Quòd nõ sensata aduertat, quia ipse visionem, auditionem, & id genus alias sensiones cognoscit, quę nõ sunt sensatæ: nã visio non est sensibilis: quippe color nõ est &c. Quid ergo opus facto phãtasiam asserere diuersam à communi sensu? aut operationẽ phantasiæ proferas, cuius nõ sit sensus cõmunis cõpos. ¶Dicat aliquis sensus cõmunis in absentia nõ cõdit species rerũ sensiliũ, sed solum in præsentia operatur, neque sibi thesaurũ formarũ reseruat. Phantasia verò in absentia rerũ se promit & absentiũ imagines apud se cõdit. Hoc autẽ falsum inde colligã, quod Aristo. in lib. de me. & remi. dixit sensus externos vehementi ictu sensiliũ seruare in absentia rerũ vestigia sensiliũ, vt qui intente direxit obtutus aciẽ in viridẽ colorẽ. auertẽs obtutũ à colore, quẽ spectauerat, virescere cũcta iudicat. Hoc autẽ nõ est opus alterius potẽtiæ, quam cõmunis sensus, qui à speciebus sensilium mouetur, per medios sensus: ergo in absentia sensibilis vestigiũ seruat cõmunis sensus formæ impressæ, & exculptę in sensu exteriore. Nam si dixerit quispiã hoc opus sensionis phantasiæ esse, nõ probabilem proferet sermonem: etenim motio phãtasiæ nõ tam fortis, quã illa est, qua virorẽ, aut splendorẽ oculis absente sensibili retinemus. ¶Tertium argumentum hoc sit, phantasia hæc num est sola, quem retinet species rerum sensatarum, aut non solum reseruat, sed & aduertit eas iudicãdo, affirmãdo, & negando. Si solum est repositoriũ, vbi sensibilia reponũt suas formas, instar apũ, quæ infigẽtes aculeos recedũt, Phãtasia erit vis memorãdi, cuius & hoc munus, vel solũ est, species retinere, ne labãtur. Sin verò secundũ elegeris. Aristotelem audi 3. de anima tex. 29. phãtasiã esse negantẽ verũ iudiciũ & falsum. Et ea propter voluit discretã phãtasiam ab intellectu: quia neq; affirmãs, est neq; negãs. Alioqui si affirmat & negat phãtasia, vt ergo non incutit appetitus passionẽ, aut delectationẽ de voluptificis, aut timorẽ, de horrẽdis? id quod Arist. negat, vt cõmẽtaria nostra proximi cap. demõstrant, quo loco tradebamus phãtasiã infæcundã esse, nihilq; passionum, vel affectuũ parere: & si imaginemur bona, non

Tertia collectio.

gaudemus, neq; si mala timemus. ¶Et demũ, quæ ratio coget nos, vt dicamus phãtasiã diuersam à sensu cõmuni? Siquidem nullã protulit Arist. ¶At verò in diuersum est, phãtasiã probans nõ esse sensum cõmunem: nã Aristo. nos docuit in calce tertij huius libri. cap. per phãtasiam multa homines operari, & bestias. Id quod de sensu cõmuni nusquã inuenias in Arist. At hui⁹ disputatiõis resolutio hęc sit, sensus cõmunis nõ est phãtasia, hæc cõclusio est peripatetica: nã phantasiam dixit Aristote. esse nostri arbitrij, itaq; imaginari possumus cũ volumus. At sensus cõmunis operatio nõ est nostri arbitrij. Nã motis sensibus externis, necessariò mouetur & ipse, vt discernat inter sẽsibilia. Et quã quam phantasia quoq; necessariò mouetur à sensu cõmuni, quantum ad species, quas, illi immittit, nõ tamẽ operatio phãtasiæ est necessaria, vt dixit Arist. Imaginari enim possumus cùm volumus, etiã si in brutis ista libera imaginatio nõ extet. Bruta enim nõ imaginãtur, vt volũt: quia arbitrij liberi non sunt. Quapropter hoc argumentũ in brutis nõ colligit diuersa esse cõmunem sensum & phantasiam. In phãtasia igitur & est passio necessaria suscipere formas, sensibiliũvè imagines: & actio itidẽ necessaria in brutis. Hominibus verò actio est nõ item necessaria: quã quã, vt diximus, multæ sunt imaginationes, quæ hominibus etiã repugnantibus contingunt. ¶Præter hæc phantasia nõ est radix sensuũ omnium, vt sensus cõmunis, qui eo communis appellatur, quò est omniũ sensuum radix: quare & ligato cõmuni sensu, alij ligãtur sensus: nõ tamen hoc itidem phãtasia, quæ in somno cùm sit libera, sensus tamen externos ligatos somnus habet: neq; vnquã Arist. primũ sensitiuũ vocitauit phãtasiam, sed cõmunem sensum hoc nomine vocat, vt suo loco cõmonstratũ est. Hæc argumentũ primum soluũt: nam habet operationes phãtasia, quas nõ habet cõis sensus, quas modo retulimus. ¶Ad id quod secundò obiicitur dico, sensum cõmunem (secũdùm quosdã philosophos) species, quas apud se habet à sensu externo, illi quãdoq; reddere: sic inquã si accepit speciẽ lucis aut colorẽ à visu, illas quãdoq; remittit in visum. vnde cõtingit absente visibili nobis apparere

Quæstionis resolutio.

Sensus cõmunis nõ est phãtasia.

Cõnexio. 1.

2. cõnexio.

Argumenta eneruantur.

apparere, aut solis splendore, aut etiã colores, quos dudũ vidimus: quia visus species remissas sibi à communi sensu videt, & sunt illi tanquã obiectũ, quæ primum erãt species. At verò hoc sanè pulchrum figmẽtum in philosophia est. Nã si visus videt species illas, quas cõmunis sensus in ipsum relegat, visus iam tunc haberet notitiam abstractiuã coloris, & lucis, cuius primũ habuit notitiã intuitiuam. Etenim si modò species videt, & speciei notitia, abstractiua est rei significatę per notitiam, me latet cur nõ sit illa visio abstractiua appellãda. Id quod est cõtra omnia philosophiæ iura, quæ hoc pręscripserũt sensus exteriores notitia intuitiua gaudere, abstractiua nullatenus: quia nihil possunt in absentia rei operari: illa autẽ experientia hoc modo soluẽda est, quando absente sensibili nõnunquam colores & splẽdores videmur cernere. Hæc visio ficta & imaginaria est: vt nos aliquando diximus, nõ est verus color aut splendor is, qui videtur, sed phantasię est hæc operatio, & non visus, vt Philoponus tradidit in cõmen. huius libri text. 138. Phantasia etenim simul acta à sensibili vehemẽti cum sensu externo seruat sibi typos in absentia rei, & typi illi mouent ipsam, vt auulsi à nimio splẽdore, colores quosdã cernamus, vt Arist. in libro de somniis dixit. Quare oculis conclusis primũ ipsum splendorem videmur nobis cernere dein puniceum, dein purpureum &c. Quòd si vt isti existimant hæc splendoris notitia esset visus, vt igitur clausis luminib⁹ illa potimur? Nã visus apertis palpebris cernit non obtectis. Quòd si rogitas, ecquid phantasia hãc notitiam imaginariã colorum non semper habet, sed solũ, quando multo tẽpore aspeximus splendidũ, aut rubeum aut viride? Respõsio est, quia solum id tẽporis est vehemẽtissima impressio à sensili: quare species, quas excepit phantasia, simul atq; nos subduximus à sensili, fortiter phãtasiam mouẽt, vt imaginemur omnia viridia, in quę spectat visus, vel rubea, vel alio colore affici secundum qualitatẽ spectati obiecti: aut oculis occlusis si splendidum aspeximus, varietate illorum imaginemur. ¶Non improbabile tamen ducũt philosophi alij, vt Paulus sequutus Cõmentatorem sensum exteriorẽ has species retinere in absentia sensibilis: hoc tamen nõ est per se, sed per accidẽs: non est vtiq; naturæ sensus exterioris has cõseruare species, quãdo abest sensibile. Verũ fortis motio, qua obiectum mouit sensum, vt sonus terribilis, auditum, aut visum immodicus splendor: & ita in aliis sensibus, causa est species has modico tẽpore repositas in exteriori seruari. Cui assertioni nonnihil suffragij Aristo. locus præstare videtur quẽ iam cõmeminimus. ¶Verũ ego non assequor, vt fieri hoc ferat natura: nã si visus, verbi causa, species & formas aliquanto tempore sibi exculptas contineat, quid vetat, si species habet & notitiã abstractiuã habeat ipse sensus? Nihil sibi deest, vt iampaulò antè colligebam. Quid obstat, vt dicamus has species nõ sensum externum seruare, sed phantasiam, vt iam diximus? & Arist. libro de insomniis cap. de insomniis nõ dixit nos videre colorem illum puniceũ, aut nos videre viridia post aspectum virẽtis coloris: sed quod videmur nobis videre, id quod magis phantasiæ est, quã sensus: ob eamq; causam phãtasia traditur ab Aristote. similis sensui: quippequę apparentias colorũ & aliorũ faciat similes illis, quas sensus pręstat. Et stultũ crediderim huiusmodi formas regredi in sensum exteriorẽ à sensu cõmuneta: imo hunc regressum puto fictum: etenim cõmunis sensus nõ seruat, neq; apud se reponit species, vt per subiũgẽda patebit. ¶Tertiò argumento non possumus facere satis, nisi quæstionem illam vocemus in medium, distinctionem sensuum interiorum petentem quot illi sunt.

Reiicitur recentiortm inuentum.

Notabis hæc.

Obiectio.

Responsio.

Paulus & cõmentator non audiũtur.

Ad tertium argu. respondet.

Secunda disputatio quot sint interni sensus.


N tiquis consensus non est, neque iunioribus cõstat aliquid certi de quæstione hac. Auicena etenim sexto naturalium libro. 5. enumerat, vires animæ interioris, cõmunem sensum, imaginatricẽ, phantasiã æstimatiuã & memoriã. Cõmunis sensus iudicat propria, & sensilia cõmunia: & hic limes est suę actionis: vltra hęc nõ vagatur: & sensiones sensuũ aduertit pręsentiũ sensiliũ solum est, sensibiliũ absentiũ nõ est. Imaginatrix verò species absentiũ rerum

Quinque animæ vires inter næ Auicenæ.

Quinq; sẽsus internorũ quæ sunt l[...]cia.

rerum apud se reponit: quæ non discernit, sed solum repositoriũ est in quod cõmunis sensus suas deponit formas: phantasia verò has formas apud se seruãs & cõponit illas secum, & refingit pro libito suo discernẽdo inter imagines, quas imaginatrix illi obtulit. Estimatiua autẽ vltra progressa, non solum hęc: verũ & intentiones rerũ colligit, & amica sibi nouit & inimica fugit aut aggreditur, vt repellat. Hæc est per quam fugit innocẽs agnus rapacem lupum, & matrem ouem veloci sequitur gressu: & herbas sibi nocuas per hanc ęstimant bestiæ, quas nũq̃ ante gustauerant. Per hanc vim estimatiuam brutum aduertit huiusmodi rerum formas, seu species, quas nullus sensus exterior aduertere potest, neq; communis discernere, &c. quas vocant intentiones. Aliud verò formarum genus, quod sensus afficere potest, species philosophi trita voce vocant: etiam si nihil referat omnes species animi vocare intẽtiones: sed de voce ista non sit nobis cura. ¶Cõsensit Alber. Magnus in sũma de homi. loco illato, sępe huic dogmati Auicenico, ita credens quinq; esse has virtutes animi interiores. Et hic philosophus partem anteriorẽ cerebri (morem sequens Cõstãbulini in libro de differentia spiritus, & animæ) in tres sectiões distribuit. Sensus communis primæ est sectionis, imaginatiua verò facultas mediã sectionem obtinet: postremam verò phantasia & æstimatiua. Posteriorem verò cerebri partem memoria obtinet. Vnde & media est phãtasia autore Algazello inter imaginatricem facultatem (vnde recipit formas, quare imaginatricẽ Algazel archã specierum vocat) & memoriam, quã intẽtionum archam dixit: quippe, phantasia non solum imagines rerum iudicat & cõponit: verùm & intentiones rerum amicitiæ & inimicitiæ cum imaginibus componit, & veluti consuit aut dissoluit dicens, imaginẽ illius rei, quam asserit imaginatrix, esse imaginẽ huius illius ve rei, quam olim habuit memoria. Et secundũ hos imaginatiua facultas non iudex imaginum, sed solum veluti scrinium & specierũ archiuus locus est. Habet hęc sentẽtia scrupulosam offensionem: nam phãtasiam discernit ab imaginatrice: quod non congruere Aristote. iudicare promptum est. Siquidem hoc est imaginatrix latinè, quod græce est phantasia, vt Philoponus ait: vt ergo ipsi distingunt, quæ vnum sunt? Adde Aristo. aperta voce docuisse phantasiam esse fallacem, sæpeq; nobis imponere, & esse quandoque veracem: ergo si vera, si falsa, age vt ipsa solũ retinet species & non discernit? Rursum 3. phantasia nostræ est voluntatis Aristo. autore: sed si solum retineret species, hoc nõ est nostri arbitrij. Et p̃ter hæc Boëtius in libro diuisionũ tradidit, quod potest, potentia inferior, & superior meliori iure sibi arrogat: si ergo communis sensus iudicat, ecquid non iudicabit imaginatiua? Neq; suffugium Alberti recipio, verba Boëtij audienda esse docentis in potentijs actiuis non passiuis. Nam potentia cælorum est pręstans potentiæ elemẽtorum, tamen quæ elementa possunt pati, cælum nõ potest. Sed (pace eius dictũ velim) lõgè diuersa ratio in potẽtijs passiuis, quæ propriam subeunt passionẽ: qualis est elementaria potestas, & in sensuum passione, quæ (vt ait Themistius c. 14. huius) non tã passio, quam sensuum actus & perfectio, & absolutio est. Quod si hæc passio est perfectio sensuum, vtiq; connexio hæc firma est. Id quod patitur sensus communis: & imaginatiua patietur: & quod illi congruit, huic cõueniet. Imaginatrix igitur componet & diuidet formas illas discernens, affirmans atque negans. ¶Item vt anathomici sectionib⁹ suis inuenerunt, & Galenus tradidit. 8. libro de vsu partium quatuor solum vẽtriculis cerebrum diuidunt. Duo horũ anteriores sunt, quo septum seu maceries dispicit dextrum à sinistro: & hi rursum duo in meatũ quendam communẽ coeũt qui meatus nomen quoq; ventriculi assequutus est. Quartus ventriculus est in cerebello: in cerebri (inquam) posteriore parte, in quem meatus ille communis prorumpit, spiritum animalẽ in priorib⁹ ventriculis transsumens. Et hic ventriculus est omnium minimus, plurimum tamen animalis spiritus & purissimi continẽs. Vt autẽ primi duo ventriculi imaginationi, idest, sensui communi & phantasiæ (nam cõmunis sensus antiquis quibusdam erat imaginatio) ita medius vẽ-

Quo differentiant intentio & species.

In Auicenã & Alber. inuehitur.

Quatuor ventriculi cerebri anatho.

triculus cogitationi,& postremus memoriæ seruit. Consule Galenum de anathomica administrare lib. 9. Sunt ergo solũ ventriculi quatuor. Cuius rei maiorem fidẽ faciũt anathomicę sectiones,q̃ rationes ventos agitãtes. Neq; ab hac anathomica administratione Cõstabulus longè abhorrebat,tradẽs spiritum animalẽ anteriorẽ,imaginationẽ & communem sensum præstare: spiritũ verò mediũ cognitionem & prouidentiam. Quare medius ventriculus syllogisticus, id est,rationalis dicebatur:posteriorem spiritũ memoriã atq; reminiscẽtiam prę̨stare fatebatur

4. *Animæ vires Auerroi.* Cõmentator Auerroes animæ sensitiuæ. vires quatuor tradidit internas dico, tertio de aĩa.Cõmen.6. primũ locum sensui cõmuni dedit:est.n.interiorũ primus.in qua re plena est cõsensio philosophorũ: dein imaginatricem vim collocat, post hæc cogitãdi facultatem,vltimò memoriã.Hic aũt numerus est absolutus in homine & perfectissimus.Bruta verò nõ cogitatricem assequuta sunt vim, sed loco eius subrogata est æstimatiua. Et harum quæ spiritualior (ait) illa est postrema; memorandi(inquam) vis,& seriatim cæteræ vires quò magis se elongant à vi memorãdi, eò minus spiritualitatis assequũtur.Vnde cõmunis sensus impurior est,q̃ sit imaginatrix. Et hæc fæculẽtior quàm cogitãdi potestas. ¶Ratus est hic Arabs philosophus se hoc de fonte peripatetico libasse,& indicat librũ de sensu& sensili.

Obijcit in Auerroem. Atqui aduersum Arabem hunc sunt offensiones nonnullæ. Aristo.n.in libro de memoria.c.1.memoriam ait per se cõpetere primo sensitiuo,& primum sensitiuum (vt nos hoc libro dicebamus) sensum cõmunem præfert, si ergo est passio sensus cõmunis memoria, vt ergo memoria secernitur à communi sensu? Rursum inibi phantasma(ait)esse passionem sensus cõmunis:ergo phãtasia, quæ est imaginatrix facultas est eadem,quę communis sensus. ¶Et rursum quod hic dixerat phantasiam nõ esse sensum in libello de insomniis,velut sui interpres,ait phantasticum & sensitiuũ idem esse etiam si esse seu ratio non idem,ergo cum hic non sit sermo habendus sensus exterioris: nam hic in promptu est,quàm diuersus sit ab imaginatione,audiendus est locus quod communis sensus, & phãtasia sint idem re:etiam si rationes non eędem. Nam,vt communis sensus mouetur à præsentia obiecti ipsum mouentis: vt phãtasia verò absentes motiões apud se velut in penu & promptuario quodam reponit.

¶Et adde istis quis locus est. Arist.qui,citra controuersiam doceret sensum communem & phantasiam, &c. diuersas esse vires secundum rem? illum Commentatator non edocuit:sed neq; alij Aristote. interpretes.Neq; desunt quidam de quorum numero est Marcellus.4. libr. suarũ traditionũ,qui sensum cõmunem & imaginatricem ratione cẽset diuersa: vna tñ virtus est illi & cõmunis sensus & imaginãdi potestas. Et rursum memoriã & cogitandi vim planè nõ discernit, nisi ratione.Et vt summatim accipias,duas discreuit animæ internas vires,& communem sensum & cogitandi vim, cum quibus duas alias imaginãdi,& memorandi confudit. ¶Hic autẽ philosophus cum anathomica distributione malè cõsentit, & quod asserit nõ probat. *Marcel. reijcitur.* Quid ꝙ disciplinam peripateticam recolimus, sensuum natura atq; numerus per functiones seu actiones est colligendus? Sunt autẽ valde diuersæ functiones & communis sensus & phantasiæ, vt nostra priora verba legenti haud dubium facilè demonstrãt. Ergo nõ sunt vna vis. *Argumentorũ solutio.* Ad nostra verô argumenta,quæ hic non collegit,(sed ego in Auerroem dudũ obijciebam,quæ pręferebant memoriã esse eandem cum cõmuni sensu,& phantasiam,)dicendũ puto Aristo.dicentem phantasticum & memoriã esse passiones primi sensitiui, non esse sinistrè exponendum, vt verba proferunt: sed dictione illius loci attenta, hic sensus est, Phantasiam & memoriam esse tributas animalibus ratione primi sensitiui. Nam vna animæ vis habet suũ opus depẽdens ab alterius vis opere, vt imaginatio à sensu communi transumit sibi formas,& memoria ab hac. Quãobrem dixit esse passiones primi sensitiui, illiq; per se competere.Itaq; si abest primum sensitiuum,cætera abesse est necesse,& memoriam & phantasiam. Verùm si hæc quæstio in iudices antiquos referatur,Stoicorum fuit de ea iudicium distinguẽs hæc imaginationem, imaginabile,

bile, imaginatiuum & phantasma, Imaginatio est de re, quam aliquãdo sensimus: imaginabile autem, quod sensimus. Imaginatiuum est vis quæ inanes fingit vmbras: phãtasma verò ipsa fictio. Quæ referẽs D. Grego. Nissenus cap. 6. de viribus animæ imaginatiuam dixit esse vim animæ irrationalis (quæ & sensus dicitur) per sensus corporeos agens. Secreuit autẽ autor hic inter imaginabile, & phantasma. Imaginabile est cuius prior extitit sensio vt albi, aut nigri. At phantasma est vmbratilis & inanis apprehensio, vt hircoceruorum armatarumq; chimerarum. Quorum apud nos nusquam sensus extitit. Et hęc vis in cerebri priore locatur parte. Huic succedit (hoc autore) cogitandi vis sensualis quæ medium cerebri vẽtriculum sibi in domicilium aptat. Postremo in parte postrema cerebri memoria est, quam græci paracephalidem vocant. Vna ergo istis est phantasia & imaginatiua sub rationibus diuersis. De concertatione hactenus. Colligã aliquot conclusiones quæ tantæ concertatiõis nodos dissoluãt. ¶ Prima est Plures sunt sẽsus interiores. Huic omnes suffragantur. ¶ Secunda conclusio. Sensus communis & phantasia sunt duæ vires secundum rem diuersæ, & non solum secundũ rationem. Hæc patet. Phantasia est, quæ retinet species: communis nõ retinet, vt probatũ est. Phãtasia rursum est absentis cõmunis sẽsus est præsentis sensibilis: ergo idem nõ sunt: quippe neq; actibus, neque obiectis sibi consentiunt.

¶ Tertia conclusio phantasia & imaginatrix sunt vocabula synonima: illud græcũ, hoc latinũ. Hæc constat vel minimã tenenti græculã vocem. Hæc contra Auicenam & Albertum est. ¶ Quarta conclusio. Definitio phantasiæ est motus à sensu in actu, quam hic tradidit & .8. physic. tex. Com. 26. insinuat & alibi, nõ competit sensui communi: nam sensus communis, non est motus factus à sensu in actu: sed qui fit in præsẽtia. Nã nõ retinet motiones, vt phantasia. Quare phantasia est vis animæ sensitiuæ interior, quæ prima motiones quas suscepit à sensu communi retinet. Vnde nos non arbitramur supplendã definitionẽ, vt Aegidius malè cõtendit, illamq; suppleuit. Phantasia est

Aegidius reycitur.

motus factus à sensu in actu, secundũ quẽ multa facimus & patimur: quia Aristo, tex. 161. hoc vltimum adiecit. Ego verò hoc vltimum scio dixisse Arist. tamẽ non vt particulã definitionis, quia definitio citra additamentum absoluta est. Et Arist. definiens phantasiã cap. 1. libelli de insomnijs solum dixit, esse motum factum à sensu secundum actum. Neq; recipias, quæ Aegidius distinxit phantasia ait indeterminata, vt vermiculorum, & lumbricorum, est motus factus à sensu in actu præsenti, sed phantasia determinata, est motus factus à sensu in actu præterito. Siquidem hæc definitio phantasiæ non est phantasiæ indeterminatæ, quę non differt à sensu nisi modico interstitio: sed est sermo de phantasia determinata (vt vocant.) At verò intellexerunt hanc græci definitionem, qui non adiecerũt particulam postremã. Neq; Arist. repetens definitionem in calce tex. 161. illam accipit in definitionem phantasiæ, sed absolutè ait, phantasia est motus factus à sensu secundũ actum. Sic ergo etiã si phantasia moueatur à sensu moto à rebus (qui secundum actum sensus Arist. est) non tamen est sensibilis actu præsentis, sed absentis, vt pulchrè Phil. cõtradicẽs Themistio dixit, & nos retulimus in Cõmenta. Quamobrem nihil iniurium admittem⁹, si Aegidij sentẽtiæ valedicamus. ¶ Quinta cõclusio phantasiæ opus est imagines, quas vt in ærario retinet, discernere: quæ & quales sint imagines: & secundum eas de absentibus delectabilibus iudicare, vt vel sequatur illa, aut viã ab illis diuertat. Hæc est Arist. in tex. 155. huius tertij. Nam ibi aiebat. Si phantasia est, secundum quam phantasma in nobis fieri dicimus, potentia quædam est per quam discernimus, & veri sumus, & falsi. Quod verò dixit, & nos supra intulimus: non esse in phantasia complexionem veri & falsi, oportebit temperatè intelligere, eo sane modo non est in phantasia, quo est in intellectu, qui verum & falsum cognoscit, id quod non sensus vt Platonis est sermo in Theeteto. ¶ Sexta conclusio phantasia hæc non habet omnẽ suam operationem in omnibus animalibus perfectis, quæ illa potiũtur, sed solum in hominibus. Conclusio hęc phã-

Quid phantasia.

Quæ functio & vsus phãtasiæ.

Platonis cum Aristo. consensio.

tasiam tribuit animalibus perfectis: nam imperfecta, vt vermes, lumbrici, muscæ, non imaginãtur, nisi confusaneè. De qua phãtasia verba modò non fiunt. Verùm etiam si perfecta animalia omnia habeãt phantasiam perfectã, quia hæc mouẽtur in absentia cibaria, vt boues si pascua, hẽ ri gustarunt, hodie se in illa mouẽt phantasia ducti vt rursum victitẽtur, id quod est opus huius virtutis. Atqui imaginandi hæc vis habet aliud spiritualius longè mun⁹. i. refingere phãtasmata rerũ & pli bito excogitare, quę natura neq; habet, neq; pòt habere vt speciẽ hominis cõponens cum equi forma hyppocentaurum fingit, & species rerum aliarũ simili modo conflat. Hoc inquam non est brutalis imaginationis: nam hæc figmenta componere prodest nonnunquam ad inuestigãdum veritatem, vt infinitũ imaginari vacuũve locum, soles & mũdos multos fingere, quæ philosophis sunt in vsu figmenta, vt pbent illa imposibilia. Nobis ergo adhoc imaginatio seruit, quod diximus. Bestiæ autem cum veritates rerum non aduertant, imaginandi vis illis concessa est in vitæ vsum nõ ad alia, spiritualiora. At hoc illis præstat, vt inquã in absentia se impellant: vnde cibi & potus conferant sibi remedia, aut aliorum cõmodorũ nonnihil conuehãt opis. Rursumq; & vis imaginandi hæc in hominibus gaudet imitandi officio: per hanc. n. imitantur homines multa, vt voces auicularum homines efferũt: & aliorum gesta imitantur, vultus & personas alienas gesticulantur. Vnde Plato in sophista dixit phantasiam esse simulachrorum magistram, quia (vt diximus) phantasia excogitat multa phantasmata: & phãtastico dedit Plato imitationem, qua vtũtur pictores, typis effingentes imagines rerũ, & mimi diuersos hominum imitãtes mores, & voce, & gestu, vt in tragœdijs, cernimus. Verùm nõnihil bruta assequũtur imitandi phantasiam: quædam tamẽ non omnia, etiam perfecta: nanq; psittacus nostra verba conatur, id quod phantasiæ functio est secundũ imagines, quas psittachus aut turdus auditu excepit humanæ vocis, alias illis persimiles efferre: imperfectam tamen imitationem bruta assequũtur: quare imitandi hæc absoluta functio, hominum est, & per phãtasiã artifices mechanici opera artis ędunt mirabilia: quia secũdum simulachra cõcepta materiã ipsam, siue lignũ, siue metallum effingũt cęlãtes, & exculpentes miro ingenio artis, multas formas humanis visibus spectãdas. Et bruta nonnihil huius operis assequũtur, domicilia construendo sibi, imagine rerũ suscepta vt hirũdines nidos: quanquam bestijs non sit ars imaginãdi domũ construẽdam absolutè, vt rationabilibus: sed vt de imitatione dictũ est, bestiæ imperfectè & imitationẽ & artem assequuntur. ¶Septima conclusio huius vis organũ multi dixerunt cor, credentes sibi philosophari cũ Aristo. Et dubio procul Arist. in libello de somnijs. c. 3. ait simul cum vaporibus seu sanguine copioso à cerebro simulachra descẽdere in cor: qđ vocat ibi principiũ. & hæc simulachra nõdũ digestiõe absoluta, mouẽt in potẽtia, quæ decocto cibo actu mouẽt cor: ergo simulachra sũt in corde. Et hæc simulachra obiecta sũt phãtasiæ, quæ iam phantasmata iam spectra, iam imagines, iam idola & id genus vocitãtur à philosophis. Itaq; vt quæ ars fingit simulachra rerũ, non res dicuntur, vt Iouis simulachrum nõ est Iupiter, ita quæ vis imaginãdi cõponit phantasmata, & simulachra rerũ dicuntur. Neq; est multæ obseruationis, quod dixerũt Stoici inter imaginabile, & phantasmata discrimen statuentes, quos supra indicauimus. Siquidẽ apud Aris. phãtasma, nõ solum inanis imaginatio, vt quã fingimus đ chimera: verũ & quæ verè imaginãtur phantasmata dicuntur. imò si phantasia est motus à sensu, illa proprijssimè sunt phãtasmata, quæ prius sensata fuerunt per aliquẽ sensum. Cæterũ promiscuus est vsus harum vocuũ. Vnde & diuinæ literæ pro inani vmbra illã sæpe vsurpant vocem phantasma, vt discipuli seruatoris nostri Iesu Christi exterriti aliquãdo fuerunt, putantes Christum phantasma esse. At in priora nos referamus. Si ergo hæc sunt in corde, phantasia igitur in corde habet sibi natura comparatum sensoriũ. Vnde & causa somniorum hinc quoq; petẽda videtur. Nos enim somniamus sæpe in sublime ferri, quia phantasmata nostra, quæ nos ipsos referunt vaporibus

Quid humana pstet phã tasia.

Imitatio opus phantasiæ.

7. Conclusio.

poribus illis cordi adsistentibus ab istis in sublime cor cùm feratur, credimus de lusi, & nos quoq; in sublime ferri. Si verò vapores quibus phantasmata inuoluuntur crasiusculi sunt, & grauescentes, & adimũ depellantur, nos inimũ ruere somniamus. Sed fortassis hic loc⁹ aperit verum esse, quod Auicena dixit: & sensoriũ esse in cerebro, & corde: quippe Aristo. ait simul cum copioso sanguine delabi à cerebro simulachra in principium, id est in cor ipsum delabũtur simulachra ergo & in cerebro, & in corde vis sensoria hæc, diffusa est, quanquam loco indicato Aristo. finẽ sensorij & complementum insinuet esse cor. Sed nos de hac re disputauimus vberrimè supra in hoc tertio de sensu communi disserentes.

8. conclusio. ¶Octaua cõclusio cogitandi illa vis, quę humani sensus est vt ex traditione Auerroistica & ex Stoicorũ traditionib⁹ supra memoratũ est non est vsq; quaq; explorata apud Aristo. quia nullibi offert locum, vnde illam colligere liceat. Fateor sæpe illum meminisse cogitatiuæ virtutis: verum vbi hãc dixerit esse sensum, locum ostendat qui sapit. Ioannes Grammaticus, quem nos supra cap. isto indicabamus cogitandi vim esse tradidit quæ opinatur, quæ compos est scientiæ, atq; prudentiæ: distinguit enim intellectum, & cogitationem: illum perpetua frui cõtemplatione quẽ quoq; mẽtem hac causa Platoni familiares dixerunt. Et cogitationem dixit eam quæ discursibus rationis incumbit, à principijs in cõclusiones, ab effectis in causas, &c. Iam verò si opinari est cogitationis, scire & prouidere, & hæc vtiq; non sunt sensus, qui non opinatur, nõ subinde firma est collectio: Aristo. meminit cogitatiuæ, ergo hæc est facultas sensitiua. Quin & hic ipse Ioannes, libro priorum primo discernit inter intellectum & cogitandi vim. Ille (ait) non discurrit, quia sublimis quædam vis est sed neq; imaginatiua, quæ est status sensilium formarum, sed neq; opinio quæ est conclusio discursus: sed vna est vis hæc quæ hoc .i, discursũ præstat: quæ si ab intellectu principia sibi comparat demonstrando, scientiam sibi conciliat: si verò ab opiniõe sibi principia capiat dialecticum conflat syllogismũ. Si verò

An vis cogitandi sit sensitiuam.

à phantasia sophisticũ hoc fortasse vsurpans à Platone, qui in sophista, sophistã simulachra & phantasmata aucupari tradidit. Et secundum hanc rationem nihil difficile esset interpretari Aristo. libr. de histo. 1. cap. 1. in fine dicẽtem, hominẽ solum gaudere vi cogitandi. Cõmentator verò hanc vim cogitandi credit esse vim sensitiuam Commen. iudicato. Et inuehitur in Galenum rationalem istã vim credentem, & hanc ille vocat rationem quãdam particularem Commen. 20. & huius tertij libri secũdum Arabis huius sectionẽ. Huic quoq; cogitãdi vi concessit nõ sensata & quæ sensus latẽt aduertere per ea, quæ sensibus patent, vt medicus morbũ colligit ægrotantis hominis per hãc virtutem quam discursiuam per particularia diximus. Quare per infirmi accidentia, & morbum coniectat, & ægrotantis habitum, & complexionẽ, & quæ medicamenta admouere oportet: & per ea, quæ memoratur in alijs, illius generis se fecisse ad hibet remedia morbo. Sequitur Commentatorem Albertus magnus vbiq; & si illã vim cogitandi vocitet æstimatiuam, sequutus Auicenã. Verùm D. Tho. in summa Theologię, priore illius par. q. 78. art. 4. cogitatiuam & æstimatiuam vnam dixit potentiam, nisi quod æstimatiua est brutorum, cogitatiua est hominũ. Sed illam sensus vim cum Cõmentatore fatetur, namq; diuersa huius nominis ratio & quod ęstimatiua brutorum dicatur & hominum cogitatiua, diuersa huius virtutis operatio in causa est. Quippe bruta & homines intentiones non sensatas vt inimiciæ aut noxij, aut proficui ex sensatis seu sensis rebus sibi colligũt vt ouis facie lupi inspecta sibi arripit fugam, vt noxiã à se bestiã submoueat & per hanc vim bruta sunt disciplinæ pro suo modulo capacia: nam propriè non sunt disciplinæ participia. Verũ per hanc ęstimatiuã vmbrã tenẽt disciplinæ. Id quod Aristo. lib. 1. de histor. docuit cap. 1. & rerum vsus demonstrat vt psitacus in efferendis humanis vocibus eruditur, & canis ad saltationem: & id genus. & itidem homo has quoq; intentiones similiter sensu accipit. Verùm bruta accipiunt has intentiones modo naturę & ideo non consilio rationis fugiunt no

Homo solus vi cogitandi gaudet.

xia,sed naturæ impulsu. Quare & omnes oues eodem modo arripiūt fugam lupis visis: qa natura cū sit vna in eis, vno modo operatur & non diuerso. Vocatur autem intentio inimicitiæ nō sensata: quia inimicitia per sensum nullū externum sensilis est. ¶Homo verò apprehensa inimici verbi gratia intentione, non eodem modo parat sibi remedium cōtra ea quæ sibi sunt inimica naturæ impulsu, vt bruta, sed collatione, consilioq; vtitur. Quare quidā hominum inimicitiæ remediū parāt sibi precibus, alij donarijs, alij fuga, alij aggresfiōe, & id genus innumera, quæ homines excogitāt, quo sibi contra inimicos tutelā parent. Quare cū vis hæc sit in hoīe discursiua de intētione in intēsionē, aut boni, aut mali, & eò vocitetur ratio particularis vt intellectus ratio, nō particularis sed vniuersalis, ea propter est in homine vis hęc cogitatiua vocata. Quæ quia in brutis non adeo prouecta est, vt in nobis æstimatiua, dicta est brutorū. Et aduersum hoc colligerē ego nō esse op⁹ noua voce, & si functio huius virtutis brutorū atq; hominum sit diuersa: quandoquidē & vis imaginādi in homine, est magistra simulachrorum vt diximus. Brutis verò non hoc cōtingit: & tamen vocem eādem, & vocabulū suum seruat in hominibus & brutis: semper. n. phantasiæ nomē retinet. Cur ergo nō dicetur in brutis esse cogitatiuam nomine intacto etiam si nobilioris sit functionis in homine, quā in brutis? vt ętiā memoria est in brutis perfectis, & hominibus, etiam si hominis memoria habet actum quēdam præstantisfimū, qui est reminisci, quo bruta carent, vt Aristo. 1. de historia dixit. ca 1. ¶Crediderim aūt hæc vniuersa đ cogitatiua ab hoc vno principio profluxisse, intellectū videlicet non cognoscere singularia, sed proprij muneris intellectus esse vniuersalia. 2. posterio. subindeq; collegit Auerroes esse rationē quādam particularē homini propriam, quæ singularia colligat. Et rursum Commen. intellectum homini nō dedit informem, sed separatum motorē dixit hominis intellectū esse. Nihil restabat illi tandem, quo hominē vocaret animal rationale, nisi vim hanc cogitandi sensitiuam diceret, & rationis participem fateretur.

Motiua Auerrois quæ cogitādi vim rationem esse probant.

Quæ duo sunt excutiēda vberiori disputatione, quā præsens exigat locus. Quapropter remittamus in sequētia cōmentaria. At quod huius loci est, non probatum esse satis dico æstimatiuam istam diuersam esse ab imaginatiua. Neq; Aristotelis adhærendo vestigijs illud suaderi poterit: nanq; imaginatiua vis, etiam non sensata imaginatur, & intentiones colligit non sensatas. Quî ergo differunt hæc duo, æstimandi vis, seu existimandi, aut cogitādi? At scio Albertū hæc distinxisse, in summa de homine tractatu de æstimatiua. q. 1. imaginādi (ait) vis, colligit non sensata sub forma veri, & falsi, iudicando. At verò æstimandi vis sub forma boni, & mali fugiendi, aut prosequendi. Itaque illa est instar speculatiui sensus: hęc verò practico conferēda. ¶Verū ego lego apud Aristo. in hoc tertio, per phātasiam multa pati, & facere, homines atq; bruta: vt ergo imaginatio speculationi solū insistit, vt Albertus tradidit? Et infrà tradet philosophus imaginationē, & appetitum, mouere animal. Quod verò Aristo. hoc cap. dixit imaginationē non incutere affectū, id quod. Alberti defensio quędā est, non colligit tñ: nam phātasia, & suscipit species, & illas cōponit, affirmādo, vel negādo: vt illas excipit, est similis illi, qui in tapete depictas cōtemplatur imagines: vt verò componit, ipsa mouet animal per appetitū. Quòd verò D. Tho. attulit, vt probet diuersas esse vires has æstimatiuam, & vim imaginatricem, rationi est magis cōsentaneum: imaginatrix. n. mouet animal, ad conuenientia sensui, in cibum videlicet & potū, & id genus. Et aduertit quæ noxia, quæue conferentia sint sensui: æstimatiua verò ad ea mouet, nō quæ delectant, aut infestant sensum, sed ad alia, quæ sunt cōuenietia naturæ: vt ouis visum lupū fugit, non quod color ille lupi visum offendat ouis, aut figura noxia sit: sed quia ouis æstimat lupum esse naturæ propriæ aduersariū. Et hirundo paleas rostro legit, vt nidulum sibi compingat, non ꝙ illa palearū collectio sensui visus, aut tactui hirundinis delectabilis extet, sed ꝙ propriè naturæ domicilium extruere æstimatiua hirūdinis cōiectat necessarium: quāquā sine consilio & prudentia, sed vt impulsu

Aestimatiua & imaginatiua vnū.

Albertus eliditur.

impulsu acta naturæ nidulum fabricat. Verũ neq; hoc meã trahit fidẽ vt necessa riũ credã, hanc æstimatiuã, esse diuersam ab imaginatrice nisi ratiõe solũ: vis enim ipsa imaginatrix in hæc omnia sufficit, idest, vt omnia quæ sensus exteriores la tẽt (qualia sunt amicitię naturales & ini micitię & id genus) ipsa apud se colligat quæ sunt in salutem aut perniciem animalis. Itaq; quatuor vires sensus intimas traderemus, secundum rationem discrepantes: tres aũt re diuersas. Priores sunt cõmunis sensus imaginãdi, vis æstimãdi & memorandi. Posteriores sunt cõmunis sensus vis imaginãdi & memorãdi. Neq; alias apud Arist. legimus, neq; ratio ido neæ collectionis aliud probat. Cæterum quia ventriculorũ distinctioquã anatomi in cerebro distribuũt, est momentosa in re ista, & illi quatuor ventriculos distinxerũt quæ à natura in sẽsoria seu sensoria interna vidẽtur instituta, à posteriori virium numerũ harũ vestigantes illas quatuor re diuersas credẽdum videtur. Quod si intellectus directè singularia intelligat (vt multis est fides) nõ est hominis cogitatiua vis sensus, sed intellectus, & rationalis pars est & æstimatiua dicẽda irratiõalis virtus in homine, vt in bruto: vt visus bruti dicitur visus, vt humanus. Sin intellectus singularia directè intelligere nequeat, æquũ est cogitatiuã, rationẽ ve particularẽ, sensoriã esse partẽ. Id quod tamẽ post hæc differemus: in pręsentia autẽ satis sit dixisse quatuor esse brutis perfectis aĩę sensitiuę partes: internas cognitiuas, quę sunt cõmunis sensus imaginatrix æstimatiua & memoria. Quæ totidẽ homini sunt & præstantiori modo, quã brutis: quippe animę rationali seruiũt. Et aduertas etiã si bruta sensibus exterioribus præpolleãt quędã, & hominibus præstẽt: visu, dico & auditu. Et de olfactu fassus est Arist. 2. de aĩa ca. De olfactu. tñ viribus sensus internis vniuersa bruta hominũ naturæ cedũt. Nam sensus cõmunis præpollẽtior est homini quã brutis, imaginãdi quoq; vis homini vberior est, quæ in homine solũ tot inuẽta excogitat, æstimatiua rursum & memoria in homine vigẽt plurimũ quæ actũ reminiscendi habet in homine, quẽ bruta nesciũt, vt Aris. ait lib. de memo. & in lib. 1. de hist. c. 1. memoriã cõmunẽ fecit brutis, & hominib⁹ (brutis imperfectis) reminiscentiã humani peculij solũ esse concessit. Nã reminiscẽtia exigit discursum. ex prius. n. memoratis, in oblita reditio reminiscẽtia est. Bruta aũt nõ sunt discursus capacia, quare non reminiscũtur. ¶Obiter quæramus, vt bruta memorantur? Quando quidẽ memoria præteriti est (Arist. autore libro illato) tempus verò non est sensibile neq; commune, neque propriũ, quare bruta nõ sentient tẽpus. ¶Rursum si nouit brutũ præteritũ futurũ quid ni cognoscet? Qđ si vtrũq; quid brutũ prouidũ vocare & prouidentiæ habere sagacitatẽ dicere vetat? ¶Et rursum tẽpus est numerus motus secundum prius, & posterius. Si brutũ nouit tẽpus, numerat ergo partes mot⁹. Id quod intelligentiæ munus est, qua bruta priuãtur: non ergo tempus nouerũt bruta. Audi tamen solutionẽ, quã docuit huius rei Themistius in paraphrasi ad librũ de memo. bruta non cognoscere temporis naturã, neq; differentias, vt argutè argumẽta nostra exigũt, sed cognoscũt actiones suas quas tẽpus ipsum mẽsurat, vt equus qui aliquãdo anfractuoso itinere fuit implexus, rediẽs in eũ locũ, memoratur implexi itineris quod aliquãdo confecit & ꝓprię offensiõis, & casus, & retrahit gressum sibi consulẽs, ne deterius sibi cõtingat. Vnde non nouit equus tẽpus vt mẽsura est motus, sed opera sua priora vt casum suũ aut terrorẽ aut quod equo accidit, memoratur: quæ tẽpore priore mensurata atq; exacta sunt. Vnde confusam & exilẽ habet tẽporis sensionẽ. Neq; me latet Scotum in. 4. dist. 45. quæst. 3. sensus sentire tempus dixisse cũ motus sit per se sensilis, ergo & tempus. Sed re vera non æqua est ratio motus & temporis. nam motus nusq̃ à ratione & mente pendet: atqui tempus Arist. dixit à mente pendere & eius Com. 4. phy. 131. Vbi aspicis ipsã vim memorãdi esse clariorẽ homini, quã bestijs. Causa aũt cur hõ omnib⁹ viribus sensus internis ꝑstat bestijs, nõ itidẽ externis, hæc est quia internę vires, propiores sunt mẽti quã externę, & quo propiores sunt principi menti, in maiorẽ dignitatẽ prouehuntur, vt angeli quo Deo propiores eo digniores. ¶At verò paululũ

Numerus internorũ sensuũ ex auto. sententia.

In brutis perfectis quatuor animę vires sensoriæ et internæ.

reminiscẽtia negãt brutis

Tempus si cognoscitur à brutis.

An brutis cõcessa memo.

Sco. expend.

lulũ mecũ hîc figẽ gradũ: quia diximus bruta nescire numerũ, continuo, neq; tẽpus sentire: quare non habẽt vim memorãdi perfectã. At colliget aliquis cõtra tẽpus sentire bruta, probabitq; Si tẽpus nõ sentirẽt esset, vel maximè, qa numerũ bruta nõ sentiũt: etenim diximus tẽpus pendere ab aĩa intellectiua, quia tempus numerus est. At cũ numerus sit sensibilis, erit igitur tẽpus quoq; sensile, Hoc aũt argumentũ non remoretur tuã intelligentiam, nã si rectè memimeris numerũ esse sensibilẽ non quemlibet, sed solũ eũ, quẽ materialẽ vocãt (qui est ipsę res numeratę) facilè te expedies ab onere argumẽti. Dicamus igitur, tempus esse numerũ formaliter. i. ipsam numerationẽ prioris, & posterioris. Hæc aũt numeratio non est sensibilis, sed solũ intelligibilis. Quapropter tẽpus est quoq; mentis opus. Porrò aũt ex argumẽti huius solutione grauior nobis impẽdit dubitatio: etenim Aristo. libello de memoria memoriã tradidit nõ esse citra temporis notionẽ, Quòd si diximus bruta nõ sentire tẽpus, ergo neq; memorabuntur Scotus in. 4. dist. 45. q. 3. probabile duxit in brutis nõ esse memoriã: quia nulla est operatio brutorũ, quæ memoriã necessario colligat in brutis. Nam ꝙ canis fustẽ (quo olim percussus) timẽs à latratibus cesset, hoc dicet aliquis non esse memoriæ: sed species tristabilis percussiõis infixa cani, hæc retrahit canem à latratu: vt hirũdo facit nidũ, qa est sibi delectabile opus, & ipsum conuenit ob delectationẽ. Etenim si memoriã brutis dederis, ergo bruta se reflectent in actus suos, quod solius esse mentis opus supra demõstrauimus. Antecedẽs patet: nam si recordãtur propriorũ actuũ, ergo & reflectũtur supra actũ suum. Nam recordatio sensio est, ergo si recordãtur suorũ operũ ergo sentiũt sua opera, vt visionem, auditionẽ & id genus. Rursum memoria est recordatio præteriti vt præteritũ est: sed istud negatũ est brutis, præterita, vt præterita sentire. At verò non solũ Arist. sed etiam ante ipsum Plato memoriã dedit brutis. Vnde Plato memoriã finiens dixit illã esse cõseruationem sensus & intelligentiæ, quã definitionem D. Grego. Nissenus exposuit dicens lib. de viribus animæ. c. 6. memoriã esse cõseruationem

Brutorũ memoria an sit.

Quid memoria.

sensus, & cogitationis. Etenim per intelligẽtiam Plato cogitationẽ subaudiuit. Quapropter necessariò scd̃m verã philosophiã brutis perfectis, danda est memoria, vt iam legitimis est ostẽsum argumẽtis. Hæc aũt brutorũ memoria est quidẽ præteriti, nõ vt pręteritũ est. etiam si Scoto placeat memoriã esse præteriti, vt præteritũ, qa Arist. cõcessit sensum esse reflexiuã vim docẽs supra. c. 1. hui⁹. 3. sensum se sentire. Ego tñ Themistiũ credo vera docuisse loco indicato bruta nescire præteritũ vt præteritum: hoc. n. est humanæ memoriæ tantũ, sed solũ bruta memorãtur actionis præteritæ, vt equus lapsum antiquũ declinãs, aliam viam quærit, aut agasonis muli ad diuersoriũ pristinũ nullo ducẽte reuertẽtes, & canis dñi prioris retinẽs memoriam, & bruta habẽtes has species rerũ præteritarũ quodãmodo habent tẽporis notitiã: sed confusam. & sic dilutũ est argumẽtum scd̃m. ¶ Ad argu. 1. diximus sæpe sensum cõmunem sentire opera sensuũ externorũ: hoc aũt non est reflexio, & Aristo. fatetur esse insomnia brutis. Vnde & canes noctu ꝑ quietẽ latrãtes audimus: qđ non esset, nisi habuissent ꝑ quietẽ somni occursantes rerũ in vigilia apprehẽsarũ imagines. Est locus Arist. 4. de histo. aĩa. c. 10. & D. August. 12. de Trinita. idem fatetur brutis esse memoriã. De memoria aũt notãdum est, qđ Auerroes dixit esse spiritualiorẽ cæteris sensus viribus. Et in lib. destructi. disputa. 3. in solu. 10. sibi cõstat, & quod hoc loco dixerat. Cõm. 6. illic vberius colligit. Nã memoria est finis sensuũ ergo est spiritualior, & dignior sensibus. Huic refragãtur & occinũt & philosophi, & theologi nõ pauci, memoriã ignobilẽ potentiã credẽtes: quippe nõ apprehẽdit iudicando de simulachris, sed solum est ærarium quoddã viuum specierũ, vt illi verè congruat esse locũ specierũ. Mea tñ sentẽtia mallẽ credere Auerroi, memoriã esse aliis sensibus digniorẽ, ipsamq; non solũ retinere cõditas species, quin etiã iudicium posse ferre de illis: alioquin si non iudicat, vt discurrit, reminiscendo? memoratur ergo vniuersa, quæ alij sensus sensẽrũt, in illaq; sese effundit. Quãobrem est vniuersalior potẽtia: qa eius obiectũ, nõ strictè est supellectilis, sed in vniuersam aliorum

Memoriæ nobilitas.

aliorum sensuum fabricam, ipsa se confert. Et hac de causa spiritualior est. quippe, est vniuersalior, & à materia magis abhorrans. Et vt prædiximus huius facultatis vẽtriculus, etsi vẽtriculis aliorũ sensuũ angustior sit, plurimi tñ spiritus, & elaboratissimi imbutus est. istis adiungito, sensus hos interiores nõ esse appellandos (secũdum ritũ Arist.) sensus simpliciter, hæc.n. appellatio sensuum exteriorũ est. Arist. lege libello de insomniis docentem sentire insomnia, non esse intelligẽtis, neq; opinãtis, neq; sentientis. simpliciter: nã sentire simpliciter est videre, audire, & id genus. c.1. illius libelli. Quare & hic mos in istis libris đ aĩa à me sæpe notat⁹ est. Sũt aũt vocãdi sensus, interni sensus scđm quandã diminutam rationẽ. Nam quãquam nobiliores sint, apprehẽdendo & iudicãdo, non tñ sentiendo. At sensus cõmunis, quippe hic est primus interiorum & in vicinio & administratione externorum sensuum nomen sensus sibi à contubernio vicinorum sensuum seruat.

Secunda disputatio si bruta rationis beneficio gaudent.



SEcundò, verbis Arist. insigentes gradũ, excutiamus, si bruta sint rationis alicuius. Nam Aristo. audiuimus cap. hoc vt rem cõfessam dixisse bruta nõ esse opinãtia: quia opinio rationalis est facultatis. Quidã tñ naturæ interpretes infælices, vocum tamen fœlicissimi inquisitores, è quorũ classe est Laurẽtius Valensis, qui in rem physicam & theologã manũ misit (reflãte tñ cælesti aura,) in libello de dialectica, c.9. brutis rationẽ dedit: & alij itidem huius notæ autores, mirũ est ꝗ contendãt hoc suadere. Ducũtur in hanc sententiam experimẽtis quibusdã vt apum industria, vulpiũ astu, formicarũ prudentia, vrsorũq; sagacitate mira in submergẽdis apibus, vt fauorum stillãtia mella in fauces tranglutiãt: canũ præter hęc fidelitate, qui sectantur herũ in rogũ vsq;, & in biuio cõstituti canes sibi seligũt viã vnã alia reiecta, id quod discursus est indiculũ. Præteribit me tempus, si cunctas brutorũ industrias & mirabiles sagacitates denarrare instituerẽ. Iam ergo ꝑ hæc argumẽta colligũt bruta ratiocinari. Porrò augẽt ista, verba Arist.1. de histo. aĩaliũ .c.1. qui apes & grues vocat animalia ciuilia: qa ducem habent quẽ sequantur. Verũ etiam & brutorũ quorũdam cicuratio (vt domesticorũ) aliorũ astutia aliorum clemẽtia, aliorũ crudelitas, horũ ruditas, illorũ vrbanitas, micantis rationis vidẽtur scintillæ. Albertus Magnus lib. 8. de animalibus tracta.5.c.1. astutiã, prudentiã, sagacitatemq; brutorũ non rationis esse doctè cõcessit, sed qualitatũ temperamẽto varieq; cõplexioni adscripsit: aut spũi vitali, aut sensuũ perfectiõi, aut influxui cælesti, aut deniq; appetitui, & naturæ impulsui. & Arist. eleganter in. 8. lib. de histo. c.1. pueros cõtulit bestiis. In pueris.n. altũ dormit ratio, & veluti dẽsissima caligine obnubitur, & perinde est ac si nõ esset. Vt ergo pueri habẽt prudẽtiam, nõ quæ vera sit prudentia, quia rationis vsu nõdum potiti sunt, sed quædã similitudo prudẽtiæ in ipsis fulget: nam virtus ipsa neq; viciũ pueris adest, sed horũ obscura imago, ita brutis. Nam nihil operãtur consilio, aut electione: sed quô fert illa naturæ & sensus vis, illô gradiũtur. Hinc hirũdo sibi paleas in niduli fabricã colligẽs, non cõsilio facit rationis, sed imaginatrix hirũdinis vis instinctusq; naturæ hirũdinẽ ad domiciliũ sibi parandum impellunt. Est quidã, qui brutorũ omniũ inimicus sensum illis ademit, nedũ rationem: brutã naturam non animalẽ, sed lapideã faciens. Neq; hic aduertebat accidẽtia plurimũ cõferre, vt naturam rei exploratã habemus. At operationes habẽt bruta plãtis negatas: habent ergo sublimiorẽ naturã quã plãtæ: ergo sensum habẽt. Hunc tamẽ vt virum præstigiosæ philosophiæ reijciamus. ¶Si verò apud quẽquam autorũ, nomine dignorũ, rationẽ brutis cõcessam legeris, memineris illud similitudine, & nõ per ꝓprietatẽ dictũ esse. Et clausula sit hui⁹ quæst. bruta cũ sint irrationalia, neq; habent rationem vniuersalẽ, sed neq; singularem: qa ratio in particularibus colligẽdis solius hominis est. Aliud est, quod iudicẽt bruta de singularib⁹, aliud est rõnis operatio. Et argumẽtum rẽ hãc cõficiens sit hoc, bruta vno mõ operari (quæ tñ sunt vnius speciei) vt boues vnũ retinẽt operandi

An bruta rationẽ participent.

Brutis nõ est ratio.

 randi

tandi modũ commedẽdi, ambulãdi, mugiẽdi, oues itidẽ. & in alia silibet discurres animãtia bruta. Si verò rationẽ obtinerent, cùm ratio lubrica & varia sit. hoc fieri nõ posset, vt in nostra natura cernimus, etiã gemellos fratres vno partu fusos varij moris & cultus esse, vt Esau & Iacob, quos scriptura Dei proponit, piũ Iacob simplicem, & mitẽ: Esau immitem & impiũ referens. Non ergo bruta inquirunt, sed naturæ instinctus est illis vice inquisitionis sufficiẽs, vt Auicena & Alpharabius tradiderũt. ¶ Non erit præter rẽ hanc, dubitare, nũ plures istis enumeratis sint virtutes animæ sensitiuæ interiores? Nāq; Pigmæi habent loquelam, atq; sermonem, & cùm nõ sint homines, sed hominũ similes, alia ergo videntur potiri facultate sensitiua interna, qua bruta alia nõ gaudẽt. Siquidem & sermo & loquela vim aĩæ excellẽtiorem quam aliorũ sit brutorũ pręfert. Quod verò nõ sint homines, colligit satis, qa neq; rem publicam administrant: neq; eos pudet mali, neq; honestati inhiãt, neq; iustitiã colũt, neq; pietatẽ obseruant, etiã si Aristo. nihil certi statuerit de pigmęis, quos Græci trogloditas appellãt, sed hoc solũ esse vel genus hominũ, vel equorum. 8. de histo. c. 12. dixit. Præter hæc nõ indigna est quæ agatur dubitatio de vi diuinandi, quã Arist. libello de insomnijs nõ reijcit, insomnia dicens non esse penitus respuenda & lib. 7. Ethicorũ ad Eudemũ melancholicorũ recta & subita esse insomnia fatetur, & sapientibus & prudentibus esse vaticinationẽ inibi cõfitetur. Et D. August. in lib. 12. super Genesim. c. 13. hanc vim diuinãdi tradidit. Et in eodem libro animã humanã vim diuinãdi habere meminit, vt à sensibus subducitur. Et D. Grego. 4. libr. dialogorũ. cap. 26. hanc vim diuinãdi animæ intellectuali cõcessit, referũturq; herbæ & lapilli & alia id gen⁹ quę diuinationi cõducũt, vt de chelonia narrat Plinius lib. 37. ca. 10. Quin & bruta ab hac vi nõ videntur abhorrere. Nam nõnihil gestibus corporis & motu venturi protendũt vt galli intẽpestiuus cãtus pluuias, & auiũ crocitatio frequẽs imbres ingruere significat. Ad hæc duo dubia etiã si præpostero ordine respõdemus, vim diuinãdi non esse particularẽ aliquam præter denarratas vires: sed est ipsa vis cogitatiua, vt autor est. D. Grægo. Nissenus libro de viribus animæ. c. 6. quæ vis quãto purior est, & puriora assequuta phãtasmata, tanto diligẽtius diuinãdi per somnia assequtur officiũ. Vnde ꝑ quietẽ diuinare magis licet, quam per vigiliã. Tunc. n. cessant sensuum particularium variæ motiones, quæ cogitatiuam plurimũ præsentibus sensibilib⁹ immergũt, vt D. Tho. 1. par. q. 12. art. 11. tradidit: vnde melãcholicis, quibus defecata sunt phãtasmata, accidũt sæpe diuinatoria insomnia. Bruta verò nõ habent futurorũ insomnia, sed præsentiũ: quia bruta non se referunt in futurũ, neq; de futuris solicitãtur. Quod verò gestu & motu corporũ futura protẽdant, illud nõ est ex diuinatione, sed qa bruta non gestãt animas curis plenas, vt homines: eaꝓpter aptissima sunt, vt cælestes suscipiãt influxus. Quare si cæli cõstellatio humida sit, humoris citisimũ habẽt sensum: vnde sese agitant, aut canũt, &c. Vt ergo medicus per vim cogitatiuã diuinat de salute, aut morte infirmi, sic & quidam homines de cũctis cõtingẽtibus per eandẽ vim diuinare solẽt. Etenim hæc vis etiã si sensitiua, est tñ in vicinia mẽtis: quapropter de futuris coniectare poterit quod rationis est opus. Quare nullius alterius sensitiuę virtutis hoc munus est. Hæc dixerim sectãdo communẽ de vi cogitatiua virtute philosophiã, quæ credit illam esse sensitiuã. ¶ Dubio primo respõdeo. Pigmęis cõcedendã esse vim æstimatiuã, quę potior illis fortasis, quã in alijs brutis: nõ est autẽ in illis alia vis, præter iam recensitas. Neq; horũ loquela est perfecta vt humana sed nõnihil humanæ vocis frendunt, quod velut vmbra humani sermonis est: Cæterũ, tu qui hęc legis, caue fallaris credendo vis cogitatiuæ tãtum esse prædicere ventura: etenim prædicere ventura aliquãdo est naturæ, aliquãdo est diuinę gratiæ, vt D. Grego. loco indicato dixit. Nos aũt hic solũ loquimur de diuinatione naturali, vt quæ est per insomnia aut alias & hanc diximus esse cogitatiuæ: at alia supernaturalis illa est superni luminis, in quam non sufficit cogitatiua. Quantum autem discriminentur huiusmodi prædictiones, & supernaturalis, quam

An sint plures sensus interno quam enumerati.

Vnde bruta diuinant.

quam prophetiam theologia appellat, & naturalis quam philosophi diuinationem, non est huius differere loci: satis sit nostram diuinationē fallacem esse: prophetia verò certissima est vt Beatus Petrus. 2. Pe. primo testatur.

CAP. IIII.

Tres excutit quæstiones. Prior est, an intellectus à corporis commertio sit separabilis? Altera, vt differant & vt conueniant intelligere atq; sentire. Postrema, vt intelligendi actio à nobis operetur. Et demum aliam adiecit, Si intellectus sit singularium an vniuersalium solum.



HOC cap. 4. profundam & latebrosam in mediū producit de intellectu quęstionem, exacta iam materia, partes animæ irrationalis cōcernente, ab imperfectioribus paululum se promouens ad supremi apicis fastigium. Ab anima videlicet plantarū in animas brutales sese vocans, ab istis sibi fecit gradum in animā intellectiuam, quæ animarū omnium supremum fastigium tenet. Hîc autem fecit sibi initium tertius de anima liber apud Auerroem. Et nouo numero sua illustrat cōmentaria: sed huic sectioni nō duximus acquiescendū, maximè Arist. refragante, & Græca schola, quæ longe ante Auerroem tertium de anima librum notat, vt prædiximus. Verū res hæc non est tam momentosa, quam quæ egeat multis versibus, & lineis, vt explanetur. Sequatur quilibet quod volet & proprio in hac re sensu abūdet. Philoponus autē in tria capita verba hæc omnia, quæ hoc loco continentur distribuit. Primum est quęrere, an anima rationalis sit corruptibilis an sit æterna? ¶Secūdum est, discernere animam rationalem ab irrationali, id quod supra fecerat. Nūc autē rursum inculcat, quia illi conferebat discretionem vtriusq; animæ nouè repetere. Tertium aūt considerationis caput est, quomodo est intelligere in nobis. ¶Et horū trium quod primū sibi capit, est discretionem sensus, & rationis differere: quia plurimum sibi suo conferebat instituto; de intellectus (inquam) ęternitate. Et discretionem, vt planè caperemus societatē & cōmunionē sensus & intellect⁹ præmisit. Sunt autem tres cōmuniones, & rationis, & sensus, hæc duo in potētia sunt sensus ad sensilium species excipiendas, & intellectus intelligibilium. Nam neuter horum natus est speciebus instructus aut speciebus consignatus: sed ab extrinseco illas mēdicato accipiūt. Secunda verò cōmunio est etiā vterq; & sensus atq; intellectus ab obiectis patiuntur. Sunt nanq; potentiæ passiuæ ab extrinseco. ¶Tertia cōmunio est, hæc passio non est læsiua sensus, neq; intellectus: sed perfectiua. Iam verò Aristot. audiamus, verba de intellectu hæc librantem. *Communiones sensus & intellectus.*



DE parte autem animæ qua & cognoscit aīa & sapit, siue separabili existente, siue nō separabili secundum magnitudinem, sed secūdum rationem, cōsiderandū est quā habeat differentiā, & quomodo tādem fiat ipm intelligere. Tex. 1.

¶Non bene sibi consentiūt interpretes, quid velit per partē seu particulam animæ Arist. si velit animam ipsam rationalem, aut vim & facultatem animę huius, quam intellectū dicimus. Commentator Auerroes suam cogitatiuam virtutē huc vocat, cuius vult mētionem in præsentia apud Arist. fieri. Nanq; per hāc vim anima rationalis discursiua est. Et vt hic autor, inquit manifestū est per se, per hanc vim hominem discerni à bestijs. hæc autē cogitādi facultas (hoc autore) est qua & homo cognoscit, & sapit, vt cognitio contēplationis sit, & sapientia sit actionis & prudentiæ: nam quanq̃ hæc vis sit sensualis, tamen participans intellectus appellatur: quia operationem separatæ intelligentiæ assequitur, quam separatā intelligētiam (ratione diuersa) participatus intellectus dicitur qa eius illustratione & operatione nostra cogitatiua gaudet. Itaq; extrinsecę intelligētię, quæ homini seruit, vt illustret, cogitādi facultatem, Commen. donat, & quod contempletur *Intellectus participans, & participatus.*

pletur vniuersalia rerum principia, & ꝗ actiones,& mores componat,& quòd discurrat per contingentia & necessaria. Vnde & varia sibi accommodantur nomina:etenim quando contẽplatur, theoricus est intellectus, si agit phroniticus, vel prudẽs intellectus: quando scit,sciẽs siue epistemonic⁹ intellect⁹:si opinetur. doxasticus intellectus seu opinatiuus. Verum sententia hęc abhorrens est à veritate nunc Arist. instituisse tractatũ de vi ista sensus,de qua nullibi constabit apud Arist. esse sensus vim vt diximus,in quæstione, quæ hoc desserebat.& si constitisset præter rem fecisset, nunc in medium illã proferre absoluto iam tractatu de sensu. Et rursum si hæc vis sensus est, quis credet operationes intellectui essẽtiales,vt est cognoscere & sapere,participare?Et quis intelliget sensum, intelligere,aut prudentẽ esse? Quod seqtur,si cogitatiua hæc cognoscit,& sapit. Quid quod de parte animæ qua intelligimus & prudẽtes sumus sermonẽ habere polliceтur Arist.?Iam verò cogitandi vis non est hæc pars: quia ipsa non est principiũ horũ operum:sed externa intelligentia, illud ergo quod est primum principium cognoscẽdi & sapiendi huius tractatus, scopus est.Quamobrem Simplicius consultiùs absoluisset, si disertius dixisset quod mẽte tenebat.Ait ille, intellectum materialem illũ esse partem hãc animæ, qua sapimus & intelligimus : hic est passiuus intellectus,qui species suscipit à rebus intelligibilibus : & qui communione passionis cum sensu sociatur. Et hic est infimus intellectus,& ab infimo ad supremũ intellectũ scãdit Arist. Atqui hic intellectus vt autor hic tradidit, veluti materia substernitur rebus intelligibilibus: quare habet nullã formã intelligibile à natura, sed aliunde petitam & vocatã.¶Themistius rem crudã proposuit, qualis erat Arist.de ratione ait, qua aliquid contẽplamur,cõsultamus & decernimus esse nunc differẽdum. ¶Philoponus non de potẽtia, sed de anima ipsa intellectiua locum hunc audiendum tradidit. Et anima ipsa est pars totius generis animarũ, vt diceremus hominẽ esse animalis partẽ subiectiuã, in quam animal diuiditur:ita quoq; rationalis anima est species quodãmodo animæ,ideo vocitatur pars animæ. Et Aristo.non ait aliud, quam se acturũ de parte illa, qua cognoscimus & sapimus,nõ ait qua primò sapimus & cognoscimus : sed qua cognoscimus & sapimus. Et huiusmodi anima rationalis est,quæ est principium intelligẽdi. Plutarchus philosophus credidit oẽs animas esse vnius naturę,vnius ve substãtiæ, soloq; discrepare rationalem,sensualem,& vegetalẽ,officio, & facultate,non natura. Quare & rationalis dicta est animæ pars: quia officium sibi peculiare habet, cognoscẽdi & iudicandi intelligibilia sed hęc huius philosophi assertio est, corruptio philosophiæ. Nã quî fiet oẽs animas esse eiusdem naturæ, si tantũ est in munere interuallũ?Si actus distinguit potentias & hæ distingunt naturas,vt ergo cũ intelligendi facultas sit longè alterius naturæ,quàm sit sensus, & hic multò alterius,quã altrix sit vis, poterũt animæ illę vnius esse naturæ? ¶Adde intellect⁹ immortalis est:at sensus corruptionẽ subit temporalẽ,incorruptibile æternum,& temporaneum,nullã vnam naturam participãt. Non ergo animæ omnes sunt naturæ & substantiæ vnius: & non solum rationalis,quæ æterna est, verum & sensuales omnes, & plãtales non sunt eiusdem naturæ participes:quia vt diximus,in brutis est speciei diuersitas. Quare & in animabus necessaria est, quæ cõcedatur. Mihi tñ arridet magis per partẽ animæ non animã, vt Philoponus dixit rationalem: sed ipsam vim intelligendi, quam vulgato vocabulo intellectum vocamus subaudire. Nã intellectus notior est ipsa anima, & per intellectus functionem inuestigãtes, naturã rationalis animæ exploratã habebimus. vt sit hic sensus. De intellectu instituẽdus est sermo, per quem vt principium primũ cognoscimus,contemplando,& sapimus agendo, quæ prudentiæ vel artis sunt. Nam superius quoq; per vocem sapiẽtiæ prudentiam intellexit: nam in alium vsum vsurpat vocẽ hanc hoc loco quam sexto Ethicorũ.c.7.inibi enim habitum contẽplatiuũ docuit esse sapientiam: hic verò sapientiam habitum practicum cõsentientib⁹ Themistio, Philopono, Auerroe. quem locus indicatus Ethicorum etiam sapientiæ

Theoricus intellect⁹ phroniticus epistemõicus doxasticus.

Auerroes exploditur.

Plutarchus reijcitur.

Autoris censura.

sapiẽtiæ nomẽ in habitũ practicum artis extẽdit, vt statuarius polycletus dicitur sapiẽs. At sapiẽtiæ nomen propriissime contemplatio est principiorũ & conclusionis. Græci autem hoc loco practicam notitiam voluerunt nomine sapientiæ. Latinis tũ dissentiẽtibus: sed per cognoscere & sapere volunt intellectã apprehẽsiuam notitiã, & iudicãdi operationem, putantq; hoc differre cognoscere, & sapere: quod cognoscere sit apprehensio mentis simplex: sapere verò iudiciũ. In huncq; modum exposuit. D. Tho. & Paulus, & alij. ¶Ego tamen in Græcorum placitum prudens eo, quippe, phrasis hęc Aristote. &. cap. etiam superiore notata est. Sed refert nihili, si quis cõtumaciter Latinis acquieuerit: quanquam nõ parum est peripateticã obseruare phrasim. Iam verò, quia intellectus, huius sectionis est scopus, vocem intellectus aperiamus. Et huius Alexand. Aphrodiseus tria ædidit significata. Alterum est intellectus in potentia, qui pueris adest, alter est intellectus secundum habitum, qualem viri, qui rerum habẽt notitiã assequũtur. Postrem⁹ est in actu intellectus, & hũc, (ait Alexander) exterius veniens in nostras se insinuat vires. Verùm ista postrema significantia lõgè ab hoc instituto est. Nã de Deo non accepit modò disputationẽ Aristo. qui physicam rationem sequitur, non supermundanam. De parte, qua homo & sapit & cognoscit, instituit disserere, quæ pars non est Deus, qui in nullius compositionem se cõcedere potest. Rursumq;, vt Philoponi dicamus reprehensionem, quã in Alexãdrum aduertit, prima illa intellectus significantia, quæ est intellectus in potentia, etiam si secundũ prætextum nihil mali præferat: tamen condit sub voce venenum. Alexander. n. pueris cõcessit intellectum in potentia, non quod ipsi habeant vim intellectualem, quæ suo tempore sese explicabit in operationem, qualis est vis in semine, etiam si multum sit dissimilis rationis, non hoc modo censuit Alexander: sed puerũ esse in nuda potentia, nulliusque esse formæ intellectualis, sed sensitiua tantum præditũ esse & hęc sensitiua est apta, quę suo tẽpore intellectus splendorem suscipiat, vt fingit Auerroes in nobis adesse dianæam, siue cogitãdi vim. Hæc autem cũ sit pueris sine splendore mẽtis superno habẽt sanè aptitudinẽ, vt suscipiãt intellectum: tamen non sunt alicuius substãtiæ intellectiuæ participes pueri. ¶Hoc autem Philoponus (in suamq; sententiã vocat Ammonium) respuit, vt figmentũ in physica: quippe, pueri habent animã intellectiuam non exculptam characterib⁹ intelligibilibus (hoc est speciebus) sed consignandam, quando ætas permiserit: & hæc anima habet facultatem intelligendi, quæ potentia est ad venturas formas. Duas colligas cõtra Alexandrũ reprehensiones. Altera est, quòd in præsentia intellectum in actu vocat diuinũ, & præter rem fecit: altera est intellectum in potentia vocat ipsam cogitandi vim, quæ sensus est, & aliam non cognoscit in pueris. Et hæc nostra explicatio, Philoponi sensum tibi exprometr, qui hoc loco obscurus est. Neq; prõptum tibi subueniet, quid ille velit: & in posterũ hoc memoriæ mandabis, vt vel hinc notum nobis sit Auerroem, qui Alexãdrum est sequutus, in suo Meandrico figmento, quod est intellectũ nobis de foris copulari, & nõ esse intellectum partem nobis intrinsecam, sed cogitatiuam, à duobus egregijs peripateticis, Græcięq; floribus repudiatũ, Philopono & Ammonio. Simili quoq; modo Plutarchus Philosophus significantias peripateticas intellectus ignorauit. Ait hic, triplex intellect⁹ significatum esse, & secundum habitum solum qui puerorum est, quos putat habere habitus scientiarũ omnium, sequutus dogma Platonicum, quod scientiam nostram dicebat reminiscentiam. Et hæc significãtia lapsus est. ¶Altera est scdm habitum & actũ, vt virorum seu adultorũ & hęc recipiẽda. Postrema intellectus acceptio secundum actũ tantum, qui est diuinus intellectus nobis foris aduenięs: & hic quoq; labitur, vt dicta priora ostẽdũt. Nos vero tria admittimus significata intellectus: est quidam potentia, hic puerorum est, qui habent in potentia intellectum non substantiam eius, sed operationem. ¶Alter est habitu intellectus, qui etiã si non cognoscat aut sapiat, prõptũm sibi est sapere, quando velit. Et tertiò intellectus est ille, qui actu sapit. Quas tres

Vox intellectus.

Alexander reprehenditur.

Alexander exploditur.

Plutarchus reijcitur.

tres significãtias intellectus Latinorum præcipui, & Albert⁹ in summa & S.Tho. in.1.parte.q.79.art.6.& alibi sæpe obseruant, vbi ait.ad.3. dicendum q species intelligibiles aliquando sunt in potentia tantum, & tunc dicitur esse intellectus in potentia: aliquando autem secũdum vltimam contemplationem actus, & tũc intelligit actu. Aliquãdo medio modo se habet secundum potentiam & actum, & tunc dicitur esse intellectus in habitu. Et scđm hũc modũ intellectus cõseruat species, etiã quãdo non intelligit. Hæc ille. De huiusmodi igitur intellectu, qui hæc tria ambit, disputãdum nobis est. De intellectu igitur tria ꝓponũtur differẽda: quãquam in numeratione horũ triũ neq; conueniunt sibi autores. Themistius etenim.c.16. primã instituit quæstionem, si intellectus est separabilis loco & subiecto, vt Platoni collibuit, qui rationẽ in capite, irã in pectore, cupiditatẽ subter præcordia (in hepate) locauit. hoc sibi volunt Arist. verba si est separabilis intellectus secundum magnitudinem. Sequũtur hi philosophi cõmentationẽ Cõmentatoris Auerrois & Latini. Philoponus autem primam in hoc loco texuisse Arist. quæstionẽ credit, hãc esse si anima est mortalis, an immortalis? Et si mortalis est, an separetur ab aliis secundum rationẽ solum? an etiam loco & subiecto? & possumus nullo obstãte sinistro iudice cõmiscere hæc duo interpretamenta: nam Plato credebat immortalem intellectum, & loco dispectum à cæteris animę viribus. Id quod Aristo. non credidit intellectum loco & subiecto distare ab aliis viribus: quia intellectus non est vis organica, quę locum poscat: sed in homine, etiam si animæ essent diuersæ, essent sanè eædem subiecto, non ratione. ¶Secunda aũt quæstio est, de differentia sensus & intellectus. ¶Et postrema est, vt nobis sit intelligere. Philoponus nonnihil plus habet literæ, quã noster textus vulgatus, idest, qua est sapiẽs & prudens, id quod Græcus codex nõ habet. Meus saltẽ. Fortassis ipse ita legit in suo codice. signabis has tres quæstiones in Aristote. textu hoc modo. quãdo ait. *De parte autem animæ.* hæc prima quæstio est, si aĩa mortalis est, an immortalis. dein cum ait. *Considerandum.* Secundam innuit quæstionẽ, vt differant sensus & intellectus. Postremo cum dicit. *Quomodo tandem.* vltima quę stio. quomodo fiat intellectionis actio.

Tria de intellectu disseruntur.

¶Si igitur est ipsum intelligere sicut sentire, aut pati aliquid vtiq; erit ab ipso intelligibili, aut aliquid aliud tale. Text.

¶Impassibilem ergo oportet esse, susceptiuam autem speciei. & potentia huiusmodi, sed non hoc. & similiter se habere, sicut sensitiuũ ad sensibilia, sic intellectum ad intelligibilia. Tex.3.

¶Vt quæ proposuerat edisserat, à cõmunione sensus & intellectus initiũ sibi fecit. Est autẽ hæc cõmunio, vt cępimus dicere, vt sentire est pati quodãmodo (non passione propria, quæ à contrario est, sed impropria passione, quæ est sensus perfectio & absolutio) ita & intellectus hac ratione est similis sensui: quia intelligere est pati sub quadam præscripta ratione, quæ est perfici ab obiecto intelligibili: non tamẽ est propriè passio: imò, vt adiecit Simplicius passionis nomen minùs quadrat intellectui, quam sensui: quippe nomẽ est motus: motum autẽ faciliùs admittit sensus, q̃ intellectus: quia sensus est in organo, intellectus abhorret ab organo. Est ergo intellectus passiuus ab intelligibili. *Aut aliquid aliud tale.* Id est, si vero non patitur ab intelligibili, & rigidæ significantiæ vocis insistas, dicendum erit intellectum perfici ab intelligibili. Et hac causa prædicandus est intellectus impassibilis ꝓpria passione, etiã si interim specierũ sit susceptiuus intelligibiliũ: quãquã intellectus. ait. *Non hoc.* Id est, non est potentia determinata ad certum genus entium, vt est sensus, qui ratione organi, à quo geritur, non potest se proferre, nisi in præscriptũ genus sensilium, vt sunt sensilia, vt nos pro nostra portione in libro.2. de anima quæst. de potentijs animæ vberrimè tradidimus. Intellectus autem à carcere organico liberã habẽs naturã in oĩa sefundit entia: ideo

Ideo non est hoc. Id est, huius aut illius speciei receptor sed vniuersarũ: verum quo ad alia ait. *Vt se sensitiuũ ad sensibilia ita, &c.* Quia vtraq; hæc facultas propria dignitate seruata est in potentia ad obiectum suum. Vnde affinitas hæc sensus & intellectus ex hoc manifestatur, q᷑ vtra hæc animæ facultas & cognoscit, & iudicat. verum particulam illam. *Non hoc.* Græcis Themistio & Philopono non eo modo intellecta est, quo nos scripsimus intelligendã. Illi enim. *Non hoc.* (inquit) est intellectus, id est, nullam formam habent consignatam, vt omnium formarum sit capax: potestate igitur omnia est intellectus, sed nõ est hoc, aut illud actu. Visus etenim nullum actu habet colorem. ita prope modũ intellectus nihil est actu eorum, quæ intelligit. Non esse autem actu hoc intelligas, nullã sibi speciem habere naturalẽ intelligibilium, sed aduectitias vocare ad se omnes. Alioqui, quãdo consignatur forma intelligibili, iam actu est hoc secundum quãdam rei similitudinẽ, vt visus excepto typo coloris, quodammodo coloratus traditur ab Aristotele.

¶Sunt philosophorum quidam, quibus adeò impassibilis est intellectus, vt neq; actum recipiãt, neq; speciem intelligibilẽ. Id q᷑d nos in disputationibus nostris palàm faciemus, quantæ sit veritatis.

Text. 4. ¶Necesse est itaq;, quoniã omnia intelligit, immistum esse, sicut dicit Anaxagoras, vt superet. hoc autem est, vt cognoscat. nam alienũ, iuxta apparẽs, ꝓhibet & obstruit.

¶Duo dixerat Aristo. quæ sunt intellectus notæ: est intellect⁹ separabilis à corporea magnitudine: quia mori nescit: est itẽ impassibilis, quia spiritualis est. Addit tertiam esse notam, intellectum immixtum materiæ: quippe si materia esset onustus, materiam non intelligeret, vt neq; tactus cõplexionem propriam sentit, neq; visus sui organi quãtitatem, aut figuram. Iam verò intellectus omnia cõtinet, vt Anaxagoras veluti somniabundus philosophabatur, cui etiam si similaribus rebus essent constituta vniuersa, intellectum à cõmuni rerum ordine exceptum voluit, vt omnia contineret. Nam continere Anaxagoræ est cognoscere. Et belle dixit, si omnia cõtinet, ab omnibus exemptam habet naturam: nã nihil ea, ex quibus cõtinetur, cognoscit, vt de tactu exẽplũ patefecit. Alexãder Aphrodiseus hunc locum corrupit, vt propriæ opinioni abblandiretur, confitetur hæc tria epitheta intellectus, sed distorto sensu fædauit horum veritatem. Confitetur mẽtem immixtam: quippe lex est eorũ, quæ miscentur ante mixturam, esse vt vinũ & mel priora sunt mulso: atqui cum non sit aĩa intellectiua ante corpus hac ratiõe immixta est. At q᷑ hoc modo dicat omnes formas immixtas qa non præfuerunt, ante quã formarent & proprias cõsignarent materias, nisi in potentia agentis & potentia materiæ vt animæ brutorum & plãtarum, & elemẽtorum formæ, non fuerunt antequã bruta & plãtæ, &c. Dicat igitur has immixtas, quod nemo tãtum sibi arrogabit philosophiæ, vt cõcedat. Impassibile autẽ quod passio animæ nõ de natura animæ, sed corporis cõsortio est: separabilem vero dicit, quia alia est natura animæ, quàm corporis. Sed re vera, vt cepi dicere, omnis forma his gaudet priuilegijs: quia omnis forma vt forma est impassibilis: est enim actus, & omnis forma erit hac lege separabilis: quia est alia à corpore forma: etenim ignis forma vt hæc exempli sit causa, non est corpus, sed corporis forma. Cùm autẽ hæc tria illata, vt quædam intellectus insignes prærogatiuæ sint ab Aristo. excogitatæ, corruptio est verborum Aristote. hæc commentatio Alexandri, imò, vt rectè tradidit Philoponus, hæc præmittit Arist. vt hæc parent viam colligendi animam rationalem esse æternam. Quòd verò ait Aristo. Anaxagoram referens, intellectum esse immistum, vt superet omnia verbum superandi intellige, id est, vt omnia cõtineat, vt exposuim⁹. *Nam alienũ.* Id est necessarium est intellectum, qui est omnia in potentia ab omni natura rerũ esse exutum. Nam visus, qui per viride vitrum videt, intuetur omnia virẽtia: & gustus amaritudine infect⁹, amara credit omnia, quæ gustat, ergo si intellectus omnia cognoscit, nullius rei mixturam admittet.

Tria epitheta intellect⁹.

cælesti perfunduntur visione etiam si Dei visio sit maximi & infiniti intelligibilis, non obstruuntur tanto intelligibili, inferiores Deo quò minus creaturas intelligant clarissimè & certissimè. Hic diligẽter obserua, id quod dixit Cõ. commentario huius loci, necessarium esse demonstrationem congruere apparentibus, id est, ijs quæ per sensum ostendũtur. Arist. igitur cum demonstrarat per rationem, intellectum non esse organicã, & instrumentariã potentiam neq; qualitatibus illis, quibus sensus egent intellectũ egere quia à materia est abiunctus, quã vera sit deniq; eius ratio experimento confirmat: nam intellectus si magnis insistat intelligibilibus, non obtũditur eius vis, neq; hebetatur ei⁹ perspicacia, vt sensui contingit: ergo vis hæc intellectualis immaterialis est & incorporea, & inde non lacescitur eius virtus. ¶Sed adhuc quærendo persisto si intellectus vis immaterialis est, vt ergo laxamur intelligendo? Nam quæ spiritualia sunt & põdere materiæ non grauantur hæc non laxantur, neq; vires deponunt vnq̃: sed immarcissibili potita vigore veluti nouis semper abundant viribus. Id quod in intellectu nostro nequaq̃ sentimus, sed contemplatione & intelligentia rerum laborantem sæpe relaxamus, vt pristinas restituat sibi vires. ¶Respõdetur rationalis aĩa etiã ipsa nihil laxaretur, si naturã ꝓpriã spectaueris, est tamen corporis anima, & eget phantasmate, & sensuum functione sibi subseruiente intelligit. Sensus autẽ, quo magis intellectui obseqtur enerua-tur vehementius, viresq; magis deponit. Nam continua meditatio tabefacit carnes, vt sapiens dixit. Namq; obsequium illud quod sensus pręstat mẽti, est supra sensus naturam quę cum elementaria sit (quod organi est subaudi) in tam sublimes actiones flacescit. Quare sensus cum sit virtus corporea ex ꝓpria laxatur natura & eget quiete somni, vt in libro de somno scriptũ est. Intellectus autem est virtus suapte natura à corpore separata quapropter accidit sibi, per accidensque est si fatigatur intelligendo. Et vide Aristote. dicentem, intellectũ nostrum esse separabilẽ à corpore, quia etiam si nõ sit separatus, est tamen separabilis sua natura hoc exigente. Sed adhuc nõ cessamus verborum Aristote. exquirere veritatem sensus ait ab excellẽti sensili oblęditur. Hoc inficiari non possumus. Porrò hæc oblæsio per accidens quoque est sensui, vt intellectui, qui læso sensu detrimentũ propriæ functionis sustinet. Quod autẽ accidentaria sit hæc oblæsio, patet: nam sensus ex propria natura à sensibili perficitur & non læditur. Verũ læsio hæc: eò est, quo realiter alteratur sensus, non vt sensus est non ergo impassibilitas sensus & intellectus differens est. Nam etiam si maximũ sensibile sit, si nihil habeat qualitatis excedẽtis sensus proportionẽ, nõ ledetur sensus: vt aquilæ visus, qui fertur lucẽ micantissimam solis spectare, citra vllam noxam visus: ergo visibile, vt visibile quãlibet sit maximum perficiet absoluetque sensum, & non lædet nisi per accidens hoc accidat, quia sensus imbecillis est, vt humanus visus, qui spectans solis splendorem inlachrymas soluitur. Respondetur verã esse peripateticã propositionem. Impassibilitas intellectus alia est, quã sensus: quippe sensus est virtus in magnitudine locata & hæc ei⁹ est natura, & eget proportione primarum qualitatum. Nam si eget organo, & organum est mixtum corpus, necessario conficitur sensum per se egere mixtione & temperatura primarum qualitatũ. Quãobrem, nisi sensibile sit huic temperaturæ consonum: & amicum, soluet & corrũpet sensum: intellectus verò non est magnitudo, neq; vis in magnitudine, neque habet sibi delegatum instrumentum in quo operetur, quare est purè immistus, & immaterialis: non ergo opus est sibi tẽperatura obiecti, ne dissoluatur illius proportio, sed à maiori intelligibili magis perficitur, & roboratur: quia maiora intelligibilia illum magis illustrant, quã minora. Vnde redditur habilior, vt in minoribus intelligibilibus minoris sit patiens fallẽtiæ. Aquilę verò oculi etiam si noxam non sustineant à sole, non tamen subinde negandum visum aquilę non esse in certa proportione consistẽtem, sed lucẽ solis cum proportione aquilini visus inuicem consentire est concedendũ. Lux ergo nõ corrumpit visum vt lux est neq; vt visibilis est, sed vt est excedens

visus

Experientia demonstrans mentem non egere organo corporeo.

Respondetur

visus tẽperamentũ. Et sonus nõ vt sonus oblæsiuus est auditus, sed vt superãs sensorij proportionẽ: verũ intelligibile neque, vt est superans nocet intellectui. Quam libet enim superet, non noxium est intellectui, sed ipsum complẽs, & perficiẽs. Vides vt est alia impassibilitas sensus atq; intellectus, neuter patitur propriè. Verum patiuntur ambo vt perficiũtur: sed longè aliter perficitur sensus, q̃ intellectus. At ait quis, si intelligibile, quo maius eò illustrius ornat & perficit mentem: quid est ergo, quod theologi humanam mentem non posse Deum intueri nisi lumine gloriæ imbutam tradunt? etenim Deus maximum est intelligibile, quare huius intelligibilis, natura animæ erit capax vt quod maximę est & sublimis perfectionis. Responsio est lumẽ gloriæ secundũ fidei traditionem recipiẽdũ esse vt Clemẽtina ad nostrũ de hæreticis tradidit. Atqui cum Deus sit intelligibile humanæ mentis, imò & Angelicæ naturalem superans facultatem, lumine illo super infuso iuuatur humanus intellectus, vt diuinam videat naturã. Quod verò Aristo. dixit hoc non dissoluit: ille enim maiora intelligibilia vberius nos perficere dixit, & illa non lædere, neque debilitare mentis vires, quod rursum, verum cum quibus veritas luminis gloriosi non pugnat. Et quidem Homerus libro. 5. Illiados diuinans hoc lumen eccinit, hominum oculos esse nube obtectos Deum autem esse, qui nubem retegebat vt oculi hominum Deos discernere possent, de qua re alibi erit cõmodior disputatio. In præsentia sat sit dixisse lumen hoc gloriæ non pugnare cum Aristo. nã Aristo. solũ dixit intelligibilia, quo maiora eò abũdantius mentes perficere nostras. Quod semper verũ est siue illa perfectio, sit intercedente nouo lumine aut sine illo.

Lumen gloriæ est concedendum.

Tex. 8. ¶ Cum autẽ sic singula factus est: vt sciens dicitur qui secundum actum, hoc autem tum accidit cũ potest operati per seipsum, est quidem & tũc potentia quodammodo: non tamen similiter vt & erat antequam didicisset aut inuenisset. & ipse autem, seipsum tunc potest intelligere.

¶ Diximus triplicem esse humani intellectus statum, aut in potẽtia remota, qualis est puerorum & adultorum, qui rerum iam gnari habent intellectum in potẽtia propinqua actui: & est intellectus secundum habitum, vt dormientis visus etiam si nihil videat, promptũ sibi est videre quæ volet ita & geometer et si nihil considerat: habet tamẽ intellectũ potius secundum habitum quã in potẽtia, etiã si non nihil habeat potentię, vt nõ est in actu: tertius status est illius, qui actu considerat, vt illius, qui habet sensus vigilantes. ¶ Primus horum intellectus, nõ est ipsa intelligibilia, idest, non habet typos & rerum formas, sed solum in potentia est, vt suscipiat. ¶ In secũdo autem statu iam est factus singula. Et hoc intellige rectè: nanq; intellectus non fit lapis, quia lapis nõ est in anima, sed lapidis species: sed eatenus dixit Aristo. quòd factus est singula secundum similitudinem, vt cera fit sigillũ suscepta sigilli forma, & specie, & lapis fit statua Iouis Ioue exculpto, sic quoq; quãdo rerum imagines exculptas in se habet intellectus, fit singula, hac ratione, non simpliciter, sed similitudine quadam. Quando verò speciem rerum conceptam habet est sanè in potẽtia ad considerandum, quæ nouit habitu, quanquam hæc potentia iam proxima est actui, quia potest per seipsum operari, quando volet. Sed antequam didicisset (verbi causa) geometriam erat in potentia remotiore ad geometrica, vel antequam inuenisset geometrica: nam quidam non disciplina, sed inuentione propria de potentia se reduxerunt in actum vt D. August. categorias Aristote. in libro confessionum citra magistri operam fatetur se sciuisse. Rursum simul atq; intellectũ in habitus statũ perduxerit, vel disciplina magistrorum, vel inuẽtio propria, iam tunc demum possunt seipsos intelligere homines, vel potest intellectus seipsum intelligere: infantilis enim intellectus non potest habitu vel actu, se intelligere. Namq; intellectus se solũ nouit

Triplex humani intellectus status

Text. 5.

Quare neq; ipsi° vlla aliqua est natura, nisi hæc ꝙ possibilis est. Vocatus itaq; animę intellectus, dico autem intellectũ quo intelligit & existimat anima, nihil est actu eorum quæ sunt antequã intelligat.

¶ Colligit secũdum priora, nullam aliã esse naturam intellectus, quàm quod in potentia sit, vt capiat res intelligibiles. Et sensus perspicuus est, intellectus non habet aliquam naturã, eorum, quæ intellexit: sed à natura intellectarum rerum separatam atq; discretam naturam assequutus est. Quæ tamen potestate est oẽs naturæ: quia illorũ formas suscipere poterit. *Dico autem intellectum quo intelligit & existimat anima.* Philoponus, quo cogitat & existimat anima. Et hæc lectio germanior græco sermoni est: habet. n. dianoite, quod est cogitat, & non significat verbum hoc intelligere sed cogitare. Verum interim confundantur hæc, quãdo non est exitiosum hoc vel altero modo Aristote. legere: modo sensus sit incorruptus. Per existimandi verbum opinionẽ subaudi, non potentiã sensitiuam, quam diximus existimatiuam. Iam enim de sensu hic non habemus rationem. Itaq; neque cogitatio hæc est opus cogitatiuæ, quã credunt multi esse diuersam ab existimatiua, & esse sensus facultatem: neq; de existimatiua hic habẽda ratio, de qua plura proximo cap. exegimus: sed hæc duo, mẽtis sunt opera & cogitare, & existimare, idest, opinari. Quid autem velit per hęc, superiora te docebunt, quæ à nobis opulenter sunt dicta pro modulo nostro. Hic ergo intellectus per quem cogitamus, & opinamur, nihil est actu eorũ, quæ opinatur, aut cogitat, anteq̃ intelligat: est enim intellectus, vt tabula rasa, nil habens picturæ aut cælaturæ, simul atq; conditus est: verum post hęc formis rerum cõsignatus, est ipsa intelligibilia secũdum similitudinem: quia omnibus rebus typis susceptis redditur similis.

Text. 6. ¶ Vnde neq; ratiõabile est, ipsum mistum esse cum corpore. qualis enim quidam vtiq; fieret, calidus aut frigidus, & ei organũ aliquod esset sicut sensitiuo. nunc autem, nullum est. Et bene vtiq; qui dicũt animam esse locũ specierum. nisi ꝙ non tota, sed intellectiua, neq; actu, sed potentia species.

¶ Ipsum intellectum esse nõ organicũ & immistũ materiæ mõstrat: nam si materię misceretur, haberet materiæ affectiones, calorẽ, & frigus & id genus. Atqui si hoc, ipse has qualitates vt intelligeret? vt præ diximus de tactu. Et adde si mixtus esset, haberet ergo organum corporeum, vbi vt in propria sede locaretur. At verò nulla est in toto corpore, quã possumus meritò propriam sedem intellectus dicere, vt aliorum sensuũ propria sunt organa, & exteriorum sensuũ domicilia sese ostẽtant nostris visibus. Interiorũ verò anatomica diligentia inuenit illis domũculas proprias illorũ sensuum demonstrãs: at verò intellectus intellectorium (quod sic dixerim) sibi natura destinatum non habet. In libro autem. 7. Ethicorũ ad Eudemum virtutem dixit esse organum intellectus non corpus, sed virtus est per quam intellectus legitime operatur. At verò si sciscitëris, ecquid sensus itidem immixtus est: non enim est magnitudo, neq; corpus, sensus, vt superior liber patefecit: igitur non est hoc insigne intellectus. Dicendum substantia sensus incorporea est neq; mixta est ex primis qualitatibus. Etenim visus habet naturam incorporeã: est enim qualitas simplex similiter & alij sensus. Verùm istæ qualitates innituntur corpori mixto, idest, propriis sensorijs, neq; possunt operationes moderari, nisi secundum naturam sensorij, seu organi (idem enim est hoc atque illud) hac ratione sensum nõ tradidit Aristo. immixtum: quippe, vt diximus, necessariò est sibi destinatum corpus, vbi suas vt in natiua officina exerceat actiones. nõ sic intellectus. Quod si adhuc per conteris, ecquid nonne intellectus eget itidem mixtione corporis? etenim læso phantasmate & ipse læditur, vt phrenetici demonstrant, quibus medio ventriculo oblæso discretionem intellectus nõ habẽt: ergo ligatur intellectus quoq; ligamentis corporeis, vt vires sensuales, seu sensitiuæ. Responsio parata est, intellectum hoc ex sua natura nõ habere, sed per accidens ratione corporis, in quo est: inde sibi lęso sensu accidit, vt sua operatio lædatur. *Et bene vtique qui dicunt.* Si intellectus est in potentia ad omnia intelligibilia, probè dixerunt esse animã quidam

Quæstio.

dam specierum locum, atq; commune cõceptaculum, nisi quòd hi arguendi sunt quòd non proprio sermone tradiderunt est enim anima conceptaculum commune specierum, non omnis anima sed anima intellectiua: non quòd hæc sola species excipiat, nanq; & sensitiuæ hoc itidem est. Verùm vniuersale cõceptaculũ vel locum omnium specierum communem intellectiuam solam vocabis si iusto sermone vtendũ sit quanq non est locus anima specierum naturalis, id est, intellectus aliquam speciem sibi habet natura conceptam actu, sed solum potẽtia, vt iã prædiximus. S. Th. & Aegidius aliud in istis verbis latere mysteriũ credũt: species. s. sunt in anima intellectiua: quia intellectus in anima est non in corporeo organo. At verò species sensiles non sunt in anima sensitiua, sed in toto coniũcto ex potẽtia & organo. Bene cõsequebatur igitur intellectus non est organicus, ergo species sunt in tota anima intellectiua. Cæterum cũ anima sensitiua sentiat per species necesse est ipsam habere species sed non tota sed quæ organo præsens est. ¶Ego verò libentius acquiesco priori expositioni quæ Philopono est consentiens, qui ait loco isto commendari Platonẽ cuius est ille sermo: anima est specierũ loc⁹. Sed duas immiscuit repræhensiones eiusdẽ. Aliã quod generaliter de anima est sermo Platonis & tamen sola intellectiua est locus specierum & altera est quod à principio credebat Plato esse locum specierum qđ falsum est.: Sed tunc est in potentia. hic autem locus sumitur impropriè.

Tex. 7. ¶Quod autẽ non similis sit impassibilitas sensitiui & intellectiui, manifestũ est ex sensoris: & sensu. Sensus enim, non potest sentire à vehementi sensibili. vt sonum à magis sonis, neq; fortibus odoribus & coloribus videre: aut odorare. Sed intellectus cum aliquid intellexerit valde intelligibile, non minus intelligit inferiora, sed & magis. sensitiuum enim: non sine corpore est, hic aũt: separabilis est.

¶Tradiderat communiones sensus & intellectus: discrimina modo addit vtriusq; facultatis vt subinde liqueat quanta sit humani intellectus præstãtia qua sensui præfertur, differunt autẽ: sensus enim si magno sensili cõmoueatur vt visus coruscante luce, auditus terribili bombarda & olfactus præolente odore, viciatur sensus, & læditur eius operatio, imò sæpe excæcatur visus obsurdescit auditus, & ad alia sensilia inhabilis efficitur: at verò intellectus maximis intelligibilibus si insistat lęsionis damna non metuit sed vegetior euadit ad alia quæ non tantæ sunt intelligentiæ, promptius capienda. Secus est igitur expromenda ratio ambarum istarum facultatum. ¶Obijciam tamen intellectum quoq; à magnis intelligibilibus oblædi. Nanq; Plato in Theeteto philosophum ait ineptum esse ad actiones forẽses. Et nos ipsi cernimus plerosq; qui sapientissimorum, nomine digni esse cẽsentur, ad externa hæc gerẽda esse ineptos: quippe, maxima qua occupantur, cõtemplatio supremorum intelligibilium vniuersaliũ detinet, quo minus vilia hæc particularia nequeant intelligere. ¶Respondetur huic dubio, Plato philosophos ineptos docens ad forẽsia tractanda, non eo dixit quò ipsi sunt inepti, qui capiant negocia forẽsia, imò sunt aptissimi, sed quod iudicium philosophorum est differens admodum à vulgi iudicio & quæ vulgus maximi ducit: vt regnũ, opes & id gen⁹, illi contemnũt. Hoc autem iudicium non est aptũ, quod res gerat & administret forenses: nam in foro genus & opes multi fiunt & qui sũmã assequuti sunt cõtẽplationẽ sæpe abstractissimi sunt & velut extatici, adeò vt motiones externas nihil sentiant vt de Socrate Gellius narrat. Hoc verò nõ est quod ipsi hebetes sint ad parua intelligibilia capienda, sed vehemens mentis contemplatio inferiores potentias suspendit, & rapit secum vt supremus cæli orbis sibi subditos orbes voluit in motũ motui proprio similẽ. Porrò vera hæc est sentẽtia, Rerum magnarum intelligẽtia intellectum non oblædit, sed firmat, & illustrat, quò & aptior mens redditur ad alia quæque capienda, vt beati qui

Plato exponitur

Philosophi in epti ad forensia.

Infantis mẽs se nescit. uit per species à rebus acceptas :etenim nõ intelligit se humanus intellect⁹ (quã diu sensuumfunctione eget)per essentiã suam,aut per species sibi inditas,sed pro priamnotitiam sui,quando desiderat per sensus exquirit & per extraneã mendica tã nãciscitur sui notionem.Pueri autem quando quidem nihil typi habent notio nis externarum rerum,se non possunt in telligere:sed quãdo disciplina ma gistri, aut inuentio propria intellectum illorũ coluerit,tunc demum sui compos erit il lorum intellectus,sibiq; reddetur.¶Græ ci autem in hoc non sibi consentiunt,nã que Alexander intellectum se intellige- re tradidit accidẽtaliter & accessorio mo do.Nam in primis res alias à se aduertit. Hinc autem in se reuertitur vt se quodã modo, & transcursim intelligat . Duxit hominem in hanc sententiam , quòd in- telligere sit quoddã pati,vt sentire,mo- do nihil potest à se ipso pati.Quamobrẽ neq; intellectus se potest intelligere prin cipaliter , sed accessoriè,& indirectè . Et hoc verbum Alexãdri commendat Auer roes Commen.isto. ¶Simplicius verò ob loquitur,neq; Alexãdri hãc philosophiã probabilẽ duxit:etenim si intellect⁹ nõ se intelligit directè , & principaliter vt est intellectus ? vt nos scribimus multa de intellectu,si hic se non intelligit? Phi loponus aliter legit,atq; nos legimus lo cum hunc,quem negatiuè legit. *Tunc intel lectus non se intelligit*. Liber autem græcus affirmatiuam habet nõ negatiuam. *Tunc intellectus*.Idest quandoiã est habitu sciẽs põt seipsum intelligere. Et ita Simplici⁹ Alexander & Themistius affirmãt lectio nẽ,& non negant & .nos quoq; ita legi- mus.Sed quantum attinet ad controuer siam inter Alexandrum & Simplicium consertam aduertendum est Platonẽ in Theeteto,animã dixisse quædam per se, alia verò per aliud , intelligere . Nãque per sensum intelligit,vt quod ferrũ durũ est,sed essentiã rei per seipsã nouit, & est sermo de anima intellectiua q̃ voluit pro prie esse animam.Cæteras verò non ani- mas,sed animationes,voluit esse(vt Phi loponus ait) essentia ergo rei nõ per sen sũ:sed per se aduertit intellectus , itemq; veritatem & falsitatem.Vnde & colliget aliquis animã seipsam,idest, suam essen-

Intellectus apud Alexan. acciden taliter non ꝑ se intelligit.

Expendũtur græci.

Notãdus Pla.

Anima rationalis Platoni vere est anima cætere animationes.

tiam,& quid ipsa sit per se ipsam intelli gere. Nã nullius sensus est opus , animã ipsam cognoscere,cùm illa sit spiritualis naturæ,& à iure sensuum libera.At verò in Alcibiade exponens oraculum Del- phicum,cognosce te ipsum egregiẽ phi- losophatur de re ista.Oculus(inquit) nõ se videt in speculo,nisi per oculũ:& non per quãuis oculi partem,sed per aciẽ insi dentem pupillæ oculus se videt:oblato speculo reflexãq; imagine oculi.Anima rursum si se videt non per aliud,quã per se ipsam & per optimam eius partẽ,quæ intellectus est atq; sapiẽtia.Quare intel- lectus,qui animæ ratiõalis velut oculus est,seipsum per se ipsum intuetur, vt in- quã diuini radij atq; sapientiẽ particeps est.Hac ratione se intelligit . Hæc à Pla- tone collecta,facilè videntur secundum prætextum significare intellectum non accidẽtaliter,sed essentiali ratione se in- telligere,& quod vera retulit Simplicius ¶Atqui Plato animam,quando primum immissa corpori est, rationibus rerũ im- butam immisit,& quod scire nostrũ erat reminisci quoddã in Menone affirmat. Quamobrem ipse sibi cõstans intellectũ seipsum per se intelligere docebat:quip pe disciplina magistrorum,aut inuentio propria , nihil afferebat, sed inditas spe cies excitabat , & ad actum deprome- bat . At vt aliorum Deus dedit species animæ intellectiuæ congenitas, itaquo- que & propriæ naturæ concessit spe- ciem,vt ipsa per propriam speciem sui à Deo sibi donatam,se intelligeret.At Ari sto.qui animam humanam vacuã omni forma concedit, nullamque habere nati uam,sed peregrinas species omnes neces sario concedat,oportet animã se cognos cere accidẽtarie idest,non se per essentiã suam aut per species sui sibi natiuas, sed per species rerum aduẽtitias sui notitiã formabit.Et D.Tho.1.par.q.87.ar.1. peri paticè philosophatur intellectum non se intelligere per essentiã suã,sed à poste rioribus indicijs se colligit & in particu lari & in vniuersali.Siquidem, qui intel ligit se habere intellectum,se considerat in particulari,dum sibi proprium aduer tit intellectũ . Et hoc facile est cuiuis ho mini.At verò in vniuersali colligere,qui nam sit intellectus, quæue eius natura hoc

Oraculũ Delphicum,

Bifariã intelligit intellectus.

hoc quod vniuersalis est rõnis intellect⁹, intelligere est admodũ difficile rarissimi enim sunt quibus explorata est intellectus natura. Sed neutra harum notitia, neq; quæ particularis huius est intellect⁹ neq; quæ est vniuersalis intellectuum omniũ assequenda est per essentiam intellectus, sed per operationes proprias. Quibus dum alia intelligit à seipso, seipsum aduertit. Deus autem se per essentiã suã intelligit, & alia à se, item per essentiam suam: nihil enim accidens sibi est. Angeli verò seu substantiæ illæ separatæ & à materiæ consortio penitus abhorrẽtes, se sanè per essentiam intelligunt propriam: verùm alia à se per species sibi diuina infusione additas: anima verò rationalis, quæ postremum intelligentiæ possidet honorẽ, neq; se per essentiã suã intelligit neq; alia: sed vniuersa per aduentitias species intelligit, & hoc fortè est, quod voluit Commen. dicens hoc loco humanam animam se intelligere accidentario modo, supremę autem intelligentiæ non accidentaliter, sed essentialiter seipsas intelligunt. At verò Deus, qui est intelligẽs primum, perfectius se intelligit: quippe nihil intelligit extra se (ait ille), idest, omne quod intelligit contentum in se habet. Nam creaturas intelligens est, vt ille in sua essentia illas continet. Non enim recipio accusantes Com. locum hunc illi vicio dantes quòd dixerit Deum non intelligere singularia, sed se solũ intelligere. Namq; in libello suarum disputationum, clara luce animum suum exprompsit Deum non intelligere quidquam extra se vt nos, subdens, qui à rebus mendicatam habemus, intelligẽtiam: intelligibilia enim non sunt nobiscum cõgenita, Deus autem nõ eget creatis reb⁹ vt intelligat, sed vniuersa habet in seipso comprehensa. Quare nihil intelligit qđ sit nõ cõtentũ in essentia sua quã q̃ oẽs creaturas quæ extra se sunt ipse intelligit. At omnia alia à se sua notione in se ipso cõprehendit. Sed huius rei erit posterior disputatio, etiam si non est huius loci, sed meta. inquisitionis. Perstringẽtes igitur lasciniosum nostrum sermonem cum Alexandro & Auerroe credimus nostrum intellectum se accidentario modo intelligere: non essentialiter vt

Ordo intelligentia.

Com. asserit & aduerte.

Disceditur à Platone.

Plato tradidit, & Simplici⁹ suo insinuat sermone. ¶Iã verò summatim perstringamus sensus discrimina & intellectus.

¶Primum discrimen ab obiecto est: excellens enim obiectum sensus lædit, aut corrumpit sensum: non tamen excellens intelligibile intellectum, quem roborat potius & perficit, vt impensius minora intelligat intelligibilia, vt intellectus imbutus notitia principiorũ, quæ sunt maxima scientiarũ intelligibilia, sunt enim omnia hæc, vt disciplinarum luminaria magna aptior redditur intellectus, vt cõclusionum assequatur veritatem, & habita causarũ notitia effectorum notio prõptior est: excellẽtia igitur intelligibilia promouent intellectũ, & illius vires augent. ¶Secundum discrimen est, ratione specierum, est enim intellectus specierũ locus, non tamen sensus. Et aduerte, quã diligenter Aristo. sequutus Platonẽ rem notauit. Locus enim est, qui conseruat, quæ loco locãtur. Atqui sensus, quia hic simul cum corpore interit, nõ potest diu species conditas seruare, intellectus aũt æterno seruare valet species. Quapropter opportune dixerunt Plato & Arist. intellectũ esse locum specierũ: de sensu hoc non proferẽtes, & vt supra intulimus locus hic est audiendus impropriè: quippe anima non est superficies illa ambiẽs locatũ diffinita. 4. phy. c. 4. Sed eo intellectus dictus locus est, quia prędiximus intellectum sempiterno conseruare posse species rerum semel acceptas. Et tu hũc sensum obseruato, & arridebit potius, quã interpretum indicatorum expositio qui videntur non assequuti fuisse locum istum. ¶Tertium discrimen est per rationem speciei. Nam per species intellectus colligit scientias: sensus nullius scientiæ est compos, sed iudicij cuiusdam particularis. Vnde intellect⁹ recipit species vniuersales rerum, verum sensus solum singulares, quod sit tibi in. 4. discrimen. ¶Quare Auerroes aliam esse rationẽ materiæ & possibilis intellectus dixit, materia enim suo gremio excipit formas singulares: intellectus autẽ formas vniuersales vt speciem hominis & equi & id genus vniuersalium. ¶Quintũ discrimẽ ab organo est petendum, sensus enim organo insidet vt visus oculo. At intellectus

Differentiæ sensus & intellectus.

2. differẽtia. Aristo. & cõsensio.

Interpretum defectus.

3. differẽtia.

4. differẽtia.

5. differẽtia.

organa nescit, neq; organo vtitur etiam si in organis sensuum sit anima intellectiua cum vna sit in hoie: si vna tota in toto est corpore & in qualibet parte corporis. Modo autē organa sunt partes corporis. Est ergo in organis anima intellectiua vt forma: non tamen, vt intelligens. Vt intelligens enim est sine organo: nā hoc ob oculos fige ne fallaris: intellectum, vt formam esse actum corporis, & esse in organis: vt ratio dudum collecta suadebat: sed vt est intelligens, non est actus corporis sed separatur à corpore, nisi per accidens copulatum cōfiteamur.

Duplex animæ cōditio.

¶ Sextum discrimen vis intelligendi in essentia animæ sedē habet non in organo. At sensus in organo sedes est à natura præscripta.

6. differētia.

¶ Septimum discrimen sensus non se aduertit, quid sit eius natura, neq; particulari notione, neq; vniuersali intellectus se aduertit, & ambas de se ipso gestat notiones.

7. differētia.

¶ Octauum esto sensus stricti iuris est curtam habens supellectilem in cognoscendo: nam sensilia solum ille nouit, intellectus omnia lustrat, & suprema petit, & in infima voluitur, cardinesq; cæli perambulat, & omnia considerat. Quare est quasi omnia. Vt autem causas exquirit intellectus per operationes, ita & se ipsum inuestigat & explorat p operationes suas, quas de rebus habet. Et hoc est accidētariè se intelligere.

8. differētia.

Tex. 9. ¶ Quoniam autem aliud est magnitudo & magnitudinis esse: & aqua & aquæ esse: sic autem & in multis alijs, sed non in omnibus: in quibusdam enim idem est, esse carni & carnem aut alio aut aliter habente discernit. caro enim non sine materia, est sed sicut simum: hoc in hoc.

¶ Hic locus difficilem habet contextum quē tn̄ attexit Simp. prioribus lineis hoc pacto Aristot. instituisse modo sermonē de intellectionibus, vt harū ostendat differētiā: quædā. n. intellectiones sunt simplicium & impartibilium substantiarū, aliæ verò partibilum substantiarum & compositarū, & huius gratia ait aliud est magnitudo, aliud magnitudinis esse in compositis, vt elementis & mixtis. In simplicibus verò non aliud est sed idem esse est & res ipsa, vt punctus, & esse puncti idem sunt. Nā hęc simplicia sunt. Philopon. hunc locum præcedentibus hoc modo cōiunxit. Tria proposuit (inquit) disserenda Arist. & primum erat si intellectus corruptibilis an æternus. ¶ Alterū erat, quæ differentia, quæ ve communio sensus & intellectus, quæ duo iam absoluit. ¶ Postremum quomodo intelligere fiat, & hoc accipit modo disserendum & dubitationē insinuat & soluit. Est autē dubitatio hæc an intellectus noster sit solum, intelligibilium, & vniuersalium? an etiam sit sensilium, & particularium? an cum nobis adsint partes duæ. Altera rationalis, altera irrationalis, rationalis sit vna vniuersaliū, irrationalis seu sensitiua sit particulariū? quippe ab alio depo scitur singularis ratio, ab alio vero vniuersalis: illa enim à materia, hæc verò à forma. Nunc verò aliud est magnitudo, idest, res composita ex materia & forma vt aqua & ignis, aliud est magnitudinis esse, idest, forma, quæ rei est esse & absolutio. Non sunt autem idem aqua, & forma aquæ, & ignis, & forma ignis in compositis vniuersis. In simplicibus verò idē vtiq; sunt & vt pūctus idem sanè est pūctus & forma puncti, quia punctus non componitur ex materia, & forma, neque ex partibus ipsum integrantibus coagmentatur. Si ergo non est eadē ratio rei materialis vnde est sensibilis, & vnde intelligibilis: nam à materia est sibi adnata sensilitas: ad materiam enim consequia sunt accidentia hæc, quæ præstant sensilitatem, vt quantitas, qualitates primæ & secundæ: à forma verò est rei intelligibilitas, quia propter formam rebus congrua est vniuersali. Hac igitur rationē opportuna est dubitatio, quomodo nobis cōuenit intelligere, nū ita vt discretę sint rationes solū qua res est sensibilis & qua res intelligibilis? an ita vt sint discretę potentiæ vt sensus feratur in sensibilia: & intellectus in intelligibila? Et responsio sit hęc: intellectus qui vtrūq; nouit vniuersalia & singularia intelligibilia.

Aliud magnitudo aliud magnitudinis esse.

Intellectus vnus vniuersalia & particularia intelligit.

lia & sensilia: nã si nouit potiora, ergo & viliora. Verũ quia alia est magnitudo & aliud est ratio & esse magnitudinis, alia quoq; est ratio sensibilitatis, & intelligibilitatis, item alia ratione intellectus intelligit & discernit vniuersalia, & alia ratione particularia: vt vna linea est recta, quæ etiã inflectitur: ita intellectus vnus recta via & vt intellect⁹ est, intelligit vniuersalia, sed inflexè & obliquè particularia & quatenus cõmercio sensus fruitur & p sensũ, hoc habet intelligere pticularia: alioq intellectus nõ posset discernere intersensilia, id quod facit sensus, neq; posset corrigere sensum, nisi sensilia cognosceret. Nam vt corrigat sensum errãtem in. Solis quantitate aut errantem in remo fracto, quẽ sensus refractionis ignarus fractum credit, est necesse vt intellectus remum aduertat atq;. Solẽ ipsum cognoscat. ¶Discrepant alij interpretes in vocis illius expositione. *Magnitudo.* Nam vt diximus, per magnitudinem Simplicius & Philoponus substantiã partibilẽ intellexerunt cũ Themistio vt sit sensus. Aliud est ipsa substantia composita ex materia, atq; forma, aliud est ipsa forma etiã si Themistius hoc loco formã vocet essentiã, vt essentia aquæ sit forma aquæ & essentia domus sit figura eius, & essentia idoli non sit argentũ, sed forma idoli. ¶Sanct. Tho. & Latini interpretes distinxerunt Mathematica corpora & physica & spiritualia entia, in Mathematicis & physicis nõ est idẽ esse rei & res ipsa singularis, vt Petrus & eius humanitas, nã essentia humanitatis non vocat in ppriã rationẽ accidentia, vt tẽpus, locum figurã, complexionẽ, quæ omnia res ipsa singularis in propriã accersit rationẽ. Rursum in mathematicis idẽ sapere oportet. Nam mathematica etiam si abstrahant à materia, sensibili, etenim abstrahit circulũ à ligno & auro vel argento, tñ à quãtitate dimoueri non poterit linea aut circulus. Quare propter alia est ratio circuli, & huius circuli: nam hic circulus accidentia habet sibi cõuenictia: & propria, quæ non alter circulus habet: sed circulus illa accidentia nõ habet in suã essentiam. Quæ verò separata sunt, materiam que penitus abiecerunt, singulare nihil habet præter essentiæ rationẽ, vt hic angelus Michael, non habet aliud præter, quãquod essentia propria poscit. Nam est hic Michael per hanc essentiam & nõ per accidẽtia sibi connaturalia. Hęc ergo tria indicãs Arist. mathematicorũ gradũ notat quando ait. *Magnitudo & magnitudinis esse.* Physicorum verò ordinem per. *Aquã & aquæ esse.* Separata autẽ, quia longè absunt à sensibus vocibus physicis, quæ metaphy. sunt subindicat dicẽs *Idem esse caro & carnis esse.* Nõ.n. idem est essentia carnis & hæc caro sed ea qua exposui ratione, substãtias metaphysicas per vocẽ carnis intellexit. Quamobrẽ & hũc sibi arripuerunt Latini quidã locũ vt cõtenderent rẽ ipsam cõpositã non esse suã essentiã, vt quod aliud sit essentia Socratis, quam Socrates ipse: & aliud triangulus quã triãguli essentia: quanq meo certe iudicio hãc quæstionẽ huc aduocare nihil opus facto sit. Siquidẽ Arist. sensus hic est, quẽ dudũ insinuauerã. Si ab alio capitur ratio singularis, & ab alio ratio vniuersalis, illa à materia, hæc à forma, & alia rationem subeunt singularia: & aliã vniuersalia: & ea de causa sunt distincta obiecta singulare, & vniuersale. Nũ ergo pet vnã virtutẽ hæc duo cognoscentur, an per diuersas? & propterea ait aliud est magnitudo. i. materiale rei & singulare: aliud est magnitudinis esse. i. ratio & forma rei, quæ cõmunis est rebus cõtentis sub vna specie. Itaq; nihil huic negócio necessaria realis distinctio essentię & suppositi Petri & humanitatis, vt considerãti liquet. Verũ Com. ait vniuersale & singulare nõnunq diuersis virtutibus comprehenduntur. i. intellectu, & sensu, quãdo hic singularia cognoscit, ille vero essentiã solũ rei speculatur. Nonnunq aũt duæ non sunt virtutes, sed vnus intellectus qui vtrũq; assequitur & vniuersale & singulare: quando intellectus vnũ cũ altero confert: est.n. necesse, vt vis quæ duo inuicem cõfert, vtrumq; collationis extremũ cognoscat. Intellectus autẽ intelligit vniuersalis rationẽ esse differentẽ à singulariũ ratiõe: quare hoc & illud necessario intelliget. *Quoniam autẽ aliud est magnitudo.* Quæ est esse materiale, & singulare, & magnitudinis ratio, quæ est ipsum vniuersale & intelligibile, vt aqua singularis, & aqua secundum rationẽ, generalẽ

Essentia & forma idem 2. Themistiũ.

Autores expositio.

Contextus literæ.

neralē aquæ nō idē omnino: q̄ppe aqua hęc singularis nō est cōis, sed aquę rō cōis est, sicq; in multis alijs. In ipsis.n. aliud est sensibile, ipsum inq̄ singulare, sensibus suppositū, & aliud est intelligibile.i.ipsa rei rō: quā solus intellect⁹ cōsiderat. Vt ratio hominis, ratio equi & id genus alia etiā nō oīa hanc subeūt legē. Sunt quædā in quibus sensibilē conditionē non distinxeris ab intelligibili, vt sunt spirituales substātiæ, quę nihil habēt sensilitatis sed purè sunt intelligibiles, & simplicia etiā, vt pūctus non habet quo sentiatur totusq; ꝑinde intelligibilis est. *Vt esse carnis & carnem*. Idē sunt, per quæ, nō carnē intelligimus sed simplicia subindicam⁹. nunquid ergo vn⁹ est intellectus, qui hęc oīa discernit? an sunt vires diuersæ, altera quæ sensilia, alia quæ intellectilia nouerit? videtur.n. sensum solū singulariū capere notitiā.

Rei rationem solus intellectus considerat.

¶ Sensitiuo igitur: calidū & frigidum discernit, & quorū ratio quędam: caro. alio autē aut separabili, aut vt circūflexa se habet ad seipsā cū extēsa fuerit carni esse discernit

Tex.10.

¶ Alexā. hinc colligit singularia, & quæ materia obducta sunt per sensarias vires sentiri solū: sed immaterialia per aliā potestatē, quæ vires quia sunt in eodē homine, sunt vnū subiecto, diuersa tn̄ ratione, vt rectū & reflexū. Aristo.n. sensitiuo ait nos cognoscere calidū & frigidū: per quę duo cætera sensilia subaudit: cōsensitq; Plutarchus in Cō. hui⁹ loci. Atqui Auerrois argumentū hāc sententiā planè explodit. Intellect⁹.n. cōfert hæc duo obiecta materiale, & immateriale, sed neutiq̄ hęc cōtulisset si ambo non cognouisset. Quare intellectū & materialia, & immaterialia, intelligere Com. adseruit. Quam ob causam verba hæc Aristo. nō sunt soluentis dubiū, quod proposuerat: sed dubiū inculcantis vt sic legamus, nū igitur pars sola sensitiua materialia sentiet? & nulla alia potentia aīæ cognoscet ea? *Quorum ratio quædam caro*. Idest, quæ habēt rationē singularē & ex materia concretam vt hęc caro habet? an fortassis vt separabili.i. mente, etiā hæc intelligētur? quanquā non secundū eandē rationē singularia, & vniuersalia, perspiciet: etiā si sit vna vis & facultas: aliter tn̄ hęc, aliter illa, vt linea eadē quę recta est & quę inflexa. Verū non sub eadē causa vtriusq; nominis habet appellationē. Ita intellect⁹ est idē subiecto secū ipse quodcunq; intellexerit. Verū quando intelligibilia solum spectat vt intellectus est, sibi hoc cōgruit & recto incedit progressu, sibique familiari & germanissimo opere fruitur. Nā vt visus visibilia, auditus audibilia, ita & intellectus intelligibilia. At verò vt vtitur sensuū ministerio, horū quoq; iudex est, hac ratiōe ipsa quoq; intelligibilia intelligit. Cōtextus aūt duriusculus est. Sic eū accipe. *Sēsitiuo*. Idest. nū igitur mēs vtēs sensu calidū & frigidū .i. sensilia oīa discernit? *Et quorum ratio*. Idest vniuersa singularia quorū ratio est materia quædam signata accidentibus. *Alia autē*. Idest, anima intellectiua alia vtēs potentia.i. mente separabilis est: quippe quæ æterna intelliget vniuersalia. *Aut sicut*. Idest num anima vtrūq; subibit munus & intelligēdi singulare & vniuersale? an vna mēs vtrūque prestabit solaq; erit rationis differētia: vt eadē linea recta est & circūflexa?

Alexan. refellitur.

Philoponus philosophus.

Confertur intellectus lineæ mathematico vti Arist. exemplo vt Platoni in sua philosophiam mos est.

¶ Iterū aūt in ijsquę in abstractiōe sunt, rectū vt simū. cū cōtinuo.n. est. Ipsum autē quod quid erat esse: si est alterū: recto esse & rectū, alio. fit.n. dualitas. Altero itaq; aut aliter se habente, discernit. Omnino ergo: vt separabiles sūt res à materia: sic & quæ circa intellectum.

Tex.11.

¶ Alio exēplo elucidat quod dixerat: vnū esse intellectū, qui cōposita & simplicia aduertat: primūq; recolamus, vt vna linea est quæ recta, & circunflexa quādo curuatur, est circunflexa, quando dirigitur & æquatur, recta est: ita intellectus vnus est qui intelligit simplicia: & cōposita: alia autem & alia ratione. Et scite aduertit Themistius hoc exemplū Platonici dogmatis esse ęmulū. Plato siquidē intellectiones primū rectis, deinde circinatis & in se recurrentibus cōtulit lineis. Et actio intellectus, quæ vniuersalia, & simplicia intelligit: lineæ rectæ confertur, q̄ hęc simplicior sit & in se nō torquetur. Intelle-

tellectio autẽ materialiũ & singularium lineæ circunflexæ. Etenim vt linea hæc in se ipsam replicatur & se veluti cõponit, quando in se recurrit: ita quoq; quæ cõposita sunt ex materia & forma: qa cõcreta sũt & duplicata: lineæ circũflexæ conferũtur: & intellectio quoq; quia accessu phantasmatũ & visorũ sensuum & ministerio fit, vt prædiximus quodãmodo ipsa intellectio singularium geminatur. ¶ Alterũ eiusdem rei exemplũ in ijs quæ abstractione, sunt in mathematicis, inq; disciplinis quæ abstractis vtũtur formis. Mathematic⁹ aduertit rectũ esse cũ continuo, quia oẽ rectum est quantum cõtinuũ, vt omne simũ. Ipsum aũt quod quid erat esse idest recti ratio, & essentia abstrahitur à materia continua. Etenim, cõsideratur circa materiã ligni, vel auri, itemq; ratio nasi abstrahitur ab hoc & illo naso. Quare & hęc nõ idẽ rectitudo videlicet quę formęest, & rectũ qđ materię est, & cõpositionis: & simitas quęformę & abstractiõis, simũ qđ cõpositiõis est: illa simplicia qa formęvt rectitudo simitasq;: hęc vero cõposita, qa iũcta materię. Et cõferuntur hæc dualitati, dualitas. n. cõpositionẽ duorũ habet: forma autẽ & ratio est vt vnitas. Et quando formã materię iũxeris vt rectitudinẽ naso dederis fit dualitas: tamẽ vnũ idẽq; est (vt nasus) quod compositum est: & non vnã habẽt nasus & simitas rationẽ. Subiecto quoq; hęc vnum sunt & rectum & rectitudo: tamẽ ratio non eadẽ est: quia rectum compositum est, rectitudo simplex. Sic quoque vnus est intellectus, qui intelligit materialia, quæ sunt cõposita, & rationes itẽ rerum vniuersales, quæ simplices sunt. quãq; aliter, & aliter hęc & illa intelligat. Nam simplicia, vt simplex intelligit & cõposita singularia, vt compositus quodãmodo cum sensu, quia huius vtitur ministerio, vt vel hinc quanta sit vnitas intellectus, & intelligibilis exploratã habeamus: quippe vt intelligat composita intellectus quodãmodo se cũ sensu componit, sed simplicia simpliciter intelligit Quod igitur inquit tale est. *Iterum autem.* Rursum (ait) nouo quod diximus elucidemus exẽplo in ijs quæ in abstractione sunt. i. mathematicis. *Rectum vt simum.* Sint hæc grã exempli, rectum lineæ & simum nasi. hæc cum. *Continuo.* Idest subiecto sunt. *Ipsum autem.* Idest rectitudo & simitas differunt ratione ab ipsis subiectis *Recto esse.* Idest rectitudo & rectum subiectum, quia rectitudo est forma abstracta rectum est concretum. *Omnino ergo.* Iã clausulam dubij addẽs: sic ergo ait, vt separabiles sunt res à materia, sic se habent circa intellectum, vt enim res vna est, quæ singulariter consideratur, & quæ vniuersaliter vna itẽ res materiæ iuncta: & quæ à materia abstrahitur, vt Petrus & homo vna res sũt: sunt tñ cõsideratiões diuersę, etiã si vna res sit: ita intellectus eũdẽ morẽ habet vnus est ipse, qui singularia, qui vniuersalia, qui simplicia, qui concreta intelligit: non tamen sub eadem ratione vt prædiximus.

¶ Dubitabit autẽ vtiq; aliquis si intellectus simplex est & impassibilis: & nulli quicq; habet cõe, sicut dicit Anaxagoras, quomodo intelliget, si intelligere pati quoddã est. inquãtũ. n. aliquid cõe vtriq; inest hoc qdẽ agere, illud vero pati, videt. Tex. 12.

¶ Hoc est dubiũ scdũ idqđ explicatactionẽ intellect⁹. Herebit aliquis petẽs, vt intellectus intelligit materialia? Nã si intelligere, pati est patietur intellectus à materiali intelligibili, si hoc intelligit. Hoc aũt fieri nõ põt: nã agẽs & passũ in materia sunt cõsortes: simulq; eiusdẽ sunt participes materiæ: intellectus verò est immaterialis, nõ ergo intelliget materialia. Colligas facilè intelligit materialia: ergo patitur à materialibus. Si patitur ab istis communẽ gestat materiã cum istis, vt ergo immaterialis est?

¶ Amplius autẽ, si intelligibilis & ipse aut. n. & alijs inerit intellect⁹ si nõ scdũ illud ipe intelligibilis sit vnũ, aut quoddã specie ipsũ intelligibile aut aliquid mistũ habebit qđ ipsũ facit intelligibilẽ sicut alia. Tex. 13.

¶ Tertium dubium est. Si intellectus est intelligit, aut quatenus est intellectus, aut vt intelligibilis est: si vt intellect⁹ es-

se intelligit:iam ergo sunt in intellectu, hæc duo diuersa,& quod est intellectus & quod est intelligibilis.Neque totum quod habet est intellectus, quia intelligibile nõ est intellectus:est igitur mixtꝰ & partes habens.Quarum alia intellectꝰ alia est intelligibile.Id quod contra iam asserta estintellectum esse simplicẽ.Si verò quà est intelligibilis,se intelligit,qđcunq; intelligibile se intelligit .Cũ autẽ prædictum sit sensilia esse intelligibilia, sensilia igitur omnia se intelligent,vt aqua,ignis lapis,id quod philosophia nõ admittit.Dictionem textus modo considera.*Amplius*.Dubitationẽ incurrit,si intellectus est ipse intelligibilis à seipso subaudi siqua ratione ipse estintelligibilis seipsum intelligit.Conficitur alijs.i. sensibilibus quæ sunt intelligibilia adesse intellectũ.Collectio subinde manifestabitur:si aduertimus reduplicationis vim quæ vniuersalẽ propositionẽ colligit.Si homo vt albus,esset rationalis, vniuersa alba essẽt ratiõis participãtia.Itidẽ si intellectꝰ se intelligit,vt intelligibilis:vniuersa intelligibilia se intelligunt.Consequentiã probat,quia omnia intelligibilia, vt intelligibilia sunt vnius speciei, quare si vt intelli-gibile se intelligit, vniuersa intelligibialia se intelligunt.

Aut aliquid mixtum habebit.Idest, si se intelligit non, vt est intelligibilis, sed vt est intellectꝰ.Duo sunt in ipso& intellectus,& intelligibile:erit ergo cõpositio in intellectu ex intellectu & intelligibili,Aut aliter literã audiamus sic interpretãtes.Aut intellectus intelligibilis est secundũ essentiã suam ita vt Deus se intelligitper essentiam suã.Intellectus quoq; noster se intelligat per essentiam, suam aut non per essentiam suam sed per species abstractas ab ipso intellectu, quem admodum,& aqua,lapis vc intelligũtur si per essentiã se intelligit, cætera quoq; intelligeretper essentiam suã:quia omne intelligibile est eiusdem speciei, si intellectus est intelligibilis per essentiam, alia itidẽ;hoc sanè modo esset intelligibilia . Et quid sequatur accipe . Vniuersa ergo potiuntur intellectu : quia oẽ per essentiã intelligibile est intellectꝰ,vt angelus : & Deus.Si verò nõ ꝑ essentiã suã se intelligat,sed mendicatò speciebus acceptis,vt cætera sensibilia , iã ergo intellectus cõpositus est & mixtus vt sensibilia . Nã si per abstractionem se intelligit in ipso erit materia à qua abstractio, & forma quæ abstrahitur, vt in physicis & mathematicis præmonstratum est. Hæc expositio Simplicij est & à D. Th. nõ est aliena: illã tamẽ verbis nostris agamꝰ vt illustrior sit.Aut intellectꝰ est intelligibilis nullo addito forinsecus, aut per accidentes formas.Si primũ dederis:vtiq,oĩa intelligibilia erũt & subeũtia eundẽ morem intelligentur secundũ se ipsa : quia omne intelligibile, vt intelligibi:le, st eiusdẽ rationis.Et iã si hoc fateris,intelligibilia omnia non solũ erunt intelligibilia sed intellectus:quippe quod est secũdum se intelligibile,est intellectus.Si verò intellectus per accessorias formas se intelligit,erit ergo vt sensilia cõpositus. Nam hæc eodẽ modo intelliguntur non per se,sed per intelligibiles formas. *Autoris expositio.*

¶An pati quidẽ secundũ cõmune aliquid, diuisum est prius:qm̃ potentia quodãmodo est intelligibilia intellectus:sed actu nullũ ante quẽ intelligat?Oportet autẽ,sic vt in tabula in qua nihil est scriptũ actu.quod quidemaccidit in ipso intellectu. Tex.14.

¶Soluturus ꝓpositas dubitationes meminit eiusquod dixerat pasionẽ sensuũ non esse propriam pasionẽ:quæ cõmunẽ exigit materiam agentis & patientis vt de elemẽtaria pasione in physicis cõprobatum est. Sensus igitur non patitur propriè:quippe sẽsus est vis incorporea sed sensus perficitur & absoluitur à sensibili . Quid ꝙ neq; intellectus patiatur, qui est simplicior, q̃ sẽsus & spiritualior Hac tamen ratione pasibilis dicitur, ꝙ intellectus est in potentia intelligibilia: & ipsa intelligibilia ipsum in actũ intelligendi expromũt . Hæc ergo pasio est eius,quod à potẽtia depromatur in actũ vt tabula literatoria, in qua nihil descriptum,quando in ea scribitur nõ patitur sed ꝑficitur,& consummatur: ita intellectus priusquã intelligat,in potentia est. Sed quando intelligit,& consignatur intellectus *Cur passibilis appelletur intellectus.*

tellectus, specie tunc quia suscipit propriam perfectionem, dicitur pati, non tamen propriè. Themistius verò exponens locum hunc (ait) intellectum non pati ab intelligibili, sedquasi transire in intelligibilia, quia quando ipse intelligit alia tunc demum & ipse est intelligibilis. Nã quando est in potentia, non est à se intelligibilis quousq; actionis intelligẽdi sit compos. Quantum verò attinet ad exemplum de tabula literaria, Auerroes egisse Aristo. oratorem in re phy. quod sibi sanè permittendum est, quãdo rei difficultas qualis est de intellectu illud poscit. Quare intellectum qui est in potentia tabulæ contulit. Atqui obiter reprehendit Alexandrum dicentẽ exemplum hoc nõ esse de præparata tabula audiẽdum: sed de præparatione. ¶ In tabula. n. hac literatoria, quæ rasa est duo sunt, & quod tabula est, & qđ rasa est, intellect⁹ ergo noster nõ cõfertur ipsi tabulæ, ipsa quippe tabula est ens in actu, intellectus in potẽtia, sed illi informitati vt sic dixerim, & literarũ priuationi, huic cõfertur. Et meminisse oportet ex superioribus? Philoponũ obiecisseAlexandro, pueros nõ habere substantiam intellectus, sed solum capaces esse atq; idoneos, qui actionem intellectus suscipiant. Quare pueris non est intellectus, secundum formam, sed potius secundum materiam: quia apti sunt vt postea intelligant. Et iam per hęc satis patet, quid modo velit reprehendere Commentator in Alexandro, & quid velit Alexander intellectum illum scilicet qui in pueris est, non esse similem tabulę quæ re vera est actu ens, sed est similis illi priuationi literarum, quam Auerroes vocat præparationẽ. Sed profectò vt diximus, infantulis intellectus est actu substantia quædam, si de anima vertatur sermo: sin de potentia, est vis quædam quæ actu est mentis potestas, & animæ perfectio. Et hoc modo, vt intellect⁹ ad animã refertur, est perfectio animę & actu illam ornãs & complens: sin verò ad intelligibilia est quædam potẽtia ad actiones intelligendi, & ad species intelligibiles.

Eexmplum Arist. tabulæ expẽditur

¶ Atqui quod Auerroes dixit exemplũ hoc esse rethoricum, neq; vndecunq; verum, eo dixit, quò tabula anteq̃ literarũ characteres suscipiat, est actu ens per propriã formam tabulę: at intellectus, vt est potentia ad intelligibilia, nõ est in actu constitutus aliquo, sed solã habet potentiam quæ remota est, quousq; speciebus decoretur quas postquam acceperit iã tunc potentiam habet proximam actui. Hoc autem refert nihili, nam exempla (elenchorum primo) gratia disciplinæ sunt inuenta etiam si falsa sint, satis est illis, si per illa discipuli dociles redduntur quando Arist. hoc eodem cap. exemplũ proponens de ijs, quorũ essentia & res essentiæ sunt idem carnẽ proponit, & carnis esse, id quod abhorrens est à veritate nisi sub vocibus istis aliud subindicasset. Exẽplum igitur hoc præsens solum hoc seruit quod vt tabella illa vacans literis, accessione literarum ornatur, & decoratur, hac ratione non patitur, sed perficitur: ita intellect⁹. ¶ Arg. quibus inuehitur in Alexãdrum Cõ. ipse fusè produxit nec huic loco sunt opportuna. Verũ tamen cum Auerroes dixerit animã hominis non esse intellectualem essentialiter, sed solum per participationem intelligentię. In puero igitur in quo huius intelligẽtię est non participata intellectus nullo modo est, nisi sola dianæa seu cogitatiua quæ sensus est. Hæc autem virtus non suscipit species intelligibiles quarũ non est capax, quia vniuersales species sensus etiam humanus non potest admittere. Iam ergo vt verum est intellectum, esse vt tabula, in qua nihil scrptum est, quæ verba infantibus sunt acommoda: quippe intellectus adultorum nõ est instar tabulæ rasæ. Nõ ergo hoc exemplũ Cõmentator suæ si adheret opinioni poterit germanè explicare

Exemplorũ non requiritur veritas eo doctrinæ gratia ponũtur.

Auerroes refellitur.

¶ Est autẽ peripateticæ phraseos hęc elucidatio. *Dubitabit autem*. Idest, dubitatio quæ tractanda in manus venit, vt intelligat intellectus. Est autem dubitandi hæc occasio. Intelligere est pati: at verò intellectus est impassibilis. Nam hoc nomine commendandus Anaxagoras qui mẽtem dixerit puram & immaterialem: quæ immaterialia sunt neutiquam sunt passibilia. Nam ea patiuntur quæ cõmunicant in materia. At verò intellectus nihil cõmune habet materiæ cũ sensilibus *Inquantum*. Rationẽ colligit, quam nos iã præstitimus, illa agunt & patiuntur, quę habẽt

habet communem materiam vt est locus eiusdem philosophi. 1. de generatio. tex. 87. intellectus autem autore Anaxagora, separatus est: ergo non potest pati à sensilibus igitur neq; intelligere. Siquidem intelligere passio est. *Amplius*. Nouam, vt diximus profert dubitationē. Si intellectus est intelligibilis, vt est ipse intellectus? Et ita quodcunq; intelligibile est intellectus, quia omnium intelligibilium est vna ratio. Si autem non vt intellectus se intelliget: ergo duo erūt in intellectu ipsum componētia. Et sic erit cōpositus. *An pati.* Soluit dubitationem intellectum esse passiuum secundum generalem nominis rationem: non propriā. Sed eo pati dicitur, quia in potētia est ad species intelligibiles, quas non habet sibi infixas, añquam actu intelligat. *Oportet aūt.* Idest est similis mens tabulæ vt iam exposuimus.

Tex. 15. ¶Et ipse autem intelligibilis est, sicut ipsa intelligibilia. In his enim quæ sunt sine materia, idem est quod intelligit, & quod intelligitur. scientia nanq; speculatiua & ipsum scibile, idem est.

¶Soluit tertium quod proposuerat, intellectum esse intelligibilē, vt & cætera intelligibilia: nam quodlibet ens intelligibile est: quanq̃ in intelligibilibus hoc discriminis statuit, quædam enim sunt sine materia, vt separatæ intelligentiæ, & hæ simul sunt intelligibiles: & intellectus: alia sunt intelligibilia, quæ materia sunt obsita vt sensilia: & hæc etsi sint intelligibilia, non sunt intellectus. Ad argumentum istis præmoniti respondeamus. Intellectus se intelligit, & qua intelligibile: & qua intellectus: nō tamen subinde quodlibet intelligibile est intellectus, quia cætera intelligibilia, idest, sensibilia: sunt intelligibilia non per se, sed operante intellectu, sunt solum intelligibilia in potentia: intellectus enim illa constituit actu intelligibilia exuens illa à conditionibus & oneribus materiæ vt lapidem ab hac figura & hoc colore, &c. Intellectus autem suapte natura est intelligibilis, quia non est ex materia conditꝰ vt ea quæ ipse intelligit. Et vt semel dicā, sensilia sunt intelligibilia per accidens, sed intellectus est intelligibilis per se. Quod verò non se intelligat, nisi per operationem suam, est hoc per accidens materia cui immersus est aliter se intelligere non sinente. *scientia nanq; cōtēplatiua.* Arist. supra dixerat sensum actu, esse sensibile actu: quia hæc sibi duo correspondebant, & sensus actu, & sensile actu: ita modo seruandā docet eandē correspondentiam, intelligibilis actu & intellectus qui actu. Intelligibile siquidē actu illud vocamus, quod à materia abstractum est per operantem intellectum. In potentia autem quod nondum opera intellectus à sordibus materiæ abstractum est, vt lapis qui extra est, nondū per intellectū cōprehensus. Lapis verò iam à materia abstractus est idem qui intellectus actu intelligens, quando actu intelligitur lapis, eò verò vnū dicūtur quo vnū alterius ꝑfectio est, nō q̇d lapidis species, quę accidit intellectui sit eadē intellectui, sed ea ratione vnū dicuntur ꝙ vnū alterius per fectio est & nobilitas. Et hoc si volūt verba hæc, scientia nanq; speculatiua & scibile speculatum idem est: quippe scibile vt in materia concretum est (vt lapis) est differēs valde à natura intellectus, quia hic immaterialis est, lapis totus in materia subsistit. Quare hac ratione vnum non efficiuntur. Verum simul atq; intellectus seiunxerit lapidem à materiæ appendicijs, iam est ille lapis germanior intellectui, quā erat, & melius esse participat apud intellectum, quam erat illud quod in ꝓpria natura habebat. Propterea igitur lapis ita exutus vt diximus est vnus in intellectu cōtemplāti, quia iam lapis intellectus opera, transiuit in spiritualē naturam, illum scilicet semouendo à cōditionibus materię. Sed iam colligit aduersum hoc quispiā. Si in separatis à materia idē sunt intellectus, & intelligibile, lapis igitur iā per intellectū separatus à materia erit intellectus, & intelligens poterit esse. Et ita vniuersa sensilia quæ in eundē modū abstrahūtur efficiūtur intellectus. Respondetur propositionem Arist. hanc verā esse propriè in per se intelligibilibus, vt Deus qui per seipsum intelligit. Et idē est intellectus & quod intelligitur in angelis. Rursum idē secun- *Idem intellectus et intelligibile vera.*

secundum Auerroem est intelligibile & intellectus. Verum secundum veritatem quando angelus se intelligit intelligens est ipsum quod intelligitur: quia se intelligit per essentiã suam, nõ per species aduentitias: quando verò alia à se intelligit angelus non idem sunt intelligẽs & res intellecta. At verò ea quę per se, idest, per proprias essentias non sunt intelligibilia, vt materialia hæc quantum libet exuantur à conditionibus materiæ, quia hoc illis. s. illa immaterialitas accidit, quippe intellectus nequit lapidis naturam peruertere & trãsmutare in verã naturam intellectualem. Hac ratione quã q̃ reddantur intelligibilia ipsa sensilia, nũquam tamen sunt propriè intellectus, nisi qđ dicũtur vnum ratione prędicta: quę erat q̃ lapis habet esse intelligibile ab intellectu: propterea dicuntur esse vnum. De quare sub hæc disputabitur. Vnde sequitur nõ oĩa intelligibilia esse eiusdẽ rationis. Nam quædam per se sunt intelligibilia, alia per accidens & hæc est dubij solutio. Aristo. enim disputãdo dixit omnia intelligibilia esse eiusdem speciei, non asserendo.

Tex. 16. ¶ Cur autẽ non semper intelligat, causa consideranda est. In habentibus autem materiam, potẽtia solum vnunquodq; est intelligibilium. Quare illis quidem, non inerit intellectus. sine materia enim potentia est, intellectus talium. ille autem, intelligibile erit.

¶Hæc est dubitatio quarta, quam secum conuehũt præteritæ quæstiones: si enim decretum iam est intellectũ seipsum intelligere, iã opportune quæsierit aliquis cur non semper noster intellectus se ipsũ cognoscit? nanq; rarò & vix: & post longa studia: vt Plato in Alcibiade tradidit & nos ipsi experimur nos nobis ipsis reddimur. Solutio huius hęc est quã hic insinuat & .9. lib. metaphy. tradidit nihil est intelligibile, nisi vt actu est: de quare ex sensilibus exemplum captare possumus Materia, quæ puræ est potentiæ nullius actionis est, verũ sensibilia, quæ formata sunt, hæc sunt, quæ agũt. Intellectus quo que tantisper dum in potentia est nihil se intelligere potest. Quanquam, vt diximus, differens ratio est potentiæ intellectus, & materiæ. Nam huius potentia est cum transmutatione, intellectus verò sine transmutatione. Rursum intellectus potentia est ad formas vniuersales, materiæ potentia ad singulares, &c. Vt ergo intellectus se intelligat in actu est constituendus per speciem, & intellectionem, quia ipse species non habet sibi vernaculas, sed ascititias, alioqui non esset in potentia secundum naturã suam, propterea non se intelligit semper: quia nõ semper est in actu. Neq; argumẽtũ illud premit, sibi semp intellectus adest: ergo semper se intelligit. Nam sibi ad esse bifariã est, ad esse sibi per naturã suam: & sic sibi semper adest aut secundum rationem intelligendi, & nõ sibi semper adest. ¶Plotinus autem credidit intellectũ semper se intelligere, quanquam nos non aduertamus actionẽ eius, alijs rebus externis distracti quæ nos extra nos depellunt. Hoc autem pendens est ex Platonico dogmate animas tradente corporibus illabi rationibusq; sciẽtiarum ab initio affectas. Vtrumq; autem & negat peripatetica schola, & quod humanus intellectus se intelligat semper, & quod anima affecta formis corpori illabatur. Primum negat hîc Arist. secundum autem, quando dixit animam similem esse tabellæ, quæ nihil habet scriptum.

Plotinus de intellectu.

¶ Etiã si Iamblicus vt hîc Philoponus, indicat hũc locum torsit in Platonis sententiam: quia Aristo. intellectũ γραμματείῳ. i. grammateo similẽ dixerit & non chartę informi. Grãmateum autẽ habet literas etsi obscuras & exiles. Igitur anima à primordio suo habet species etiam si exiles. ¶Verum Aristo. contulit intellectum tabulæ literatoriæ, non quia habet literas exiles & obscuras, vt putat Iamblicus, sed quòd illa tabula ad hoc dicatur, vt in ea exculpantur literæ: & in potentia vt characteres suscipiat: ideo illam vocat Aristote. ἄγραφον, idest sine literis. Ait igitur Aristot. in habentibus materiam intelligibile est in potentia quando primo est. Est autẽ potentia vnũquodq; intelligibilium: quia materiale est vt dictum est. Vnde hęc materialia intelligibilia

Charta grãmateum.

telligibilia nõ habet intellectum vt prædiximus. Intellectus autẽ tunc inerit intelligibili, quando intelligibile fuerit sine materia. Intellectus quoq; qui intelligit materialia intelligibilia, est sine materia. Is verò intellectus est intelligibilis. Et Ioannes Grammaticus putat Aristo. non soluisse quartam quæstionẽ propositam, sed dimisisse insolutam, quãdo ait. *Cur autem non se intelligat causa consideranda est.* At verò ex prioribus eodem autore facilem habet solutionem. Verum latini vt Thomas & Aegidius de intelligibili (nõ de intellectu) mouent quæstionem hanc sequuti Auerroẽ. Quare intelligibile nõ semper se intelligit? Quod conducebat solutioni tertię dubitationis. Et causam resoluentes dixerunt intelligilia quędã esse ex materia coallita, vt lignum, & lapis, hæc actu sunt sensibilia, tamen potẽtia intelligibilia, quia vt prædixim⁹ hęc possunt operante intellectu exuere corticem sensibilem, & traduci in rationem intelligibilium. Vnde illis non inerit intellectus: quia si intelliguntur ab extrinseco est, & non à se: intellectus enim qui hæc potest intelligere, est virtus sine materia, hic ergo qui est potentia seu vis sine materia intellectus est à se, græci autem de intellectu volunt motam accipere quæstionẽ, cur intellectus non se semp intelligat? Et causam dixit Simplicius esse inter turbantia, quæ nos interuertunt negocia, & quia noster intellectus plurimo interuallo à substãtia illa omniũ perspectrice Deo discedit: quippe noster intellectus termin⁹ est sensus, & imaginationis. Sensus autem & imaginatio sæpe obsistunt mẽti ne se intelligat, quæ ad externa magis distrahunt intellectum & à proprijs laribus mẽtem eijciunt. Nã sensus & phãtasia cum sint rerum externarum in externa inclinant. Themistius verò causã dixit esse, quòd nõ semper ad manum habet phantasmata, quæ illi sint materia ad speculandum. Verũ hæc dubitatio si de intellectu paruulorũ agitetur, nihil magni habet si vestigia dogmatis peripatetici tenemus: intellectus ille infantilis non se intelligit qui est vt tabula rasa nihil habens scripturæ. Plato verò, qui intellectũ paruulorum formis congenitis pinxit difficiliorẽ habet scrupulum. Nisi dixerit, vt sibi familiaris Plotinus pueros se intelligere, etiam si non significẽt suam intelligentiam, quia illa non sentiunt, neq; hoc alienũ est ab schola Academica: quippe si Plato voluit intellectum esse motorem solum, & nõ formam, quid mirum intellectum eum se intelligere, qui paruulis adest, etiam si hãc motionem paruuli nesciant? ¶ Verum de intellectu, qui in habitu est, est vberior quæstio: cur hic intellectus nõ se semper intelligat, qui iam species habet intelligibiles rerum? Et causa sane est quia cũ sibi sit vtendum phantasmate & abstractione multa & discursu: quod cum difficile est sibi opus, nõ se semper intelligit. Cæterum nondum cessat inquisitio: visus videndo sentit se videre vt suo loco dictum est: & sensus se sentire. Cur ergo & intelligendo nos non intelligimus nostrum intellectum? Aduertẽdum autem est, se se intelligere intellectum secundũ duplicẽ rationẽ accipere possumus, aut quòd se intelligat confusa quadam notitia aut propria & exacta notitia, vt ꝙ intelligat naturam propriamq; intellectus proprietatẽ, & operationes. Primũ sane facilis est officij: vt enim sensus sentit se se moueri ab obiecto, & tunc sentiens suum motum se sentit exili quadã notione, quia hæc notio non ostẽdit sensui sensus naturã, ꝓprietates, &c. sic quoque intellectus quando intelligit intelligibile quodpiã necessariò sentit, aut intelligit se ab obiecto affici, & se tunc intelligit obscura notitia: & quandocũq; alia intelligit, & se hac notiõe intelligit. Secunda verò notio, quæ absoluta mentis notio est, quæ exacta & completa est, quæ operosa satis est notio, multa egẽs rerum notitia & multa rerũ collatione. Hanc non semper assequitur mens: sed vix & raro, ad hanc enim assequẽdã multis scientijs primo est intellectus instruẽdus multãq; notionũ tenebit copiam, vt per hanc qualis sit, ipse discere queat.

Græci discordes latinis.

Sẽsus & imaginatio distrahunt mẽtem.

Ad tertiã dubitatio.

Ordo quæstionum tractandarum.



QVIA multa sicco pede transiuimus, quæ tamen non exiguam postulãt disputationem moris nostri memores, has oportebit

1 quæstio. portebit attexere quæstiones in lucem commentarij nostri. Et prima erit circa prima Aristo. verba. Si intellectus est separabilis secundum magnitudinē, idest, secundum Philoponi sensum, si æternus est intellectus an corruptioni obnoxius. ¶ Secunda quæstio an rationalis anima sit de potentia materiæ ab aliquo autore extrahenda, an non sit ex traduce? vt est in vsu theologis quęstionē istā agere sub sermone isto, an sit ex traduce. Id quod idem est atq; si dixerim more physi., de potentia materiæ. Et hæ duæ dubitationes propterea seorsum agentur, quia nō desunt philosophi, qui formas interituras quasdam non extrahi de potentia materiæ contendant, vt de lumine Ioannes Asianus dixit non extrahi de potentia materiæ: tamen lumen luce absente eua nescit. ¶ Tertium, quod disserendum proposui: an intellectus se intelligat, & quo modo se & spiritualia omnia vt in prōptu sit, q̃d velit Arist. de hac re quæ meā dris infinitis obdita est. ¶ Quartum erit si intellectus suscipit species intelligibiles, & si hæ sunt necessariæ vt intellectus de statu potentię in actum cōmigret? hocque dubium est gratia verbi Aristo. hoc cap. intellectum dicentem suscipere species intelligibiles subaudiens. ¶ Quintū absoluendum erit, an intellectus singularia intelligat, an sola vniuersalia? Et si singularia, vt hæc intelligit? num directe? num reflexe? & hoc est in gratiā verbi Aristo. conferentis intellectus, actionem lineę rectæ & in arcum ductæ. ¶ Sextū quid præferunt illa verba, intellectus est intelligibile actu. scientia speculatiua est ipsum scibile? hæc velut in catalogum placuit referre dubia: vt maiori diligētia & obseruatione illa persequamur non tamen lasciniosis vtar disputationibus, sed ad libellam illas cōponam, quā & ingenij tenuitas & scopus mihi præscriptus exigunt. Nam si omnia dubijs istis daremus, quæ merita propria expetebant, quis potuisset illa absoluere? & à principio erat inchoandum volumen hoc, vt chartas omnes impleremus ratiocinatione. Sed iam primū aggrediamur.

2. quæstio. *3. quæstio.* *4. quæstio.* *5. quæstio.* *6. dubitatio*

Prima disputatio an anima ratiōalis sit mortalis.



OT sunt, quæ aīam rationalē colligūt mortalē vt multi in errorem & olim & quotidie prolabantur. Huiusmodi ergo inquisitio grauissime pensitanda, si qua digna est pensitatione. Est locus primus in Arist. primo cæli tex. 125. qui animam nostram in mortem adegit. Omne quod incorruptibile est, est ingenerabile: quare si anima interitus est nescia, & ortum nesciuit. Sunt ergo coæternæ Deo: id quod schola peripatetica negat sequuta suūducem & præceptorem Aristo. 12. meta. tex. 17. clamantem nullam formam esse priorē suo toto, cuius est forma, anima verò intellectiua est forma hominis, nō est ergo ante ipsum hominem. Quòd siquis argutulus soluens argumētum, dixerit animā sanè esse ingenerabilē: quia non per generationem & viā naturæ ordinariā ipsam venire in lucē hanc, hic vtiq; Aristo, verba non tenet. Nam ipse per ingenerabile illud intelligit, quod est & nunquā non fuit: & per generabile, quod est & fuit quando nón fuit. At verò rationalis anima nō semper fuit ergo si modo est, est per generationem. ¶ Secūdo. 1. d' anima textu. 12. si intellectus est imaginatio, vel non sine imaginatione non est separabilis. Atqui noster intellectus sociā habet imaginationē, vt lucē sequitur necessario vmbra corpore obiecto. Si ergo necessariò habet suā operationē colligatā imaginationi, non poterit seiungi à corpore alioqui fac illam semotā à corpore tota iners iacebit, orbata propria operatione: quia imaginationis operam desiderat.

1. argumen. *2. argumen.*

¶ Tertio Auerrois verbum solenne est, operatio fecit cognoscere formam & in calce libelli de somno. Si homo extaret, qui nouum alium modum intelligēdi natura comparatum habuisset, quem nos non sumus assequuti, ille homo specie discreparet à nobis. Si ergo contendas animam defuncto vita corpore intellectionis actione non orbari, illa vtiq; anima esset alterius speciei quàm erat, dū in corpore ageret. Quod pestilentis dogmatis esset occasio, animas defunctis vita corporibus in nouas dæmonum commigrare naturas, vt Platoni succensetur.

3. argumen.

¶ Qua-

4. argumen. ¶ Quarto Aristo. 7. meta. tex. 22. totũ est quod fit, partes non fiũt: quia partes nõ per se sunt in toto. Age igitur si anima æterna est ipsa per se subsistens est, non pendens à corpore: est ergo anima quoddam suppositũ mouens corpus, id quod Plato tradebat, animam esse, vt nautam & corpus vt nauẽ. Et Aristo. penitus negauit. ¶ Quinto natura secundum Aristote. 8. phy si. textu. 15. est ordinatissima, sed quę est ordinatio animã esse paucissimo tempore in corpore & infinito extra corpus? imò, hic est legitimus ordo vt pluri tempore anima degat in corpore quã extra corpus: quia corpus cum sit animæ materia propria, agere in propria materia ordinis naturalis est: sed extra propriã naturã vagari naturæ formarum est inimicũ: id quod sequitur si anima sit immortalis: nam infinita absumet secula extra corpus & ad breuissimã ętatem in corpore deget. ¶ Sexto. 12. meta. tex. 49. numerus indiuiduorum in eadẽ specie est: quia materia hoc poscit ob cuius causam cum interitum patiãtur indiuidua multiplicatione perpetua reparãtur. Si igitur anima est æterna, & immaterialis, omnes homines vna anima regũtur, & nõ multis. Id quod tanta morum ingeniorumque varietas reprobat: etenim si brutis singulis: singula est anima, quibus tamẽ idem mos, atq; naturæ instinctus impellit, vbi tãta diuersitas operum: vt erit vna anima? ¶ Septimo mundus non incepit vt. 8. physi. cap. 1. Aristo. se demonstrasse credidit: homines ergo fuerunt infiniti, & erunt. Si ergo animæ defunctis corporib⁹ sunt superstites animarum erit infinitus numerus, quę tamen Aristo. 3. physi. cap. 5. constanti asseueratione negat neq; magnitudine, neque multitudine esse infinitum multis probans argumentis. ¶ Octauo à morte non reminiscimur vt liber de lõgi. & breuitate vitæ ostendit & tertius de anima tex. 20. igitur, vt anima superstes est? Si abest ab ea scientia, & fugit reminiscentia, erit ociosa anima deposito corpore. Id quod rerum à deo sapientissimus stabilitus ordo non fert: etenim vniuersa gratia finis sunt vt de physica auscultatione ostendit liber secundus ca. 6. ¶ Et accedit huic Arist. 3. de anima tex. 20 intellectum tradentem esse corruptibilẽ vt ergo est immortalis? Quod si de possibili intellexeris, hic sanè eiusdem naturę est cum agente: quare & agẽs nexu mortis tenebitur. Et supra dixerat Arist. opinionem corrũpi quatuor causis. Altera erat, quando ipse opinans corrumpitur: sed anima si corpore mortuo viueret à corruptione opinantis opinio non labefactaretur. Nanq; opinio in aĩa est, nõ in sensu. Voco hic animam vim intellectiuã: vt breuius rẽ agamus. ¶ Nono Alexãder Aprodiseus: tertio de anima tex. 14. & 5. indicat Commentator, animã intellectiuam elementariam ex mirabili elementorum commixtione coalitã dixit. Et suffragatur illi quod oculis cernimus homines corporis temperaturas sectari vt qui cholericus est iracũdia feruet qui sanguineus salacitate defluit: qui melãcholicus tristis, & tetricus est: qui pituitosus deses & iners: ergo anima est tẽperatura humorum est mortalis. ¶ Rursus ingens amor sociat animam & corpus nullaq; amicitia tã stricto fœdere iũcit amicissimos quosq; quãto anima & corpus sibi iunguntur. Si verò anima spiritus esset, dissimilis valde esset corpori, quod corpulentę est substantiæ: vt ergo inter tã disparia esset amicitiæ iura tam inuiolabiliter tanq; strictissime obseruata? Plinius quoq; naturæ non ignobilis inquisitor naturalis historiæ lib. 7. ca. 55. deliramenta, nugasq; credit animorum humanorũ æternitatem. Nam quę sedes tot animarum? quis auditus? quis visus? quis deniq; sensus? inaneque esse reprehendẽs ait Democriti inuentũ, quòd aliã vitam hac pacta pollicetur, quando ipse nunq̃ reuixit & colligit deliramẽtũ esse Democriti immortalitatem. Quippe brutis eadem respirandi ratio atq; hominibus: illis autem nullus diuinat immortalitatẽ. Deniq; immortalitatem damnat quia optimũ & prę clarissimũ, quod natura habet (q̃d mors est) de medio subripit & Aristo. 2. de anima tex. 26. commendat Epicureos, quibus erat sententia, animã non esse corpus, neque sine corpore. Quæ verba clarissimè testantur animam non posse per se esse corporis deposita mole. Rursus quid aliud sonat celebris illa difinitio, aĩa est actus corporis physici

Right margin notes: 9. argumen. (beside "Nono Alexãder"); 10. argumen. (beside "¶ Rursus"); 11. argumen. (beside "Plinius"); 12. argumen. (beside "Rursus quid aliud").
Left margin notes: 5. argumen. (beside "Quinto"); 6. argumen. (beside "Sexto"); 7. argumen. (beside "Septimo"); 8. argumen. (beside "Octauo").

ci & organici, &c. nisi omnẽ animã esse necessario in corpore organico? nã hæc diffinitio communis est animæ. Quibus quoq; accedat diuini oraculi autoritas. Leuiticus enim liber ca.17. minaci traditione mandat, ne sanguis animalium edatur. Et causam mandati subdens ait, quia anima carnis in sanguine est. Iam quid aliud hoc præfert, quàm animã esse humoris sanguinei substantiam? Id quod ipse sanguinis exitus demonstrat, qui corpus deserens animam quoq; corpus destituere cogit. Et Ecclesiastes ca. 9. mortui ait nihil nouerunt amplius, neq; habent vltra mercedẽ, & ca. 3. idcirco (ait) vnus est interitus hominum & iumentorũ, & æqua vtriusq; conditio. Quid quod vt suprà 2. lib. cõmonuimus synodus generalis.7. animã rationalem tradidit corpulentæ esse substantiæ, & D. Ierony. in 1. lib. Com. ad cap. 10. Mathęi credit animã rationalem incorpoream solum referendo ad corporis crassitudinẽ, idest, nõ est ita crassę substãtiæ vt corpus. ¶ In diuersum verò est Aristo. hoc cap. intellectum dicens separatum à corpore, & materia. sępe hoc libro repetit & 2. libro ait separatur hoc ab hoc, vt perpetuũ à corruptibili. Et quod intellectus est alterũ genus animæ. ¶ Et sunt preter hæc argumenta non pauca: quæ intellectũ immaterialem colligãt. Quorũ primũ ab obiecto intellectum esse immaterialem colligit: quæuis enim potentia materialis, habet obiectum determinatum, vt visus colores, auditus sonos, at intellectus nõ habet genus determinatum, sed in totam entis amplitudinẽ se se dilatat: ergo. ¶ Secũdò nulla potẽtia materialis differẽtiã aduertit inter singulare, & vniuersale. Nã vniuersale cũ sit abstractũ à materia à potẽtia materiali nõ cognoscitur: intellectus verò hanc differentiã aduertit. Igitur est spiritualius si spiritualia aduertit. ¶ Rursum sensus patitur à suo obiecto, tamen sensus ipsum non perficit, sed solum perficitur. At intellectus si patitur à phãtasmate: phantasmata ab intellectu nudantur à materiæ notis & appẽdicijs, perficiturq; phãtasma intellectus agentis opera. ¶ Accedit istis virtus materialis est organica: sed intellectus nullius organi est vt sæpe proclamatum est ab Aristo. ¶ Præterea sensus non in se reciprocat actionẽ suã intellectus autem se ipsum aduertit, ergo est immaterialis. Quòd si intellectus immaterialis: ergo æternus & mortis nescius. Porrò intellectus est in anima rationali: ergo ipsa anima æternitate gaudebit. Postremò Arist. (vt hoc tertio exposuimus) damnat Empedoclem, & Homerum confundentes sensum & intellectum, & intellectum nullatenus esse sensum voluerit: sed immaterialẽ, inalterabilẽ: immistumq; materię docuerit. Est ergo anima immortalis, cuius hęc vis immortalis est. Quid quòd Anaxagorã probat dicẽtem intellectum quia omnia cognoscit esse à materia separatum? ¶ Res ista grauissima & mortalium hominum generi plurimum conferens: hinc enim initia sunt totius virtutis, hinc religio habet ortum: hinc humana est auspicãda dignitas. Et stultus satis vt August. in libro confessionum dixit, is est, qui abit, vt altissimos montiũ vertices miretur, ingentes fluctus maris, & altissimos fluminũ lapsus, occeani ambitũ, & cursus syderũ: & seipsum relinquit nec miratur: talis is est vtiq; qui ea quæ extra ipsum sunt aduertit, suspensus, & seipsum non curat & sui animi naturam & qualitatem negligit. Ne ergo huic reprehẽsioni succumbamus, quę de animorum immortalitate udituri sumus auide teneamus vt hæc sit argumẽti expositio. Plato igitur scripsit complulscula in Phędro de animę immortalitate quã colligit hoc argumento. Quia anima se mouer, & est motus principium. Id autem quod est motus principium, immortale est. Quæ quidem demostrandi ratio quãtum contextus verborum habet nihil demonstrat: nam quæuis anima etiam brutorum, & plantarum est mouendi principium: nam corporibus sunt causa vitæ, & animata vniuersa se se mouẽt: & hoc differt animatũ ab inanimato: quanquã brutas animas fortè Plato nõ intellexit. Sed aliud profundius apud se continet mea sententia argumenti huius contextus, quod se cognoscit & penetrat est immortale, aĩa rationalis se cognoscit, & penetrat intimè, proprie naturã suã explorando, & exquirendo: ergo ipsa est immortalis. & hęc vis magna est Platonici argu-

Pars quæ agitatur diuersa.

Quæstionis decisio.

Plato de animæ immortalitate.

argumenti:namq; sæpe illatum est sensum non se cognoscere, quid sit aut qualis:quia est materiæ obruta potentia, organoq; colligata corporeo. Nõ ergo per motũ Plato intelligit motum localẽ,aut opera alia vitę:sed quod diximus.Est huius argumenti Platonici defensio alia apud Macrobiũ, quã legat qui volet. Secũdo lib.de som.Sci. In Phædone autem Plato,alia intentat argumẽta, quibus testatam vult animorũ immortalitatẽ. Et primò colligit illo repetito physico principio,omne qđ fit,ex cõtrarijs fit: ex viuo igitur cum mortuũ fiat,& ex mortuo fiet viuũ.Si ergo ex mortuo viuũ fiet, qa lex contrariorũ hoc poscit: qui mortui ergo sunt reuiuiscẽt, & in hãc lucẽ reuocabuntur: ergo animæ immortales sunt: alioqui, vt qui mortui iã sunt,vitæ restituerentur, nisi animæ essent superstites? ¶Huic secũdam adiecit cõnexionẽ. Generatio rerũ circularis est,neq; in rectum procedit,vt ipsa rerũ ostendit series,quę cæli circulos imitata, ex vapore excitat pluuias ex pluuijs generat vapores. Est ergo necessariũ, vt quæ viuũt intereant: & quæ intereũt iterato recursu, vita donẽtur.Tertium est,quod hoc idem colligit:nos.n.reminiscimur,& sciẽtia nostra est reminiscentia:etenim sæpe interrogãti quæ nunquã didicimus, rectè respondemus:qa reminiscimur, quæ aliquando nouimus. Et rursum vt de repẽte res intelligimus, & abstrahimus excitati à sensibus,nisi qa olim hæc sciuimus, quæ modò reminiscimur?Anima ergo nostra fuit prior corpore nostro. Quare & ipsa immortalis est. ¶At verò Socrates in apologetico apud Platonẽ suam defendẽs causam apud iudices Atheniẽses, non firmã de animæ immortalitate protulit sententiam, vt fecerat libris iam indicatis. At dilẽmate in carcere agẽs sese consolatur de imminẽte sibi morte, q̃ morti insons adiudicat⁹ fuisset.Aut animus(ait) mortalis est & à morte nullus superest sensus, & mors hæc mihi quies erit æterna omni malo vacans:aut à morte corporis anima superest,&fœlicior erit mors hęc, quę beatissimis hominibus me sociabit. Vtrùm horũ,aut mori,aut viuere,nullus mortaliũ nouerit. Dij immortales sciũt: hominẽ scire arbitror neminem. Et referuntur hæc à Cicerone lib.1.Tusculanarum Quæstionum. Quæ satis indicãt nõ plenę certitudinis duxisse esse de animorũ immortalitatẽ demõstrationes. Quas si fide plenas duxisset,non ita animũ traxisset ambiguũ Socrates apud Atheniẽses iudices,sed cõfidenter dixisset nil formidini esse sibi mortem, quæ ad immortalẽ & præclarã ducebat vitam. Qui locus nõ tenuiter demõstrat infirmã fuisse istis philosophis de æternitate animorũ fidẽ. Et re vera quanquã prima Platonis ratio,vt à me exposita est, valens sit, tamẽ cæteræ sunt sophisticæ:facile.n. Peripateticus cõcedit contraria ex cõtrarijs fieri,ex viuo mortuũ & ex mortuo viuũ, quanquã subinde non sequitur,ergo idẽ homo, qui perijt reuiuiscet: sed ex mortuo cadauere viuẽtes vermes fiũt. Atqui re melius inspecta perse loquẽdo, nõ ex viuo mortuũ, & ex mortuo viuũ: sed ex viuo nõ viuens, & ex non viuente fit viuens: hicq; ordo seruatur in natura. Fit ex non viuẽte semine viuẽs animal, aut viuẽs planta: & ex viuentibus istis fiunt non viuẽtia.Nam viuẽtia soluũtur in elementa quatuor,quæ viuentium substantiam compingebant: imo ex mortuo viuens fieri non põt, si legem naturę obserues, vt idẽ viuens quod pręerat rursum generetur, vt neque orbati luminis fieri potest,vt qui cæcus est videns sit. Restitutio per varias sanè trãsmutationes fieri potest,vt ex mortuo hominis cadauere,rursum hõ generetur: vt si cadauer illud in terrã transierit, hæc deinde in arborẽ,aut fructum conuersa, & fructus in humani seminis transeat naturam, & semẽ in hominẽ se prodat. Ecce vt mortuũ est in potẽtia remota ad vitam hominis eiusdem secũdum speciem,nõ tamen est in potentia ad indiuiduũ,quod iam vita functũ est.Quia disputationes illæ priores,quæ huius indiuidui,id est, Socratis, præfuerũt,dilapsæ iam sunt,& corruptę: hæ autem nunquã redibunt eædem numero:quippe tẽpus hoc, & hora hæc singularum rerũ,quæ indiuiduas & singula res illas reddũt, nunquã post dilapsum recurrent eædẽ,etsi motus cæli,atq; gyratio tota nouè recurreret in motus priores:quippe motus recurrentes essent ijdem,qui priores specie,non numero.

2. Locus platonis.

2. Collectio aïæ immortalitatis.

3. Collectio.

3. Pla. locus.

Socratis de animaopinio an sit æterna

¶Argu.

2. Plato arg. dilutio. ¶ Argumentum secũdum fallax est: nos enim regressionem, orbitumq; recursum concedimus, vt orbis volutus eosdem numerat dies, easdemq; repetit noctes, specie tamen non numero. Quare corrupto homine, nouus alter generatur homo idem specie, qui prior, non numero.

3. arg. dilut. ¶ Tertio quoq; respondebimus, animam nostram non esse oppletam formis in sua origine, sed instar li teratoriæ tabulæ à litura literę omnino vacantis. Quod verò interroganti respondeamus, quę non didicimus, hoc ideo est quia nobis adsunt notiones quædam cõnaturales, vt quod idẽ aut est, aut non est: & totũ maius est sua parte: hæc intellectus nouit sine præceptore: lumine intellectus notionẽ suggerente. Per hæc igitur vniuersalissima principia quædam colligit intellectus sine præceptoris opera: imò & multi per principia hæc, & per ea quæ sensus obijcit multa inuenerunt. Et intellectum suũ de potentia traduxerunt in actum. Dixi notiones quasdam esse connaturales, rectum subaudi sensum, idest, lumen est nobis vernaculum quod principia communia noscit. Et quanquam hæc argumenta animæ immortalitatem colligerẽt, nihil fecissent ad rẽ peripateticam, quippe Plato intellectiuã aĩam negat esse ꝓpriẽ formam hominis, sed illam dixit esse hominẽ totũ vt meminit in Alcibiade: corpus autem esse illi instrumentum illãq; esse corporis vectricem & corpus non esse hominis substantiam. Et facile admodum est sic philosophanti, animę colligere immortalitatem. *Anima est homo totus vt Plato ait.* Atqui ob eam rẽ Cicero & Platonici suos impleuerunt codices hoc dogmate immortalitatis. Quòd necessariò concedendũ illis erat etenim si aĩa hominis non est pars, sed est separatæ substantiæ ab hoĩe, & hominis motor, ergo hic motor immortalis erit: qa separatam à corruptione substantiã gerit. Porrò peripateticis maioris sudoris est animas colligere immortales, qui repudiant Platonis doctrinã sequuti Aristo. qui primo huius tex. 45. & 7. meta. textus. 35. in Platonis hoc placitum agit differens aduersum Platonem hominem ex anima & corpore constare. Neq; corpus esse instrumentum animæ, sed hominis partem substantialẽ. *Anima pars sbãlis.* Et breuiculecõnexio prima esto hæc. Homo est ens physicũ, & in catalogo naturę ascriptus est: ergo compositum ex corpore & anima: aut ex materia & forma, vt cætera omnia physica. Hæc est Arist. collectio. 7. meta. tex. 39. *2. collectio.* Secundo, instrumentum nõ habet esse ab agente & mouente quia motor illi accidit: at verò corpus ab anima habet suũ viuere & esse, illa enim submota corpus cadit & perit. Scio Platonis placitũ in benignum sensum trahendum, si quis volet illi subscribere: nam manus instrumentum dicitur hominis, etiam si pars hominis sit, quia instrumentum duplex est autore etiam Aristo. 2. de anima & cõiũctum vt manus, & separatum vt clauus quo nautica ars nauem administrat. Igitur nihil vetat, si dicamus defendentes Platonem, corpus esse instrumentum cõiunctum, & non separatũ: & hominem esse animam: quia pręcipua pars hominis anima est, vt prætores & consules cũ rege, respublica dicitur. *Plat. asseriũ.* Quem dialectum etiam obseruant archanæ diuinæq; literæ distinguentes hominem interiorẽ, & exteriorem. Etsi exterior (ait sacer Paulus) homo noster corrumpatur, interior renouatur de die in diem. posteriore ad Corin: cap. 4. Cæterum modo in Aristot. explicando insudamus, & non Platoni exponẽdo operam damus. Peripateticis ergo vt cæpimus dicere credentibus animã intellectiuã esse hominis formã, hanc immortalem multi laboris est colligere. Quare Arabs ille Auerroes rem hanc apud se pendẽs & tantę rei difficultatem secum voluens maluit intellectum negare esse hominis formam, quàm intellectũ mori concedere. Quare excogitauit vnũ non peripateticum (si quid ego sapio) inuentum sed Arabicum monstrum plusquã Africana monstra venenosum. *Auer. error pessimus.* Quanquam multi huic magistro addictissimi iunctis (quod aiũt vmbonibus) pro sentẽtia magistri dimicantes peripatetici dogmatis placitũ credunt esse: pręsertim Itali quidam philosophi hoc ęuo florentes: qui adeo huic Arabi sed ederunt, vt certum putent quod Auerroẽ non olet Aristo. non sapere. Ille igitur Commen. 5. huius tertij, quatuor collegit rationes, quibus intellectum formam esse negaret.

¶ Prima est omnis virt⁹ à corpore abstracta

cta nõ est forma corporis: intellectus est huiusmodi Arist.tradẽte esse separatũ & immixtũ intellectũ. ¶Secũda est, fac intellectũ esse formã formantẽ materiã, habet ergo esse indiuiduale à mã: est ergo ipse intellectus indiuiduus: ergo species oẽs, quas recipit, erũt indiuiduæ & singulares, vt ergo poterit vniuersalia cognoscere? ¶Tertia si est intellect⁹ forma materię est ergo intellectus materialis forma, vt cæteræ omnes. ¶Quartò si est intellectus materiæ forma, vt ergo omnes materiales formas cognoscere põt, & seipsum? quãdoquidem recipiẽs omne exutũ est à forma recepti. Habuit præter hæc autor hic sui erroris nõ modica incentiua. *Incentiua Auerroïs.* Aristo.n.legens varium aspexit & ferè titubantẽ in negocio de aĩa. Iam enim animam omnẽ fatetur esse actum corporis: iam verò, intellectũ aliud esse genus aĩæ separatũ ab aliis generibus confitẽtem. Rursum aduertebat in eodẽ, intellectũ, si imaginatiõi iungitur, necessariò corpori iungi, post hæc audit eundẽ loquẽtem necesse est intelligẽtem phãtasmata speculari. Quæ omnia vt cõciliaret, excogitauit intellectũ non esse formã formantem hominẽ, sed substãtiam quãdam separatam homini assistentẽ, hominiq; copulatã. Quæ copulatio, intercedẽte phãtasmate exercetur: quippe, species quas imaginatio cõdit singulariũ, easdem suscipit hæc intelligentia mouens. Solum discrimẽ est hoc, species in phãtasia vel imaginatione esse singulares, atq; materiales: vt aũt in intellectũ hũc cõmigrãt, spirituales & vniuersales sunt. Et si eædẽ sint secũdũ substãtiam, differentia est in modo essendi, & indisputatiõe prima aduersus Algazelum dubio.23. exẽplo sensibili solis & speculi copulationem hanc planiorem fecit. *Exẽplu in speculi.* Speculũ.n.excipiens lucem solis, lucidũ est, non per formã sibi inhærentem: quippe lux, nõ inhæret speculo, sed illi duntaxat assistit, sic quoq; homo redditur intelligens per lucem intelligentiæ sibi assistẽtem. Hæc aũt intelligẽtia, quæ homini copulatur, est agens intellectus, atq; possibilis. Agens, vt species abstrahit vniuersales à singularib⁹. Possibilis aũt, qa illas suscipit. Quapropter quia vna species est in humana phãtasia, & in intelligẽtia hac, huius speciei interuentu vnio est hominis, & intellectus. Et hũc vocare possumus, quod Aristo.scripsit.2. de generatione animalium cap.3. intellectũ de foris nobis accedere. *Assipulationes in Auerroem.* Hæc aũt sententia insinuata fuit à prioribus, vt à Plutarcho, & Alexãdro, qui vt autor est Philopon⁹, & nos in principio huius capitis retulimus, intellectũ extraneum nobis esse forisq; accedentem cõfitebãtur. Et vniuersis, quæ à me hactenus relata sunt, accedit quoq; autoritas Diui Grego. Nisseni qui libro.1. de hominis anima.c.1. dogma hoc Auerroi tributum, credit Arist.habuisse autorẽ secundum quẽ, intellectũ hominis homini esse foraneũ credit Grego. nõ pertinẽte naturæ humanæ cõflandę: sed solũ operatiõi intelligẽdi absoluẽdæ. Est itaq; nõ naturæ sed operationis humanæ principiũ intellectus. ¶Porrò autem aduersus huius Arabis assertionem, philosophi catholici scripserunt, Albertus Magnus, in opusculo đ veritate intellectus, D.Tho.in.2. contra gẽtes.c.59.&.60.&.63.& in.1.part. q.76.ar.1.& oẽs horũ rationes, nõ sunt tãtæ firmitatis, quãta hæc: operatio omnis alicui cõpetens, ab aliqua forma sibi interna cõpetit: intelligere autem est operatio hominis, ergo ab intellectu sibi intrinseco profluet hæc operatio. Non me latet Auerroẽ intellectũ dixisse formã.3. de aĩa tex.5.&.2.Physi.Cõm.26. Nec me fugit mare fluere & refluere nõ à propria sibi indita forma, sed à luna influẽte. Verùm argumẽti vim hæc nõ tollunt: nã fluxus maris nõ sunt operationes intrinsecæ, sed extrariæ: quãobrem nihil mirum, si ab extraria formã mari cõcedantur: intelligere aũt operatio intrinseca est, ergo forma à quã hæc operatio ꝑficiscitur intrinseca homini erit. Quòd verò ipse appellauerit intellectũ formam, argumẽtum non soluit: quia forma hæc impropriè est homini forma, qa extrinseca est. ¶Augetur argumentũ hoc Arist.etenim 5.physi.text.1. operationẽ tripliciter alicuius operãtis esse tradidit, aut secundũ totũ, vt cũ medicus sanat, aut secundum partẽ, vt cùm homo videt, aut secundum accidens, vt cùm album ædificat. Iam verò intelligere hominis est, non scđm totũ, non scđm accidens: quippe per se homo est intellectiuus: ergo secundũ partẽ. *3. Modi operationis.*

¶Rursum

¶Rursum beatitudo aut est perfectio hominis, aut illius intelligentię. Si illius intelligentiæ homo: ergo non poterit asse qui beatitudinem Aristo. reclamante .9. &.10. Ethicorum, finem virtutis humanæ esse beatitudinẽ: sin verò homo beatus beatitudine sibi ꝓpria beabitur. Beatitudo autem secundum peripateticã doctrinam est in contemplatione substãtiarum separatarum. Ergo cõtẽplatio hęc erit homini propria: alioqui si cõtemplatio hæc in intelligentia illa separata beatitudo erit in intelligentia & nõ in homine, & intelligentia erit beata & non homo. Et hoc est quod inintelligibile habet Auerrois placitum hoc, hominẽ intelligere per intellectionẽ, quæ nõ est in ipso, sed extra ipsum. Et age, finis virtutis est beatitudo, virtus autem est in anima ipsius hoĩs: ergo & beatitudo erit ꝑfectio humanæ animæ. ¶Rursum octauo physicorum tex. 60. Omne, quod mouet se, ex mouente & moto constituitur, homo verò seipsum mouet, & per rationes vniuersales colligit particulares, & contra per singularia vniuersalia: ergo vna vis est, quæ vniuersalia cognoscit, itemq; singularia, & vt cognoscens vniuersalia mouens, & vt cognoscens particularia mota. Vna est anima ergo: quæ vtrumq; cognoscit. ¶Quã deniq; aduersetur Aristot. doctrina hæc non est operosum discernere, ipse enim decernit in secundo de anima quatuor animarũ gradus, quorum supremus est intellectiuus: est ergo anima intellectiua pars hominis. Ipse rursum docuit libro de sensu, cuius est act⁹ eius & potentia: hominis verò est intelligere, eiusdem ergo erit intellectus. Præter hæc si intellectus est hominis hic quẽ finxit Auerroes. Iam ergo humanus intellectus æternus est, carens inquam initio & fine. Id quod ab Aristo. dissidet. 12. physicorum tex. 17. nullam formam præcedere corpus volẽte. ¶Istis accedat, Aristotelem voluisse hominem liberi esse arbitrij: voluntas autem humana ita spiritualis est, vt intellectus. Atqui voluntas intrinseca est homini, ergo & intellectus. Et exquirendum est à Commentatore, si intellectus est hominis motor & nõ pars cũ homo liberi sit arbitrij, neq; cogi possit ab intellecto extrinseco: erit ergo nostri iuris, & motionem huius intelligentiæ & permittere & repudiare. Repudiet igitur homo toto æuo vitæ suæ motionem hanc, & fieri potuit, vt toto æuo nihil intelligat, neq; possit intelligere, atq; iam toto æuo vitæ suæ homo, nõ esset homo, & sui arbitrij esset & facere se hominem aut se ab homine subducere, & ita sensim labetur Commentator in metamorphosim Ouidianã. Et quid dicemus de pueris? quid de stultis? quid de phreneticis? quid de dormientibus? Isti omnes reuera si certa narrat Auerroes non sunt homines: quia intellectui illi non copulantur. Et cur Aristo. libro de partibus. 2. cap. 10. magnificis vocibus hominẽ prædicat esse diuinum animal, sed si humana anima non esset intellectiua, quanta esset laus hęc? Nulla vtiq; si humana anima, vt Auerroi placuit sensitiua est. Et quid Arist. ꝙ dixit, nihil vetat partes aliquas separabiles à corpore, id quod necessario de intellectu audiendum est, est ergo intellectus animæ pars. Et demum ne plura infodicãda hac sententia insumamus illã credimus non solum abhorrere à peripatetico dogmate, sed noxiam esse religioni Christianæ, quæ cõfitetur Iesum Christum dominũ nostrum verũ esse hominem, à nulloq; angelo, aut intelligentia mendicatam habere intellectionem, sed in ipso thesauros esse sapiẽtiæ & scientiæ Dei. Quid? quòd humana periclitatur libertas, vt prædixim⁹? quin imò animorum immortalitas funditus euertitur. Nanq; aĩa humana nõ est intellectus ille separatus, sed anima, quã ipse cogitatiuam dogmatizat: quia habet discurrendi vim. Hæc autem sensitiua cum sit, re vera interit homine corrupto & nihil manet superstes post hoĩem, nisi materia prima. Nam intellectus ille nõ est aliquid huius, vel illius hominis. ¶Et adde pręter dicta, si intellectus ille creditur copulari homini, aut est forma hominis, aut non: si forma est ecquid Arist. ait formã copulari materiæ sine medio? qui stultam duxit sententiam, quæ medium exquirit, quo iungantur hæc duo, vt diximus in secundo libro. At Auerroes credidit per species medias copulari possibilẽ intellectum nobis: quia vna species erat nostræ phantasiæ, & illius intelle-

Auer. placitum de intellectu separato cum fide non cõsentit.

ctus. Si verò nō est forma intellectus ille: homo ergo est brutum quoddam, cæteris brutis dignius. ¶Imò addere oportet nouū gradū animatorū cogitatiuū esse, quod hominem cōstituat differētis naturæ à cunctis brutis. ¶Fortassis hic philosophus suā correxit sentētiam, melius iā sapiens, qn̄ commētaria edidit in libros Ethico. Decimo enim Ethicorū. ca. 9. ait existētia hominis est per substātiam, quę nominatur intellectus. Et. c. 8. intelligere hominis cōcessit natiuā esse operationē: ergo est à natura hominis, sed natura aut est materia, aut forma, nō est à materia intelligendi actio: est ergo à forma. ¶Argumētis, quę Auerroi suffragātur, primo dico intellectū secūdum suam essentiam, & naturā spiritualem esse à corporea mole alienū: tn̄ est corporis forma dās esse corpori. i. vitam, motū, & operationē. Neq; eò dicitur immixtus & separatus: qa sit, vt motor tantum corporis, sed qa suapte natura poterit per se subsistere & operari. Quāquam tantisper dū est in corpore phātasmate vtatur. Quòd si Aristo. dixit sicut trigonū in tetragono, ita vegetatiuū in sensitiuo, & sensitiuū in intellectiuo: intellectiua igitur anima habet operationes aliarū animarū: & hoc non poterit præstare, nisi ipsa sit forma ipsius hominis, per quam homo sit homo. ¶Argumento. 2. dico, animā intellectiuā indiuiduari à materia, & est hæc anima: quia in hoc corpore, qđ vt probabile dixerim. Iā ergo anima inde est indiuidua. At intellectus indiuiduus, & notiones & species, quæ sunt in intellectu sunt indiuiduæ nō à materia, sed subiecto: qa in hoc sunt intellectu. Est tn̄ indiuidui ratio gemina, aut secūdum naturā, aut secūdum repręsentationē: notiones animę sunt indiuiduæ secūdum naturā: nam sunt istæ vel illæ, tn̄ habent repræsentationē vniuersalem: qa earum natura est à materia per abstractionē repurgata. ¶Tertio dico, intellectus est forma in materia, non tn̄ materialis: qa potest citra materiam subsistere. ¶Vltimo vltima sit respōsio, intellectū esse in potentia ad oīa sensilia suscipiēda, & sua notione omnia materialia capere. Et quāquam anima intellectiua sit forma corporis, non tn̄ subinde ipsa suscipit aliquid materiæ, quod intercludat materialib⁹ formis additū in intellectum, quo minùs intelligātur. Nam anima intellectiua non suscipit materiā, sed suscipitur in materia. Neq; tn̄ ita suscipitur, vt aliæ formæ physicæ, quæ vires ligatas materiæ habent, sed hæc vires habet materia superiores. Et nescio cur infamāt Arist. dū ipsum summo opere contēdunt autorem esse huius Auerrois placiti. Siquidem. 2. de anima. tex. 51. ait ordinem esse hunc statutum in gradibus animantium, vbi superior ibi inferior necessario quoq; aderit: & non contra Si sensitiuum est & vegetatiuum, & si intellectiuum in corruptibilibus & sensitiuum necessario aderit. Valet igitur hæc collectio, quia isti gradus sūt superius & inferius vt animal & homo. Iā ergo nullum discrimen Arist. fecit in istorum graduum collectione, sed ex æquo, vt sensitiuum colligit vegetatiuū, & intellectiuū, in corruptibilib⁹ infert sensitiuū. Est ergo sensitiuū superius, & intellectiuū inferius. Sed oē hoc superius est essentiale inferiori: est igitur sensitiuū de essentia intellectiui. Si verò intellectus noster est ille, quē Auerroes finxit de essentia illius non est sensitiuū neq; sensitiuus: quippe qui angelus est, vt non solùm argutè physiologorū rationes cōmonstrant, sed ecclesiæ traditiones sanxerūt, vt ex apostolica decisiōe Clemētis quinti supra retulimus. Nam vt probatissimæ veritatis Leo papa in cōcilio Lateranēsi tertio recipit, tradens aīam esse verā corporis formā finiens quoq; illā esse immortalē, sibi citās euāgelicum oraculū, quod extat apud Matthęum. c. 10. nolite timere eos, qui occidūt corpus, animā aūt occidere non possunt. Et quāquam Leo & Hieró. lib. 1. Comme. ad mathe. c. 10. vt probent aīas immortales hoc vtātur testimonio, sunt in archanis literis innumera, quæ illud colligunt. Matthæi. 22. refellit Dn̄s Saducæos negātes resurrectionē corporum: qa animas vtiq; perituras credebāt. Refellit aūt in hæc verba. De resurrectione mortuorum nō legistis quod dictum est à Deo dicente vobis. Ego sum Deus Abrahā Deus Isaac, Deus Iacob? Nō est Deus mortuorū, sed viuētiū ex loco veteris scripturæ Exodi. 3. diuinè colligens animales esse immortales. Etenim defunctis

Argumētis pro Auerroe respondetur.

Argu. 2. respondetur.

Tertij argu. respondetur.

ctis Abraham Isaac, & Iacob Deus dicitur Deus illorum, viuebant igitur, nõ corpore: ergo animæ illorum patriacharum viuæ adhuc persistebant. Et quid aliud gestum illud, quod retulit Lucas Euangelista de diuite epulone significat nisi animarum immortalitatem corpore defuncto & in terra iacẽte aĩa illius ad tartareas detruditur sedes, & sæuissimis cruciatur tormentis, non corpus, quod iacebat, sed aĩa illius. Iã verò si aĩa intellectiua est hoĩs vera forma, eius immortalitas disputanda est physicis ostensionibus. ¶ Et primum quid Aristote. senserit non est perspicuum: multique philosophorum crediderunt illum animam esse mortalem credidisse. Et quidam eorum declasse theologorum sunt, vt Durãdus in. 2. Sentẽ. d. 17. q. 3. dubiã censuit de hac re Arist. sententiam, & sibi aduersantes habuisse propositiones: quia qui dixerat, quod cæpit desinet. 1. de cælo. 12. meta. ait nihil prohibere animam rationalẽ incipere & perpetuo manere, Sco. verò in. 4. Senten lib. d. 43. q. 2. Aristo. credidit dubium fuisse aut sibi nõ constitisse, imô de quæstione proposita animam mortalẽ, & intellectum corruptibilẽ simpliciter accepisse. Nãquanq̃ intellectus non dependeat ab organo corporeo, determinat vt sensus, & hac ratione non corrũpitur ab organo corrupto, vt sensus, tamen pendet à toto homine corruptibili, & non potest ostendi ex Aristot. non pendere intellectum ab homine toto. Quare homine soluto soluetur intellectus. Quod si Arist. aliquando dixerit, intellectum esse incorruptibilẽ. nunquã hoc demõstrauit (ait Scotus) sed accipit vt pleraq; alia multa secundum priorem philosophorum sententiam, citra probationem. Quamobrem hic autor alterum horum credidit aut Arist. intellectũ esse corruptibilẽ, aut si est incorruptibilis nõ est firma probatione ab Arist. æternitas ei⁹ ostẽsa. Sed à fide maiorũ suscepta solũ est. Et nõ nulli sanctorũ ita crediderunt Arist. animã rationalẽ mortalẽ esse Gregorius Nissenus libello suo de hom. lib. 1. c. 6. Et alij huius quoq; extiterunt sententiæ Augu. Nyphus in libello suo de animæ immortalitate Atistot. quoq; dubium censuit cap. 1. & quòd aliud Arist. agebat, quando de animæ immortalitate disserebat. Quare non sunt multæ fidei quæ Aristo. de hac quæstione pronũciauit. Et Petrus Pomponatius virib⁹ cõtendit totis animam rationalẽ esse mortalem philosopho. & de hac re sunt innumerabiles controuersiæ, & viuentiũ philosophorum, & mortuorum. Quorũ pugnæ indicant rem hanc Aristo. aut non decreuisse, aut obscurissimè tractauisse vt ingenia hominum philosophantium causam accipiant varia intelligentia Aristo. torquere, verbaq; eius multis vestire sensibus. ¶ Auicena in suo Almahad c. 5. & in parte. 8. naturalium suorum demonstrationes pollicetur in principio se allaturum, quæ colligant animã esse immortalem & primum ostendit illam non esse corpus neq; corporeã vim. Namq; corp⁹ non est, infinitæ virtutis, nã vel partes in quas dispartitur sunt finitæ virtutis, aut infi nitæ, si finitæ, & totũ ex partibus illis solum constituitur. Quòd aũt ex partibus finitis constituitur, non est infinitum, sed finitum. Si verò partes sunt infinitæ, totum autem præstat partibus virtute, erit aliquod maius infinitis, quod est impossibile. Non est ergo virtus corporea infinita, quia illa diuisibilis est aut in partes finitas aut infinitas, vt collegimus de corporibus. Anima autem intellectiua est virtutis infinitæ, poterit enim apprehendere omnia entia physica, mathematica, & metaphysica: ergo neq; corpus est, neq; corporea vis. ¶ Secundum, quod connectit hoc est, species intelligibiles sunt spirituales indiuisibiles omnino sine materia: ergo & anima, quæ has recipit, erit itidem spiritualis immaterialis, indiuisibilis: quia accidẽs & subiectũ sibi cõsentiunt. Antecedens patet: nam species illę sunt vniuersales, repręsentãt que citra conditiones materiæ, sine loco, sine multitudine, sine tempore. sed hominẽ in communi aut equũ in cõmuni. Species autem sensibiles: quia res ostendunt cum conditionibus, materię vt ostendũt album bipedaneum vel tripedaneum in hoc loco aut illo consitum. Quare sensus est virtus in corpore. Hinc collige, quod diximus esse secundum Auicenæ sententiam species sensibiles diuisibiles. Si ergo intelligibiles non sunt huiusmodi, ani-

Lucæ. 16. — *Dur. de Aristo. placito.* — *D. Grego. de Aristo. placito.* — *Auice. ostensiones de immortali.* — *Species Auicenæ diuisibiles.*

aïa, quæ has recipit erit spiritualis est.
¶Tertiò, operatio hæc intelligendi, non est corporis: quia sic bruta intelligerent & lapides: ergo est solius essentię animę, vel totius coniuncti, sed non totius coniũcti per se & primo, alioqui intelligere reciperetur in corpore in coniuncto ex, anima & corpore. Intelligere verò nõ recipitur neq; in corpore, neq; in coniuncto ex anima & corpore, vt sensio: sed solùm in anima intellectiua. Si ergo operatio recipitur in anima sola, non est totius coniũcti per se & primò, quo differt à motione locali lapidis. Quæ quãquam sit à forma: tamen in lapide suscipitur quia actio hæc non est separabilis à corpore, sed est simul cum corpore. Intellectio verò, non dependet à corpore, neq; est simul cũ corpore: quia diu est anima antequã intelligat, vt in pueris: & sæpe in adultis suspensam tenet intellectus actionẽ, etiam nullo impediente intellectionem. Id quod in operationibus naturæ non inuenias, quæ simul sunt cũ corpore: si aliud non impediat, vt lapis continuo ruit ad ima, si aliud nõ obsistat motioni, in quam natura lapidis propendit. ¶Quartũ argumentũ senescente corpore, non senescit intellectus: imò tũc vegetior est multis senib⁹ integritate iudicij pollentibus: quãq; alij ob vicium phantasiæ ætate defecta iudiciũ rerum violãt: at in senectute cõplexio & temperatura labascit, & in materiam declinat elementorũ. Non ergo intellectus vis est corporis, sed abstracta à corpore. ¶At confitetur hic Arabs philophus esse formam & perfectionẽ corporis animã rationalem, non tñ cohærentem corpori, vt cæteræ animæ atq; formæ, quæ à materia & per materiã subsistũt: sed secũdum suam naturam aïa separabilis est à corpore, quanquam interim cõiungatur corpori, vt ex anima & corpore coalescat homo vnus. Et vt substãtia de se est separabilis ab accidentibus: tamen copulatam cernimus cum accidentarijs affectionibus substantiã: ita anima rationalis. Hæc ille habet nõ ad verbũ, sed ad sensum. Nam ille obscurius multo rem protulit. Colligit tandem ad suam sentẽtiam animam esse superstitem corpore vita defuncto, tuncq; intelligere animã placidè res vniuersas & sine sensuũ censu, aut phãtasmatũ ministerio S. Tho. in. 1. part. q. 76. art. 1. credit Arist. demõstrasse animã rationalem esse formam corporis humani, & eandem de humana esse substãtia. Etenim quod est principiũ vegetandi, sentiendi, secundum locum mouendi, & intelligendi, est actus prim⁹ corporis physici, &c. anima rationalis est principiũ intelligendi, est ergo actus primus corporis physici. Id quod fusè & abũdè persequuti sumus. 2. de anima. Et rursum hoc idem. lib. 2. summæ cõtra gentes. ca. 70. colligit in Auerroem: nam intelligentia, quæ est spiritualis forma vnitur orbi, vt forma: ergo animam rationalem proprio corpori iungere, quid vetabit? Nam minus videbatur de intelligentia, quæ longe dignior est, quam anima humana, quę postremas tenet in numero intelligentiarum partes. Antecedẽs probat citans Arist. 11. meta. tex. Cõm. 36. in motu cęli est aliquod omnino immotũ: & aliud quod mouetur & mouet: & illud qđ mouet, immotũ mouet vt desiderabile, haud dubiũ ab eo qđ mouetur. i. cælũ: cæli ergo desiderãt non sensu, ergo intellectuali appetẽtia ergo cælum viuens est vita intellectuali. Id quod neutiquam esset possibile, nisi haberet animã intellectiuam. Corpus ergo humanũ, quod cõplexionis æqualitate cælum plurimũ refert, habebit itidẽ animam intellectiuam. Hæc aũt ratio non est tanta, quãta erat prima: quia in promptu est respõsio mouens immotum esse Deum. Et quod mouet & mouetur est cælum vt intelligentiam suã comprehẽdit: & hoc desiderat, non qua cælum. sed qua intelligentiam habet. Quare nõ colligit cælum habere animã intellectiuam. Sed de hoc aliâs diximus. ¶Rursum credit: secũdum Arist. animam esse immortalem: quia omnis substantia intellectualis est incorruptibilis: aïa (autore Aristo.) est substantia intellectualis, ergo ipsa interitũ non potest pati. Maiorẽ probat lib. 2. contra gẽtes. c. 55. multa in hoc conuehens argumenta: è quorum numero alterum est, omne quod corrũpitur, aut per se aut accidens corrũpitur: substãtia intellectualis nullũ huiusmodi genus corruptionis patietur: non sane per se (per se enim illa patiuntur corruptionẽ quæ vel

vel cõtrarijs infestãtur aut sunt ex cõtrarijs cõflata, vt calidũ, frigidũ corrumpit, & mista corrũpũtur.) At verò intellectuales substantiæ contraria nõ habent: quin imò quæ contraria sunt, in intellectum quãdo venerint aut suã deponũt contrarietatem, vt species albi & nigri in intellectu non sunt contrariæ: quia nõ se mutuò expellũt & simul sese admittunt: qa in intellectu vacant à materia contraria omnia & conditionibus materiæ, quæ in contrarijs exiguntur: sed neq; ex contrarijs cõmiscentur: quia substãtia spiritualis simplex & non composita est ex materia & forma, sed neq; corrũpuntur per accidens. Nam quæ hanc patiuntur corruptionem, sunt accidentia: intellectualis vero substãtia non est: accidẽs igitur.

¶Mihi tamen, vt iam finem faciam à citãdis autoribus, placuit [semper] id quod modo non displicet animam nostram vestigia sequentes peripateticam esse immortalem & satis Aristo. demonstrauisse immortalitatem animæ, quando dedit demonstrationum principia. Primò verò testimonia eius vndecunque corasa huc vocemus, & expendamus, deinde vero probationes aliquot necessarias ab eodẽ Aristotele petitas proferemus. Est locus alter in primo de anima text. 66. anima non patitur senium, sed corpus: vnde senex si oculum iuuenis obtineret æquè videret, atq; iuuenis: vnde infert, ipsum igitur intelligere, & ipsũ speculari Marcescit alio quodã interius corrupto: ipsũ autem impassibile est. Qui locus admodum conducit, vt mẽtem Arist. assequamur. Nam verba hæc nõ de omni anima videntur intelligẽda, sed de rationali dũtaxat: quippe aiæ plantarum & brutorũ: quia corporibus sunt immersæ à corporibus ipsis depẽdentes hac ratione ipsa anima sensitiua secũdum substãtiam suã læditur ab externis nocumẽtis: alioqui non diceret Arist. 3. de anima & 2. sensus corrũpi ab excellenti sensibili, nisi externa sensibilia læderent substãtiam sensus. Subindeq; & aiæ sensitiuæ. Quapropter huiusmodi animæ seniũ patiũtur & defectum. Anima verò rationalis, quia corpori non est immersa. i. à corpore subsistentiam suam depẽdentem non habet, ideo hæc sola animarũ est, quæ nõ senescit, senescẽte corpore. Quapropter si plurima cõfecta ætate animæ huius operatio, quę est intelligere, infirmatur & marcescit (quippe senes grandæui, annosæ & vetulæ plurimũ delirãt) hoc aũt non est animæ rationalis vitio, sed quia intellectus intelligit singularia, & negotijs & actionibꝰ externis se immiscet ministrãte sensu, q multo senio cõficitur, & extenuatur. Et hũc locũ malè legit Scotus ex hoc colligens intellectũ corruptibilẽ ex corruptione hominis totius: cũ Arist. nõ de intellectu, sed de operatione dixerit.

Arist. sentẽtia depromitur.

Locus. 1.

Secũdus locus est. 9. Ethicorum. c. 9. & 7. Ethicorũ. c. 11. virum politicũ docet, si rei publicæ cõmoditas poposcerit mortem oppetiturũ. Iam ergo anima immortalis est. Nam Plato in Phædro dixit neminẽ præsentem despecturũ vitã, nisi spe melioris. hic verò locus nõ est valde momẽtosus: quippe etiam si altera vita nõ speraretur, ipsa rõ naturalis cõtemnere vitã pręsentem in fauorẽ boni publici docet: quippe minora bona, vt cædant maioribus bonis rationabile est. *Locus. 2.*

Tertius locus 2. de genera. tex. 45. anima non est corporea, sed spiritualis: quippe operationes exercet spũales, vt opinari, & reminisci, quæ solius sunt rationalis aiæ. Hic locus infringetur fortassis ab aliquo, qui loco respondens diceret, operationes has spirituales esse, eò quò citra organũ corporeum exercẽtur: tamen etiam si operationes sint huiusmodi, nõ subinde collectio est firma: operatiões istę spirituales sunt, ergo animæ immortales. Ita Scotus philosophatur. 4. Senten. distin. & q. citatis. Verùm cũ operatio indicat formã, quare si operatio spiritualis est & ipsum principium operationis illius spirituale est: nam si operatio spiritualis, & potentia spiritualis. Si potentia, ergo & anima, cuius est potentia, vt infra nos colligemus. *Locus. 3.*

Quartus locus, fęlicitas tangit mortuos, & bona, & mala sobolis, & familiæ, defunctos iam vita afficiunt, vt eos qui longè sunt, quos latet, quæ apud suos gerantur: ergo animæ sunt superstites: alioqui vt bona vel mala viuorũ defunctos afficerẽt, q citra sensũ sunt. *Locus. 4. 1. Ethi. c. 11.*

Quintus. 2. de gene. c. 3. Mentem esse diuinã fatetur Arist. forisq; accedentem. Neq; est qđ refugiat aliquis locũ hunc de mente esse audiendum

dum, non tñ de anima: quippe series textus de aïa esse illum intelligẽdum docet: est.n.in eo loco collatio animarum quædam. Quæ plãtalis est (inquit) ex semine fit & ex potẽtia materiæ: itẽq; & bestiarũ anima ex potẽtia materię fit: dein de anima intellectiua locuturus, illã nõ ex potentia materiæ, sed diuina & forinsecus adueniens est. Id quod in quęstionem sequentẽ remittamus. Et.1.Ethico.c.9. homines vult solũ capaces beatitudinis si homines solũ vniuersorũ animaliũ beatitudinẽ capiũt. Et bruta sũt beata solũ, p metaphorã. Et beatitudo est act⁹ intellectus. Iã ergo anima rationalis, ob quã homo est beabilis, erit immortalis: quia ipsa sola est, quæ actus immortalis, & æterni cõpos est, vt est intelligere. 7. locus est.4.de partibus.c.10. intelligere mentis diuinæ est: anima igitur rationalis quæ diuinã istam operationẽ assequitur, diuina est: ergo & immortalis. Octauus locus intellectum ait Arist. esse differẽtem ab omni sensu & ab omnib⁹ alijs animabus: ideoq; videtur esse aliud genus animæ. Id quod nõ propter speciem differẽtem, qua differt ab alijs animabus: nam eodem pacto diceret animã sensitiuam esse aliud genus animæ: sed qa nõ est materiæ immersa, neq; materiales conditiones sortita, vt cæterę formæ. Et quod dixit, videtur eò dixisse, quo rem tũc non ex professo agebat, & hac causa laudat Anaxagorã, intellectũ tradẽtem esse immixtũ & separatũ.3. de anima tex.4. & reprehendit Homerũ, qui sensum & intellectũ confundebat.2. de anima. text.150. Nonus locus.3. de anima tex.5. ait intellectus natura nil est eorũ, quæ intelligit, sed hoc solũ est, quod posibilis est: si ergo intellectus est expers naturæ rerũ intellectarũ, cum intelligat materialia omnia, ipse nõ est materialis forma: alioqui natura intellectus esset aliqua natura rerum intellectarum. ¶Et demũ oẽs differentiæ, quæ dispescũt intellectum & sensum ex Arist. sentẽtia à me in Cõmentario collectæ hoc idem colligunt. ¶Rationes quæ idem colligãt audiamus. Prima iacit preambulas hypotheses, quæ patẽt argumẽto faciendo viam. Est hipothesis hæc. 1. operatio corporea est à principio corporeo. Secũda aũt hæc operatio spiritualis est à principio spirituali. Hæc propositio est Arist.2. de generatione animalium.c.3. Et exẽplum eiusdem est, ambulatio est à principio corporeo, &.2. de gene.tex.45. opinari quæ est operatio spiritualis est à principio spirituali & nõ est ab elemẽto opinari & reminisci, neq; sensus est opinari, vt supra ipse iam ostenderat. Quod si quis dixerit, imò operatio corporea est à principio spirituali: nam angelus mouet cælum, motus autem ille aut motio, quæ idẽ censentur mõ (etiã si Auicena distinxerit motũ esse pasionẽ & motionẽ actionẽ, nihil curamus in pręsentia.) Motio igitur est actio corporea cæli, inquã, quæ tñ est à principio spirituali, quod est angelica potestas. Præter hæc operatio spũalis est à corporea natura: sensibile etenim est mouens sensum. Et hęc motio est immaterialis, quãdoquidem species sensus excipit citra materiã: sensibilia verò sũt corporalia. Adde phãtasmata seu simulachra rerũ mouent intellectũ: motio hæc spiritualis est, phantasmata aũt sunt materialia. Sub hæc affectus sensitiuus aliquãdo mouet appetitũ intellectiuũ, principiũ igitur qđ instituebamus in machinã argumẽti stabiliẽdam, totum labitur. ¶Respõdetur ne labatur, verã esse Arist. propositionẽ: quippe operatio est necessariũ indiciũ formę ideoq; formis intima. Est autẽ operatio quædã dimanãs ab essentia rei ꝓximeq; fluens à potẽtia ipsius rei: alia verò quæ nõ proxima est, neq; proximè cõsequẽs rei potentiã: vt in angelo exẽplum perspicuũ est: motio nanq; cæli non est sibi operatio, vt ita dixerim essentialis. At intelligere se ipsum, & alia intelligibilia, hoc sibi intimũ est. Quapropter in operationibus huiusmodi intimis, propositio peripatetica plenaria veritate stabilis est. Et argu.1. solutum est. Secũdò aũt respondetur sensibilia mouere sensus: & motio hæc immaterialis est, quia est per species, per medium diffusas. Immaterialitas autem speciei etiam si Auerroi relata fuerit in principium spirituale, id est, in intelligentiã cooperãtem sensibili, nobis tñ hoc non placuit in.2. libro de anima, vbi fusè hoc argumentum absoluimus. In præsentia satis sit dixisse species, & typos suapte natura: quia similitudines

Locus.7. animã immortalem colligens.

Locus.8.

Locus.9.

Arist. propositio examinatur.

Soluuntur obiecta ...

tudinés sunt,& non res ipsæ habet nõni hil immaterialitatis. Quòd si vexas respõdentem, vnde hãc spiritualitatẽ assequũtur species istæ, nisi ab obiecto sensibili, quod corporeũ est? Igitur spiritualis actio est à corporea forma, vel si est ab intelligẽtia, labimur in Auerroisticũ placitũ. Dicam tibi species has ab obiecto spiritualitatem nãcisci: at obiectum duplicẽ habet cõsideratione, vt calor, vt est forma ignis. Et sic habet esse materiale, aut quaten⁹ sensibilis est,& sic in sensum refertur, & habet secũ nonnihil immaterialitatis, vt sensibilis est: nam ordo sensibiliũ leuatur supra ordinem naturalium rerum. Nam natura est principium eius, in quo est. At sensibile agit extra se in sensum. Adserto principio hoc ab argumẽtis subsumam⁹: intelligere est operatio spiritualis, ergo est à potestate spirituali. i. ab intellectu. Intellectus autem necessariô est alicuius formæ, & hæc est anima intellectiua: ergo anima intellectiua spũalis est, atque diuina forma. Scio Scotũ in quo. 9. lubricũ esse in argumenti huius tractatione. Ait. n. Si intelligere est actio immaterialis, aut quia organa materiæ non poscit: quòd si hoc, esset vis ignea (quæ non organica) esset immaterialis seminariaque vis, aut ex parte obiecti, quia cognoscit abstracta. Neq; hoc quia intelligere nostrum, quiditates materiales versat. Vnde credit intelligendi opus esse immateriale: quia recipitur in anima immateriali: sentire verò materiale: qa recipitur in anima & corpore, quæ duo sunt vna potẽtia animę. Verũ (Arist. autore) intelligere est immateriale: quia non est organicum. Neq; collectio Scoti neruosa est. Vis ignea nõ est organica, ergo est immaterialis: vis. n. ignea non est animæ vis. Nam inter formas anima sola est act⁹ corporis physici, & organici. imò rem si librate consideras carere organis est in igne multæ materiæ indiciũ: quia non habet numerũ operationũ, quarum functionibus sit opus organis. De vi aũt seminaria, suo loco in. 1. diximus. Dicamus ergo in viribus animæ firmũ esse argumentum, quę non eget organo. Immaterialis potentia est, & quæ paucioribus immaterialior, quã quæ pluribus: imò & intelligẽdi actio optimè ab obiecto colligitur immaterialis, qa exuit quiditates materiales à materia. Credo igitur vires quasdã esse non organicas, quæ sunt materiæ pondere grauiores, quá quædã vires organicæ. Etenim elemẽtarias vires, calorem, frigiditatem, nemo dicet organicas, nisi is q ignorat, sola animata corpora esse corpora organica. Elemẽta autem non sunt animata corpora: illa. n. si quis asseruerit aĩata, neq; philosophus est peripateticus: imò neq; catholicus. Illud enim de hęresi manichæorum est. vt Hieronymus lib. 1. Cõm. in mathe. c. 8. dixit. Non ergo illę sunt organicę vires: & tamen materialiores sunt, quam vis visiua, & alię sensorię quæ organicę sunt. At in viribus animę optima est ostensio: nõ sunt organicæ, ergo immateriales sunt.

Scotus expẽditur.

Aduertẽda doctrina.

¶Argumentum sit secũdum. 2. de anima tex. 7. Recipiens exutũ oportet esse à natura recepti. intellectus autẽ recipit oẽs formas rerũ materialiũ, ergo est immaterialis. Vt omnia contineat, vt Anaxagoras dixit.

Secundũ argumentum.

¶Tertiò, Sensus si corrũpitur, corruptio eius in alterã duarũ causarum referẽda est: aut qa immodicum est obiectũ, aut quia organũ: cùm corpus sit, flacescit & deficit: ergo si intellectus corruptionis noxã pati põt, erit sanè vel ab intelligibili, aut ab organo. Neutrũ horũ: intelligibile. n. quãlibet excellẽs fuerit, intellectũ perficit, tãtum abest, vt corrũpat, organi vero læsio intellectum non oblædit: quia organicus nõ est. Dicet aliquis, reprehẽdens argumẽtum, procedere ab insufficienti partitiõe. Restat. n. alterum membrũ, vnde intellectui pendet corruptio. i. à toto homine, quo corrupto & intellectus corrũpetur, vt Scotus machinari videtur, vt argumẽto insidietur. Verùm etiam si homo per intellectũ intelligat, & Arist. autore. 1. đ aĩa tex. 64. actio sit suppositi, subinde tamen nõ est cõsequens actionem intelligendi esse cõmunẽ animę & corpori, sed est solius aĩę. Nã intelligere in sola est anima intellectiua, & potestate eius intellectiua. Species rursus intelligibiles nõ sunt in corpore, vt indicatũ est ex Auicena. Nõ. n. sunt quãtæ, aut situm habẽtes, vt species sensibiles. Quapropter actio intelligẽdi solius est animę intellectiuæ, ab ipsa progreditur, atque in ipsam solam recurrit.

Tertium argumentum.

propte-

propterea defuncto homine, ipsa superstes est: qa habet substãtiam & operationem citra corpus, id quod nõ est de sensu philosophãdũ. Quod si adhuc insistas, depẽdere à corpore propter phantasmata, argumẽtorum solutio quid de hac re sit recipiendũ docebit. ¶Quartò, æqua ratio est, intellectus & volũtatis humanæ. At hæc immaterialis est, qa libera est. Libertas aũt arbitrij cum materia pugnat. Materia etenim se ipsam mouere nõ potest: liberũ arbitrũ se mouet, & verba illa nomine illi⁹ proferãtur, sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Quintò, homo summopere est appetẽs immortalitatis: huius.n. desideriũ monumẽta defunctorũ, chronicæ gestorũ, satis indicant. Bruta etenim & si appetãt viuere, & æternitatem pro sua portione affectent, vt desideriũ ꝓlis, docet scđo de aĩa testãte Aristo. verũ in ęternitatis desiderio cum hominibus nõ sunt cõferenda. Hæc.n. æternitatem amãt secũdum speciem, non secnudũ indiuiduũ. Quare nil monumẽti, quod testetur ipsa vixisse relinquũt. Homines verò huic rei vehemẽter inhiant, & præclarissima gesta aggrediũtur auiditate perpetui nominis illecti. Itaq; nõ contenti vigere honore æternitatis secũdum speciem, quã assequũtur prole, propriam ipsorũ immortalitatẽ affectant: ergo si similitudo est affectionis causa, aliquo immortali principio vigẽt, quod ad sempiternorũ desideria impellit. Hoc rationum genus in physicis doctrinis amplectẽdum est, quæ mathematicas demõstrationes ad rẽ tam occultã afferre non potest. Et quanquã poëta ille immortalitatis sententiam puerilem crediderit, fabulam dicens.

Esse aliquos manes & sub terrena regna.
Hoc pueri dicunt qui nondum ære Lauantur.

Philosophi verò nõ puerile verbũ istud duxerunt, sed grauissimam crediderunt quæstionẽ, quæ hoc discernat. Quãtò satiùs cum Phocilide vetustissimo poëta hic cecinisset.

Vita breuis nobis, ad tempus viuimus omnes.
Ast animus mortem seniumq; ignorat.

Cui Lucretius subscripsit, carmine claro.

Reddit (ait) idem retro de terra quod fuit ante.
Sed quod missum est ex ethereis oris.
Id rursum cæli fulgentia templa receptant.

Et Lactantius lib.7. diuinarũ institutionum. Politem quẽdam Apollinẽ consuluisse, Milesiũ refert. num anima corpori superuiuat, an soluto corpore dissoluatur & ipse Apollo respõdens oraculo tulit, hæc anima quãdiu vinculis in corpore tenetur, corruptionis passiões sentiẽs mortalibus cedit doloribus: corpore verò veloci morte soluto, anima ad ethera fertur, æternoque manet. Et apud Xenophõtẽ Cyrus maior narratur, qui iã iam moriturus supremo verbo consolatur filios, nolite arbitrari filij charissimi, me postquã à vobis discessero, nusquam, aut nullum me futurũ. Neq;.n. dum eram vobiscũ, animũ meũ videbatis: sed cũ essem in hoc corpore, ex his quæ ego gerebã, intelligebatis. Et paucis interiectis. Verum ex vita discedo, tanquã ex hospitio non tanquã ex domo. Cõmorandi.n. natura nobis diuersoriũ dedit, non habitãdi. O præclarũ illum diem, cũ ad illud diuinorum animorum conciliũ, cætumq; ex hac turba, & colluuione discedã. Quæ refert Cicero libro de senectute. Et vsq; adeò hęc ęternitatis animarũ fides apud nonnullos priscis viguit temporibus, vt quidam æternitatis amore pelicti, venturęq; vitæ accẽsi desiderio funestas sibi iniecerint manus, & proprij corporis dispendio vitæ, æternã aliam meliorẽ se cõparaturos sperabãt, vt de Theõbroto D. August. meminit lib.1. de ciuitate Dei. c. 22. & de Cleãte, Chrysippo, Zenone, Empedocle, & Catone Lactantius lib.2. diuinarum institutionum, narrat. ¶Et iustissimè Cicero in libello de amicitia dicit se non assentire his, qui nuper in hortis commẽtabantur, simul cum corpore oĩa interire. Et Seneca ad Galionẽ homines probat diuini esse spiritus partem, & veluti scintillas quasdam, ingredi animos hominũ exterius. Itaq; humanæ animæ productionem scintillationẽ quandam, de fumno Dei fulgore descendentem in corpora vocauit. Neq; probãdũ est hoc Senecæ testimoniũ, vt præfert animas rationales esse partem diuini spiritus, quæ est blasphemia Manichæorũ, sed vt spirituales testatur animas & immortales.

¶Et Philo animã dixit scintillationem: quia est quędã similitudo & imago summæ

Apollinis oraculum.

Xenophon.

Augusti.

Lactantius.

Cicero.

Seneca.

mæ illius sempiternæq; & inaccessibilis lucis. Neq; est qđ oraculis philosophorum abũdemus: quia multi & grauissimi ita tradiderunt animos esse immortales. Vtinam tot suppeterẽt rationes, quę rem istam palã facerẽt omnibus, vt suppetũt testimonia. In animorũ. n. immortalitatẽ naturæ instinct⁹ potiùs ducimur, quã demonstrationibus. Ipse qui intra nos clausus est anim⁹, suppressis clamorib⁹, inclamat se omnia terrena superare, in alia, quæ cæcuciẽdo nouit, suspirat. Grates Deo Optimo & Maximo, qui per Iesum Christũ filium suũ Dominũ nostrũ firmã docuit fidem, de animorũ immortalitate, non rationibus, sed propria autoritate, docuit nobis parata esse cælorũ regna, si sanctã & illibatam ducamus vitam: cõtra verò si sordidis nos immiscuerimus operibus æternas nos daturos pęnas. Quanquam, vt cæpi dicere, rationes allatæ sunt idoneæ, quæ huius rei fidem faciãt. Quòd si obiecerit quispiã, ecquid si probauero sensum immortalem: quippe, non corrumpitur per se, neq; per accidens: anima. n. sensitiua non habet cõtrarium, neq; ex contrarijs coalescit, neque accidens est: non ergo est corruptibilis. Nam hoc argumẽto præter alia colligit D. Tho. animorũ æternitatem. Dico opponenti hæc, sensitiuã animam, non esse constitutã ex cõtrarijs, sed esse pendentẽ ab ipsa cõmixtione contrariorum: dixit enim Arist. excellẽs sensibile sensum corrumpere: qa sensus est in quadã proportione cõsistens. Quãobrem illi argumento addẽdum est hoc, alioquin non sufficiẽter probat, nisi addamus anima rationalis neq; ex contrario est, neq; habens contrariũ, neq; ex cõtrarijs pendẽs, neq; est accidens: ergo est incorruptibilis. Et quod ex contrariis non pẽdeat eius subsistentia, colligendum est ex prioribus argumentis. ¶Sextũ sit argumẽtum, anima intellectiua se intelligit, quod Plato dixit se mouere: ergo est immaterialis, quia materię est ab altero moueri, & ipsa se nullo modo mouere potest. Et hoc est quod illa argumẽtatio Platonica, tot seculis repetita, volebat. Omne qđ se mouet est immortale, anima humana se mouet, ergo est immortalis, vt iam diximus sæpe intellectum se mouere intelligẽdo se, & suam essentiam: vt autem se intelligat locus proprius ostẽdet. ¶Septimum argumẽtum Plotini, qui hac ratione animæ sempiternitatem docuit: anima nostra indiuisibilia & spiritualia intelligit: ipsa ergo est indiuisibilis, & spiritualis. Verùm secundũ peripateticam doctrinã argumentum ego sic ducam, intellectus & intelligibile sunt vnũ, vt. c. hoc. 4. Aristo. docuit intelligibile autem est abstractũ à materia, ergo & intellectus. Et rursum nulla animæ vis abstractionẽ est potens facere, quæ nõ habet naturã abstractam: intellectus verò est abstrahens sensibilia à materialibus sarcinis, vt nos experimur ipsi intelligentes vniuersalia. Iã si intellectus abstrahit ipse erit abstractæ naturæ, vnde sensibilia non sunt intelligibilia actu, nisi opera intellectus materialis deponant conditiones, id est, locum, tempus, figuram, & id genus. Credo igitur Aristo. ita sensisse animas æternas, vt demõstratum est. Quãobrem non ab re dixit ille, alterã partem esse nobis cum Dijs, aliam cũ belluis cõmunem, & illustris hic Orator illustri hoc verbo suã ornauit historiã. Et citra iniuriam repellendi à nomine philosophorũ, qui in pręsentia aliud contendunt, vt sine iniuria Sancta Dei ecclesia, tanquã hæreticos reputat, qui mortalẽ animã dogmatizant, vt Aratus & Zenon, quorũ liber de ecclesiasticis dogma. c. 16. meminit. Quod si ad huc argumẽta quæ construximus cõtenderit aliquis nõ esse omnibus suis numeris absoluta, vt manibus & pedibus eamus in sentẽtiam quã prætexunt, meminerit hic quod sæpe Arist. meminit, sermones exigendos secũdũ materiæ facultatem. In re hac abditissima sat sit collegisse argumenta, quæ nisi puicax & proteruus facile illis persuadebitur. Et Diuus Grego. lib. 2. de anima. c. 9. demõstrationes ait, quæ æternitatem animorum ostẽdunt, vix ipsismet philosophis intelligibiles sunt: tãta est huius rei maiestas & pondus, tantaq; est nostri ingenij fallacia, & infirmitas, vt vix gustum tam archanæ philosophiæ, qualis est hæc de æternitate animæ, libare valeamus. Argumentis, quæ diuersum, suadebant, tempus est respõdendi. Et primum illud est lõgè difficillimum peripatetico sermoni

Naturalis instinctus immortalitatẽ admonet animorum.

Aratus & Zenon animas intellectiuas morti subiecerunt.

ni inhærētes facere satis. Et locus ille Aristo. Scotum plurimū torsit, loco iam illato, vt Arist. sibi non cōstitisse credidisset in animorū immortalitate. Etenim aīa rationalis scđm Arist. nō est æterna. i. initio carēs, & fine: sed initiū habet, & incæpit esse, vt .1. philosophiæ. 12. libro. text. 17. ostendit. Et quia ipse reminiscentiam Platonicam omnino negat: quod si anima esset ante corpus reminisci esset nostrū scire. Iam ergo si cæpit anima, ergo, vel creatur, vel generatur. Nō creatur: qa peripateticus creationē non admittit. Si generatur, ergo & corrūpitur. Non desunt, qui creationē non esse alienā à peripateticis libris contēdant: quippe de generatione animaliū. ca. 3. animā accedere exterius tradidit. sed quid est quod exterius venit si non creatur? nam si ante corpus extitisset, non crearetur: modò verò anima nō est corpore prior, sed simul cū corpore: creatur igitur. ¶Preterea. 2. metaphy. tex. 4. ait q̄, est maximè verùm & maximè ens est causa omnibus, vt sint, Deus est causa omnibus, vt sint: materia ergo cùm sit. esse materiæ est à Deo, sed si materia habet esse à Deo, vt elargitur Deus materiæ esse? Quæ nō generari potest, sed neq; creatur: quia æterna est, iuxta huius philosophi dogmata. Habet ergo esse à Deo sine materia alia, materia ipsa. Ecquid si anima obtineat esse, & nō ex materia? vt Albertus Magnus. 8. phy. libro cuiusdā Arist. lib. de creatione inscripti meminit. Verùm hic liber nō extat. Et August. Niphus opusculo de animorū immortalitate. c. 49. & c. 55. nō hoc abhorrere ab Arist. credidit, animas rationales creari à Deo. Sed si creationē admittimus, quale illud erit quod Arist. tenacissima intonat assertione ex nihilo nihil fieri primo physicorum? & quales erūt demōstrationes peripatetici colligētes mūdum non incepisse? Creatio. n. semel recepta oēs illas eneruat. Nam cōtinuò dicemus mūdum non esse genitum per transmutationē bene probatum esse ab Arist., tn̄ restat via altera mūdani exordij per creationē. primaq; soluitur propositio illa solennis ex nihilo nihil fieri per motum vera narrat, si quid incipiat. Nunc aūt creatio nō est motus, imò neq; propriè mutatio, vt bene D. Tho. 2. cōtra

Alterum argumen.

gentes lib. c. 17. dixit. An verò probationes Arist. mūdum æternū esse cōnectentes sint demōstrationes an argumēta topica vt D. Tho. credidit. 1. par. q. 46. ar. 2. & 3. non est nostri pensi in presentia definire. ¶Ego tamē maiori tencor scrupulo, quia Deū nihil agere, nisi per motū cælorum video, Arist. inconfesso fuisse. Sed anima rationalis si crearetur, iam tūc non per motū cælestem, sed sola Dei infusione in lucem hanc se proderet. Et iam aliquā rem se sola ageret causa. i. citra cooperationē causarum secūdarum. Vbi ergo illa celebris cōnexio causarum predicata satis in schola physicorum, & metaphysicorū? Quāobrem dicendū videtur, certo cōstare mihi secūdum Arist. animā esse immortalē: quāquam ipse satis inuolucris suis rem obscurauit, tn̄ animæ incęptio in corpore, quæ sit apud Arist. mihi non cōstat, neq; conferēs verba sua possum, neq; potui me certū facere, quomodo anima rationalis incipiat esse. Et nisi fallor Aristoteles cum tenuisset animam esse immortalem, claram sententiā non expressit de re hac quia non potuit exquirendo inuenire animæ inceptionem. Quare repressit stilum, ne aperte expromeret id quod nondum quærēdo exacte inuenerat. Sed de intellectu loquitur esse immortalem, & immixtū. Tamen huius nostri intellectus originē contentus fuit adumbrare dicēs exterius est. Quod si credidisset creationē, nihil moraretur dicere à Deo esse creatum animū, sed tacuit vniuersali verbo contentus. *De foris* est, dicēs, nihil explicās, à quo igitur est. Vnde occasionem accepit Auicena, vt ab intelligētia administrāte lunæ globū animum nostrū crederet dimanasse. Themistius verò ab anima mundi Auerroes ipsam intelligētiam esse nostrū intellectū in animū suum induxit, & vnusquisq; in viam suā declinauit & excæcatum est insipiēs cor ipsorū. Iam ergo ad formam argumēti anima cæpit verū est: ergo definet, nego collectionem: quia non cæpit p generationē, sed alio genere inceptionis, qđ Arist. aut nesciuit, aut memoriæ nō tradidit. Argu. 2. Respōsio multa est. etenim ꝓpositio illa intellect⁹ intelligit cooperāte imaginatione. S. Thomæ intellecta est p accidens non per se. Nanq; tantisper

Admodum notandum.

Argu. 2. responsio.

tãtiſper dũ in corpore agit anima phantaſmatis miniſterio eget quo tñ vinculis corporis ſoluta nõ egebit.2.lib.cõtra gẽtes.c.45.& Aegidius Albert⁹ Magnus,& ante hos Auicena loco citato ſcripſerũt, *Pulchra dubitatio.* Porrò, quod difficilius eſt certũ facere, ſi anima adhuc agẽs in corpore aliquan do phantaſmate nõ vtatur?qa extra corpus procul dubio phantaſmatibus nihil opus eſt.Et Auicena in ſuo cõpendio de anima,rem hãc reſoluit,animã ſanè dicẽs intellectiuam in initio doctrinæ, quam à magiſtro diſcit, aut ꝑ inuentionem ipſa exquirẽdo colligit,egere phãtaſmate:qa primo poſte. Ariſt.docuit omnis doctrina & diſciplina ex præexiſtẽte procedere cognitione:nempè,ab expertis ſenſu, incipit mẽs doctrinã colligere vt poſterior poſteriorũ lib.ca. poſtremo oſtẽdit. Quãobrem dixit Ariſt.neceſſe eſt intelligentẽ phãtaſmata ſpeculari id, quod in initio doctrinæ vera ſunt. At verò poſtq̃ mens edocta eſt,non eget ſenſuum miniſterio,ſed ipſa non adiuta phantaſmate, ſuas poterit habere notiões.Et Auerroes nõ admodũ ab hac ſentẽtia videtur alie lus.3.de anima.tex.31. vt inibi explicandum erit. Et Themiſtius hoc inſinuat.3. de anima.c.51.Et Simplicius libello de animorũ immortalitate.Et Albertus Magnus tractãs Ariſt.verba,ſi intelligere eſt phãtaſia aut ſine phãtaſia in prologo de anima tradita, in eãdem ſentẽtiam cõſpi rat.Diſtinguit tñ hic autor,quãdo intelligimus ſenſilia,vſus imaginũ eſt neceſſarius:nam ipſa intelligibilia ſunt in phãtaſmatibus relucẽtia. At verò quãdo intelligo ſpiritualia ſine phantaſmate, eſt nobis notio illa cõceptio. Itaq; ſi hominem intellexeris, intelligere nõ poteris, niſi adſit imago quædã hominis ſenſibilis. Sin verò angelũ,nulla eſt imago angeli neceſſaria : qa angelica natura fingi nõ põt. Simpliciũ eſt imitatus Albertus, & Themiſtiũ in Cõm.ad.c.7.huius libri. Iſti.n. aſſeruerũt practicũ intellectũ verſantem ſingularia vti ſimulachris ſenſibiliũ.At verò is,qui ſimplicia tractat intellectus, vt eſt contẽplatiuus,non egere phãtaſmate.Atqui Philoponus in Cõm. ca.huius facit cũ iſtis. Intellectus (inqt) quãdo intelligit vniuerſalia, ſenſuum famulatũ non vocat:cæterũ quando à proprio munere labitur,vt cũ ſingularia verſat,per medios ſenſus hoc cognoſcit. Etenim ſi intellectus abſtrahit à ſingularibus,non cognoſcit per ſingularia:ita qđ hæc ſint præſentia ad cognitionẽ. Hæc aũt, vt nonnihil coloris habeãt, ſunt intelligẽda,non quãdo primo capit vniuerſaliũ notionem mẽs ipſa, ſed quãdo iam cõpos eſt illorũ: qa prima notio à ſingularibus habet neceſſariã dependentiam: nam ab expertis,& ſenſatis fit ars, atque ſcientia. Atqui iſtis firmitatis hoc acreſcit argumẽto hoc. Nã quãdo mens ſe intelligit,non habet phãtaſmata ſui. Item quando mathematicas formas, & metaphyſicas intelligit,quę abſtrahũtur à materia & motu, nullus videtur phãtaſmatis vſus. ¶Aſt D. Tho. vniuerſaliorẽ habuit doctrinã, ſine exceptione nunq̃ intellectum intelligere,niſi cooperãte phãtaſmate.3.lib.cõtra gentes. c.65. Verum in re hac vnũ eſt, quod negare nõ poſſumus,qđ certa experiẽtia tenemus,oblæſo ſenſorio etiam ſi doctiſsimorum ſcientiã oblædi, & ſtupidos fieri homines & amentes. Ergo neceſſariũ ſenſus miniſteriũ.Vnde medio diſturbato vẽtriculo, q cogitatiuæ eſt,diſcretio hominis tota cõfunditur,vt phræneticis contingit:& de quibuſdã accepim⁹ immemores morbo, aut timore redditos, & vniuerſorũ quorum cõpotes erãt obliuionem habuiſſe, perinde redditi atq; ſi nihil didiciſſent: quos vt paruulos nouè in elementorum diſciplina opus fuit imbuere. Secũdum autẽ eſt alio modo eſſe neceſſariũ vſum phãtaſmatum nobis intelligentibus res ſpirituales,& alio intelligẽtibus res corporeas. Nam iſtis eſt phãtaſma neceſſarium, vnde abſtrahũtur ſpecies intelligibiles rerum, quæ intelligũtur. At verò quando illa ſpiritualia intelligimus,vtimur phãtaſmate,non qa phantaſma directè offerat mihi,vel angelũ, vel Deũ, ſed quòd phantaſmata effectuũ cauſam non per repręſentationem,ſed per diſcurſum oſtendunt.Tertio argumento reſponde, operatio animæ ſequitur eſſe ipſius animæ:nam operatio entis actu eſt. Quamobrem cum in corpore eſt anima habet operationem corpori connexam, egerque phantaſmate,vt dictum eſt. Sed iam corpore exuto, quia nouum habet eſſe,

habet

habet quoq; nouũ operãdi genus, idest, sine phãtasmate: est tamẽ vna specie operatio ꝑ se loquẽdo, tamen per accidẽs varia est. ¶Argumẽto.4. Non est collectio idonea: nam etiã si anima posſit subsistere extra corpus, vt subsistit: non tamẽ est suppositũ anima rationalis, vt magister Sentẽ. in Sentẽtiarum volumine scriptũ reliquit. Lib.3. dist.2. Sed ipsa cùm sit forma totius hominis, neque ipsa est homo, vt Alcibiades credidit, sed hominis pars: est. n. actus corporis physici, & organici. Hac ratione ipsa nõ est suppositũ. Neq; satis est vt sit suppositũ, quod natum sit per se subsistere, sed ꝙ nullius sit forma aut pars. Quòd verò antiquis theologis in vsu fuit dicere, animã rationalem esse solam substãtiuam: animas verò brutorum nõ esse substãtiuas, vt, liber dogmatũ ecclesiastico. indicat. c.17. & Tertullianus libro de resurrectione carnis, ait animam humanã habere proprium substantiæ genus sine corpore. Hæc (inquam) non indicãt animam esse personam: sed quod per se esse potest, misſis corporis exuuiis. ¶Argu.5. aĩa tempore finito est in corpore, & tempore infinito est extra corpus, nihil hoc ducitur incõmodi, vt homo qui tempore finito viuit, & secundum Aristo. tẽpore infinito protrahetur eius mors: quippe nunquã resurget (veritate fidei aliud docente.) Quanquam ergo sit hæc proportio nõ turbatur rerum ordo. Quod igitur argumentum inculcat, inordinatum est, formam esse extra materiam, &c. respõdetur, ꝙ si de formis immersis materiæ esset sermo rectè argumẽtum colligebat. At anima rationalis suapte natura põt, per se esse, citra materiam, & potest operari citra materiam. Quapropter nihil incõmodi, est. Si dicamus animam rationalem tempore infinito agere extra materiã. Aliæ autẽ formæ non tanto priuilegio gaudere possunt: quippe citra materię cõmercia nesciunt subsistere. Naturale sanè est animæ intellectiuæ esse in materia: at non est violentum sibi extra materiã persistere, ne dicamus aliquod violentum perpetuũ, quod Aristo. schola damnat. De qua re multiplicius infra differetur. ¶Sexto respõdetur animam rationalẽ numero multiplicari: quia quanꝗ ipsa sit spiritualis, est tamẽ forma & perfectio corporis: à corpore ergo multitudinem assequitur, quanꝗ adhuc sub iudice lis sit, si ea quæ prorsus aliena sunt à materia in qualibet specie vno sint cõtenta indiuiduo: id quod nõ est huius loci. Alibi dño fauente erit occasio disputandi. Vt aũt molestisſima argumẽta citra tædium semel soluas, notato: aliud est animam fieri vnã, aliud esse vnam: nam primum fit anima vna, dein est vna, etiam si quãdo fit, est vna: tamen ordo naturæ est inter hæc. Fit igitur anima vna numero à corpore vno: tamen est vna per se ipsam, absq; corpore. Itaq; nũquã fieret vna nisi in hoc corpore reciperetur: tamen postꝗ iam facta est vna, seruat vnitatem receptã etiam citra corpus. Vide exemplum huius. Est tibi figura facta à sigillo ceræ insculpta, hæc figura aut imago, vt fieret hoc ab hoc sigillo imprimẽte fuit, verũ, postquã iam imago cere data est iam non eget sigillo, vt sit vna: ita de aĩa & corpore censendũ puto. Sic ergo aĩa Petri defuncto corpore, manet hæc: quia ab illo corpore facta est hæc. Differunt quidã sciscitantes, vel hæc habitudo animæ ad corpus est essentialis animæ, aut accidentalis. Si est hæc habitudo in corpus, quod deposuit anima, essentialis animæ, ergo de essentia animæ est habere corpus, quare non extat citra corpus. Si accidentalis, ergo illa habitudo cùm sit hęc, ab hac anima, non erit hæc ratione habitudinis. Sed responsio est manifesta. Hæc anima est hæc, sine corpore: sed à corpore facta fuit hæc. Et forte hæc habitudo est essentia huius animæ: verùm differt ratione: quare non colligitur dependentia animæ à corpore.

¶Septimo D. Tho. in.2. contra gentes. c. 59. etiam si difficile censuit argumẽtum respõdit, nihil pugnare cum Arist. infinitum esse in spiritualibus: sicq; animas esse infinitas. Alioqui cũ animæ sint æternæ, & mundus Arist. æternus, aut est animarũ trãslatio Pythagorea, aut vnus est omnium animus. Et Arist. credit eo loco de infinito secũdum magnitudinẽ fecisse verba & de infinito secundum multitudinẽ, quæ multitudo fit ex diuisione cõtinui. Quare animas infinitas non negat Arist. quia illarũ infinitudo nõ est ex diuisione continui. ¶At verò Auerroes in dispu-

Argum.4. *Argumẽ.5.* *Argu.6. responsio.*

disputatione. 4. dubio quarto hoc idem protulit, & Auicenæ esse dogma, qui dixit animas esse futuras infinitas: sed quod hæc infinitudo nihil naturæ noxia est: quia est spiritualium animarum. Id quod sapit Algazellus, vt inibi traditur. Itaq; D. Tho. hos duos Arabes habuit suæ sententiæ autores. Auerroes autē furit contra hoc. vt remque non ferendā in philosophia, illā reijcit. Verūtamen Cōmentator nunquā hoc demonstrauit esse infinitum impossibile in spiritualibus rebus, neq; alia causa soluendi argumētum sese offert melior, quàm quæ Auicena excogitauit recipere, animas esse infinitas secundum Aristotelē, sed esse spirituales. Auerroes verò in scopulū pessimum infregit argumentum, vnū credens esse hominibus intellectū, & humanas animas esse corruptibiles commento. 5. Et quod Auerroē in hoc impulit, fuit quia si animas intellectiuas plures faceret, & æternas, videbat aut translationē animarum concedendam, aut quod sint animæ infinitæ. Verùm longè peius est hominē orbare intellectu, vt ipse facit. Et quia iam probatum intellectiuam animā esse formam corporis, subinde sequitur esse tot animas, quot homines fuerunt & erunt. Et quod non est vnus intellectus, & Aristot. philosophos carpit antiquos, quòd de anima disputantes intellectiua (quia de alia ipsi non disserebant) de corpore nullā fecerūt mentionē. 2. de Anima tex. 53. Ergo anima est forma, & ratio corporis. Quare distinctis corporibus & animę intellectiuæ, distinctæ ecquis poterit intelligere illā continuationē possibilis intellectus & phantasmatis? Nullus, vt supra collegimus. Quāquam Themistium non lōgè reperias ab hac sentētia vnum esse intellectū omnibus hominibus, quē consule. 3. de Anima. cap. 27. & 31. & 32. & reijcito. Platonici autem immortales fatentes hominum animos: transmigrationem animarū concesserunt: ne infinitudinem animarum admitterent. Ita Iamblicus philosophatur, vt D. Gregor. Nissenus lib. 2. de Anima, cap. 8. tradidit, qui omnes philosophos quibus fuit in cōfessa animorum immortalitas, credit cōcessisse transmigrationem animarum cap. 7. illius libri sic asserit. Et Plato illa planè fatetur in Menone, neq; Plato hoc absurdum, & cōtra leges physicas duxit: quippe hic philosophus non credebat intellectum esse animā hominis, sed motorem, vt nautam nauis. At rogo quanti incommodi duces esse nautam transire de naui in nauem? At peripatetici concedentes animam esse vere formā hominis istā animarum trāsmigrationē de corpore in corpus, quam græci appellāt metampsichosim, concedere nequeūt: quippe singula anima propria materia gaudet. Et catholici hanc transmigrationem hæreticam ducimus. vt D. Hirenæus in libro. 2. aduersum errores Valentini ostēdit cap. 60. & S. Tho. in cōmentario ad Ioānem cap. 1. dixit hanc Platonicam trāsmigrationē fuisse olim in precio apud Iudæos credentes animas patrum labi rursum in filios. Vnde crediderunt dñm nostrum Iesum Christum esse Ioānem Baptistā aut vnum de primoribus prophetarum. At verò illam, vt hęreticam sententiam inibi damnat. Id quod ostendit satis locus ille Lucæ. 16. qui duas animas tradidit duorum hominum, & animam Lazari mendici & diuitis epulonis. Non ergo transmigrant, sed singula anima, aut proprię iniquitatis dāna luit, aut pręmia propriorum reportat meritorum. Et hoc loco vtitur D. Hiręneus quo probet nō esse omnibus hominibus vnum intellectum, sed singuli homines habent singulas animas, vt Lazarus suā, Abraham suam, epulo suā, &c. Colligit autē, quæ diximus cap. 64. illius libri. rursum addens Deum diuitem esse, vt non solū vnam animam elargiatur, sed innumerabiles. Philosophis verò cōtra Auerroem sit satis, quod iam diximus in exordio quæstionis huius necessario ex operationibus colligēdam formam esse. Sūt autem diuersi modi intelligendi hominū: ergo & diuersæ animæ intellectiuæ. Neq; satis est, si quis suffugiat dicens istam varietatem esse à phantasmate, quia etiam si idem sit phātasma, poterit esse intelligendi actio diuersa: quia est intellectus potentia indeterminata ad intellectiones varias.

Animarum infinitas contra Auerroē

Themistius vnum credit intellectum.

Transmigratio animarū hæretica.

¶ Octauo argumento respondetur. Memoria & reminiscentia capitur dupliciter. Altero modo secundùm vocum proprietatem, & ita sanè corrumpuntur cor

rupto homine: quia sunt organica hęc, vt Aristo. sermo est libro de memoria & reminiscen. sin verò hæc sumantur, vt solum pertinēt ad vim intellectiuam, vt memoria sit collectio specierum intelligibilium: ita non dilabūtur interempto, aut defuncto homine. Ita S. Thom. 2. libro contra gentes. cap. 8. argumentū soluit. Quòd verò Alexander & Plinius citantur in hac re nō sunt audiēdi: quia ambo inimici fuerūt immortalitatis animorū: & desipuerūt vehementissimè. Et de Plinio nihil miror: quia multa alia mēdacia elegantissimè & ornatissimè scripsit. Sed de Alexandro Peripatetico maior me tenet, quod sic dsiperet, admiratio. Et Auerroes cōmentario. 14. ait nullum habuisse sequacē in sentētia hac coętaneorum suorum. Neq; sapuit cum Theophrasto, neque cū Themistio, neq; cum Nicolao Peripatitico. Sed propriam sequutus autoritatem. ¶Ad decimum respodemus. Ille viuendi vehementissimus ardor non negat animam esse spiritualem, sed asserit esse formam corporis, & illius perfectionem. Et quia anima est pars totius hominis, & pars bonum totius inhiat, hac ratione mortē maximē refugit, vt eam, quę totum hominē soluit. A morte enim nō est homo. ¶Ad vltimum quod Aristo. est respondetur. Animam non esse corpus, neque sine corpore: vt anima est: & vt perfectio corporis est, neque corpus est, neque sine corpore: vt verò intellectus est, nō est necessario corpori obruta: quia intellectus est virtus non organica. Non enim possumus definire animam, vt anima, nisi per corpus. Et quanquā sit separata à corpore, ipsa anima habitudinē gerit in depositū corpus: quia fuit huius aut illi⁹ corporis forma, vt anima Petri & Pauli &c. Omnis igitur anima habet habitudinem in corpus, sed diuerso hæc habitudo geritur modo. Nam animæ plantarum & brutorum sunt necessario corpori ligatę: quia & fiūt in corpore, & sunt quandiu sunt necessario in corpore. Anima intellectiua fit necessario, in corpore, tamen, non est necessariū illam esse in corpore. Nihil modo vertas in dubium, si Deus potest animam intellectiuam extra corpus cōdere: quia theologo concedente, philosophus inficiabitur. Id denique, quod inter disputādum miscebamus, animam rationalem sequacem esse temperaturæ corporis, quod cespitantem fecit Galenum, responsionem habet prōptā, multos esse, qui proprias temperaturas non sequātur, sed bellum intestinū gerunt. Sanguineos plerosque inuenias libidini non consentientes, aut amore virtutis succensos, aut gratia Dei adiutos & excurras in aliis. Superest, vt ecclesiasticis argumentis faciamus satis. ¶Et primo dicamus locū illum ex Leuitico depromptum animā esse in sanguine, hoc solum probare vitam animæ in corpore sanguinis egere cōsortio: non tamen animam esse sanguinem sufficiēter colligit. Non enim ait animā esse sanguinem, sed esse in sanguine. ¶Argumento secundo respondetur esse sanè verissimū mortuos nihil nosse amplius instar viuētium hominū, qui sensuū officio fungentes multa exquirunt, & discūt, animæ verò defunctorū non vtuntur sensibus, aut phantasmatibus, sed nouum assequūtur intelligendi modum, quem nos posthæc trademus, neque habēt vltra mercedem animæ defunctorum: quippe quæ mereri sibi ampliora, quam sunt cōmeritæ in corporibus vitam transigentes non possunt: sed simulatque corpora deposuerūt meritis finem fecerunt, quæ seminauerūt in corporibus illa metētes. Si autem animæ, quæ purgatorio lustrantur igne, meriti nonnihil acquirant, qua relaxetur pænæ, per flammarum iustam pænam, quam soluunt, non est huius tractare libri. Vnum statutum sit animas defunctorum simpliciter non esse in merendi statu. Est autem meritum simpliciter, aut gratiæ, aut gloriæ: quæ duo à morte corporis mereri nemo poterit: relaxationem autē pœnæ, aut peccati venialis donationem, si animæ quæ purgantur mereantur alibi tractabitur, si cælestis Dei gratia benignum fauorem concesserit. ¶Argumento tertio vnus sanè est interitus humani corporis, & iumentorum: & æqua est vtriusq; cōditio, & bruti corporis atque humani: quia hæc corpora ex elemētis temperata cum sint, tandem in elementa soluūtur: tamē animarum non est æqua conditio, animæ intellectiuæ & bestiarū. vt ex cap. postremo illius libri promptum

Ad decimū argu.

Ad postremum argu.

Argumēto primo ecclesiasticorū.

Animæ in purgatorio nō merentur simpliciter.

Argumēto 3. respondetur.

promptū est colligere. Poterat & hic locus aliter interpretari. D. enim Gregori⁹ magnus lib. 4. dialogorum cap. 4. dixit, ecclesiastē, vnde illa verba protulimus, quædā pronūciasse inquirēdo alia decernēdo: alia verô personā gerēdo infirmorum. Et exēplum diui huius quod argumēto prębet vires, vnus est interitus &c. hæc dicta esse à Salomone libro Ecclesiastes non decernendo, Salomon enim credidit certa fide animas esse immortales, vt inibi Grego. colligit. Verum illa pronuntiauit in persona infirmorum hominum, vt sunt Epicurei, & alij, quibus suspicio inanis est animos perire cum corpore. Sed priorē modo suffecisse sensum credimus. ¶Argumento. 4. lib. 2. respondimus septimā illam generalē synodum nō definiuisse animas nostras esse corporeas, sed illa disserēdo tradidisse. Id quod & in præsentia tradimus. ¶Quod verô Hieronymus animam rationalē confitetur inuisibilem, & corpoream, non absoluta ratione, sed illā conferendo elementariis substātiis, quæ crassa gestant corpora, & palpabilia, non eò dixit, quò putemus Hieronymū credidisse animas esse corporeas, sed tenuiores, quā hæc quę cernimus corpora. Sed eatenus illud pronūciat, quatenus animam credētes nos esse verè spiritū illam credamus, non ea gaudere spiritus eminentia, qua ille supremus spirituum eorūdemq; pater gaudet Deus. Namq; hæretici nōnulli adeò desipuerunt, vt rationalem animam portionem diuinitatis arbitrarentur. Hi fuerūt Prisciliani, Manichęi, atq; Gnostici. Ante quos fuit Euripides philosophus illius hæreseos autor, vt meminit Cicero libro Tuscu. Quæsti. A qua sententia neq; latū ipse discessit vnguem. Spiritus (inquit) humanus ex diuina mēte discretus cum nullo alio, nisi cum Deo cōparari potest. Et Seneca ad Lucilū episto. 66. cum istis sapit, in hęc verba. Nihil est aliud anima quam pars diuini spiritus corporib⁹ nostris immersa. Qui hanc deliram theologiam suspiciebant, cogebantur fateri animam nostrā esse tanta spiritus puritate potitam, quāta Beatus Deus. Quos refugientes sancti dixerunt animam rationalem in Deum relatam corpoream esse magis, quam spiritualem. Reiecit tamen horum deliramenta D. August. libro de origine animę. & libro de fide ad Petrum, & sępe alibi. Credēdum igitur animam spiritū esse, at cum supremo illo spiritu neutiquam conferēdam. Iam verò depulsis argumentorum obstrepētibus turbis, erratisque philosophorum pestilētissimis redargutis, clara micat animorū nostrorum immortalitas. Quam D. Gregor. in 4. dialogorum cap. 3. rationum suadelis ait patere, sed admixta fide. Et huius diui argumentum, quod illud colligat hoc est. Tres (ait) sunt vitales spiritus: quidam qui carne non tegitur, alter qui carne tegitur: at cum carne non commoritur. Postremus, & carne obtegitur, & cum carne legem mortis patitur: primus est angelicus qui separatus à corpore est: alter est human⁹ spiritus: postremus brutorum est. Humanus ergo spiritus mediū inter spiritus locum occupat: & vtriusq; extremi participatione gaudebit. Mortem ergo carnis subibit cū brutis, & animi immortalitatem assequitur cum angelicis illis spiritibus, beatissimisq; mentibus. Est igitur anima immortalis: quia media intercedit in duorum spirituū colliminio. Quorum alter immortalis est totus: alter verò totus mortalis est. Homo ergo & immortalis, & mortalis: hoc quidem corpore, illud anima. Hanc igitur vt religionis Christianæ columen sancti doctores venerātur veritatem. Hanc modestissimi quique philosophorum, quos superius indicauimus, multis testati sunt testimoniis. Vnde Platonē refert D. Augustinus libro. 22. de ciuitate Dei cap. 28. scripsisse quosdam vita functos vitę restitutos. Et Plato libro de republica Pamphilum quendam cōmemorat, qui bello occubuerat, & decimo post obitū diem, reuixisse, & Plinius libro. 7. cap. 52. & Plutarchus libro primo de Anima, Enarchum quēdam refert vitam postquā obiuisset, postea Iouis gratia vitę redditum. Et Lactantius lib. 8. Institutio. Chrisippi verba ex libro de prouidētia refert, quæ palingenesin, idest, iteratā generationē testantur. Defuncti (ait Chrisippus) vita, certis voluminibus tēporum exactis, rursum in eam quam habemus nunc restituetur, & cap. 27. libri indicati Augustinus Platonem dixisse cōmemorat redituros

Quarto argumento respondetur.

Quid velit Hieronymus dicēs animas corporeas.

Tres vitales spiritus.

Regeneratio apud antiquos.

dituros in corpora animos, & ad has vitæ miserias. Cui obstitit Porphirius animas interitus nescias credens: at illas in corpora nunquam cõmigraturas contra Platonem affirmans. Et Plinius loco citato Elati (inquit) quidam reuixerunt Ermotuique animam relicto corpore errare solitam vagamq; è longinquo multa nuntiare, quæ non nisi à præsente nosci non poterant, quæ omnia cum iam illatis certissimè huic veritati animas esse immortales astipulantur. Hæc autẽ, quæ ex Platone & Plinio indicaui, quæ resurrectionem quorũdam proclamant, quantæ sint veritatis me fugit: At eo intuli illa, quò aduertas nõ superasse priscorum fidem animorum æternitatem. Et profectò saniorem isti gerebant mentẽ, quam multi, qui nostro æuo viuunt, qui Christiano titulo potiuntur. In quibus tamen fides immortalitatis vacillat: & nutantẽ habent præclarissimam veritatem, & certissimam. Quos cum dominus Deus ad imaginem creauerit suam, & suæ imaginis honore illos dignatus est, ipsi non intelligunt, & facti sunt similes iumẽtis insipientibus. Placeat domino Iesu Christo in saniorem hos reuocare sensum, vt de proprio saltẽ admoneãtur honore, se animos gerere immortales credẽdo. Nũ euadẽt isti pœnas sempiternas sese viciis mancipantes: quia persuaserũt sibi mortales gestare animos? non sanè, sed acerbiores de illis sumentur. Consultissimè igitur Leo decimus sedis apostolicis antistes in concilio Lateranensi tertio sensione octaua fidelibus animabus prouidit dicens. Et verba referam: quia multi refert illa referre.

DECRETVM LEONIS *PAPAE DECIMI, IN CONcilio Lateranensi De Animæ rationalis substantia.*



EO EPISCOPVS seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam sacro approbãte concilio. Apostolicæ regiminis solicitudo nos assidue pulsat, vt medendis animarum languoribus, quarum nos ex alto omnipotens author curam habere voluit, ijs potissimum qui instantius fideles nunc vrgere cernuntur, salutifero olei & vini medicamine, ad instar Samaritani in Euangelio solicitam operam impendamus, ne nobis illud Hieremiæ obijciatur: Nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Cùm itaque diebus nostris (quod dolenter referimus) zizaniæ seminator antiquus, humani generis hostis nonnullos perniciosissimos errores a fidelibus semper explosos in agro domini superseminare & augere sit ausus, de natura præsertim animæ rationalis, quòd videlicet mortalis sit aut vnica in cunctis hominibus, & nonnulli temere philosophantes secundum saltẽ philosophiã verũ id esse asseuerent, contra huiusmodi pestẽ opportuna remedia adhibere cupientes, hoc sacro approbãte concilio dãnamus & reprobamus omnes asserentes animam intellectiuam mortalem esse, aut vnicã in cũctis hominibus: et hæc in dubiũ vertẽtes cum illa nõ solũ verè per se & essentialiter humani corporis forma existat, sicut in Canone felicis recordationis Clemẽtis papæ quinti predecessoris nostri in generali Viẽnẽsi cõcilio edito continetur, verũ & immortalis, & pro corporũ quibus infunditur multitudine singulariter multiplicabilis & multiplicata & multiplicãda sit. Quod manifestè cõstat ex euãgelio, cũ dominus ait animã autẽ occidere non possunt & alibi, Qui odit animam suã in hoc mundo in vitam æternã custodit eã. Et cũ æterna præmia & æterna supplicia promerito vitæ iudicãdis repromitit: aliâs incarnatio, & alia Christi misteria nobis minime profuissent, nec resurrectio expectanda foret, ac sancti & iusti miserabiliores essent (iuxta Apostolum) cunctis hominibus. Cumque verum vero minime contradicat, omnem assertionem veritati illuminatæ fidei contrariam, omnino falsam esse diffinimus, & vt aliter dogmatizare non liceat districtius inhibemus. Omnesq; huiusmodi erroris assertionibus inhærentes, veluti damnatissimas hæreses seminantes, per omnia vt detestabiles & abominabiles hæreticos & infideles Catholicam fidem labefactãtes, vitandos & puniendos fore decernimus. Insuper omnibus & singulis philosophis in vniuersitatibus studiorũ generalium, & alibi publicè legentibus, districte præcipiẽdo mandamus,

damus, vt cùm philosophorum principia, aut conclusiones, in quibus à recta fide deuiare noscuntur, auditoribus suis legerint seu explanauerint, quale hoc est de animæ mortalitate aut vnitate, & mūdi æternitate, ac alia huiusmodi, teneantur eisdem veritatem religionis Christianæ omni conatu manifestam facere, & persuadendo pro posse docere, ac omni studio huiusmodi philosophorum argumēta, cùm omnia solubilia existant, pro viribus excludere atque resoluere. Et cùm non sufficiat aliquando tribulorum radices præscindere, nisi & ne iterū pullulent, funditùs euellere, ac eorum semina, originalesq; causas, vndè facilè oriuntur, remouere: cùm præcipuè humanæ Philosophiæ studia diuturniora, quam Deus secundum verbū Apostoli euacuauit, & stultam fecit absque diuinæ sapientiæ condimento, & quæ sine reuelatæ veritatis lumine in errorem quandoque magis inducunt, quam in veritatis elucidationem: ad tollendam omnē in præmissis errandi occasionem, hac salutari constitutione ordinamus & statuimus, ne quisquam de cætero in sacris ordinibus constitutus, secularis vel regularis, aut aliâs ad illos à iure arctatus in studijs generalibus, &c.

¶Hæc animo mihi fuit ad verbum ex codice trāscribere, vt nostri Christiani philosphi discant in assertionibus de immortalitate animarū sermones tēperare. Nemoq; tātū sibi arroget philosophię, vt dicat secūdum veram philosophiā animas esse mortales, hoc. n. apostolica traditio dānat, vt hęreticū dogma. Etenim si vera est philosophia, quæ animos humanos mortales prædicat, falsa est fides, quæ illos immortalitate donat. Hæc autē cum sit verissima, & sanctissimæ veritatis fides, falsa erit philosophia, quæ humanas animas morti subigit. At verò liberū esto vnicuiq; affirmare Aristo. sensisse mortales animas, aut quencūq; alium nobiliū philosophorum, quanquā legitimis ego astruxi rationibus Aristote. non ita sensisse, vt multorum est cōtumax fides. At verò in re hac opinetur quilibet, vt sui capitis phantasia suggesserit, modo certum teneat nō esse veram philosophiam quæ animas intellectiuas cōi mortis imperio subdit. Expleta autē inquisitione de humanæ animæ immortali opere, duxi de mortalitate animarū bestiarū pau- *(An animæ brutorū sint æternæ.)*

cula attingere. ¶De qua re Plato credit S. Tho. 2. lib. cōtra gētes. c. 82. in cōfesso fuisse animas bestiarū esse immortales eadē que immortalitatis prærogatiua potiri, atq; nostras, & ita sensisse Platonē ex illa celebri ratione sibi Thomas suasit. Plato namq; immortalitatem conficiebat illo satis à me repetito argumento. Omne quod se mouet est immortale: quippe ab alio nō pēdet in operatiōe sua: ideo sempiterno poterit operari. At oīs anima est huiusmodi, quæ à corpore nō pendet, sed potius cōtra: igitur omnis anima immortalis est. Cuius argumēti si verba sola pēdis, non bestiarū immortalitatem solum colligit animarū, quin & plantarū: quia omnis anima est motus principium à se ipsa. Hoc autē sibi volunt Platonica verba, Omnis anima se mouet, idest, est motus principium, idest, operationum vitalium, quas vocitat motus Plato vt sæpicule admonuimus Aristot. fuisse in vsu, vt definiens ille phantasiā dixit esse motū factū à sensu. Si ergo omnis anima habet à se operationē, nullo eget vt operetur: defuncto igitur vita corpore, illa suas operationes præstare poterit: est ergo omnis immortalis. Quòd si admittendum hoc esset à Platonis familiaribus, iam tūc consectarium esset animā sensitiuam sensionē præstare etiā defuncto corpore, vt anima bouis boue perēpto sentit, & animā virgultorū & plantarū functionibus propriis non orbari esset concedendum, arefactis & extinctis virgultis & plantis. Et horū primū D. Tho. loco indicato credidit sensionē competere animæ sensarię ex se & citra organū iuxta Platonicū dogma. Sed hoc idē de anima altrice dicendum esset, si ipsa immortalis esset. At verò sunt nonnulla, quæ Platonem non sic sensisse testātur. Etenim, vt nos hoc iam libr. c. 1. cōmeminimus, Plato sensum dixit fallacēq; iniqui, iudicij, veritatis nesciū, propriæq; naturę ignarum & rerum naturas nōassequentē. Vnde in proprias quas meditatur functiones aduertere ex acte nequit. Sed hæc intellectus munia sunt. Iā verò si immortalis est sensus, quid obstaret, quo minus suam naturā aduerteret nescio. Neq; quid vetaret, quo naturas rerum assequeretur compertum habeo, etenim si mortalis est sensus, & fun- *(Platonis defensio.)* *(Plato in carmide & in theeteto.)*

 ctionem

ctione organi non eget: nam si organo indigeret perempto organo ipse quoq; periret. Quod si sensus non eget organo secundum Platonem, ergo poterit discurrere in omnia cognoscibilia, & erit potentia reflexiua: quod Plato negat.

❡Adde si sensus est immortalis (Platone autore) est omnino expers materiæ, neque organo egebit corporeo. At Plato sensum finiens dixit communionem esse animæ & corporis ad exteriora, vt Gregorius Nissenus indicat libro de viribus animæ, capit. 1. Ergo euersa per mortem hac cōmunione, cessabit sensus secūdum Platonem. Eodem quoque accedat Platonem in Gorgia penas decreuisse animabus impiis hominū & præmia piis, post corporum obitū. At si animæ brutorum essent illi immortales, essent quoq; liberi arbitrij: quippeque immateriales, ergo & capacia virtutis, & vicij, & pænæ, & præmij digna, quod ipse negat. Rursum Plato distinxit animæ vires quasdam dicens ἀρχικὰς, seu ἡγεμονικὰς, idest, primarias & principatum obtinentes. Alias verò famulitias, seu ministratorias. Primi ordinis est mens: secundi ordinis est sensus, phantasia, visque motiua. Quæ omnia menti famulantur. Iam verò si sensus immortalis est, nihil discrepantiæ esset inter sensum & intellectum. Id quod falsum est. De hac igitur causa hoc iudicij nostri efferamus, Beatū Thomam pulchrè collegisse ex argumento Platonico (si vocem & tenorem argumenti duntaxat spectes) animas brutorum immortales esse. At verò si reconditiorē sensum amemus, quem verba Platonis sub cortice condunt, quem Platonis amantes exquirunt. Non omnis anima est immortalis, sed quæ nostra est. Hāc enim solam dixit non esse propriam formam hominis, sed esse motorē humanæ substantię: quia non videbat si forma erat corporis, vt immortalis erat. Collectiōis igitur Platonicę vt sensum cōsequaris memineris oportet, vniuersa animata ab inanimatis hoc interstitio distare, quod hæc non se mouent illa autem se mouent, vt liber. 8. physicæ auscultationis tradidit capitu. 4. Moueri ait, à se ipsis est officiū vitæ & animantis proprium. At verò in mouēdo a se est summū in animātibus discrimē. Plātę.n. à se mouentur: quia latens habēt nutricationis, auctionis, & generādi principium. At verò bruta perfecta paulò altius progressa ex se mouentur: quia per species à rebus sensilibus cōceptas progrediūtur, quo voluptas dederit: imperfecta autem animalia, quæ plantamines nō semel nominari superius diximus, & si species à rebus concipiant, quod sensarias habēt vires. At fixum tenent domiciliū & instar plantarum immobiles persistunt. Quare mediā assequuta sunt naturam, & inter plantas & inter perfecta animalia. Hæc autem vniuersa viuentiū genera, non habēt motum in sua potestate: neque plantę, neque plantanimes, neq; bruta perfecta, sed necessariò in destinatas ab obiectis operationes feruntur. Vnde non possunt nō delectabilia persequi & tristia fugere. Vnde habent vniuersa animantia, quę sunt eiusdem speciei naturā assequuta eundem operādi modū. Vt elephanti omnes, tigrides, cerui, &c. eandē formā tenent operandi. Id quod indiculum est illos modo naturæ operari, & non esse, propriarū operationum dominos. Vnus autem est homo, qui proprię actionis ius habet & imperium, eaque de causa ingens hominum varietas & quot homines tot vsuum, legum, cultus, habitus, institutionis formas reperias. Quidā temperatissimi victus, alij intēperatissimi, quidē celeres ingenio, alij prorsus hebetes, quidā cultus diuini amantissimi, alij idolorū superstitiosissimi cultores sunt. Homo igitur solus est, qui proprissime se mouet: quippe, qui liberi arbitrij est, & propria cōsulta ratione eligit quæ mauult, reiicit quod odit. Et cætera animantia homini collata non se mouent: quippe illa proprio consilio non reguntur, sed phātasia, & sensu, quæ necessario proprios cōueniunt fines. Iam verò celebris illa Platonis propositio. Omne quod se mouet, immortale est, non de omni modo se mouendi est proferenda, sed de hoc postremo modo. Vt hūc sensum illi aptemus. Omne quod se mouet ex propria ratione, & dominium habet proprię actionis vt velit, & nolit, & pro suo arbitratu, & secundum proprij consilij rationē vitam propriam disponat, hoc sane est immortale: at anima rationalis est huiusmodi,

Defensio. S. Thomæ.

Platonis intelligentia.

Bruta eodē modo operātur.

di, ergo ipsa mori non potest. Hic nexus Platonicus est. Hęc argumēti est vis, atq; facultas. Et primam propositionem luce clarius demonstrare possumus. Nā quod illius conditionis, & sic se mouens est, est omnino immateriale, & non dependens ab organo corporeo. Siquidē fac aliquod pendere ab instrumento corporeo, illud nō potest dominio potiri actuū suorum. Etenim quod ab altero pendet in actionis propriæ exercitio, dominium nō habet proprię actionis. Neque liberum est, vt præstet, quæ velit. Nā si ab altero pendet, sui iuris non est. Et quod non est sui iuris, liberum non est, & si libertate non gaudet, dominio vt fruetur, quod citra libertatem nemini contingit? At verò omne mouens, quod in motionis propriæ exercitio pēdet ab organo corporeo, ab ipso corpore pēdet: igitur proprię actionis dominus nō est. Si discursus obscuros credis exemplis rem illustremus. Sume tibi visionem, auctionē, & cæteras id genus functiones nūquid harum homo est vere dominus? Respondebis si sapis, minimè. cur tandē si sciscitaris? Dices: nam non est humanę potestatis auctio, nutritio: sed si adsit calor vegetus necessaria est auctio, si calor vernaculus adest necessaria est nutritio. Si hic flacescit, & extinguitur necessaria est mors. Si oculus sanus est, visio lucida & acuta est, si ille morbidus turbulenta est. Quare hæc? Quia istæ actiones ab instrumētis pendent corporis, & secundum horū qualitatē moderantur. Vnde nō est homini harum actionum dominium: quia ab altero pendent, idest, corporeis instrumētis, dixerim proprium dominium: quia remotum dominium, & indirectum est nobis supra actiones has: nā si homo se nō cibat, poterit se nutrire & potestatis suæ est cibare se, & non cibare, sed hoc dominium non est super nutritione, sed super cibatione, quæ causa est nutritionis. At verò mētis actiones, vt velle & nolle purā & exactā assequutæ sunt libertatem: ergo neutiquam colligātur organo corporeo. Progredere vltra, si non colligātur organo corporeo sunt ergo immateriales omnino. Si immateriales: ergo ipsa anima rationalis, cuius sunt est penitus substantiæ immaterialis. Ergo immortalis. Cernis (bone lector) vt firmissima est Platonica collectio. Omne quod se mouet est immortale: anima se mouet, ergo est immortalis. Et continuò colligas animæ brutorum, aut plantarum non se mouent hac ratione motus, vt ea quæ libertatem non sunt adepta: sed obligata sunt corporibus: ergo harum animæ sunt mortales. Sibi ergo in traditione germanam habent, & sibi consentientem philosophiam Aristo. Et Plato: & si rem hāc paulò altius inspexeris archanas diuinasq; musas, huic negocio cōcinere videbis, quæ solum hominem dominum vniuersorum constituit, vt historia Geneseos de narrati cap. 1. postquam hominem conditū dixerat ad imaginem & diuinam similitudinē. Replete (subdit) terram, & subiicite terram & dominamini piscibus maris, &c. Causa nāque dominij erat, q͞ homo animo præditus erat libero & immateriali, cuius est solius dominari. Bestiarum verò subiici, quæ ab illa se mouēdi libertate lōge absunt. At hæc me scribentē grauior offendit scrupulus. Nam si libertas illa se mouendi est, quæ animorū ęternitatem pollicetur, intellectus ergo noster, qui nō liber est, neq; se mouens, sed à volūtate mouetur, non erit immortalis. Fuerunt qui intellectum liberum cōtenderunt, vt Durandus & alij huius amātem factionem. Quæ vtiq; sententia nihil habet philosophia peripatetica dignum, vt aptus huic rei locus demonstrabit. Quamobrem aduertamus oportet, & voluntatem humanam se mouere: itidemq; & intellectum se mouere: quāquam dispari ratione. At verò eiusdē naturæ immaterialis illud assequūtur consortio. Voluntas nempe se mouet, vt domina propriæ actionis. At intellectus se mouet, non quò sit dominus propriæ operationis, quæ est intellectio. Non enim potest non assentire demonstrationibus, si illas aduerterit esse demōstrationes. At verò intellectus suas nouit actiones, suamq; poterit aduertere naturam, vt quæstiones sequētes palam facient. Rursum est intellectus, qui necessaria comprehendit rerum principia, vt sciētiarum axiomata, vt illud quodlibet esse, aut non esse quod in dubium verti non potest. 4. metaphy. cap. 1. At est quoque cōtingentiū intellectus, quem ratio

Pulchra hæc quæ Platonē illustrant cū ab Aristot. sint petita.

An intellectus sit liber

nem plato dixit,& hic intellectus nõ necessarias habet actiones, sed indeterminatas,vt opinetut & bellũ futurũ, &non futurũ,& ęgrotũ sanandũ& nõ sanandũ. Et ipse potens est argumenta aggregare, vt quamlibet partem cõtradictionis opinetur: seu affirmatimam,seu negatiuam. Præter hæc ipse intellectus velut in specula sublimi animæ constitutus, volũtatem admonet defaciendis, ipsamq; dirigit,atque mouet practicus intellectus,vt procedens noster imo peripateticus edocebit sermo.Quapropter & si intellectus non se agat vt dominus sui: id quod volũtatis est insigne,at se mouet, vt indifferens in actionibus suis, vt iam exposuimus, varias illum posse opinationes excogitare propriæ naturæ fœcunditate. Vnde & se ipsum mouet, vt credat quædam & sibi dissuadet, vt aliis, fidẽ suam non præstet, quod si sibi persuadet & dissuadet se mouere intellectum,quis in dubium reuocabit? Quã ob causam ipsum longè facimus ab organis coporeis: istis enim si intellectus esset obrutus nõ esset tam amplissimis functionibus fruens, vt in omnia se referat, scibilia & opinabilia, sed ligatam gestaret naturã, vt illa sola nouisset, quæ organi natura promitteret,vt visus solum colores sentit:quia illos solum exigit proprij sensorij natura, quę diaphana,& lucida est.Vnde propositio illa Platonica,quæ prima est in syllogismo indicato. Omne quod se mouet immortale est,non solum arctanda est,vt ille sit sensus Omne quod se mouet, vt propriæ actionis dominus,sed ille,omne quod se potest determinare in proprij operis exercitio: cùm ipsum alioqui indifferẽs sit,illud immortale est.Nam hoc re vera citra organi consortiũ operatur. Namq; si organi esset operã desiderans, & propria natura determinatum esset limitatæque actionis. Et obiter aduertas, quam hæc diuinis oraculis concinant sapientiæ liber.cap.7.diuinam illam & supra mundanã sapientiã, qualem esse tradens,ait mobiliorem esse cunctis mobilibus Dei sapientiã.Ecquid ita mobilis,nisi quia cũcta proprio arbitrio regit, atq; disponit, nullusq; illi cõsiliarius. Sed ex proprio cõsilio vniuersa moderatur?Mouet igitur se Dei sapientia,quæ Deus glo

Vt intellect⁹ sit dominus.

Diuina oracula phisicis cõcinunt musis.

riosus est non quod terrenis motibus varietur, sed q;, vt prædiximus, vt propria scientia & autoritate se prouocat vt vniuersa operetur. Vnde & prima ratio atq; immortalitatis fons in Deo est, vt cælestis ille Dei præco Paulus in priore ad Thimot. epistola cap.1. admonuit dicẽs, regi autẽ seculorũ immortali, & inuisibili, soli Deo honor & gloria in secula seculorum, etenim si se mouere immortalitatem colligit Deus vnus est,qui hoc maximè gaudet, quẽ vniuersa creatura mouere neq; agere poterit: sed ipse æterno suæ incomparabilis sapiẽtiæ consilio se mouet,sine motibus nostris vt naturas rerum in propriis sedibus faciat & factas conseruet. ¶Iam verò opportunũ est, vt huius disputationis vela plicemus, & ad institutũ, quod erat nostri pensi, stilum reducamus, animasque brutorum nouis argumẽtorum nexibus mortales esse nectamus. Quam vtiq; rem locus ille Arist. non segniter admonet.3.libro de Anima text.15.inseparatis à materia idem est intellectus, & quod intelligit. Si ergo anima brutorum eo honore donanda est,vt reposito corpore ipsa superuiuat, ipsa ergo est actu intellecta:quia à concretione materiæ submota. Illud autem quod materiæ concretionem nescit,est actu intellectũ anima bruti(si Aristotelis locus vera prędicabat)ergo &ipsa est intellectus quod est impossibile, & huic alterum locum iunge.2.de anima tex.11.vbi cũ mentio facta esset de vi intelligẽdi separatur, ait hoc ab aliis animæ viribus, vt perpetuum à corruptibili. Quid quòd sensus ab immodico sensili vastatur & perit, vt micantissima lux oculi aciẽ perstringit: at mẽs quo sublimiora spectat, validius cõualescit,id quod suæ sublimis & repurgatissimę naturę à materię fecibus signũ non leue est. Et si quis contenderet asserere brutas animas morte esse superiores & superstites esse brutis vita functis, nõ solum hic philosophiam offenderet,at sacræ Theologiæ esset acer inimicus: & vt hęreticus esset ducendus. Et liber ille ecclesiasticorũ dogmatum rem hanc te docebit in hæc verba. Solum(inquit)hominem dicimus substantiuam animam habere, idest, per se vitalem:brutorum verò animas cum corporibus interire. Et

Anima brutorum mortales colliguntur.

August. de immortalitate animi

Mat.

Matthæus. cap. 6. illa domini verba suo euãgelico scripto tradidit. Respicite volatilia cæli, quæ non serunt, neq; metũt, neque congregant in horrea, & pater vester cælestis pascit illa, nonne vos magis pluris estis illis? Pẽdis ne, vt prætulit humanam naturã bestiis terræ diuinus sermo? Sed quanti facienda esset prælatio, nisi quia homines soli animis fruuntur, immortalibus? Et quia homini soli dominandi est attributum imperium in Genesi, cap. 1. Ipse ergo solus animam habet immortalem. Et demum qui ita desipuerit, vt animas credat brutorum immortales esse, ille delirat cum Manichæo qui vnam animam credebat hominum, atq; brutorum esse. Id quod nos satis superioribus disputationibus errori dedimus.

Secunda quæstio, an anima rationalis educatur de potentia materiæ.



SECVNDO loco proponebatur quæstio de origine animæ, quæ secundum locum oçcupat: quia facilior erit intellectu, priore iam quæstione resoluta: quãquam sit operosa disputatio, quæ multos clarissimos theologos nedum philosophos, suo pondere pressit, & propter hanc dictum credit Diuus Hieronymus ecclesiastem illum sapientissimum dixisse, viam spiritus si nosti, idest originẽ animæ quis nouit? & Diuus Augustinus libro primo suarum retracta. cap. primo fatetur animæ originem se nescire, sed rem hanc argumentis exerceamus.

¶Primum esto, animam rationalem probans ex potentia materiæ educi ab agente. 7. metaphysic. cõmen. 31. omne agens potẽs in media omnia, & in finem erit potens. Sed homo in generãdo homine oĩa necessaria potens est producere, quæ rationali animæ seruiunt producẽdę, ergo & ipsam animam poterit producere.

¶Secũdo omne agens, hoc habet naturalis instituti simile sibi producere, quod non assequitur materiam producendo, quia hæc produci nequit, sed potius formam, ergo anima rationalis producitur ab homine. ¶Rursum secũdus liber physicę auscultationis animã rationalẽ postremam formarum physicarum docet: quia sol & homo generant hominem: ergo si non ex gremio materiæ extrahitur, iam negocij est metaphysici & non physici: quia talis extra neq; motus est, neq; mutatio propriæ. Et quod non sit motus est in foribus argumentũ quippe illa infusio est non morosa: est autẽ omnis motus morosulus. Quòd verò non sit propriæ mutatio patet nõ est generatio, nõ alteratio &c. in aliàs mutationum species discurrendo: ergo non est mutatio, sed est instar generationis creatio animæ, tamen generatio est minime.

Secũdum argumentum.

¶Præter hæc fæminam tradidit Philosophus conferre corpus fætui, patrem verò animam: ergo anima est à patre. Quare & de potentia materię subducitur anima, vt aliæ formæ. Et testatur satis id quod vsus rerum docet filios non solùm vultu referẽtes patres, sed moribus & ingenio enasci similes. Id quod animæ est conditio. ¶Accedit istis, si pater non generat animã, quî est pater homo alterius hominis? Nã forma est generationis terminus: quare si homo hominis animam nõ generat: ergo neq; hominẽ. ¶Rursum si nõ à materia educitur anima, ergo per diuinã infusionem: quare creationẽ admittat philosophus est necessariũ, quam tamen ille nõ segni calamo repudiat vbique. ¶Hæc argumẽta forsitan compulerunt Arabes philosophos quosdam, vt Auempace magistrum Auerrois, & Abubather illius socium, animã rationalem sentire seminis humani virtute expromi, vt animæ cęteræ. Nam isti intellectũ non receperũt formam esse hominis: sed cogitatiuam animã quę sensifica est. Sed cum istis plurimũ pugnat locus ille intellectum nostrũ de foris venire, qui non de intellectu solum, sed de anima intellectiua est audiendus: quia *νοῦς* græcè seu intellectus variæ est significantiæ, iam enim solam illam potestatẽ, iam animã, vt de sensu diximus sæpe, & re vera si anima illa cogitatiua esset vltima hominis forma, homo, essentialiter non esset homo, sed solũ per participationẽ intellectus illius possibilis, quem isti fingũt, vt differebamus quęstione proxima, & si hæc anima est humana cogitatiua & sensualis, hæc autem nõ est libera: ergo homo non est liber, qui ergo distaret à bruto? Hanc quæstionem vertit Hierony-

Νοῦς Græcum variæ vox.

ſcribens Paulino, & Pythagoram indicat Platonem atq; Origenem, animas de cælo lapſas eſſe, ſenſiſſe in corporũ ergaſtula. Et ſecũdum hanc aſſertionẽ anima non colligitur de potẽtia materiæ: quippe ſunt animę priores corporibus. Stoici autẽ & Manichæi partẽ diuinæ ſubſtantiæ dixerunt animã rationalem, quos ſupernus noſter iã indicauit ſermo. Et iſtis quoq; anima extra potẽtiam materię eſt. Tertulianus autẽ & Apollinarius ex traduce dicunt animas fieri, & hunc Apollinarium qui epiſcopali dignitate fulſit indicat D. Gregorius Niſſenus in libro de Anima.2.cap.6. animas non à Deo infundi probantem, nam ſi Deus animas rationales infunderet mœchis cooperaretur Deus, quando illi proli generandę incumbunt. Quod nephas eſt Deo tribuere. Et locus ille ſacer Geneſeos capit. 12. plurimũ videtur impendere fauoris huic Apollinarij hęreſi. Ait enim Abrahã eiuſque cõſobrinũ tuliſſe animas, quas fecerant in Aram: igitur anima fit ex humani ſeminis propagatione. At verò neque Apollinarij argumentũ neruoſum eſt, neq; hîc locus colligit. Etenim cõcedimus Deũ infundere animas adulterinis fœtibus: neque ob hoc Deus cooperator eſt adulterij, aut criminis ſocius. Nam infundere animam nihil culpæ eſt, quod Deus facit. Locus autem ſacer per ſinedochen eſt audiendus, vt anima pro toto homine capiatur fecerũt animas, ideſt, liberos generũt. Tertulianus, itidem animas ex ſemine propagari voluit, vt corpora. Hîc enim autor animas non ſpiritus, ſed corporeas credidit ſubſtantias, vt & Deum ipſum ſubſtantiæ dixit corporeę. Apollinarius autem & Maximus ex traduce dicebant animas eſſe, vt corpus corpus generat, ita anima animã. Id quod philoſophorum nullus dixit, ſed iſti hæretici malè ſapientes, non aduertebant operationem generandi non eſſe animæ, ſed totius animãtis. Et D. Auguſti. epiſtola ad Optatum quatuor ſententias de origine animæ retulit ferè prioribus conſentientes. Et quanquã Hiero. loco citato, & ſæpe alibi animas ſimul infundi corpore cõcepto, & non eſſe antiquiores corporibus credat: tamen in Cõm. ad Eccleſiaſten cap. 4. Origeni videtur acquieuiſſe

Apollinarius Maximus Tertulianus de origine animæ.

Auguſti. de origine animæ.

animas dicẽs antiquiores corporib⁹, ſed illud referendo non aſſerẽdo dictum puta. Scimus autem hoc eſſe aſſertionis eccleſiaſticæ animas eſſe ſimul cum corporibus, nõ antiquiores corporib⁹: id quod peripateticæ duxerim doctrinæ: quia. c. 3. huius Ariſto. dixit eſſe intellectum humanum, vt tabulã nullius ſcripturæ formatã charactere: ergo non eſt antiquior corpore: quippe ſi eſſet, habuiſſet rerum notitiam antequam corpori immergeretur, ne ocioſa & iners eſſet. Si ergo intellectus infantuli non eſt in habitu, ſed potentia pura, nõ fuit prior anima illius quam corpus. Rurſumq;. 12. metaphyſi. text. 127. illud duxit incõmodum formas præcedere corpora. Sed ne philoſophiã multę Theologiæ miſceamus, age rẽ phyſice expendamus, animas nõ præcedere corpora hoc argumento ſuademus cõtra Platonem: quia anima nõ eſt motor, ſed forma & perfectio corporis, vt probatũ eſt: ſed forma & perfectio rei nõ eſt ante rem, ſed cum re ipſa, vt ſingula qui euoluerit videbit, perfectionẽ rei ſimul cum re eſſe, vt ſcientia non eſt ante ſcientem, & lux non eſt ante lucidũ, ſed cum lucido corpore: ergo anima non ante animatum, ſed ſimul cum animato. ¶Rurſum anima intellectiua, vt primò intelligat eget phantaſmate, ſed illa quæ eſſet ante corpus intelligit, ſine phantaſmate. Nunquã ergo egebit phantaſmate, aut ſi eget phantaſmate, violẽta eſt animæ infuſio: quia modum intelligendi habet contra ſuam naturam. Non ergo eſt naturale ſibi eſſe in corpore, & cõtinuo: neq; homo eſt ens naturale, ſed violentum. Id quod falſum eſt: quia homo cùm ſit finis totius naturę ſummũ ordinẽ naturę eſt aſſequutus. ¶Adde ſi ipſa in corpora labitur & à ſummo cælo eſt egreſsio & origo eius, vt Macrobius ait in libro de ſomnio ſequens Platonẽ, quis nã finis eſt huius miſers cõmigrationis in corpora? Num vt pœnas luat? Sed quid? Nõne vehementius illas dabũt ſine corporib⁹? Etenim ſi anima nõ eſt forma corporis, dolor corporis nõ eſt animæ dolor, neq; alia detrimẽta, quæ corpus patitur animæ ſunt, vt neq; percuſsio domus eſt habitatoris lęſio: quia ſunt vnum per accidẽs, & nõ per ſe. Quamobrem Auicena, lib. 6. naturalium cap.

Definitio eccleſiaſtica.

Collectiones quæ colligũt animas non eſſe antiquiores corporib⁹

cap 3. rem hanc dicit manifestam, animas nõ esse prioris ęui, quàm corpora: sed tũc demũ incipere, quãdo materia illis apta & adornata incipit esse. Anima ergo nõ est ante corpus, neque simul finitur cum corpore: quare ipsa nõ est, ex materiæ potentia: quippe spiritualis est, & subsistentiam potens habere extra corpus. Educi verò de potentia materiæ nihil aliud censemus, quàm formam esse ita colligatam materiæ, quòd cessantibus affectionibus materiæ ipsa quoq; cessat, vt forma ignis cessante calore cessat & præsentibus dispositionibus ipsa adest. Anima autẽ humana, & si prę̨sentibus præparatoriis affectibus materiæ ipsa adsit, nõ tamen cessantibus illis cessat, sed superstes est. Pleriq; scrutati sunt, quid sit educi de potentia materiæ. Sed illis missis breuiculo sermone sit satis hoc. Est ergo peripatetico dogmati amicum, animas humanas non educi de potestate, gremiove materię: nõ quidem, vt Plato tradebat, quia priores sunt corporib⁹, sed quia spirituales sunt, idcirco ex materia non fiunt: quia si fierent essent materiales. Est rursum hæc ecclesiastica assertio, quam definit liber de ecclesiasticis dogmatib⁹. Credẽdum (inquit) est & firmiter tenendũ, animas non esse ab initio creatas, vt Origenes finxit, aut in corporib⁹ seminatas, vt Luciferiani, & Cirillus, & quidam Latinorum affirmant, sed à Deo animam creari simul, & infundi in corpore cõposito, & formato. Et vt semel dicamus, sententias aliquot proferã. ¶Prima anima rationalis nõ est portio diuini spiritus: hæc contra philosophos quosdã, & Manichæos hæreticos est, quos supra indicaui & prõpta est probatio Augu. lib. de duabus animabus, anima nostra est vertibilis, Deus aũt nõ est vertibilis de bono in malũ. ¶Secũda sit animæ non fuerunt simul cũ stellis cõditę, hæc cõtra Platonẽ & ad manũ est probatio, perfectio enim nõ est ante perfectibile, corpus autẽ non est carcer animæ, sed eius subiectum & perfectibile. ¶Tertia, anima nõ est ex semine. hęc probatur. Est. n. spiritualis anima, ergo non ex semine. ¶Quarta, Anima de foris est, quæ est Arist. 2. de genera. animal. cap. 3. Accipe igitur peripateticorum & catholicorũ in hoc consensionẽ, & differentiã,

Quid educi de potentia materiæ.

Origenes & Cirilus repudiatur.

Consensiones catholicorũ & philosophorum.

quod anima nõ sit ex semine, aut ex quouis alio corpore traducta, neq; vt lucerna lucernã: ita anima animã, producit cõfessio est cõis. Vnde D. August. lib. de quantitate animę nõ ex his notis vsitatisq; naturis anima facta est, quas nos istis sensibus tangimus: nam neq; ex terra, neque ex aqua, neq; ex aëre, neq; ex igne, neq; ex aliis coniunctis horum cõstare animã puto. Consensio rursum & in alio est animam rationalẽ, non ex causa aliqua sensibilem originẽ ducere, neq; autorem esse hominem animæ alterius hominis. At discrepantia est: catholici enim confitemur animam Deo autore esse creatã ex nihilo & corpori infusam. Arist. Verò, de foris illã venire dixit. Quis autẽ eius autor nõ expressit, & creationem negauit. ¶Argumento primo. Respondetur, qui potens est mediorum & finis, vt ait Commentator verum esse, quando illa sunt eiusdẽ rationis, finis atq; media: sed productio animæ est alterius rationis ab affectionibus materiæ. Et re vera propositio hæc Auerrois, si doctrinæ eiusdẽ meminimus, est falsa: nam homo potens est imaginari, sed intelligere nõ est suæ potestatis, sed intelligentiæ separatæ: modò, imaginario est medium ad intelligẽtiam formandam. Augustinus Niphus libro de intellectu cap. 29. credidit dispositiones materiã præparantes in animã intellectiuã posse animam nostram non vt intellectus est, sed vt Animam producere: quia prior natura est intellectus, quã sit anima. Atqui hoc si verum esset oportebat cõcedere animam intellectiuã educi de potentia materiæ, non tamen intellectũ. Nos autẽ hoc concedimus, & illud negamus: & absolute credimus intellectiuam animam, non educi de potentia materiæ. Quòd si partes sunt toto priores, anima, & quælibet alia forma est natura solum prior suo toto, non tamen tẽpore nihil ad rẽ hæc prioritas. Quare dicamus vt cepimus, propositionẽ illam argumenti non esse constãtem veritate: nam medicus potest media sanitati conferentia omnia, quæ ars iudicat necessaria proferrem: tamen nõ est ipse sanitatis potẽs: & orator omnẽ mouet lapidem, vt persuadeat non tamẽ huius finis est semper cõpos, etiam si argumenta suadẽtia habeat omnia

2. consessio.

Argumẽtis sit satis.

Nyphus reyicitur.

omnia in sua potestate, non tamẽ persuasionem, ita & si homo ad generandũ hominem præparet materiã præparatione necessaria, ipse non est potens animã generare, & productio animę rationalis nõ est sui iuris. Vel dico aliter finem esse hominis generationem: quia productio animæ est finis quo, sed ipse homo est, gratia cuius. Iam ergo potest homo, & media & finẽ gratia cuius, idest, hominẽ generare non finem quo. ¶Et argumentum secundum per hæc patulã habet solutionem: quia agens, prætẽdit similem sibi facere, nõ materia, aut forma, sed toto. Vnde hominem generat sibi similem: etiam si animam non generet, neq; materiam primã. Et hoc sanè modo verbũ philosophi est audiendũ. Sol & homo generãt hominẽ. Et quanquã homo generãs non materiã generet, neq; animã: tamen totum hominem generat. Homo enim generãs causa est, quòd anima rationalis, & corpus vnũ hominẽ cõponãt. Deus enim nõ cõcederet animã, nisi prius fuso semine & concepto, atque præparato, vt is qui facit domum: quia partes mutuò cõponit facere domum dicitur quanquam hic figuram faciat. Si tamen figura non est alia à magnitudine solum cõponit partes, & nullam formã facit diuersam à re. Quòd autem vltimus locus Aristo. efflagitabat, resoluendum est hoc modo. In brutis sanè, anima patri tribuitur, & corpus matri: quia dispositio seminis atque virtus viuificans patris est, vt in secũdo diximus. At verò in hominibus seminarię non est virtutis animã producere: quanquam virtus humani seminis, quæ à patre est præparat embrionẽ ad animã rationalem suscipiendã. Et penultimo respondetur, animam esse terminũ, quo: sed homo est terminus gratia cuius. ¶Et hominẽ totũ homo generat, cathegorematicè, vt nostrates dicunt dialectici, nõ sincathegorematice: quia partes homo nõ generat essentiales, hominis materiam & animã. ¶Postremo argumento prædixi in quæstio. proxima Arist. docuisse animam esse immortalem, & hic quoq; docuit nõ esse extrahendam de potentia materię. At verò quæ sit animæ humanæ origo, neq; ipse scripsit, neq; ego possum ex scriptis suis certò colligere: quando philosophia deficit fides inuiolata est magistra, quę Deũ autorẽ animarũ solũ credit, animasq; nostras creãdo infundi & infundẽdo creari.

Argumenti secundi solutio.

Penul. argu. solutio.

Postremi argu. solutio.

Tertia quæstio vt sese intelligit mens.



ERTIA (quam institui) quęstio est, vt intellectus sese & spiritualia intelligat? Quod intellectus se & spiritualia intelligat, non reuocamus in dubium. Sed modum inquirimus, vt sibi notus sit animus noster & alia, idest, spiritualia nota illi sint. Namq; cùm triplicẽ modum cognoscendi assequamur, & rei in se, & rei in specie, & rei in cõceptu abstracto, in se quę præsentia sunt cognoscuntur: in specie quę olim nouimus, & nunc memoramur: in conceptu abstracto, vt quæ collectione capimus, vt Romã esse noui in cõceptu quodã, quẽ mihi collegi autoritate dicentiũ, Romam esse: quia nunquam illam vidi, ideo neq; in se neq; in specie à re accepta illã noui, nisi hoc tertio notionis modo. Si ergo mẽs sese intelligit, non videtur primo modo, quia nullus vidit mentis proprię substantiã, dũ vita hęc in corpore agitur, neque in specie, vt patet. In conceptu igitur abstracto ab aliis, videre restat si sese hoc notionis modo intelligat, vel quis alius noscẽdi se est modus, si hoc nõ se intelligit? Gregorius Ariminæus primo sentẽtiarum. d. 3. q. 2. tres habet sentẽtias. ¶Prima illarum est. Noster intellectus spiritualia & à materia separata, potest intelligere in se ipsis. ¶Secũda, poterit spiritualiũ mẽs nostra notitiũ abstractiuã adsequi ab ipsis reb⁹ spiritualibus causatã. ¶Tertia. Itidẽ conceptibus effictis poterit spiritualia cognoscere. Quare ijsdẽ viis, quibus inuestigamus sensilia, & horum notionẽ capimus, & spiritualium quoq; notione (hoc autore) potimur. Et prima sentẽtia colligitur. Mẽs intelligit species intelligibiles intellectione intuitiua, & proprias itidẽ intellectiones, quę omnia sunt vniuersalia, & spiritualia. Vnde & quilibet experitur se credere seq; opinari. Vnde Aug. ait, ꝙ intellectus nouit se credere. 13. de Trinit. vbi ait, non per discursus noscimus nos credere, sed nouimus nostram opinionẽ se ipsa. ¶Secũda autẽ conclusio à prima pendet

Triplex cognoscendi modus.

3. Grego. sententias colligit.

pendet. Si spiritualia capiūtur à mēte nostra in corpore agēte intuitiuā notione, ergò & abstractiua capiet spiritualia, vt quādo memoratur se opinatā fuisse, aut credidisse. Et postrema patens est: nos enim torqueri cælos aduertentes motu ef fingimus conceptum motoris alicuius, qui illos rotat (qui spiritus est) & agitat motione sua. ¶Plato verò, vt iam indicauimus sibi cohærēs mentē humanam spiritualiū habere notitiam propriā, & non mēdicatam à sensilibus duxit: credebat vtique rationibus rerum oppletam animam in corpus concedere, & sibi semper nota anima est secundū Platonē, etiam si non sentiatur notio hæc, vt supra intulimus. Hæc autem assertio peccat in radice, quēadmodū collegimus paulò ante. ¶Cōmentator verò Auerroes, qui intellectum quendā separatū finxit nobis assistentē, facilè quoq; dixit nostrū intellectum se & separata intelligere posse, quādo nos adepto fruimur intellectu, quis adeptus sit intellectus sequēs sermo ostēdet. ¶Aduertamus autē in gratiā huius disputationis intellectū nostrum esse notionis multiplicis: quædā nouit recta notione, alia vera reflexa, intelligibilia quę extra sunt, recta notione calet: quę sua autem sunt, vt opinionē, fidem, scientiam, similitudinesq; rerum, quas apud se reponit reflexa quadam notitia cognoscit.

Platonis decretum.

Autor de quæstione.

Duplex notio recta & reflexa.

¶Prima igitur sit cōclusio. Quādo intellectus spiritualia cognoscit recta notione, necessario phantasmate vtitur. Hanc probant Aristo. verba necesse est intelligentem, phantasmata speculari, & quod nos ipsi experimur. Quādo enim ad illa intelligenda mentē erigimus, inuolucris quibusdā rerum sensiliū & vmbris vexari cernimus. Vnde & sacer Apostolus dixit. Nunc videmus per speculum in ænigmate: tunc autē facie ad faciē, priore ad Corinthios. c. 13. Et sacer Dionysius non aliter posse nobis sublucere diuinū radiū nisi sacris velaminibus obductū tradidit in libro de cælesti. Hier. cap. 1. Vnde mōstruosi errores inuaserūt homines de diuinitate disserentes, quòd malè per sensilia ipsum Deū colligebant. Simulachris sensiliū Deum inuoluētes, & inde tribuētes Deo, quod creaturæ erat, vt corpus sensum &c. & Arist. 2. metaphy. hoc ipsum docuit intellectum nostrum in capiēdis spiritualibus esse, vt oculū noctuæ, qui per vmbras, solis radios aduertit &. 9. metaphysic. de immobilibus docuit esse nobis ignorantiā, sed non vt cæcitatē: quia nō possumus illa cognoscere, nisi cognitione inabsoluta & imperfecta, & solum quòd sunt, substantiæ illę, non tamen naturā illorum spectatam habere valemus. Verùm si nos nō egeremus phātasmate, quid vetaret nos illa exploratissima habere? nihil quod iudico. ¶Secunda conclusio. Quando nos reflexam notionem gerimus, vt quod intelligim⁹ nos intelligere, aut opinari &c. Adhuc egenus phātasmate: ego hanc conclusionē assero cōtra Gregorium: & re vera colligam illam aperto argumento: nam quandocunque est intellectionis actio reflexa necessario includitur recta, vt si ego scio me scire triangulum habere tres, scio triāgulum habere tres. Si ergo reflexa includit directam notionē, directa autem notio eget phantasmate, quanquā sit spiritualium: vt iam prior tradidit cōclusio, ergo & reflexa, & lapsus Gregorij hic fuit non aduertere in naturam notionis reflexeque continet directā & ideo præoccupat sententiam suā. Vnde Diuus Tho. in primo sententiarum distin. 17. q. 1. diligenter re inspecta dixit actionem intellectus reflexam includere directam: quia nō potest ipsum intelligere intelligi nisi ipsum intelligibile intelligatur, vt nequeo me intelligere hominē, nisi hominē intelligā. Vnde illud triuiale quod pueri garriunt processit, conceptus reflexus, significat quod directus ostendebat. ¶Tertia conclusio. Fortassis non est improbabile intellectū quædam interiora suorum operum intelligere, citra vmbrarū, vel imaginū sensilium operā. Hæc vt palam fiat quędā oportet pręmittere. Primū est speciē intelligibilē dupliciter intelligendā, aut vt res quædā est, quæ anime inhæret: aut vt similitudo rei, â qua abstracta est, & ab intellectu collecta, hæc Arist. est cōsideratio de memoria & reminisce. Nāq; statuā regis quispiam considerat, vt quędam res est, alius vel ipsemet, vt imago regis est, sic propemodū de speciebus sensilibus & intelligibilibus contēplandum. Nā hæc sunt vt quædā rerum spectra spiritua-

2. Conclusio.

Tertia cōclusio.

ritualiaq; simulachra. Si ergo intellectus specie vtatur intelligibili, illa referendo in res notas per illam dubio procul eget phantasmate, sin in illam se couertat, vt in rem quandam, fortè illam intelligit sine phantasmate: quia non videtur, quæ causa compellat asserere phantasmata in hac specierum intellectualium notione.

4. conclusio. ¶Quarta cōclusio intellectus cōfusanea quadā notiōe se noscit sine phātasmate. Suasio huius est. Hæc quia quādo intelligit aliquid, se intelligit vt diximꝰ supra: sed intelligendo speciem intelligibilem, vt præscripsit tertia conclusio aliquid in telligit sine phantasmate: ergo cùm intelligendo hanc speciem intelligibilē se intelligat, illamq; sine phantasmate intelligit: ergo, & se tunc aduertit sine phantasmate. Hanc dixi confusaneā notionem, quia tunc temporis solum modo cognoscit se esse, nō tamē quid sit aut qualis sit.

5. conclusio. ¶Quinta conclusio. Nunquam intellectus se intelligit, quòd sit, aut qualis sit: nisi phātasmate vtatur. Hæc habet prōptam collectionem: quia cùm sibi non sit notus per essentiam, sed per operationes quibus versat externa obiecta. Externa autem obiecta egent phantasmate. Hæc cōtra Platonem & Platonicos & Picum Mirādulanū, qui in cōclusionibus paradoxis hāc miscuit, animā semper actu se intelligere, imò nihil actu intelligit, nisi se. immemor peripateticarū traditionū, quæ tres status discreuerunt intellectus in potentia, in habitu, in actu. At si intellectus nunquā non se actu intelligit nunquā igitur in potētia, aut in habitu. Quæ omnia manifestam præferunt falsitatem: cùm paruuli nō se intelligūt actu: nam si se intelligunt, sunt ergo arbitrij liberi & peccare possunt, aut studiosa opera facere. Quæ sunt irridenda. Iustiorq; philosophia est quæ infantulos contulit bestiis, vt ex Arist. superius cōmeminimus: quippe infantuli actione mētis priuātur. Sed hic vir magnitudine ingenij luxuriās, hæc paradoxa efferebat, vt alia eiusdē notæ asseruit: quale illud, Intellectū veræ esse aquam, ignem, & omnia, & esse mistum & immistum, quæ vniuersa, aut sunt impropia, aut sunt explodēda. Istæ conclusiones non solum elucidant quæstionem, quā in manibus habemus: quin

Picus mirandulanus exploditur.

etiam secundū harum cōclusionum censuram intellecta volumus, quæ de intellectu diximus in cōmentario huius tertij cap. & in quæstio. de animorū immortalitate. ¶Et omnia argumēta resolutis difficultatibus iacent, & summatim hęc colligas. Intellectum sine præsente, aut præterito phantasmate nihil intelligere, humanum semper subaudientes,

Quarta disputatio, si sunt species intelligibiles.



VARTA quæstio est. Si intellectus species intelligibiles in sinum suum admittit. Nam cùm Aristot. dixerit, animam esse locum specierum, non defuerūt philosophi ex verbo occasionem arripiētes, qui finxerunt no esse species intelligiles, quas suscipiat intellectus. Namque locus locatum non recipit, vt subiectum accidens, sed ipsum continet. Sic anima non est subiectū specierum, sed intelligibile, quod abstrahit à phantasmate intellectus, hoc vnitur intellectui sine receptione speciei, & in illa vnione intelligibilis, & intellectus tota iacet intelligēdi actio. Negātes verò species recipi in intellectu producūt in suū fauorē, similitudinē sensus cōis, qui (autore Themistio) vt in c. 1. huius tertij nos retulimꝰ, nō suscipit species rerū, sed species, quæ offeruntur à sensibus exterioribus illas nouit oblatas nō susceptas. Ergo similimodo intellectꝰ nō suscipit species, sed ex phantasmatibus à phantasia oblatis intelligibile sibi abstrahit & aduertit. Alioquin si intellectus formatur specie intelligibili, vt materia per formā quid ergo vētat, q intellectus lapideus dicatur à forma lapidis suscepta, & igneus à forma ignis? & essent intellectus omnia quod vicio dat Aris. priscis quibusdā philosophis. Credūt autē isti philosophātes hoc esse Auerroisticum placitum. At verò cum Cōmen. dicat intellectū nostrum esse omnia per similitudinē & receptionē 3. de Anima. cōmen. 18. nescio cur hoc tribuant Auerroi? Rursum intellectus possibilis & agens hoc differunt, quòd hic abstrahit, ille recipit. Quòd verò Aristoteles dixit hoc tertio intellectum esse locum specierū, cur ita dixerit satis est suo expo-

Aduersum Marcum Vma. & alios.

expositum loco, namq; quia cõseruat locus natiuus contenta & intellectus: conseruat perpetuo species quantum ex se quia ipse æternus in posterũ est idcirco locus dictus intellectus, nõ quia species oblatas habeat: non receptas Themistiũ autem nõ recipimus, vt suo loco patuit. fuit quoque Henricus Gãdensis nobilis philosophus de classe theologorum qui assensit Themistio species nõ imprimi in intellectui, sed solũ sensui. 5. quo. quę. 14. sed intellectũ species contẽplari in phantasmate, vt qui considerat vultum speculo oblatũ. Mouit hũc autorẽ in sententiã hãc phy. sermo. 3. de Anima, text. 36. necesse est intelligentẽ phãtasmata contẽplari. Atqui si species intelligibiles apud se cõdit quid, opus est phantasmate? sed re vera nihil hoc conficit. quia phantasma est necessarium ante quã colligat speciẽ intellectus, vt illam abstrahat & colligat, sed iam collecta specie, vt illam excitet. (vt Plato asserebat) phãtasmate indiget. & rursum aduersatur Henrico Gandensi species recipi in ipsis mentis penetralibus, peripateticus sermo. 3. de Anima. textu. 15. inseparatis à materia, idem est intellectus & intellectio, qui locus vt nos cõmonstrauimus non solũ in spiritualibus verus est, sed illũ in nostro intellectu suã seruare veritatem ostendimus, quia intelligibile quando repurgatũ est à materiæ cõditionibus, & est actu intelligibile, est idem intellectui, nõ secundũ substãtiam Nam lapis nõ est intellectus ipse, at secũdum similitudinis cõuenientiã quam excipit à lapide mens nostra, hac sola causa vnum dicũtur, vt etiã D. Tho. in. 1. parte. q. 55. arti. 1. exposuit respondens, arg. 1. perinde inquit est, ac si dixisset Arist. intellectus in actu est intellectũ in actu nõ substantia, quod intellectus sit ipsæ res, sed similitudine lapidis, quam ex lapide concepit lapis, dicitur mens. Et sibi constat, in quæstione de spiritu. quæ. 8. ad. 14 & nos abũde suo loco rem tractauimus: igitur necessario, vt hæc vnitas intellectus, & intelligibilis obseruetur, species istæ sunt admittendæ receptæ in intellectu. ¶ Et rursum D. August. lib. 10. cõfessionũ cap. 8. lucido tradidit sermone esse memoriã non solũ, quę sit thesaurus sensatarum rerũ imaginum, sed etiam & intelligibilium. At si species intelligibiles non excipiũt in mẽte, mens illas non seruat. Vbi ergo hæc memoria mẽtalis, quã August. docuit? Quòd siquis eludens argumentũ, dicat memoriam nõ esse intellectus, sed sensus, nos supra iam tradidimus esse intellectus memoriã, quia re vera recordamur, nos quidpiã sciuisse: huius, ergo memoria est intellectiua, etiam si memoria, vt est temporis huius præteriti est sensus potius quàm mẽtis, vt Scotus dist. 45. q. 3. 4. sent. & S. Tho. q. 79. art. 6 primę partis senserũt. ¶ Alij verò species intelligibiles confitẽtur non oblatas solum, sed receptas in possibili intellectu. Et hi germaniorẽ philosophiam credunt quanquam negare non poterit, qui missis aliis vnum illud huius cap. verbum recoluerit, intellectum nostrum in principio suo esse, vt tabulam, quæ nihil habet literarum. Iam ergô postquã intellectus disciplinis imbuitur, pingitur, & scribitur characteribus rerũ. Id quod nõ esset, si nihil susciperet. Et in principio huius cap. dixit susceptiuum esse specierum in intellectũ: alioqui, vt distingueres, tres status intellectus in potentia, in habitu & actu, quos distinxerunt Græci, Alexãder Ammonius, Philoponus, Plutarchus, vt iam indicauimus. Cæteras probationes huic rei necessarias agentes supra de specie sensibili conneximus, easq; modo repetere non iudicamus necessariũ. ¶ Quãquam autem hęc sit peripatetico confessio, species concipere intellectum rerum omnium: verum Alpharabius Arabicus philosophus species intelligibiles esse ipsam notitiam intellectus voluit. Huius autem Arabis sententia cõnexa cum alterius placito, idest Auicenę, qui in libro suo de anima credidit species non seruari in intellectu possibili: neque inibi condi, sed tãdiu est species intelligibilis, quãdiu est apprehensio rei intellectæ notio, quę cum absuerit destituitur mẽs intelligibili typpo. Credebat enim hic virtutẽ apprehensiuam nequire species condere apud se, sed hoc esse viriũ receptiuarũ, vt memorię, quę seruat species, & nõ cognoscit per species oblata. Itidẽ & imaginaria facultas recipit & nõ apprehẽdit: intellectus autem cùm sit vis apprehendẽs species nõ retinebit, nisi tandiu illarum compos

vt intellectus & intelligibile vnũ sint.

Species intelligibiles possibilis intellectus excipit.

cõpos est intellectus quandiu cognoscit. Ex iunioribus autem multi species actionẽ esse intelligendi crediderunt, vt Nymphus libro de intellectu.5.c.9. & Aureolus in.2. sententiarum dist.2.quæst.4.& Caietanus,& alij,quos indicabamus, quando de speciebus agebatur, nisi quod isti discrepãt ab Arabibus philosophis. Isti enim ipsam notitiam putãt speciem formaliter,vt dixit Alpharabius.Et idem vt videtur sapit Auicena.Sed nostrates philosophi diuersam esse speciem & notionem ducunt,secũdum rationem: etenim quando species non repræsentat actu,solum est species: quia habitu repręsentat: sin actu repræsentat, & palam faciat res tunc deniq; notio.Ducti sunt in hãc sententiam hoc argumento & aliis eiusdem farinæ: quia vel notio & species differũt numero,aut specie.Si numero erunt duo accidentia solo numero discrepantia in eodẽ recepta subiecto. Si verò specie, alterum erit perfectius altero. Et quod perfectius est erit alterũ capiens,& comprehendẽs,vt anima intellectiua,cæteras assequitur animas. Quamobrẽ alterum superfluit,si vnum subit duorum vicem: ergo vel sola notio est asserenda, aut sola species. Cæterum cùm nos memoremur nos sciuisse, & intellexisse, id quod est speciei,species neganda non est.Hæc ergo notio est. ¶Nos tamẽ,vt res hæc quę profundę est exquisitionis elucidetur de more aliquot exprimamus sentẽtias. Et prima sit hæc.Species intelligibiles suscipiuntur & conseruãtur in intellectu possibili. Hæc est aduersus Alpharabium & Auicenam,& legitimis potitur Aristo.testimoniis: dixit enim cap.exposito hanc esse naturam intellectus capacẽ esse intelligibilium.¶Rursum intellectum qui est in potentia,nihil intelligere affirmat. Sed quando iam in habitu est posse intelligere quando velit cõcedit: ergo si quæ est differentia inter intellectum habitu, & potentia,hæc est.Nam hic non potest se in actum producere, sed qui in habitu potest actione intelligendi potiri, iã per se ipsum, vt ergo posset hoc præstare, si non habet apud se reconditas rerum intellectarum species? ¶Rursum quærendum est, si non habet in se species vnde promptum habet intelligẽdi opus quando vult intelligere simul, atq; in habitu scientiæ est constitutus? Respondit Auicena ab influxu & motione agẽtis intellectus. Nam agens intellectus,Auicenæ est intelligẽtia separata. At verò si hic influxus facit nos intelligẽtes:quo ergo necesse est, nos discere? nam qui diuina reuelatione illuminãtur disciplina humana non egẽt,ita & qui influxu illius agẽtis intellectus illustrantur non opus habent disciplina. ¶Rursus intellectus ille nõ abstrahit species intelligibiles à phãtasmatibus:nam angeli nihil abstrahũt, sed homines solum,quia habent animas corpori iunctas. Nos autem aduertimus abstractiones in mathematicis, in metaphysicis.Hoc verò cùm nõ sit intelligentis separate,erit nostri intellectus. Quod si species abstrahit, & hæ non seruantur in imaginaria facultate: quippe illæ species sunt immateriales,consequiũ est cõdi in possibili intellectu. Porrò intellectus non solum est vis apprehensiua, sed receptiua: quia intelligere hoc cõmunionis habet cũ sensu, quia vt sentire est pati,ita & intelligere,vt testatur peripateticus in cap. proximo. Quòd verò ait primo de Anima,tex.66.intellectum esse impassibilem,ipse exposuit in.3.propria & veraci passione, quæ est per alterationẽ transmutantem & lædentem transmutata. Neq; videre possum, vt anima est specierum locus, vt ex Platone sibi accepit Aristote. Si species non seruat, &.8. physicorum, textu.32. ante quam discat intellectus inquit Aristote. egere motore, vt doctore, qui intellectũ deducat ex potentia in actum. At simulatque didicerit mens motorem nõ desiderat, sed sibi est sufficiẽs humanus intellectus.Habet ergo apud se specierum velut in ærario reconditarum multitudinem.Quòd si sensus species seruat,vt propriã perfectionẽ quid ni intellectus?quędam alia colligit S.Tho.in Auicenã in.2.cõtra gentes.c.74 & in summa theologię priore parte.q.79 arti.6.quæ legat,qui volet.Et hoc postremo loco sic colligit in Auicenã. Intellectus est stabilior,quam materia. At verò materia seruat sibi formas, etiã cessante actione, vt lapis seruat formam grauitatis,etiam si non descẽdat, ergo & intellectus cessante actione seruat species.

Sententiã de quæstione.

¶Secunda

¶Secunda conclusio species intelligibilis est re ipsa differens ab actione intelligendi. Hæc est contra Aegidium Romanũ quo.3.q.12. & Scotus in primo.d.3.q.7. huius cõclusionis est assertor huius & credit diuersam sapuisse Sanctum Thomam. s. intelligibilis species esse notionẽ intelligendi quę.85.partis.1.ar.23.hoc enim loco speciem intelligibilẽ esse ait quo intelligimus, quod tamen notionis est. At Aegidium Romanũ sic sensisse nõ superat fidem meam. Verum San. Tho. crediderim nõ sic sensisse, vt in lib.2. meminimus. Fateor verborũ pretextum.S. Thom. illud pretexere. Ait.n. species est quo intelligimus. Porrò, si aduertimus intellectũ intelligere & specie, & notiõe, illa quidẽ vt forma: hac verò vt actione, cessat scrupulus. Scotus autem loco indicato in.1. Senten.d.3.q.7. multa congerit quæ colligant species intelligibiles non esse actũ intelligendi. Quę legat cui sunt animo. Hæc porrò conclusio negocium exhibet nonnullum: quia Aristot. hoc.3. dixerat scientiam speculatiuam esse scibilẽ: ergo species ipsa, quę scibilis est, est ipsa scientia, seu notio scientifica. Et faciliorem & promptiorem inueniebamus collectionem, quæ species sensibiles probasset, non esse sensionem quam de intelligibilibus, inueniemus: quia intellectus intelligibiles elaborat species & sensus non operatur species, quas excipit, sed obiectum quod foris est illas sibi incutit. ¶Verum vtriusq; naturam pẽdentes, & notionis, & speciei intelligibilis, vtcũq; sublucebit discrimen, quo inter se discrepant notio mentis & species. Species aũt intelligibilis cõdita & occulta est in phãtasmate & opera intellectus abstrahitur à phantasmate. At verò intellectio non abstrahitur à phantasmate: quippe intellectio, neq; actu, neq; potentia est in phãtasmate, phantasma etenim non intelligit, neq; intelligere potest: est tamen intelligibile in potentia, vt infra excutiemus. Non ergo sunt vnius naturæ. Adde species hominis vna est apud intellectũ vnum: non.n. sunt plures eiusdẽ rei (vniuersales species subaudi) nãq; omniũ hominũ, vt hoĩes sũt vna est tãtũ species in vno intellectu. Siquidẽ multa indiuidua ꝑ speciẽ quæ in re sunt multa, in intellectu vniuntur, vt dixit Auicena in compẽdio de anima, quia per vnã tantum formam ostenduntur, quæ ipsorum est quiditas. Sensus verò plura in diuidua nescit vna specie colligere, & concipere. Sed quę multa sunt extra sensũ, ꝓpriã quoq; multitudinem in sensu retinent, vt, a, tal bũ &, b, albũ, duab⁹ noscũtur specieb⁹. Iã ergo species vna est intelligibilis vni⁹ rei secundum vnam rationẽ. At verò notiones multæ eiusdẽ rei quotidie sunt cũ actu fit intellectus nouam sibi parit notionem etiã vniuersalẽ. Et quoties actu intelligit, toties actum nouum habet. Et re vera species est forma intellectus, sed notio actio quædam est, vt peripateticê dixit Sanctus Thomas quæstio.8. de verite art.6. esse notitiã, vt effectũ speciem intelligibilẽ vt causam. Iã ergo effectus diuersus est à sua causa. ¶Argumẽto Aureoli dicendum est, species intelligibiles esse alteri⁹ naturæ, quam sit intellectio idest, duæ sunt res (.Ne decipiaris credẽs ambo nõ esse intelligibilia.) At verò nullum horum superuacaneum est, sed ambo necessaria. Nam species est perfectio intellectus passibilis & velut primus ei⁹ actus. At notio est actus secundus: neque omnino in genere repræsentationis paris sunt conditionis: quippe species est ipsa res, sub alio modo comprehensa, vt species hominis est ipse homo, separatus à materiæ affectionibus. In quã rem omnes, qui dignè de speciebus scripserunt conspirant. Vnde alio modo intelligibiles appellãtur, atq; sensibiles species: hæ enim: quia sensus instructus ipsis sentit, sensibiles dicuntur: non quod sentiãtur à visu species albi, aut nigri, nisi secundũ quod in propria de re ista quæstione præscriptum est. At verò intelligibiles intelliguntur, & sunt intellectus obiecta vniuersalia quæ ipse intellectus postquã peperit, nouit. Sunt ergo species intelligibiles ipsa obiecta, quæ representãtur intellectui etsi ratione differant. Nã vt est in mente dicitur species: vt cognoscitur, per mentẽ obiectum est, quia quãq̃ sint species rei similitudines, etiã sunt ipsa res vt intelligibilis est, & vniuersale esse habẽs, vt D.Th. quo.8.ar.4. peripateticè docuit. At verò notio nõ est ipsa res repræsentata, sed repræsentatio ipsa. Et

Species intelligibilis est obiectũ mentis.

Aureo argumēta est machinat⁹ sine causa. Qn̄ aūt quærēdo pergit, vtra istarum repræsentationum quæ speciei an quæ notionis, est præstantior altera? illa vtiq; quæ causa est, quæ est speciei, vt prædixi præstātior est. Iam quādo subsumit, ergo altera repræsentatio exundat, quæ est notionis? negamus cōsequētiam. Nā etiā si species sit repræsentās illud, quod notio, sanè habitu est, nō actu hæc repræsentatio. ¶Aliud de aīa est intellectiua, quæ qa poterit p̄stare, quæ aliæ aīæ: ideò aliæ aīæ nō sunt necessariæ homini. Non sic autem de repræsentatione speciei & intellectiuæ notionis: qa actualis repræsentatio rei est per actum secūdum, qui est notitia intellectiua, non per speciem, quæ habet velut habitualem repræsentationē. anima verò intellectiua actu exhibet, quę anima altrix, atq; sensitiua: ideo in vno homine vna est anima. Locus verò Aristote. scientia est scibile significat speciem intelligibilē esse ipsam rē, quæ scitur quanquam modo simpliciori, vt diximus. Non ergo per sciētiam actum, sed speciem intellexit, quæ est res ipsa, vt species hominis est ipse homo materia exutus, & de ordine sensilium in ordinē intelligibilium trāslatus, vt speciē coloris colorem dixit Aristo. in. 2. lib. At verò si angeli, quos intelligentias appellitant philosophi, per species & formas intelligant, non parua est quæstio, quid scd̄m dogma peripateticum tradendum esset de re hac sensibus nostris occultissima. Quod si Commentator Auerroes est Arabs Aristot. (vt sui hoc honorifico titulo illum cōmendant, hoc solo distare inter Aristotelem & Auerroē, q̄ Arist. Attica, Auerroes Arabica scripserit lingua.) Si hoc ita habet vt familiares hui⁹ dicunt, iam secundū Arabem Aristo. intelligentiæ non per species, sed per essentias suas intelligūt se & alia. Etenim Cōmen. 14. huius tertij dixit se esse mutuò perficientes intelligētias. Et quod in eis quod est intelligibile, est intellectus, & intellectus & intelligibile sunt vnum omnino. In nobis verò non sunt idē intellectus & intelligibile in disputationib⁹ contra Algazel. dubio secūdo ita cōmeminit: quia apud nos intelligibilia non sunt à materia libera. At verò in separatis illis substantijs vbi intelligentia & intelligibile sunt à materia aliena omnino, intellectus est ipsum intelligibile, & intellectus est comprehensio intelligibilis. Itidemq; 12. Metaphysicorū. text. 44. secundumq; huius philosophi verba hæ possunt colligi sententię. ¶Primus intellectus, qui diuinus est, non per speciem intelligit: quia non capit notionem à rebus, sed per se ipsum, idest, per essentiam suam, se & omnia alia à se intelligit. Etenim eius scientia est causa rerū, & quod ipse intelligit causa est ordinis rerū: quare cùm sit à materia alienissimus, ipse est suum intelligibile, & suus intellectus. Nā quicquid intelligit est in ipso, & non capit notionem ab alio. Sed omnia sunt in ipso, vt in causa omnium. ¶Secūda in intelligētijs alijs à prima itidem verum censet nō se neq; alia intelligere per species aliūde conquisitas, sed per essentias suas, vt intelligentia superior intelligit se per essentiā suam: & inferiorem quoque intelligentiam per essentiam suam. Nam ab inferiori nihil superior recipere potest. intelligētia item inferior intelligit se per essentiam suam: sed superiorem non per speciem influxam à superiore, quia intelligentia non habet passiuū intellectū, vt noster est: sed intelligentia superior oblata inferiori illam perficit & mouet sine passione aliqua media, aut receptione speciei illa perficiens est, vt propemodum censuerūt antiqui quidā theologi, essentiam diuinā sanctissimis & beatissimis illis mētibus vniri nō per speciem mediam, sed se ipsa illabi mentibus illis vt. S. Thom. credidit. 1. part. q. 12. ar. 5. ¶Tertia sententia est, intellectus autem noster, qui intelligentiæ gradum postremum tenet, nō se per essentiam suam intelligit: quippe per alia à se intelligit se. Nam si se per essentiā suam intelligat: igitur simulatq; inciperet esse sese intelligeret. Id quod falsum esse supra ostendimus, & experientia reclamat cōtra asserenti. Collige si hæres antecedēs: nam essentia est præsens semper mēti: si ergo per essentiam suam se nouit. simulatque incipit esse se nouit. Et quanquā Theophrastus dixerit intellectum à principio nostrę natiuitatis, nos amplecti, ille inquam qui externus est. tamen nunquam experta

An angeli speciebus vtātur.

In angelis nō est species secundum Auerroem.

Prima sententia de notione.

Secunda sententia de notione angelorum.

Tertia sententia de nostro intellectu.

expertus est iste complexus: ideo negligẽdus est. Sed si pueri in vteris maternis conditi intellectus luce quadã sunt perfusi, hoc diuini miraculi est, nõ tamen statuti secundũ naturę leges & ordinẽ vt de Ioanne Baptista canit ecclesia,

Ventris obstruso recubans cubili,

Senseras regem talamo manẽtem.

¶ Quare se non noscit intellectus per essentiam suam. ¶ Quarta eget speciebus noster intellectus quasi ipse suo lumine spirituali intelligibiles facit, per quas intelligẽdo alia se quoq; intelligit. Solus ergo humanus intellectus est, qui abstrahit, quia materiæ coniunctus est. Et notiones suas à sensu orditur. Quare eget abstractione per quam sensilia à sensibilitate traducat in intelligibilium cõditionem. Vnde infertur apud humanũ intellectũ, intellectus & intelligibile nõ sunt omnino idẽ. Quæ sunt verba Commẽtatoris disputatione iã indicata. Sũt sanè aliqua ratione idem: nam intelligibile quando actu est intelligibile, est perfectio intellectus: & forma eius. Quapropter conuenientiam habent in ratione, intelligibilis, nisi quòd intellectus habet suapte natura quod sit intellectus intelligibile verò sibi per accidens contingit ex abstractione intellctus vt lapis hic aut lignum illud. Hæc sunt quæ ego expressius, quam ille: verùm ad mentẽ eius & suorum familiarium in hũc codicẽ transtuli. Alpharabius autẽ quẽ Auerroes indicat in hoc. 3. Commen. 8. aliã inuexit sententiam consentiens satis speciebus intelligibilibus, credidit intellectũ sibimet sua potestate colligere species sibi proprias ex sensilibus. vt enim æstimatiua de sensato lupo colligit, non sensatas species inimicitiæ, quam gerit in ouem: ita & intellectus poterit de sensatis species colligere intelligibiles. Et hic differt nõ nihil ab Auer. quia hic per species aliorum se cognoscere concessit intellectũ, ille verò per species proprias se cognoscere affirmat intellectum.

¶ Primũ autem, quòd resoluentes dicere nobis opportunum videtur, est omnia quæ hactenus exponentes Commentatorẽ diximus esse verissima, nisi illud qđ de intelligentijs alijs à prima ille asserebat, id quod verũ nõ ducimus neq; secũdum Aristotelem necessarium: quippe Aristo. modum quo se se intelligẽtiæ intelligant, suppressit. Et quãquam nos fateamur intellectum intelligentiarum nõ esse passiuum, secundum Aristotelẽ, nunquid negabimus intelligentias alia à prima non esse ita purè notionis vt prima? quæ sola actus est nihilq; permittens potentiæ. In alijs autem intelligentijs est potentiæ participatio: quia non pollent tanta puritate vt Commentator Cõmento. 5. huius. 3. tradidit ergo intelligentia inferior erit in potentia collatione superioris intelligentiæ: cur ergo ab illa non poterit suscipere species intelligibiles, vt & istis formata, superiorem intelligentiam intelligat? ¶ Rursum si inferior superiorem intelligit per essentiam superioris necesse est intellectum & intelligibile vniri: ergo intelligẽtia superior vnietur inferiori, & erit forma eius. Id quod est impossibile. Nam quæuis intelligentia potitur perfecto & absoluto esse vt ergo erit forma alterius? ¶ Ego sanè videre nequeo quid vetet secundum Aristotelem intelligentiam inferiorem superiorẽ intelligere vel ꝑ species acceptas à superiore, vel à Deo influxas, vt theologi multi astruunt. Nam per species fit vnio intelligibilis & intellectus. Solus autem Deus nõ eget specie qui est omniũ archetypus, & rerum omnium rationes, vt causa omnium prima in se habens. Et Albertus Magnus libro secundo de causis omnes intelligentias esse plenas formis dixit & hæc prosequitur cap. 20. 21. 22. Verũ sciscitor ego ab Auer. si intelligẽtia superior est ꝑfectio intrinseca, inferioris aut extrinseca? Si extrinseca est, intelligere aũt nõ extrinsecũ est, sed intrinsecũ alioqui nõ fieri & à similatione, & vnione, vt Aristo. frequenter tradit. Operatio ergo quæ est menti angelicæ intrinseca non absoluetur ꝑ perfectionẽ penitus extrinsecam, vt est vnus angelus vel intelligentia alteri relata. Si verò est perfectio intrinseca aut accidentalis, aut essentialis: non essentialis, est igitur accidentalis. Id quod aliter non erit quam influẽdo formam intelligentiæ inferiori intimã, quæ est species intelligibilis. Nõ tamẽ subinde, quia species istæ traduntur, cõcedendum necessario est intellectum passiuũ esse

Intellectus noster eget speciebus.

Quæstionis decisio ab autore.

Cũ Auerroe pugnatur.

Intelligẽtiæ species habent.

In angelis nõ est triplex status intellectus vt in nobis.

esse angelis: quippe cũ nihil abstrahant à sensilibus, non sunt passiui intellectus facultate egentes, vt nos. Atqui cum intelligentijs nõ possumus illos tres status intellectus humani aptare, qui erãt intellectus in potẽtia, in habitu, & actu: quia intellectus potẽtia est, vt tabula rasa: angelicus autem intellectus non est huiusmodi: alioq; eguisset motore extrinseco vt nos egemus doctore ducẽte nos in rerũ notitias, & angelica mẽs iam aliquando esset in potentia, vt nos. Hac ratione secũdum veram philosophiã adhuc iudico species infusas à prima intelligẽtia intelligentijs inferioribus: hoc inquam rationabilius cẽsuissem in schola peripatetica contẽdere, quam intelligẽtiam inferiorem nõ per speciem, ꝓ sed superiorẽ intelligere superiorem, vt intelligentia Lunæ motrix intelligẽtiam motricẽ Mercurij nouit per intelligẽtiam Mercurij. Alioqui, quæ omnia superior nouit, nouit & inferior, & intelligentia stellati orbis (si hæc postrema est Aristo. primoq; motori, Deo proxima) hæc ergo intelligit primum motorẽ per essentiam primi motoris, qui intellectus primus est, ergo intelligit omnia quę primus intellectus, angelicus ille intellectus, qui mouet stellatum orbẽ. Id quod philosophia, vt Platonica ita peripatetica dãnat. Argumẽti vires ita exponito. Nam essentia primi motoris vniuersa cõtinet, ergo qui essentiã primi motoris per essentiã intelligit, intelliget oĩa: quæ essentia diuina cõprehẽdit, vt si albedinẽ per essentiã propriã ego assequerer, & non per similitudines peregrinas, vniuersas proprietates albedinis cõpertas habuissem, & in alijs reb9 simili modo. Si hominẽ ꝑ propriã essentiam intelligerẽ, non per species acquisitas, sed quod ipsa essentia esset per quã hominẽ nouissem, vtiq; proprietates omnes humanæ naturæ essent mihi in numerato: sic ergo si angelus, q stellatũ orbẽ voluit, diuinã essentiã per ipsammet assequitur ipsam Dei essentiã cõprehendet, quod neq; theologis arridebit, neq; sanè philosophię est amicũ. Quòd si instRoteris intelligentias esse substãtias simplices, & puras, nõ ergo capiũt accidentia. Species autem intelligibiles sunt accidẽtia, nõ ergo in angelis admittẽdæ. vt colligunt Nyphus & Paulus & Põponatius & alij. Vnde volunt intelligentias citra actum, qui sit accidẽs & citrà speciem se & alia, angelos intelligere.

Notanda obiectio.

Nyphus & Põponatius reijciuntur.

¶Ego huic obiecto dicerẽ intelligentias simplices quidem, sed non simplicissimas esse, vt causa prima, quæ sola secundum Aristotelem est actus purissimus: & ideò solus Deus neq; per speciem neq; per actũ qui accidẽtaria deo sint, intelligit: sed per se ipsum. Intelligẽtię verò, quia nõnihil habent potẽtiæ, quippe non sunt purus actus, & quò deficiunt à puritate primi actus, eò sunt in potẽtia. Quãobrem nihil obsistet physica veritas, si dicamus illas ꝑ species intelligere, quæ accidẽtia sunt, perfectionesq; suarũ substãtiarum sunt: illæ tñ species perfectiores sunt nostris, quia non abstrahũtur: & vniuersaliores & simpliciores nostris, & quę nos multis speciebus capimus, illæ paucioribus habent intellecta. Libet aũt quæ amplo & lãciniosо fudimus sermone in breuiculas cõclusiões cogere.

Prima conclusio.

¶Prima sit, angeli res alias à se non cognoscunt per essentiã suam. Hãc colligit S. Tho. 1. part. q. 55. art. 1. physico argumẽto. Intellectus. n. angelicus extendit se in omnia intelligibilia, quæ vt intelligat necessario perficiẽdus est forma aliqua, vt quæuis potẽtia forma eget, per quam perficiatur in actũ suum absoluẽdum. Vel ergo hæc forma est species aliqua angelo concessa, ꝑ quã res intelligat: aut est angelica natura. Nõ hoc secũdo enarratum loco, quia natura angeli non cõtinet omnia intelligibilia: ergo non poterit illa repræsentare, ergo primũ est concedẽdum. At verò nõnihil huic detrahit cõclusioni verbũ S. Dionysij. 7. ca. de diuinis nominibus. Angeli ait sciũt, quæ sunt in terra per naturã suam, & hic locus satis cũ Auerroe facit. At responsio est angelum cognoscere per naturam suam, id est, per intellectiuã vim, quæ cùm sit angelo natiua illam vocat Dionysius angeli naturã. Et quanquam verborum cortex impẽse Auerroi suffragetur dicenti angelum per essentiã suam alia à se cognoscere, at sensus verborum non illi patrocinatur, vt patuit.

Secunda conclusio.

¶Secunda conclusio istę species: quæ angelicam absoluunt naturam non sunt à rebus cognitis conciliatæ. Hæc demonstrata est: alioqui

alioqui angelus esset in exordio suo, vt tabula rasa, vt pueri intellectus. Quòd si eluens argumentũ dixeris, angelos æternos esse Aristo. & ab æterno habent sibi conquisitas species. Restat vt tecum agã nũ angelus intelligit sensilia omnia? vtique annu es, iã ergo à sensilib⁹ sibi cõparat species intelligibiles. Hoc autem fieri neutiquam poterit, nisi angelica mens abstrahat species illas à sensilib⁹: etenim citra abstractionem sensile intelligi non potest. Abstractio namq; illud traducit de ordine sensilium in ordinem intellectilium. At si concesseris angelum abstrahere hac species, contra te erit vehemẽs ratio, causa enim abstractionis in nobis est cum sensu coniunctio. At angeli separati sunt à sensus consortio. Et si operatio indicat formam si mentes illæ angelicæ abstrahunt, vt nos & intelligunt modò, quo noster humanus intellectus: vtique noster intellect⁹, & angelicus vnius substantiæ sunt atq; naturæ. Nam vbi est eadem operatio eandem ibi cognoscimus formam. Hoc autem schola peripatetica ignorat, quæ Platonicis quibusdam vitio dat credentibus animas & angelos esse vniussubstantię. Et sacra theologia inter errata Manichæi hoc censuit vnum. Tertia conclusio non dissentit ab Arist. placito angelos intelligere hæc inferiora per species àdeo illis inditas. Hæc probatur. Nã si huic propositioni quidquã obstitisset, esset ille loc⁹. 3. de anima tex. 15. in separatis à materia, idẽ est, intellect⁹ & intelligibile, sed angeli sunt separati: ergo per essentiam suam intelligũt alia à se. At verò hic locus etiam si multum habeat coloris, qui suasit Auerroi quod diximus superius angelos per essentias proprias intelligere, tamen locus nõ colligit: quippe illa vnitas intellectus & intelligibilis est propter speciem, quę reddit similem & quasi vnum intellectum, & intelligibile. Itaq; per separatũ a materia intellexit Aristo. ipsum intelligibile in actu, quod est vnum intellectui per mediam speciem. Scio hanc sententiam meam nullibi ab Aristo. expressam. At verò neq; alicubi memini esse ab Arist. negatam. Plato autem illi non dedignaretur suam præstare fidem. Qui enim ratiõales animas credidit creatas, vestitas

Manichæi erratum angelos & animas vna donans substantia.

habitibus rerumq; rationibus, multò certius asseruisset hoc idem de angelicis spiritibus. Porrò autem si quispiam obstiterit mihi dicens Aristo. negauisse creationem, vt ergo species infunduntur angelis? hic aduertat secundum Aristotelem angelos ęterno fuisse. Quare ęterno quoque fuerunt speciebus istis imbuti, vt omnia intelligerent alia à se, & sic creationem illarum specierum fateri non cogimur secundum Aristo. in hanc quoq; cõclusionem multi ex theologorum familia conspirant: vt D. Tho. in. 1. part. q. 55. arti. 2. alijs tamen reclamantibus species has infusas nõ esse necessarias. Sed quod physicũ est expediuimus. ¶ Cõclusio. 4. angeli seipsos intelligunt per essentias proprias, & non per species. Hęc est vna propositionum quam in Auerroe loco indicato probatam volumus. Et illã D. Tho. 1. pa. q. 56. ar. 1. colligit: etenim essentia angeli est actu intelligibilis, & præsens menti angelicæ, non ergo eget specie aliqua interueniente, vt pariat sui ipsius notionem propriam. Nam species constituitur, quo intellectus in actũ ex potentia statuatur. At ipsa essentia angeli est actu intelligibilis & actu vnita cũ intellectu angelico. Igitur angelus suã essentiã citra auxiliatricem speciẽ intelleget, quod intellectui nostro non conceditur tantisper dum in corpore agit, sed se per species intelligit à rebus receptas extrinsecis.

Conclusio. 4.

Quæstio quinta si intellect⁹ cognoscat singularia.


Am verò de penultimo dubio paucula dicamus, si noster intellect⁹ cognoscat singularia. De qua re græcorum interpretum & Simplicij: & Philoponi, & Themistij, quos noster indicat Commentarius est sententia intellectum nostrum vtiq; intelligere singularia, sed non per se ipsum, sed per sensum: hoc colligentes sibi verbo philosophi, qui hoc capite scripsit dicens per aliã vim animam sentire calidum, atq; frigidum: essentiam autem rei per aliam vim. facile mõstrans per sensum nos intelligere sensilia, quæ per calidum & frigidum intellecta voluit: & per intellectum rei essentiam, non quod intellectus

tellectus nescius sit singularium, sed q͠ illa intelligat nõ per se ipsum, sed per sensum &.1.physico.tex.49. intellectum dixit esse vniuersaliũ, & sensum singulariũ &.2.poste.in calce &.2.de anima.5.c. hoc docuit, vt eodẽ loco nos cõmeminimus. Et Auerroes in libello de somno hoc idẽ astruxit, virtutẽ cognoscentem singularia, aut esse corpus, aut vim in corpore. Latinis autem non conuenit de hac re. Etenim antiquiores vniuersalia tradiderunt intellectui: sed singularia sensui directa notione. Verùm quia aspexerunt intellectum humanũ singularia præmittere ad vniuersaliũ notitiam, quæ colligitur à singularibus, vt metaphy.lib.1. illos docebat, & secũdus poste.in fine, dixerunt singularia esse in notitia intellectus reflexa. Hæc autẽ est reflexio intellectus, habẽs hic notiões vniuersales cõuertit sese in phantasmata, quæ continebant illas vniuersales notiones in potentia. Atqui sic se conuertẽs singularia cognoscit, nõ q͠ habeat speciem singularẽ intellectus noster: quia solas habet vniuersales, sed istæ vniuersales ostendunt singularia in phantasmate: ita S. Thom. philosophatur in.1.par.q.86.ar.2. q cũ eodem lib.q.14.art.11.absoluto sermone negasset nostrum intellectũ singularia intelligere, tamen se elucidans censurã sermoni suo imposuit, directam non esse dicens notionem singulariũ, sed reflexam. Fortè occasionẽ suæ sententiæ dederunt verba philosophi.c. hoc, conferentis intellectum lineæ rectæ, & circũflexę. Vnde sibi collegit intellectũ humanum recto tramite notionem capere vniuersalium, sed obliquo meatu capere singularia: quia per conuersionẽ mẽtis in phantasmata singularia nouit. Non.n. intellexit per reflexam notionẽ, id quod dialectici vocitãt conceptum reflexum: alioqui si conceptũ reflexum mens assequeretur singulariũ, vniuersalia non solùm directè, sed & singularia quoq; conciperet: quippe directa conceptio mentis, reflexæ præexigitur. Et nullius est reflexa recuruaq; notio, cuius non præextiterit directa. Quãobrem singulariũ cùm non sit directa notio, reflexam in hũc sensum non habent notionẽ, sed secundum priorem intelligẽtiam accepta velis oportet

Quid est intellectum recurua notione singularia nescere.

quæ hic autor dixit. Porrò Aristo. locus non nos cogit ad hanc philosophiam, vt Commẽtarius noster abũdè volenti indicabit. ¶Alexander verò Aphrodiseus sensus & intellectus, differẽtiam statuẽs ita sensum vt intellectum apprehendere sensibilia cõfitetur in paraphrasi de anima agens de intellectu agente. Et in opusculo de intellectu agẽte. Sed intellectus capit rationem sensibilium rerum & capit esse rerũ: (esse autem est ratio rei atq; definitio) sensus verò quando singularia assequitur, non esse singularium, sed ipsa solùm, vt cõposita sunt, cognoscit: quanq̃ species sensiles sine materia singularium excipiat. Vnde inquit intellectum effici idem cũ re, quæ intelligitur, non tamen sensum: quia ille rationẽ sensibilis rei capit, hic verò non rationẽ rei, sed rem, vt non rationem aquæ, sed hãc aquã singularem. Et idem in paraphrasi de anima, singularia & sensibilia esse intelligibilia docuit potestate non actu, etiã si sint actu sensilia. Etenim vt intelligantur egent intellectu abstrahẽte: quãquam singularia, quę sunt immaterialia, vt Deus & angeli, hæc non potestate, sed actu sunt intelligibilia. Quæ omnia vidẽtur præferre intellectũ esse primo rationis rerũ, & deinde rerum singulariũ: quippe singularia, quæ ex materia condita sunt, nõ sunt p se intelligibilia, quousq; exuant (operãte intellectu) materię appẽdices, idest, figuram, motũ, locũ. &c. Quòd si prima intellectus notione intelligerentur, essent sanè per se intelligibilia, vt album per se est visibile. Quod omib⁹ Græcis & Auerroi aduersatur, hoc 3.de anima. Cõm.18. & summa argumẽtorum hæc est, ne in omnia diuagemus: singulare materiale, vt hic homo, aut ille lapis intelligi non potest, nisi abstrahatur à materia. Quod ergo est primo intellectũ, est verbi gratia lapis citra materiam: sed huiusmodi lapis à materia separatus (autore intellectu) est vniuersalis lapis non singularis: ille autem lapis vniuersalis iam quiditas est lapidis, & essentia omnibus lapidibus cõmunis, iam ergo singulare non põt primo intelligi ab intellectu per speciem propriam, aut conceptum propriũ. Verũ si intelligitur, hoc est per sensum. Hæc autem ratio non cogit

Intellectus Alexandri intelligibilia habet singularia.

git supremas illas substantias (angelicas dico) nequire directa notiõe singularia cognoscere. Illę enim non egent abstractione, vt neq; de Deo ipse colligit qui princeps intellectuum & fons illuminationum intellectualium (vt post hæc dicemus). ¶Quamobrẽ Themistius animalia cælestia dixit sensibilia cognoscere hæc, quæ apud nos sunt, sed per aliã vim docuit quam per sensum (per animalia cælestia ipsas intelligentias orbium motrices subaudiens) cap. penultimo huius tertij. Singularia autem nota angelis voluit nõ sensu, sed quia angeli causæ sunt horum inferiorũ, necessum est vt sua propria opera nouerint. & hoc quod trepidãter Themist. de angelis inuexerat confidentius Simplicius tradidit, enarrãs locum Aristo. 2. de anima textu. 29. quippe hic cùm audiuisset Aristo. dicentem, cogitationem adesse quibusdam alijs præstabilioribus homine, in animalia cælestia illud retulit: quæ donat Simplicius sensarijs viribus nõ nostris, sed sublimioribus vi inq̃ intelligẽti⁹, & discernenti inter sensibilia. Et verba eius sunt. Habent sensum (est sermo de intelligẽtijs) & appetitum non passiua, neq; à sensibilibus extrinsecis excitata & mota, sed abintrinseco cognoscentes & distinguẽtes omnia sensibilia. Angeli igitur singulariũ horum quæ apud nos versantur notionẽ exactam habent: quia hæc inferiora administrant, & causant vt dixit Themistius. Quod si angeli, quid quod ipse prim⁹ intellectus singularia cognoscat, quę inferiores sibi intelligentiæ nouerunt? Verum quia non egẽt nostro sensu, hac ratione directa notione & absolutissima singularia illis notissima sunt. ¶Etiam si multi Auer. familiares contendant Deũ ignorare singularia, illud sibi concipientes ex Com. 51. ad. 12. primæ philosophiæ librũ & ex hoc. 3. de anima Cõ. 5. & 14. Et nos in pauca redigamus quæ ampuloso sermone, isti ratiocinantur. Primũ quod illos ducit in hoc placitũ est quod essentia Dei vniuersalissima cum sit, nequit, repræsentare rem singularem: quia quælibet species secundum primam naturã repræsentat, vniuersalis species vniuersaliter, & singularis singulariter. ¶Secũdò Si primus intellectus singularia materialia nouit, aut in vniuersali & hoc neutiq̃: quippe notio hæc est confusa: aut in particulari: neq; hoc: quippe singularia sũt infinita: & quod infinitum est, cognosci non potest. Hæc & id genus alia argumẽta congeruntur à Nypho & alijs, quibus collibuit placitum hoc esse Com. ¶Ego tñ nequaq̃ sic crediderim, cũ apud ipsum legã dubio. 2. disp. 6. cõtra Algazelũ Deũ se & omnia intelligere entia per essentiã suam, & quòd sua intellectio est rerũ ordo. Ergo si intelligit rerum vniuersarum ordinẽ, vt intelligat ordinata necessariũ est. Quid quòd ait diuinam scientiã causam esse ordinis stabiliti in rebus: nostrã verò scientiam ordinem statutum à diuina sequi non facere, vt diuina facit cõprehensio. Neq; Auerroes ausus fuisset à suo præceptore Aristo. vel latum discedere vngnem. At Aristo. libro. 2. Magnorum Moralium cap. 8. Deum esse dominum ait qui mala & bona pro meritis distribuat. At hęc distributio ex singulariũ notionum vniscuiusq; hominis proficiscitur necessariò: ad instiitiam enim distributiuam non sat est vniuersalis notio: iudex enim si communem solũ haberet & humanorum operum notionem ferre sententiam nequiuisset pro meritis singulorum. Rursum Aristotel. libro de mundo vniuersa etiam singularia Dei esse opera confitetur. Et carmina Empedoclis citat hæc.

Oĩa, quæ fuerant, quæ sunt, quæque ipsa sequẽtur,
Plãtarũ genus atq; hominum generosa propago,
Atq; feræ volucres, pisces in fluctibus alti,

Hæc vniuersa à Deo vno fluxisse dixit Empedocles vetustus naturæ interpres. ¶Quare argumentum primum in hunc soluamus modum. Diuina sanè essentia species mundissima est vniuersa repræsentãs, & ipsa quidem virtute & maiestate potestatis vniuersalissima est, omnia continens: quia principium omnium est & postrem⁹ finis. At verò eius substãtia est singularissima ab omnibus reb⁹ summo discreta interuallo. Quamobrẽ, quia causa singularissima rerum est omnium: omnium quoque rerum notio est & perfecta comprehẽsio, etiam si vt dixi potestate virtutis vniuersalissima sit. ¶Argumẽto secũdo dicẽdum, diuinam notionẽ

Intelligẽtiæ cognoscũt singularia.

Quid simplicius de angelis.

An De⁹ singularia nouerit.

Asseritur Comẽtator.

singulariũ, neq; esse vniuersalẽ, neq; particularem: vt Commẽtator dubio illato tradidit. Sed est quędam notio omni notiõe vniuersali & particulari absolutior. & infinitum nõ cognoscitur, si notiones numeres paulatim primo noscẽdo partẽ vnam dein alteram: quia infinitum non exhauritur. Deus verò non numerat notiones: (vt infinitas res infinitis noscat notiõibus.) Sed vnica & simplici notione se vniuersorũq; rationes nouit. Quapropter infinita ipse nouit & se comprehendendo cuncta cõprehendit. quãobrem: quia longè aliũ modum seruat notio diuina, atq; nostra: ideo etiam si vniuersalia noscat, notio illorũ vniuersalis non appellatur à philosophis: quia vniuersale est in potentia: diuina autem illa & ineffabilis notio, est actus purus lõgè potentiam à se ad aliud suscipiẽdum repellens. Rursum quanquam singularia nouerit non vocatur eius notio singularis: quia singularia sunt determinata ad vnum: at verò Dei notitia nihil determinatur, ab alio neque limite aliquo cõstringitur: sed libera est & simplicissime vniuersa ad se colligens. ¶Hinc iam arbitror manifestum futurum veris philosophis germanam & amicam esse hãc veritatem diuinũ intellectum, cæterosq; separatos intellectus intelligere singularia: non solum, quæ ex materia non sunt cõdita, vt vnus angelus alium angelum, sed terrena hæc, & quæ sub lunari globo sedem naturali instituto habent comparatã. De qua re alibi erit vberior sermo: nã hæc perfunctoriè & superficie tenus dixi, ne isti qui in precio sunt succẽseant Auerroi, quasi hic philosophus notionis diuinæ esset detractor: qui .2. de cælo explicans locum Arist. tex. 56. Deum fecisse stellas fixas ait, ne proprio motu se mouerẽt: quia hic illarum rectus motus caducis istis atque inferioribus noceret. Prouidẽs ergo inferiorũ saluti ipse fixas condidit. Nouit ergo Deus singularia. Nam prouidentia non est vniuersalium, sed singulariũ & in paraphrasi metaphy. c. 4. dicit Deo esse præcipuam curam hominum, &c. Sed iam videamus de intellectu materiæ coniuncto, qui noster est, vt referam⁹ nos eò vnde digressi sumus. Et vt diximus grecanicum est placitum intellectũ vt sensu vtitur singularia cognoscere. Quod Latini nõ pauci de numero vetustiorum sequũtur. At verò recẽtior schola nõ acquieuit huic placito: sed cõtra asseuerat intellectum nostrum singularia notione directa & primaria colligere. Et species singularium in intellectu conditas esse. Cuius opinionis & sententiæ Scotus est in .4. Sententiarum distinctione .45. quæst. 3. & Durandus .2. libr. q. 6. distinctionis tertiæ. & huic factioni mirum est, quam multi suffragentur nõ potẽtes intelligere, vt intellectus discurrat per singularia, nisi illa nouerit, vt ex notione hac singulariũ sese in cõtemplationem subrigat vniuersaliũ. ¶Rursum intellectus format hãc propositionem Petrus est homo: ergo habet cõceptum Petri. Rursum volũtas amat, aut odit: singularia illa nẽpe quæ nouit intellectus. vt odio est mihi hic maledicus aut ille fur. ¶Adde intellectũ practicum esse singularium, & prudentiam quã tradidit Aristo. esse habitum intellectus. Prudentia autem est singularium. Loca autem Aristo. aduersum hoc indicata facile soluẽt. Dicent enim Aristotelem nõ negasse intellectũ non cognoscere directè singularia, sed quod non solum singularia, quin & vniuersalia. Sensus autem solum singularia. vnde Durãdus loco citato rem istã adeo produxit vt primum cognitum ab intellectu credat esse singulare. Cui subscripsit Gregorius Arimineus in .1. Sentẽ. dist. 3. q. 1. ar. 2. sed si hoc vt verum est iudicandum, quo ergo necessarium est vexare capita secundum Aristo. intellectum agẽtem & possibilẽ distinguẽtes? Nãq; si primũ mẽtis cognitũ est materiale obiectum, non est ergo necessaria abstractio: quo aliquid ab intellectu noscatur. Id quod pugnat cum omni sententia peripatetica. Verum in quæstione hac, quod fatear vtrinq; sunt angustiæ & rationes secundũ sermonis pretextũ quę cum Aristo. autoritate pugnant. ¶Ideo esto prima sentẽtia. Intellectus cognoscit singularia. Hæc satis est collecta: nã omnium sententia est receptissimum intellectum nostrum singularia capere: etenim Philopono colligente, intellectus corrigit sensus errata, quæ nõ correxisset, nisi sensibilia aduerteret. ¶Adde sensus cognoscit singularia

Egregius pro Auerroe locus.

Refellit Durandus & Gregorius reijcitur.

Decisio autoris.

1. Sententia

singularia, ergo intellectus: quippe est potentia superior. ¶Rursum, quia apud se mens colligit pauperi subueniendum est: hic pauper est, ergo huic subueniendum est. Maior est intellecta, ergo & minor, & conclusio. Alioqui si sensus tenet minorẽ & non intellectus, syllogismus ille concipi nõ poterit: potentia enim cõcipiẽs syllogismum tres eius partes concipiat est necesse. ¶Præter hæc solus intellectus confert vniuersale & singulare, & horum est iudex: sed iudex quæ iudicat nouit.

2. Sententia. ¶Secunda conclusio, Intellectus noster per sensum singularia nouit. Hæc patet, quia deficiente sensu scientia illius sensibilis non est, vt cæcus natus perpetuò orbabitur scientia colorũ. Hæc satis indicata est superiore sermone ab Aristo. Nisi ergo sensus sub ministrasset phantasmata, seu rerum spectra intellectui, intellectus velut is, qui repagulis sensuum continetur orbaretur notionibus rerum.

3. Sententia. ¶Tertia conclusio. Noster intellectus habet geminam considerationẽ, & qua intellectus est, & qua cogitatiuus, aut ratiocinator. Vt ergo intellectus est, ita sanè vniuersalia primò cognoscit: & hæc abstrahit à singularibus speciebus sensibiliũ. Species autem per quãdam reflexionem nouit: quippe cõcipiens hominem communem aduertit hunc hominẽ, in multis hominibus esse & de multis hominibus esse & de multis prædicandum, & hæc multa de quibus communis ille prædicatur homo, singularia vocat. Quare singularia cognoscit per discursum quẽdam, quem vocamus conuersionẽ in phantasmata, aut reflexionem. Hic ergo intellectus vtitur abstractione. Et re vera intellectus vocitatur: quia ea quę velut velata sunt vniuersalia intus abdita & sub cortice materiæ latitantia, cognoscit ipse, & inde nomen accepit intellect⁹: qa intus legit quæ sensus offert. ¶At verò intellect⁹ qui cogitatiuus dicitur, hic sanè etiã singularis nouit per proprium cõceptum atq; speciẽ, quas ipse sibi colligit: longè spiritualiores quàm sint in sensu. Nanq; vt species in medio non sunt tantæ puritatis, quantæ in visu: verbi causa, & in visu non illũ gradum puritatis attigerũt quem in cõmuni sensu. Et deinde in potentiis reliquis, quo vlterius pergũt species puriores & limatiores euadũt. In intellectum. igitur species purissimę commigrabunt quãquã sint singulares species, huius vel illius. Vnde Philoponus dixit intellectũ qua intellectus est, vniuersalia solum intelligere & simplicia: sed qua vis cogitatiua est, sic opinatur & prudens est, vt retulimus ca. 3. huius. Atq; in hũc modum conciliabis diuersas sententias & testimonia, quæ illata sunt. *Philosophorum varietas conciliatur.* Vnde & tibi colliges vim cogitatiuam etiam esse intellectum, vt singularia nouit, & de cõtingentibus ratiocinatur & opinatur. Quamob rẽ nos priùs vertebamus in dubiũ, num sensifica virt⁹ sit hominis cogitatiua appellanda, quæ hoc fungeretur munere discurrendi per singularia: & diximus si intellectus cognoscit singularia, illa vis cogitandi est intellectiua. Iã verò in præsentia constat nostram vim sensificã non habere hoc facultatis vt ratiocinetur: nã si ratiocinatur, ergo & poterit opinari. At sensus nõ hoc munere gaudet, vt opinetur, vt supra prædixit Aristo. neq; vnquam excipit cogitatricẽ vim. Solum ergo vocãdam esse (vim illam cogitatricẽ) existimatiuam probabile dixerim, quæ colligat non sensata à sensatis. Id quod locus proprius expressit diligentiùs. ¶Intellectus igitur noster rectiùs dicendus est cogitare singularia, quam intelligere: quippe intelligere est vniuersalis & abstracti à materia: quãquam promiscuus est istarũ vocum vsus. propriè autem & Deus, atq; angeli singularia intelligunt: qa Deus & angeli non fungũtur abstractione: quia sensu non grauantur, vt nos homines: quare aliud in nobis, quam in illis vocis proprietas obseruat. ¶Quin etiam & anima à corpore separata singularia intelliget citra abstractionis molestiam. Id quod etiam si Aristoteles nullibi expressè dixerit, tamen diuinæ literæ satis expresserũt Lucæ. 16. diues ille epulo, quando vltricibus flãmis torrebatur cõsanguineorũ reminiscebatur, quos moriens supestites reliquerat. Cætera quæ huic cõclusioni essent adnectẽda in Cõmentarijs nostris huius tertij liquidò monstrãtur. Hęc autem docebũt Arist. rectè dixisse vnã vim esse, quæ vniuersalia & essentiã cognoscit, & quæ singularia:

gularia: sed ratione differre à semetipsa, vt linea, quę recta est, curua quoq; est, sola rõne à se ipsa discrepãs, vt Cõmẽtarius 4.c. exposuit. Et hæc vniuersa aperto sermone proferri possunt. Agẽs etenim intellectus est solũ vniuersaliũ: quia agens intellectus solum est eorũ, quæ vniuersaliter intelligũtur: & sunt propriè intelligibilia quæ ipse ꝓprio opere elaborat & ꝓprio lumine illustrat & facit esse intelligibilia. At verò posibilis intellectus, vt contemplatiuus est: vniuersalium est: vt verò est practicus necessariò est singularium. Nanq; practicus est, qui mouet in opus: & operatio singularium est procœmio primę philo. docẽte. Quærat aliquis si practicus intellectus habet cõceptus, & singulariũ species, istæ species quî vocabuntur intelligibiles & immateriales? quandoquidẽ singularia demõstrant intellectum sub sensibili materia & huius ornamẽtis, quæ sunt hic & nunc &c. Respondetur intellectum practicum puras obtinere species singulares, & multò puriores sensu quolibet. Nam practicus intellectus redit in se ipsum, & propriam actionẽ nouit: atq; species proprias cõsiderat se habere: illisq; frui: & easq; dirigit suopte ingenio in ꝓpriũ finẽ. Quæ duo non habent sensus, nisi exiliter & velut vmbrã tenẽtes, vt sępe prędiximus. Quę autem sit horum intellectuũ practici & contemplatiui ratio atq; natura sequẽs, exponet sermo.

Sexta quæstio an intellectus & intelligibile sint vnum.



POstremã quæstionẽ exerceamus, quę vnionem intellectus & intelligibilis scire desiderat. Et quidẽ de vnitate intellectus & intelligibilis Auerroes Com.5. huius.3. dixit intellectum & intelligibile esse magis vnum, quam cõpositum ex materia & forma. Quæ verba satis sunt obscura. Nam intelligibile est accidens intellectus: ergo intellectus & intelligibile sunt vnum per acccidẽs & nõ per se: at materia, & forma substantialis sunt vnum non per accidens sed per se vnum, vt ergo magis vniũtur? Familiares Com. hũc locum discernunt esse verius vnum intellectum & intelligibile, quam materia & forma. Nam forma eget quibusdam præparatorijs dispositionibus, quibus copulatur cum materia. Sed intelligibile non per præparatoria quædam, sed citra illa copulatur cum intellectu & quia intelligibile est, vnitur cum intellectu. At verò contra hos est, quod qa forma est, copulatur materiæ, & non per medium vt Arist. 2. de anima dixit ridiculam & superabũdantem esse quæstionem quærentem, quid est illud, quod copulat materiã cum forma: quia hæc per se coniungitur. Rursum quãtitas, quæ citra dispositionẽ medij autore Auerroe materiæ copulatur, posset concertare de vnitate cum intellectu. Quodq; mihi infestius est, hos adeò vnitatem hanc multi fecisse, vt non vereantur concedere intellectum & intelligibile esse magis vnũ apud nos, quàm apud Deum. Sed isti irreuerẽtur de Deo philosophantur. Deus enim est intelligibile, & purisimus intellect⁹. Et ideò ipse est intellectus & intelligibile: qa in se ipso intelligit omnia. Omnia enim in ipso cùm sint, non sunt multa in ipso, nisi secundum rationem, vt idæa hominis & equi sunt vnũ in deo secundum rem: quia sunt ipse simplicissimus Deus. Solùm differunt istæ idææ relatione: rationis, Idæa nanq; hominis in hominem, & equi in equũ, referuntur in duo diuersa. Quare dicamus in nobis intellectus & intelligibile sunt vnum subiecto, vt musica & homo: quia musica est hominis forma: ita intelligibiles species sunt humanæ mentis perfectiones. In angelis verò quando se intelligunt: quia se intelligũt per essentias, intelligens & intellectum sunt idem secundum substantiam. Sed quando intelligunt alia, quæ non sunt angeli, sunt vnum per accidẽs. At in Deo siue se, siue alia à se intelligat, penitus vnũ, & intelligens, & quod intelligit: quia non intelligit per species à rebus acceptas, sed per se ipsum, qui vt Sãctus Tho. 1. part. inquit. q. 14. art. 2. omniũ species est. Vnde intelligens vniuersa in se ipso intelligit.

CAP.

CAP. V.

Geminum esse intellectum & agentẽ & possibilem seu passiuũ quibusq; internoscantur differentiis ostendit.

Text. 17. Voniam autem in omni natura est aliquid, hoc quidem materia vnicuique generi, id autẽ est quod potẽtia omnia illa, alterum autem causa & factiuum, quod faciendo omnia quod ars ad materiam patitur: necesse est & in anima has inesse differentias.

¶ Agentis intellectus, itemq; possibilis discreturus naturas Aristo. alte exorditur. Principio hoc vno accepto in omni natura vbi est potentia, quę recipiat, esse quoq; agens, quod potentiam illam in actum expromat & in absolutionẽ perfectionemq; illam conducat potentiam, alioqui temere & ociose esset illa instituta potentia, si quæ desiderat implere nõ potest. In vniuerso autem cernimus materiam esse potentiam ad omnes generationes, & transmutationes, quæ tamẽ materiæ potentia habet agẽs quoddam vniuersale, quod hanc potẽtiam cõducat in actum cælum, id est, & agentia particularia, quę diuersas materiæ portiones variè præparant & afficiunt, vt illam absoluant. Et quod appetit impleri exequutioni mandetur. ¶ Rursum in arte in potentia sanè est lignum, vt ex illo confletur statua: & argentum, vt ex illo vasculum argenteum componatur. Hæc autem potentia an non esset temerè concessa, nisi adfuisset ars fabrilis, quæ hoc præstare posset & statuas & vasa fabricare? At in natura quæ Actionis & passionis habẽt principiũ, veram hanc esse considerationem dicet aliquis verum in anima rationali, aut intellectu hoc quî fiet, vt sit agẽs intellectus & patiens? Siquidẽ apud intellectũ non est vera transmutatio, neq; alteratio, neq; generatio, aut corruptio. Sed est actionis alius modus qui non physicus est. ¶ Verum tamẽ Arist. optimè rem colligit: quia etiam si intellectus non patiatur passione propria, tamen actione sua perficitur. Et si intellectus perficitur & absoluitur, est ergo in potentia ad hanc absolutionem & perfectionem capessendam. Et cum nil se perficiat, ne dicamus idem esse actu, & potẽtia, aut idẽ mouens & mobile, quod enim perficit intellectum actu est, quod perficitur potẽtia est. Rursum quod perficit mouens, perficiendum mobile est. Necesse est duo distinguere, duas ve partes in anima rationali discernere: aliã sanè, quæ moueat & perficiat: aliam verò, quæ moueatur, & perficiatur, & prior pars agens, altera verò possibilis dicitur intellectus. ¶ Est autem ad actionẽ intelligendi triũ causarum coitus: agẽtis, possibilis intellectus, & phãtasmatum. Hæc tria sunt, quæ ad vnũ intelligẽdi actum conspirãt. agens sanè intellectus, vt vniuersalis causa, quæ hac ratione iustam assequitur hanc appellationẽ, ꝙ eius operatio in omnia se ꝓfert intelligibilia. omnia enim sensilia potest de ordine sensilium transferre in nouum & puriorem intelligibilium ordinem, vt pulchrè adnotauit Auerroes. possibilis autem intellectus est velut materia in genere intelligibiliũ: quia quas formas intelligibiles polit & mundat â materia, agens intellectus, illas intra suum sinum condit possibilis, illasq; inuicem componit aut diuidit. Phantasmata autem sunt velut agentia particularia, quæ agentem determinant intellectũ, vt has formas, & non illas abstrahat. Oblatum enim phãtasma hominis intellectum agentem determinat, vt hominẽ speciem intelligibilem illustret solum, & determinat possibilem, vt hanc solam suscipiat. Vt ergo in generando homine est Sol generans, & homo generãs, & materia suscipiens generatã formam. 2. physi. text. 26. sic soli conferas agentẽ intellectum, hominẽ autem phantasmati. Nam homo solem determinat (qui alioqui sua natura ad alia diffusus) ad hominem producendum hominisq; concursus ad hominem solum excudendum constringit. Ipsa verò materia quæ hominis formã excipit, possibilis intellectus gerit similitudinẽ. Fuit autẽ necesse Arist. hanc exquirere philosophiã de intellectu

Tria ad actionem intelligendi coeũt.

Agens intellectus causa vniuersalis.

Possibilis materia.

Phantasma particulare, agens.

Pulchra collatio.

Vnde Arist. intellectū excogitauit agentem.

tellectu agēte & possibili, vt discederet à Platonis sententia: quæ erat animam labi in corpora humana cum speciebus & rationibus rerū. Cui iam ob eam causam nō erat necessarius agēs intellectus, qui abstraheret & faceret intelligibilia actu: quippe secū anima cōuehebat species rerū intelligibiles, vt abstractio noua non esset desiderāda, vt multi theologorum de angelica natura confitētur ornatam creari à Deo speciebus & formis, vt prædiximus. Angelus autē sic formas habens rerū, quî eget abstractione? Aristo. aūt negans species nostro intellectui coëuas, sed quam primū de foris anima se corpori insinuat, esse, vt tabulam nullis charecteribus consignatam, esse tamen in potētia, vt consignetur: coactus fuit aliquam vim excogitare intellectiuam quæ hoc munus subiret, faciendi intelligibilia & illa abstrahendi à sensilibus. Et hanc vocauit ab opere suo agentem intellectū. Rursum Plato finiens animam esse numerum se mouentem non eguit hanc diuersitatem intellectuū excogitare. Arist. autem credens animā ab extra moueri, & perfici acerrimo ingenio duas scrutatus est vires, per quas anima & moueretur & moueret: ne diceret vnā vim esse motricem & mobilem, & motam dixit possibilem, & mouētem agētem intellectum, qui vt ars est. Nam vt ars tabulā format sic agēs intellectus possibilem effingit. Phantasmata igitur sunt huius artis obiectū, species autem intelligibiles sūt, vt artificiata. sed possibilis est, qui artificio illo vtitur. Et hæc est prima Arist. collatio, quę cōfert agentem arti. nisi ꝙ differt nonnihil: nam ars extra est ab ipso in quo operatur, & non illi coniuncta: at verò agens intellectus cōiunct⁹ est possibili: neq; extra ipsum: ambo. n. sunt vnius animæ partes. est aūt exemplum aliud Arist. vt lumen facit colores, non colores creādo sed actu visibiles reddendo. Ita quoq; & intellectus agens lumen est quoddā: quod facit intelligibilia. Petrus enim non est intelligibilis actu, quousq; lumine suo intellectus agēs ipsum veluti excoquat & repurget à materiæ vicijs, & ipsum constituit vniuersalem hominem non obligatum tempori, neq; loco, neq; corruptioni: qa vniuersalia æterna sunt Arist. & nō intereūt nisi per accidens. Mortuo. n. Petro non moritur homo. ¶ Hoc autem exemplum non vbiq; cōsentit: quia lumen nō facit actu colores, sed solum visibiles: at intellectus agēs facit actu vniuersalia, & actu intelligibilia. Porrò hæc exēpla eò sunt proposita, non quo vndiq; conueniant: verū huic negocio seruiūt, vt ex sensibilibus nos traducat Aristo. in intelligibilia. ¶ Iam Aristo. exponamus. *Quoniam in omni natura.* Quæ propriè est natura subaudi, & ex sensibili natura ad intelligibilem translatio fiat. Atqui est aliquid, qđ habet materiæ vicem in singulis generibus entiū, nam in substātia est materia, quæ formas excipit: quæ est in potentia formæ omnes materiales. Alterum verò est, quod est efficiens formas & illas traducens in exitū de materiæ gremio. perinde se habet faciēs ad materiā relatū ac artifex ipse, qui per artem suam facit ex materia ligni, aut æris artificiata, vt sedilia, vasa ve diuersa. Sic agens intellectus est artifex & opifex, cuius opificium est possibilē intellectū spiritualibus formis formare: sic ergo in arte est materia quā versat artifex, & est efficiens in natura viuentiū. Hæc duo reperias in natura elementorum mixtorum omnium: idcirco ait in omni natura est materia recipiēs, & efficiēs elargiēs formas in vno quoq; rerū genere, sic in aīa. hac quoq; ratione sunt duo alterū agēs, aliud vero patiens, & per vocem animæ præcipuam subaudi eam quæ est rationalis.

¶ Et est quidam talis intellectus quia omnia fit, quidam vero quia omnia facit, vt habitus quidam. quale est lumen. quodā enim modo & lumē, facit potentia existentes colores, actu colores. Text. 18.

¶ Partes animæ, quas sub vmbra dixerat clara voce explicat. Est in anima agens intellectus, qui omnia facit, & est intellectus alius, qui omnia fit. Locus hic decepit Alexādrum & Marinū philosophos credentes intellectum agentem non esse humanæ animæ partem, sed Alexander credidit esse deum agētem intellectum.

Marinus

Marinus autem esse angelum seu (vt voce illius vtamur) dæmonē quēdam. Alexāder ductus verborum cortice sibi hoc suasit: quia Aristo.ait intellectus agens omnia facit: hoc aūt solius Dei est, attributum. Ductus quoq; ratione altera. Nā intellectus agens semper actu intelligit quod Dei est & non hominum. Marinus dixit esse demonem, nam homines nunq̄ perpetui sumus intelligendo. ¶At verò cōtextus Arist. hos destruit errores: nāq; confert agētem intellectum habitui, nūc autem diuinus intellectus non est habitus: sed purissimus actus. Itē diuinus intellectus non est lumē: quia lumen originem ducit à sole: diuinus autem intellectus nullam ab altero secūdum philosophos ducit originem: ideo D. Dionysius Deum non lumini, sed soli cōtulit vt diuinam lucem à nullo haustā credamus. Sed ipse Deus per suam essentiā lux est se & alia intelligēs. Et si theologis in vsu sit Deum & lumen, & lucē appellare, & confitemur Deum de Deo lumen de lumine: philosophi verò, qui istam originē filij à patre ignorant diuinum intellectū potius luci quâm lumini conferunt. Nouum autem cōtra Alexandrum cōnectamus argumentum. Nam Arist. intellectū ait, vt lumen esse, quod facit quodammodo colores. Non.n. omnino facit colores lumen, vt tradidimus. in. c. de visu. Deus autem omnia facit, non quodāmodo, sed omnino: qa totius veritatis & esse principiū est. 2. primæ philoso. libro asseuerāte tex. 4. ergo intellect⁹ agens nō est Deus.

Diuina mēs potius luci quam lumini apud philosophos confertur.

Text. 19. ¶Et hic intellectus, separabilis est & immistus & impassibilis, substātia actus existens. semper enim honorabilius est agens, patiēte & principium, materia. Idē autem est, secūdum actū scientia cū ipsa.

Quatuor rebus cōfertur agens intellectus.

¶Dixerat agētem intellectum esse instar artis, instar efficientis causæ, instar habitus, instar luminis, nunc alia adijcit esse separabilem & immistum. Et q̄ dixerat esse habitum, quidam corruperūt, & violauerunt locum, credētes per habitus vocabulum habitū principiorum de quo in. 6. Ethi. meminerat Arist. esse hoc loco audiēdum. Quos recēset Albertus Magnus in summa d̄ homine tractatu de intellectu agente. Et S. Tho. in Cōmenta. sed isti decepti sunt: nullus est habitus principiorum, qui omnes conclusiones, & omniscibilia faciat, qđ agētis intellectus munus est, qui suo lumine illa præstat. Quid q̄ principia ab aliquo fiunt principia & intelligibilia, & hoc est agēs intellectus? Verba autē textus huius imposuerunt Auerroi, vt crederet intellectum non esse potentiam animæ humanæ & deceperunt Auicenā, qui cū. 11. metaphi. libro dixisset esse quandam, intelligentiā quę est totius vniuersitatis principium Deum benedictū in secula. Rursum adiecit decem intelligentias alias: quarum nouem sibi cōmissos agitant orbes, ab orbe nono in orbē vsque lunæ. Si numeras. Decima autem intelligētia est generi humano tributa: & hæc hominū animas illustrat, & hæc immaterialis est, & immista & secūdum substātiam suam actu intelligens, & alia epitheta habet quæ Arist. de agente intellectu prędicat. Et hæc vna est in vniuersis hominibus & ipsorum agens intellectus. Et Algazelus Auicenæ rapsodus, idem sapit in metaphysica, quā scripsit. Et Themistius non longè est ab hac sentētia. Credidit enim esse quādam intelligētiam, quæ erat formarum forma: quæ relata ad omnes orbis formas, forma formatrix est appellāda: vt verò ad viuētia anima animatrix: vel animarū anima: (quia omnis animatio ab hac ꝑficiscitur,) vt vero ad hominem hæc intelligentia referebatur, erat eius agens intellectus. Itaque in homine non credit esse agentem intellectum: sed extra hominem subsistit: est tñ, in homine intellectus in actu, quādo homo actu considerat. Verùm agēs intellectus non est in homine. Est autem discrimen non modicum inter actu intellectū, & agentem, nam possibilis intellectus, quando actu contēplatur, est actu intellectus: nō tamen est agēs intellectus. & materia est actu ens accepta forma, non tamen est agens, id est, quod actum præstat: at actu illud est, quod actum suscipit & habet. Hæc ergo intelligentia, est forma per essentiā suam: & anima per essentiā suam: & intelligēs per essentiam suam: aliæ for-

Arabum lapsus.

mæ

mæ & animæ atq; humanus intellectus ab hac hauriũt, vel esse formæ, vt à suprema forma, vel esse animæ vt à suprema anima, vel esse intellectus vt ab optimo intellectu. Legito.1.lib.de anima Themistij.cap.23.&.3.lib.c.26.&.28.&.27. Vnde collegit vnicũ esse intellectum agentem omniũ hominum: etiã si posibilis multus sit secũdum hominum multitudinẽ. Nam cùm materia sit multitudinis indiuiduorũ principium, si intellectus agens est immaterialis, & immistus ipse vnus est. At verò posibilis cùm sit corruptioni obnoxius, hîc docente Arist. iste variabitur multitudine: vt cæteræ formæ variantur. Et re vera per posibile solum videtur audiuisse Themistium dianæã, seu vim cogitatiuã, de qua luculẽtior sermo habitus est suo loco. Et fortasse, quod isti per intelligentiam intelligebant, Marinus philosophus vocitat dæmonẽ. Nam dæmon bonæ significãtiæ vox est, apud philosophos & poëtas, etiã si iam in malum vsurpetur pro malo dæmone. Sed dæmon vox cõmunis est & ad bonos, & malos angelos secundum sermonis proprietatẽ etiam si theologicus vsus in malum vocem hanc vsurpet. Commẽtator autem Auerroes in eundem lapidem cũ istis impegit, intellectum agẽtem nõ esse partem animæ rationalis credẽs: sed intelligentiam quandam extra hominem, vt Comm.5.huius.3.&.18.&.19.&.12. metaphy. Cõm. 17. nonnihil de hac re meminit. Differt autem à Themistio: quippe Themistius intellectum posibilem multiplicem esse & non vnũ numero voluit cunctis hominibus. At Auerroes vnum voluit esse in cunctis hominibus: qa agẽtem & posibilẽ, solum rationis discrimine discrepare voluit: vtiq; agens & posibilis apud hũc sunt extra hominẽ. Quòd verò dixit Arist. posibilẽ esse corruptibilem, non secũdum essentiam exposuit Commentator, sed secũdum operationẽ: quia aliquando intelligit posibilis, aliquando cessat ab operãdo, quæ cessatio est quædã corruptio. ℭRursum differunt isti duo philosophi. Nã Themistius intellectum agentem formatorẽ, & animatorem voluit, non solum hominum, sed aliorum, quæ sub Lunæ globo cõprehenduntur. At Commẽtator solum hominibus deputat suum agẽtem intellectum. Hæc autem intelligentia Auerroistica secũdum quod in se expẽditur, neq; agẽs, neq; patiens est intellectus: sed quædam substantia de numero intelligentiarum. At secũdum quod humano phãtasmati vel cogitatibus nostris adest, hac ratione, vt illustrat lumine suo nostra phãtasmata, agens est: vt verò ꝑ illustrata phantasmata componit, atq; diuidit patiens est intellectus. Et hac cõsideratione nullam habet nouam operationẽ agens hic intellectus: quia quando hic non intelligit homo, alter intelligit, & æterno intellexit intellectus hic: quia secundum Arist. est mũdus æternus. Et hac ratione nulla noua intellectio est apud hũc intellect⁹: quia quod modo intelligit æterno intellexit. Tertia cõsideratio huius intelligentiæ est, si cõferatur huic, vel illi homini, vt illis assistit & ita per accidẽs habet nouam operationem. Et demũ vt columna est dextra, aut sinistra sola relatione ad hominem non secundum se. Ita intellectus iste exterior est agens, & passibilis, solum relatione ad humana phantasmata: nõ ꝑ se. Aduertis ô bone vt præclarissimi philosophi intellectum agentem separatam substãtiam volũt, occasionem philosophãdi haud dubiũ ex Arist. trahentes. Ego verò horum placitum iuuare volo. Argumẽta quædam proferã, quæ cũ istorum assertione faciant. ℭPrimum tenebræ, quæ aërem obtenebrant non depellũtur, nisi lucẽte superiore globo, & irradiante in aëre: ergo tenebrę nostræ cogitationis, quæ ex phantasmate, & vmbris sensiliũ nobis contingit, lucẽte superiore intelligẽtia sunt depellẽdæ à nobis. ℭRursum corpus humanum mouetur à motore separato, quod cælũ est 2.de gene.tex. 57. & sæpe alibi: ergo motor corporis, qui est anima etiã superiori est subditus à quo moueatur, vt intelligat. ℭTertium argum. sit, aut intellectus agens intelligit per essentiam suam, aut per species acceptas à rebus, si per essentiam suam cũ eius essentia non varietur, vno modo semper nos intelligemus, id quod abesse à vero cernimus. Si per species acceptas, ergo est in potentia & non agens. Si autem per species non acceptas à rebus sed illi coeuas intelligit: ergo

Quiddianæa Themistio.

Themistius & Auerroes in vnitate intellect⁹ non idem sapiunt.

Argumenta fauentia arabibus.

Argum. 2.

Argum. 3.

ergo noster intellectus agens est substantia separata, quæ habet intelligibiles species, nõ à rebus, sed ab influxu primę causæ & hoc est argumentum præstantissimũ in hac re. At verò isti vniuersi ab scopo veritatis plurimũ discedunt. Etenim nisi rõ physica à sensibus habeat originẽ parũ momẽtosa est. Quòd autẽ cernimus in actiõibus physicis est, pręter agẽs vniuersale, qđ causa multorũ effectorũ est, agens esse particulare. Id qđ determinat vniuersalem causam. Et quanquã Auicena libro de diluuijs vniuersale solum sufficere dixerit, vt solus sol potens est hominẽ & bouem producere: tamẽ Arist. dixit solẽ & hominẽ generãtia esse hominẽ. 2. physi. Quare actio intelligẽdi, quæ est quidã motus (quãquam non sit proprius motus) ab vtroq; dimanabit agente: & à separato quodam intellectu, & à proprio agente, quem Aristoteles vocat agentem intellectum. Quam ob causam & Augustinus dixit omnẽ nostram intellectionem esse à Deo libro de Magistro: & Paulus clamat non sumus sufficientes cogitare aliqd ex nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est Posteriore ad Corin. cap. 3. & D. Ioannes Christum lucem verã tradidit, quæ illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mundũ cap. 1. sui euangelij. Et Aristoteles omne esse & veritatẽ in Deũ reduxit, vt in primum ens primamque veritatẽ. 2. meta. tex. 4. At Auicena Auerroes Marinus & Alexander & Algazelus relinquẽtes intellectum particularem, qui esset pars animæ nostræ in causam vniuersalem intellectum scilicet illum separatum, actionem intelligẽdi reduxerunt. Intelligibile igitur quod sit intelligibile à summo intelligibili Deo consequitur, & quod nostra mens intelligat diuinę illustrationis vestigium est. Quæ omnia probãt intellectum vnum separatum esse fontem intellectionis vniuersalissimum, atq; sincerrimum: tamen hoc nõ colligit negandum esse intellectum agentẽ, qui sit motor nobis coniunctus idest animæ nostrę pars. Nam ordo rerum à Deo stabilitus, hoc amat vniuersalẽ motorẽ iungi particulari, vt actio in lucem expromatur. Quod verò supra diximus, agentem intellectum esse vniuersalẽ motorẽ subaudias, si referatur ad alias potentias animæ hic solus est, vniuersalissima vis animæ, quæ particularia sensilia, conuertit in intelligibilia vniuersalia. Id qđ nullius potẽtiæ est: tamen agens intellectus relatus ad primum intellectum, est particularis motor. Et indignè nobiscum ageretur, si ad præcipuam actionẽ, quæ propriè est hominis actio, nullum adesset nobis principium intrinsecum, vt brutis, vt plantis, vt elemẽtis: & vniuersis rebus propria donata sunt propriarum operationum principia: ne manca esset naturę institutio.

Intellectio omnis à Deo est.

¶Argumẽto igitur primo dicendum est, tenebras aëris depelli luce superiore: quippe aër non illuminat, sed illuminatur: at homo intelligit idcirco eget interno principio. quòd lucem supernam nobiscũ cooperantẽ iam cõcessimus. *Argum. 1.* ¶Argumẽto secundo hæc responsio est, corpora nostra duplici agi motore, & coniuncto & separato. Nam calor aut frigus, quæ intra nos sunt, hæc sæpe nos alterant, vt febricitantes ostendunt. Item ab aëre & aqua cælestiq; influxu alterantur corpora nostra. Sic & mens nostra intellectionem assequi & à suo germano & velut familiari principio, & à Deo vel angelo illuminãte. *Argum. 2.* ¶Argumento tertio intellectus agens (Alberto autore) per essentiam suam intelligit, non per species, quas ipse efficit, sed per essentiam suam, & vtitur Platonica philosophia, quæ visionẽ tradebat per extramicantiam radiorum ab oculo, cõtingere, ita intellectus agens quô ab eo profectę sunt species intelligibiles possibilique intellectui mandatę cô intelligit. At verò possibilis intellectus intelligit nõ extra mittendo, sed intus suscipiendo, vt Aristo. credidit sensus omnes suas inire operationes. *Argum. 3.* Quòd si colligas in Albertum, Si agens intellectus per essentiam suã intelligit: hæc aũt est vna, ergo vno modo intelligit. Concedit hoc quãtum est naturæ propriæ. Cæterum phantasma diuersum, diuersam reddit intellectionẽ. Si insultas, iã ergo intellectus noster agens separata est intelligentia, quę per essentiã se & alia per essentiã nouit, negat cõsequẽtiam: nã intelligẽtia separata non versat phantasmata, vt nostra. ¶Sed re vera hoc nõ absoluit hui9 dubij nodum

Albertus expenditur

nodũ:nam qui dixerũt intellectum agẽtem esse separatam intelligentiam, falsi sunt hãc esse intelligẽtiarum minimam, vtpote, quæ phantasmata humana versabat. Et quãquam ipsa suapte natura asserat habeat intelligẽdi actionẽ ob omni imagine sensibili, tamen vt homini sese sociabat per accidens vtebatur phantasmate. Quare argumẽtum Durãdi quo in 2. Sentẽ. lib. dist. 3. explodit Auerroẽ inane est & eneruẽ. Ait ille intellect⁹ noster pendet à phantasmate, intelligentia verò non pendet, neq; commercij aliquid habet cum phantasmate: ergo illa intelligentia non est noster intellectus. Diceret enim Auerroes secundũ naturam intelligentiæ argumẽtum verissimã texuisse collectionẽ: non tñ per accidẽs. Quam obrem alijs nos vsi sumus argumentis.

Contra Albertum autoris decisio. ¶Ego igitur neutiq; concederem intellectum agentẽ intelligere quicquã per essentiam suam, quod solũ credo esse substantiarum separatarum: nam si se intelligit per essentiam suam, non ergo specie aliqua forinseca, sed est ipse sibi species. Quid ergo vetat, vt semper intelligat se, quod dogmatis Platonici est nõ peripatetici, vt nos supradiximus? Hæc autem duo pugnãt mutuò & quod egeat phantasmate & quod per essentiam suam sese intelligat. Nam se per essentiam suam, & alia intelligere, est intelligẽdi actionem à nullo mutuari. Id qđ vbiq; negat Aristo. dicens, necesse est intelligentẽ phantasmata contẽplari, vt ex. c. proximo facilè quiuis discet. Venia igitur Alberti ab illo discedendum censeo. Est aũt locus autoris in summa de homine tractatu de intellectu agente. q. 4. & 5. Verum nobis sic sentiẽtibus maiores impendũt angustiæ, quas euadere si mihi possibile sit, hæreo satis, si intellectus agens intelligit per species, aut proprias quas suscipit, aut p eas, quas habet possibilis: per has non: quippe species est in ea potẽtia, quæ actũ parit. Si per proprias ergo est possibilis & passiuus intellectus agens ipse intellectus.

Durandus agentem intallectum negat. Durãdus aduertens rei huius difficultatẽ, in 1. Senten. lib. dist. 3. quæst. 6. placita Arist. contempsit, & proprias amans cogitationes, intellectum agentẽ negat: possibilẽ solum recipiens: quippe si agens est necessarius, vna causa est abstractio: hęc autem nulla est, aut Consideratio phãtasmatis est sine conditionibus indiuiduantibus. Sed hanc considerationẽ habet possibilis intellectus. Quorsum multiplicãdus est intellectus? Quid quod phantasmata nihil suscipiũt ab intellectu agẽte: quippe quæ semper persistant in natiua ruditate, & impollita materiæ natura: non ergo possunt mouere intellectũ possibilẽ: qa rudia sunt. Etenim si hæc rudia & materialia phantasmata agentem mouẽt intellectum, essent excelsioris naturæ, quàm ipse intellectus. Nam agens & mouẽs mobili præstat vt. D. August. 12. super Genesim. c. 16. dixit & Arist. docuit. At verò citra controuersiam falsum est, phantasmata esse meliora agente intellectu. Neq; inuẽtor huius dogmatis vnus est Durandus, sed habuit quẽ sequeretur Isaac philosophũ Narbonensem, qui planè intellectum agentem negauit, vt meminit Mirandulanus in cõclusionibus ab Isaac isto collectis. *Isaac Narbonensis agentem intellectum negat.* Et isti duo autores dogma Platonicum sapiũt, quod fuit, vt diximus agẽtem intellectum nõ esse necessarium. Primò sanè, quia anima rationalis cælo delapsa in corpora secũ conuehebat rerum formas, & rationes. Secũdò, quia vniuersales quasdam idæas finxit Plato, quæ erant per se intelligibiles, vt hominem communẽ, bouem communem, nõ ergo necessarius agens intellectus, quia idææ per se sunt intelligibiles. ¶Alij verò freti autoritate Arist. intellectum agentem defendunt, tradentes quædam insipida, agentem inquam, intellectũ phantasmatibus imprimere lumen intellectuale. Quod lumen spiritualia, atq; intelligibilia reddebat phantasmata. Hęc fuit Auẽpace opinio in epistola quadã, cui titulũ fecit de luce & lumine intellectus. *Auempace ex sibi latur.* Verũm hęc excogitatio nihil lucis sed multũ offensionis attulit Arist. Hoc. n. lumẽ, aut spirituale est, aut corporale, si corporale nil intelligẽdi actionẽ iuuat: si verò est spũale, vt recipietur in phantasmate. nõ apertũ est, vt illa qualitas spiritualis sedẽ sibi capiat in phantasmate. Erit. n. forma eius, & iam phantasma erit ex intelligibili luce. & sensibili imagine concretum. Id quod ridendum est, & non disputãdum. ¶Adde iam actio intellectus

extra

extra transiret, cum tamē sit actio immanens. Quanquam autem Aristo. familiares intellectum agentem dixerint agere in phantasma, non quidquam imprimendo, aut producendo, sed solum expurgādo phantasma à conditionibus materiæ intelligendi sunt. Id quod fit sola consideratione, nō impressione. Quare etiam si non nihil sapiat actio agentis intellectus actionem transeuntem, actio tamen hæc nihil operatum extra se relinquit, in phantasmate. Sed hęc cogitanda sunt hac collatione accepta. Vna atq; eadem res sub lumine Lunæ alium ostentat colorem, quam sub lumine Solis vt carbunculus, & piscium squāmę, & alia de quibus fecimus iam verba in.2. libro de anima cap. de visu. Non equidem lumen Solis, aut Lunæ colorem nouum aut concedit, aut tollit: ita phantasmata sensibiliū sub gemino se ostentant lumine, & lumine sensus, quod modicū est: & impurū quia materiæ mixtum, & dein sub luminę agentis intellectus, quod repurgatum est à materiæ sordibus. Quare sub lumine sensus tantum sensibilia sunt suoq; proprio colore se se ostendunt: sub lumine verò agentis intellectus veluti variat colorem, idest, non sensibilia cōcreta demonstrātur sed quod vniuersale continebat singulare, ostenditur. Nam hic homo homo est: ideo phantasma hui⁹ hominis, phantasma hominis est, sed nō sensui homo cōmunis ostenditur, quia lumen proprium sensus non tantum viget, quantū homini vniuersali ostendendo est necessarium. Per abstractionem igitur non intelligimus abscessionem aliquam à phātasmate aut detractionem, sed quod in lumine intellectus agentis vniuersale ostenditur. ❡ Iàm argumentum Durandi flacescit, quia etiam si phantasma nō dimoueatur à propria natura. Manet enim semper simulachrum sensibile, & ab hac natura neq; ab intellectu, aut ab illo diuelli potest, sicut neq; brutū à natura bruti: est enim huic phantasmati essentiale, & in propriam substantiā vocat esse imaginem sensibilē. Verum quia in duplici lumine ostenditur, & sensus lumine quo gaudet quod est phantastica animæ facultas, & lumen agentis aliud est à phantasia per quod ostenditur menti. Nā quę sub lumine exiguo videntur, sana ratio postulat, vt sub lumine maiori si cernantur, distinctiùs & exactius cernantur, sub lumine Lunæ arbores, lapides & id gen⁹ vniuersa videntur, sed tenuem donāt visionem confusam, & vmbris plenam. Solis autē lux quæ clarissima est & fulgentissima, citra vmbras micat & vniuersa qualia sunt talia sensibus ostēdit. Et plura demonstrat Sol, q̄ luna. Ad hūc prope finge in microcosmo idest mūdo minore qui est homo. Lunā esse sensum & solē esse intellectum agentē, sic etenim hoc libro illum appellat Themistius sub lumine vtroq; vna res vt lapis demonstratur, nam vis imaginaria imaginem hominis (quam phantasma nunc dicimus) imaginatur & eadem imago sub lumine Solis, idest, agentis demōstratur intellectus etiam si vna sit res vtrobiq; monstrata: verū tamen multa alia cognoscit in imagine illa, intellectus ipse quā sensus. Aduertit enim hominē vniuersalē, hominis rationē & essentiam, quæ etiam si sint in huius hominis imagine illa non distinxit sensus: quia lumē eius tenue est. Colligas Durandum in hac re non fuisse peripateticum, sed Academicum aut Narbonicum. ❡ Cæterum regrediamur in locum, vnde discessimus, vt argumentum tertium soluamus asserentes intellectum agentem. Et primò si Themistio fidē damus in paraphrasi huius capitis intellectum agentem esse possibilē secundum rē & naturā, ratioq; est sola, quæ hæc distinguit, intellectus tunc agens suscipit species intelligibiles, & actum quē parit ipse suscipit, non qua agens, sed qua possibilis. Itaq; agens abstrahit species intelligibiles, & vt possibiles suscipit, etiā si vnus est qui agat, & patiatur. Quare intelligit agens non per essentiam suam vt Albertus dixit: sed per species, quas suo lumine excreuit à phantasmate: & per operationem propriam. Namq; vt Themistius autor est in libro de memoria & reminiscentia cap.11. tria spectantur in intellectu, intelligibile vis intelligendi actusq;, qui ab vtroque paritur. Necesse est ergo si agens intellectus intelligit actum possideat à se diuersum, quem ipse in se ipsum suscipiat: ergo non per essentiam suam, si per actum aliū se & alia intelligit.

Pulcherrima collatio.

Arg. 3. solutio.

Tria in actione intelligēdi.

telligit. Quòd si distinguntur possibilis & agens intellectus realiter alia solutio est exquirēda. De qua fortè infra erit mē tio. Perstringamus ergo de intellectu agē te quædam, quæ ab Aristo. colliguntur, vt illa perstringit Philoponus: sunt autē decem. ¶Primum est intellectus agens omnia facit, idest, species intelligibiles vniuersarum rerum: poterit colligere, & abstrahere, atq; illas reponere in possibili intellectu. ¶Secundum est substātia intellectus agentis est eius operatio neque diuersa sunt. Hæc est Philoponi assertio quę itidē Alberti Magni vt prædixi: sed ab ambobus ego discessi credens operationem intellectus agentis, quæ est intellectio esse aliā ab ei⁹ essentia. Alioqui se intelligeret per essentiā suam, & nō per operationem, quod capitu. proximum falsum esse satis patefecit: nisi intelligamus Philoponum propriam essentiam, substantiam agentis esse posse operari, abstrahendo, & illuminando. ¶Tertium aūt est, agens intellectus non quiescit operando, neq; cessat ab actu, non quòd perpetuò actu intelligendi potiatur, sed quòd semper intelligeremus, quātū est ex parte agētis intellectus. Si autem cessatur ab intelligendo aliunde est, quia. s. phantasmata prompta nō sunt, aut aliud quoduis est impedimentum, vt Sanctus Thomas exposuit in quæstio. 79. primæ partis articulo secundo respondēs argumento secūdo. Ante quē Philoponus locum philosophi exponens hunc qui est intellectus scilicet agens semper intelligit: & non cessat agens ab intelligendo, geminā illi⁹ attulit expositionē: prima, quia quando cessatur alicubi ab intelligendo, alibi ab hominibus intellectioni vacatur. Nam quando nostrum orbem, nox occupat & somnus nos corripit, in altero hemispherio vigilatur, & luce Solis antipodes fruūtur. Secūda expositio eiusdē est intellect⁹ agēs semp intelligit, quātum. n. propria eius natura, suppeditat potens est semper intelligere, nisi aliūde oppediretur. ¶Quartū est intellectus est pars animæ rationalis: nam Aristote. expresse contra Alexandrum ait esse in aīa nostra has duas differentias & agentis, & possibilis: non ergo agens intellectus Deus est, vt Alexādro placuit libro de intellectu cap. 3. ¶Quintum, est agens intellectus immortalis & separabilis, nō quòd sit substantia separata vt Auicena, Algazellus, Auerro. & Theophrastus, & Marinus dixerūt, sed eò separabilis, quò habet actionem separantem sensibilia à materia: nam intellectus hic, vt diximus sæpe abstrahit conditiones materiæ annexas vt hîc, & nunc, ab ipsis sensibilib⁹, & facit sensibilia: hac ratiōe est separat⁹. Latini verò interpretes Albert. Magnus Sanctus Thomas separatum dixerunt, quia est potentia non vtēs organo, quia quanq̃ anima rationalis corpore vtatur, quia ipsa vegetat & sentit tñ eius intellectus à corpore immunis est. Atqui cum etiam intellectus possibilis sit potentia non organica, nihil singulare dixisset Aristo. modo de agente intellectu, nisi rem intelligamus esse separabilem, quia ipse est, qui separat rem à materia non reali actione: hoc enim est illi inpossibile, sed secundum apprehēsionē. Quamobrem cessant argumenta Auerrois, qui cum legisset intellectum agentem esse immaterialem & immixtum, & separabilē, credidit illū esse substātiam separatam, & locū Aristo. secundo de genera. anima. cap. 3. mēsde foris est intellectui agenti tribuit. vt & Alexander quanquam discriminētur, nam Alexander, solum agentem credidit de foris accedere, sed Auerroes vtrūque agentem & possibilem. Nam hi duo solo respectu distingūtur, secundū quod hic Arabs Cōmentator, vt dextrū ait & sinistrum colūnæ sunt diuersę appellationes sic agēs & possibilis. Rursum Alexander vocitat Deum esse agentem intellectum, sed Auerroes neq; partem animæ humanæ credens illum, neq; Deum sed intelligentiam infimam duxit, vt prędiximus, ¶Sextum est & septimum intellectus agens est istar lucis & habitus. Vocat autem Aristo. habitum non quòd habitus sit acquisitus, sed quod sibi moris est habitus etiam vocare formas, est autē agēs velut forma possibilis: quippe agēs possibilem speciebus intelligibilibus instruit, & ornat. ¶Octauum est quod agens differt tempore à possibili. ¶Nonū est, obliuiscitur intellectus. ¶Decimum semper cum imaginatione operatur, & hęc sunt modo tractanda. *Semper enim honorabilius*

Decē q̄ agete intellectu obseruanda.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Sextū & 7.

Octauum.

Nonum.

[Dec]imum.

ralius est agẽs. Hæc verba proferũtur ab Aristo. quibus probet agentem esse immortalẽ, & separabilem, & quasi colligens, propositionem per se motam, agens est nobilius patiente, assumpsit, vt hinc sic inferat posibilis intellectus est virtus citra corpus, neq; instrumento vtens corporeo: ergo posibilis immortalis est, agens igitur intellectus qui agentis titulo insignitur, & veritate actionis intellectualis fulget, erit immortalis, &c. eisdẽque honorificis titulis gaudebit quibus & posibilis: & principium à quo res est nobilitate, & dignitate anteibit materiã *Idem autem est secundũ actum scientia cũ re ipsa.* Non desunt, qui hunc locum exponant hoc modo. Idem est agẽs intellectus, qui est scientia secundum actum, aut sciens secundum actum cum posibili intellectu. Sed sensus hic textum distrahit. Quare scientiam secundum actum vocat Aristo. agentem, quia ipse facit nos actu scire: & ipse tunc actu est sciens quando res est actu intellecta, & scita. Nã intellectus est rei comprehensio, non quod sint omnino idẽ intellectus, & res intellecta: aut quod sint vnum vt Commen. voluit tex. 5: esse magis vnum quàm materia & forma. Sed eius verbi fundamẽtũ est, quod Commentator credebat intellectum agẽtem substantiam foris aduenientem. Et quia vnio huius intellectus & scitarum, rerum est ęterna, vnio autem materię est fluxa, & dissolubilis, idcirco dixit maiorẽ vnionem intellect⁹ quam materię. Sed cum fundamẽtum in culpa sit, & quæ sequuntur à culpa non vacant. Quare sunt vnum intellectus & res intellecta, secundum accidens vt supra tradiderat Arist. omnia intelligibilia esse vnum, nõ quòd homo sit angelus, sed quia homo & angelus, intelligibilis quadam ratione conueniunt: ita intellecta res & intellectus, quia ambo iam intelligibilia sunt vnum dicuntur, vt vberius persequuti sumus capitulo proximo.

Quid locus Auerroi velit intellect⁹ & intelligibile sunt magis vnum quã materia & forma.

Tex. 20. ¶Quæ vero secundum potẽtiam est, tempore prior vno est. omnino autem: neque tempore. sed nõ aliquando quidem intelligit: aliquando autem non intelligit. Separatus aũ t: est solũ hoc quod quidem est, & hoc solum immortale est & perpetuum. Non reminiscimur autem quòd hoc quidem impassibile est. passiuus verò intellectus, corruptibilis est, sine hoc, nihil intelligit.

¶Idest, in vno aut altero homine, hoc verum est, potentiam præcedere actum. Nã anima primum est, vt tabula non scripta quæ tamen temporis successu scribitur. At in toto vniuerso potentia & actus nõ habẽt temporis ordinem, sed sunt coęua quia mundus Aristo. est æternus: vt hoc ouum est prius hac gallina, tamen secundum vniuersum coęua sunt & gallina & ouum hoc ergo sibi vult. &c. *Omnino autem neque tempore.* Idest non habent ordinẽ tẽporis secundum vniuersi rationem. Verum recolendus est ille metaphysi. locus 9. meta tex. 9. actũ esse priorẽ potẽtia simpliciter tamẽ. Secũdum quid autẽ prior est potentia actu: discipulus enim prius est potentia sciens, quam discat, tamen Magister eius, qui actu est, prior est Magister quã discat ab eo discipulus. Et ita potentia non esset nisi agens aliquod, illam in actum suum reducere posset. Sic quoq; in hoc homine prior est posibilis intellectus quàm in actum conducatur: tamen omnino & simpliciter agẽs prius, quàm patiens & actus quã potẽtia. Et adhuc planius rẽ proferamus, agens & posibilis sunt duæ animæ partes siue ratione, seu re admittamus modo, hæ duę secũdum temporis ordinem simul cũ anima sunt: nã agẽs nõ accedit post animã natã, vt Auerroes & alij censuerunt: sed simul sunt. At verò posibilis intellect⁹ est pri⁹ tempore nobilis, quàm moueatur ab agẽte intellectu: quippe simpliciter nihil esset mobile, nisi præintelligatur quod actu mouere posit, vt aqua non esset calefactibilis: nisi calidũ actu aliquod præintelligeretur. *Sed non aliquando.* Idest, agẽs intellectus, quantum est ex se semper intelligit, vt calidum omne, quod suæ naturæ est, calefacit semper. Et lucidum il-

lustrat, nisi forinsecũ oppediat obsistens *Separatus autem est hoc solum.* Idest, hic intellectus est solum verorum intelligibiliũ. Nam lumen huius intellectus facit vera esse intelligibilia, & falsa non facit, vt lumen Solis veros ostendit colores & non est causa, quòd falsi videantur: sed viciũ pupillę non luminis est. Et quanquã hic non componat intellectus, est tamen verorum intelligibilium non secundũ complexionem propositionis, sed secundum naturam, vt aurum verũ dicimus, quod verã habet auri naturam. Ita Albertus. Sed locus hic non exigit adeo sublimẽ expositionẽ, sed faciliorem amat hãc, inq̃ intellectus agens est verè & propriè intellectus, vt sit sensus: quando iam in actum prouectus est intellectus, tũc propriè intellectus est, quia intellect⁹ in potentia non est propriè intellectus, vt dormientibus & pueris, &c. id genus abesse cõfitemur intellectum. Aut sic intellige, tunc proprie intelligimus quando essentiam nudamus ab inuolucris sensilium accidentium, etenim essentia rei est solũ quòd verè est: propterea dicit. *Separatus vero idest solum quod est.* Scilicet, quando separant substantiam ab accidentibus verè intelligit. *Et hoc solum immortale.* Idest eadẽ hæc pars animæ, quæ agens est intellect⁹ immortalis, & æterna est, idest, cum animæ rationalis sint partes multæ, hæc omniũ partium immortalitate gaudet, & æternitate. Credit Philoponus, animam omnem esse immortalem, quia quælibet anima vita est, tamen intellectiua sola æterna. Sed hic sermo habet offensionẽ: anima enim vegetatiua atq; sensitiua etiã si non sint mortis subiectum: nam corpus solum est quòd mortis est conceptaculũ: verũtamen quia à corpore habent p̃dentem substantiam corpore defuncto illæ finunt viuere: idcirco moriuntur non per se, sed per accidens. Esto, illæ non sunt compositæ: tamen ex potẽtia materiæ fiunt & à cõtrarijs dependent. ¶ Anima verò rationalis nihil horum potitur ideo verè immortalis est. Quòd verò Aristo. duo dixerit immortale & æternũ esse intellectiuum, eò dixit, quò secerneret agentem, à possibili, possibilis enim, quanquam sit æternus, & finem nunquã habiturus, vt agens intellectus & hoc sibi ambo consentiant, quod æterni sunt: verum intellectus agens nunquam recipit formas intelligibiles & mutatur, vt possibilis, quia dixerat agentem semper intelligere, possibilis verò nõ semper intelligit, sed variũ habet successum in intellectionibus. Quia igitur agẽs nullatenus transmutatur, ideo ipse dicitur immortalis. Nam mutatio illa & alterna susceptio intellectionum in possibili intellectu quædam corruptio est. Non substãtiæ, sed operationis, vt Commentator dixit. Vnde Augustinus quoq; in sermone quodam animã rationalẽ dixit mortalẽ, tractans verba Pauli. 1. ad Thimo. cap. 1. regi seculorum immortali & inuisibili soli Deo. &c. non quod ille crediderit vnquam rationales animas interituras, sed dixit eo mortales quo obnoxię sint multis varietatib⁹ & defectib⁹. Propter quã quoq; causam libro. 7. de trinitate ca. 14. ait anima habet mortem suam cum vita beata caret, sed immortalis ideo nuncupatur quia etiam in miseria viuere non desinit. Sic ergo possibilis intellectus tãtisper dum de vna intellectione in alteram variatur vmbram corruptionis tenet. Deus igitur veracissimè prædicatur in diuinis scripturis immortalis, quia apud Deum non est transmutatio intelligendi aut volendi, neq; vicissitudinis obũbratio. Et diuersa ratione intellectus possibilis, quia potẽtia est, quæ receptione specierum variatur, mortalis est quodam modo: agens verò quia suscipit, neque operatione variatur: ideò & immortalis & æternus docetur. Quòd si rogitat quispiam: si intelligere est pati, & agens intellectus intelligit, ergo patitur ipse. Respondetur, si admittimus agentem, & possibilẽ esse duas animæ rationalis facultates, alterum horum, idest, agens est, velut forma possibilis, attestãte huic rei Aristo. qui vocat agentem intellectũ habitum: nempe possibilis, & possibilis est vt materia, quæ patitur, & perficitur ab agente. Iam verò operatio est à forma: & recipitur in materia. Intellectio ergo creditur ab agente, & donatur possibili: sicque intellectus intelligit agens non suscipiendo operationem, quæ est notio seu intellectio, sed quia ab eo egreditur intellectio, & possibilis intelligit: quia suscipit

Philopo. quælibet anima est immortalis & male.

Vt Augu. verus animã rationalẽ esse mortalẽ tradens.

Iacobi. ca. 1.

suscipit intellectionem & verba Aristot. intelligere est quoddam pati ad possibilem, si referantur sunt veracia verba: sin ad agētē nō sunt vera: sed potius intelligere est agere. Iā verò quia agēs & patiēs intellectus sunt vnum quodam modo, vt coalitum ex materia & forma, ideo vterque intellectus est vnū intelligēs. Habes ergo, quid velit solus est agens intellectus immortalis, & æternus, & qua ratione possibilis corruptibilis prędicetur, vt Sancti Theologi animam dicunt hac ratione mortalē: quia mutatur nō quia substātia eius pereat quę perire nequit. Hic locus rursum traxit in errorē, vt crederetur intellectum agentem esse substantiā separatam, quia ait esse æternum, sed intelligas ęternū nō quòd non cęperit, sed quòd non finietur, quia dixerat agentē esse partem animę ergo cępit cū anima, & cum ipsa ęterno in posterum durabit. *Non reminiscimur autem quod hoc.* Locus tenebrosus est hic, & varias passus est intelligentias. Themistius cap. 28. paraphra. huius tertij intellectum agentem credēs esse substantiam illam separatam: quam dicit, non pati, sed substantiam suam esse actum intelligendi: quæ quando in nobis coniungitur cum possibili intellectu, quem vocat communem intellectū, & mistū & corruptibilē (quia Themistio patibilis intellectus est virtus sensusquā alij dicūt cogitatiuam seu rationē particularem) huius ergo misterio gaudens agēs intellectus intelligit singularia, quæ sunt in orbe isto, quare reminiscimur tāti sper dum viuimus, sed peracta vita non reminiscimur: quippe agens intellectus non intelligit singularia, quæ nō memoratur nisi per patiētem intellectum, sed hic morte aboletur, quare defuncto corpore perit memoria singularium rerum: quia huiusmodi esse vim memorandi ait Arst. ¶ Si quærat aliquis, si agēs intellectus, & ętern⁹ est, & manēs post mortē, ecquid nō memoramur post mortē? Nā parētes defuncti non visitant filios etiā in maximis pressuris detentos, neq; amici subueniunt amicis, neq; inimici iniurias referunt defuncti, & id genus. Responsio est hæc quòd agens intellectus non cognoscit singularia, nisi per patibilem intellectum, hic autem perit totus & aboletur Themistio autore: quippe est virtus materię, & organica. Simplicius verò patibilē intellectum per accidēs credit corruptibilē: qua. s. patibilis est. Vnde ait corruptionem patibilis intellectus nō esse redditum in nū esse, sed reductionem in alterum esse: quia patibilis ab agente perficitur. Discrepant isti duo celebres, philosophi. Themistius enim simpliciter putat interitui obnoxium patibilem intellectum: Simplicius verò non simpliciter, sed quadam ratione, vt potētia est & mutabilis, vt prędiximus. Cōueniunt autem, à morte credentes nullā futurā memoriam eorū, quæ hic gerūtur aut gerebantur, idest singularium, quanquam diuersa ratione Themistius & Simplicius ducuntur: ille, quia perit possibilis intellectus, hic non quia perit, sed quia totus passibilis in intellectum recurrit agentē idest, à morte possibilis intellectus desinit, vt possibilis, quia tunc nō iungetur imaginationi, & ideo totus recurrit in agētem. ¶ Tertio ait Simplicius, post mortem nos intellecturos vniuersalia: quippe Aristo. solum negat notionem singularium, negans memoriam, & reminiscētiam. Quod verò aliquid intelligat intellectus agens, manifesta est ostensio, alioqui vanè omni orbatus functione substisset. Et hac ratiōe ductus dixit possibilē transire in agentem defuncto corpore: quia tunc non erit ista alternata mutatio actionum, quę modo, sed animus semper intelligit. Quare cessat possibilis nō substantia, sed vt possibilis. Hęc collegi ex Simplicio etiā si ipse & rem hanc magna breuitate perstrinxerit, & nimia obscuritate perfuderit. Et siue hoc siue altero modo intelligamus, locus ille primo de anima tex. 66. hinc patescit corrumpitur (ait) intelligere aliquo principio corrupto, vel quia vis sensitiua deficit, aut imaginatiua, ideo intelligere rerum particularium corrumpitur, sed vniuersaliū notio perseuerat autore Simpli. D. Th. consensit Themistio, intellectum possibilē vocans phantasiam, aut cogitandi facultatē, quæ est in homine sensifica facultas. De quare supra dictū est: hæc est autem quæ collabitur labefactata vita, atq; ob eam causam cessat memoria, & reminiscentia, quæ est humana memoria:

An passibilis intellect⁹ sit æternus.

Quid Simplicius de passibili tulerit.

Locus Arist. interpretatur.

quia huiusmodi sunt singularium. Anima ergo post mortē non intelligit, eo saltem modo, quo dum apud viuos agebat. Differt à Themistio, quod D. Th. agentē intellectum partē credit animæ nostræ, id quod Themistio nō collibuit qui agētem intellectum totum voluerit hominē c.27. etiāsi. ca.31. rem trahat dubiā si agēs intellectus est aliquid nostri, aut totus homo. Cæterum Aristot. docente hoc solum esse perpetuum, necesse est non esse totum hominem agentem intellectum: quia præter hominem sunt multa æterna, sed aliquid nostri est, & partium animæ, hæc sola immortalis & æterna est. Sunt verò: qui multò secus interpretentur locum hunc, non reminiscimur. &c. nō referentes ad exactam vitam, sed hūc locum soluere tacitam contendunt dubitationem, vt ait aliquis, si nobis est intellectus agens, qui actu est & semper intelligit, iam ergo nostrum scire est quoddam reminisci. Quod Platoni vicio vertitur. Etenim, si adest huiusmodi intellectus, qui est semper omnia, ergo habet apud se omnium rerum species: ergo cū aliquid scimus, non de nouo, sed ab antiquo est nobis scientia. Respōdet Aristo. *Non reminiscimur autem.* Quia intellect⁹ hic agens est impassibilis, nullam in se recipit speciem: sed intellectus passiuus est corruptibilis: quia phantasmati est connexus. Et ideo est in potentia ad species, quas aliquando habet, & aliquādo desiderat, quæ est eius corruptio modo quodam: vel quia intellectus agens nihil intelligit sine phantastica virtute quæ corruptibilis est, ideo nō reminiscimur, quādo scimus, sed nouam à phantasmatibus conciliamus scientiā. ¶ Hæc expositio Alberto arrisit, loco iam illato, sed mihi magis allubescit hæc referre ad exactā vitam, vt Græci interpretes retulerunt, & dubium impendens resoluit. Si intellectus agens æternus est, qui ergo obliuiscitur? Et causam tribuit: quia intellect⁹ agens pendet à phantasia in cognitione præteritorum, & singularium: sed phantasia corrumpitur, quare & ipse obliuiscitur suorum cogitatuum. Vnde colligas hunc intellectum agentem non esse Deum, neq; angelum: nam isti non obliuiscuntur: sed esse partem animæ, vt prædiximus. Collige rursum intellectū passiuum duplicem: alterum cuius substantia est immortalis, alterum cuius substātia collabitur collabente corpore consentiēbus Grecis interpretib⁹, Themistio Philopono. Hic autem est phantasia, vel cogitatiua facultas: quia hæc sæpe confunduntur, & harum vocum est promiscuus vsus. Quod verò dicatur intellect⁹ cogitatiuus est secūdū Auerroem Com. 6. quia est ratio, quędam particularis per singularia discurrens ex experientijs experimenta colligens, &c, quanquam Philoponus non vocitet hanc vim cogitatiuam (vt Commentator) cogitandi nāq; facultas intellectui solum tribuitur, vt prædiximus. Simplicius autem post quē Auerroes intellectum posibilē non sensum, sed substantiam immaterialē hìc intellexerunt, quem corruptibilem per accidens: quia operatio cessat, aut mutatur voluerūt. ¶ Themi. autē in c. 36 & 35. paraphraseos huius distinxit intellectū passiuum ab intellectu posibili, quem ipse vocat intellectum potentiæ. Namq; intellectus posibilis est immortalis, & immistus. Nam huius est suscipere species intelligibiles, & immateriales. Et hìc nō vtitur organo corporeo. Et quod hic sit immortalis, eo probat: nam Aristo. dixit intellectum transferentē se de excellēti intelligibili in minora intelligibilia, diligentius hæc minutiora intelligere. Hæc aūt trāslatio posibilis est nō agentis, nō ergo est materialis & organicus posibilis. At verò passibilem intellectū vocat corruptibilem & communem intellectū. quia per phantasi communio est nobis cum agente intellectu. Et cap. 38. dogmati Platonico hoc consentire dixit, quod Aristo. tradidit: quippe Plato in Timæo duplicem vim animæ dixit: alteram, quę mortalis est, affectibusque obnoxiā amori, & timori, odio, confidentiæ, & hæc in præcordiis sedem habere: aliam quæ immortalis est quam longo dispecta interuallo voluit à priore, quare in cerebri vertice illam locauit. Quę disputatione censuimus digna in cap. hoc. 5. in sequens. c. trāstulimus quia germanum habent negotium: idcirco germana disputatione sunt iungenda.

Cur nostrum scire non sit reminisci.

Passiuum intellectum geminus.

Non idē posibilis & passibilis intellectus.

¶ In

CAP. VI.

Multiplicem esse intellectus actionẽ aliã, qua apprehendimus simplices rerũ essentias, aliã qua negamus vnũ de altero. aut affirmamus, demõstrat, addens primã mentis actionẽ à falso liberã posteriorem vicio falsitatis sæpe laborare.

Tex. 21.

N diuisibilium igitur intellectio, in ijs est, circa quæ nõ est falsum. In quib⁹ autem falsum iã & verum est, compositio quædam iam est intelligentiarum tanquam vnum existentium. Et sicut Empedocles dixit (Vere multorum quidem capita sine ceruice germinauerunt) postea composita sunt cõcordia: sic & hæc separata compo nũtur) vt asymmetrõ & diameter.

¶Simplicius & Philoponus aduerterunt locum hunc tractantes Aristo. absoluto tractatu de intellectu agente, & possibili, iam vertere sermonẽ ad intelligibilia. Id quod, de sensu agens non fecerat: sed primũ de sensibili, dein de sensu. Cæterum, quia à notioribus initiũ facit doctrina & vnicuiq; notior est intellectus suus, quam intelligibilia, idcirco de intellectu primũ præmisit consideratiõnẽ, modo autem de intelligibilibus: & ait intellectum possibilẽ intelligere simplicia, & indiuisibilia. Nam intellectus possibilis intelligit agentem intellectum qui forma est possibilis. Et intelligit decem genera generalissima, quę indiuisibilia hîc vocãtur: q̃ppe substãtia, quãtitas, qualitas, sunt simplices & incomplexæ voces quas intelligit potentia intellectus: & in vocib⁹ istis falsum non est: quia voces incõplexæ sunt. Hæret Ioannes Gram. cur suppressit Aristoteles verũ? dixit enim indiuisibilum intellectionem non esse falsam, non adijciens neq; veram. Est hæc huius rei ratio, quia hæc simplicia habent veritatem naturæ, etiam si non cõpositionis, nam substãtia est vera substãtia: & qualitas vera qualitas, etiam si simplex sit, quia ens & verũ cõuertũtur

Dubitatio Ioannis Grãmatici.

Alij autem locum credũt à misterio hoc vacare, sed penitus dicũt in vocibus istis simplicibus neq; verum neq; falsum (de compositione audientes) quippe simplicia sunt circa quæ intellectus decipi non potest. Cæterum Ioannis adnotatio cõsentanea est. Nã intellectus simplices considerãs naturas est verus, & non falsus, vt infra demonstrabitur. Hæc est ergo operatio prima intellectus possibilis in qua communicat, imò sapit agentis operationem, quæ est versans simplicia. ¶Secunda operatio est componendo, idest, affirmando, & diuidendo, idest, negando, & in hac operatione veritas & falsitas spectanda est. Non ergo solùm simplicia versat intellectus possibilis simplices & incomplexas habens notiones, sed etiam ipsa simplicia nouit, cõponere & diuidere, iudicando hominẽ esse musicum, aut album, aut nõ musicum neq; album. Compositio autẽ est adunatio intelligentarum, idest, notionum, & conceptuum intellectus in vna propositione, vt colligit intellectus conceptum hominis: & conceptũ albi, & vnã aptat ꝓpositionẽ hõ est alb⁹. Aduerte ꝑ intelligentiã hîc significatã notionẽ, seu notitiã nõ intelligẽtias, quas consueta voce substãtias separatas appellam⁹. Et sicut Empedocles amicitiam dixit, atq; cõcordiam casu vagantia membra in vnũ animal conduxisse. Sũt aũt Empedoclis litẽ & amicitiã concelebrãtia carmina hęc.

Possibilis operationes.

Multorum certa capita admirabile dictu.
Ceruice absque fuere exorta in luminis auras.
Illa tamen dulcis concordia iunxit.

Ita quoq; operatio intellectus instar Empedoclis amicitiæ separata coniungit vt accidens cum subiecto cõnectit. Illa aũt coniunctio, quam Empedocles finxit capitis, & colli aut aliorum membrorũ nõ erat naturæ, sed casus. Ita quoq; hæc coniunctio & compositio, quam intellectus excogitat, non est naturæ. Nam hęc propositio homo est albus, aut niger, non est naturæ, sed inuentum intellectus. Multa igitur capita citra ceruices, dixit Empedocles germinata ab elementorum natura: sed compacta, amicitia operante ita in præsentia. Et vt si quædam componebat amicitia temerario coniectu, vt si caput pedibus composuisset, non redde

Veritas naturæ & complexionis. bat hæc compositio animal vnum, & verum: sic quoq; si male iungat intellectus vt hominē & lapidem non veram facit propositionem, sed falsam. Et si componat diametrū esse cōmensurabilem constæ male & falso cōposuit. Verum si diametrum esse asimetrum dixerit (idest incōmensurabilē) verā enūtiat ꝓpositionē

Costa.



Tex.22. ¶Si autem factorum & futurorū, tempus cointelligens & componens, falsum enim, in compositione semper est etenim si album) non albū dixerit, ipsum non albū composuit. Contingit autem, & diuisionem dicere omnia. Attamen non solum falsum est aut verum, quod albus Cleon est, sed ꝙ erat, aut erit. Quod autem quodque vnūfacit, hoc intellectus est.

¶Tertium operandi modum aut secundum componendi modum tradit Arist. Intellectus etenim componit, aliquādo miscens tempus aut futurum, aut præteritum id quod sensus assequi non potest. Qui etiam si confuse nouerit, quæ tēporis sunt præteriti, & præsenserit futura vt imbres impendentes, tamē hoc velut remotissima præstat notitia. Intellectus autem pure & sincere tēpora nouit. Quare & cum tempore componit, & hoc colligit, quia intellectus falsa & vera omnia assequi poterit, sed multa sunt falsa & vera ratione temporis vt quod Troiana bella erunt: falsum ratione temporis est, aut quod sunt: sed quod fuerunt, vera est cōpositio. Quod verò ait. Etenim si album, non album dixerit, ipsum non album cōposuerit, vocans compositionem negatiuam propositionem quam tamē diuisionē appellarat in lib. Perihermenias, vbi compositio affirmationi data est, & diuisio negationi. At hoc ideo modo dixit ꝙ negatiua propositio est quædam compositio extremorum, vt subiecti, & prædicati: quanquam res diuidat vt hominē nō esse lapidē *Contingit autē & diuisionē.* Idest, fortassis & vocē diuisionis vsurpare possumus vt affirmatiuā orationē dicamus, diuisionem: quippe in affirmatione non nihil diuisionis est, quia aliud est subiectum à prædicato. Non enim sunt eiusdē rationis vtrumq;. Nam subiectum est, id de quo aliud prædicatur: prædicatum de quo alterum, etiam si in affirmatione vera ambo sint, res vna. Vel aliter exponamus locum hunc secūdum Themistium, tam affirmatio, quā negatio, sub diuisionis nomine comprehendi possunt, Nam intellect⁹ siue affirmet, siue neget, ea, quę confusa & mista latent in phantasia, vt in aceruo illo Empedoclis erant multa membra cōfuse permista: ita intellectus ab aceruo phātasiæ vniuersas formas interdistinguit, & diuidit. Qua ratione cōtingit omnia dicere diuisionē, quia quæ sensus distinguere nescit intellectus seu affirmet, seu neget, distinguit. *Attamen nō solum falsum est.* Idest non solum est verum vel falsum in ꝓpositionib⁹ de præsenti tempore, sed de præterito & futuro, vt albus Cleon est, aut quod fuit: aut quod erit intellectus ergo omnes has propositiones iudicat vel veras vel falsas: & intellectus est, qui vnit prædicatum subiecto & facit vnumquodq; vnum horum, idest vnam propositionem ex extremis istis cum differentia cuius libuerit temporis.

Soluitur Aristo. collisio.

¶Indiuisibile autē (quoniam dupliciter dicitur (aut potentia) aut actu, nihil prohibet intelligere indiuisibile cum longitudinem intelligit (īdiuisibilis enim actu est) & in tempore īdiuisibili similiter enim tēpus diuisibile & indiuisibile est, atque longitudo. Non igitur est dicere, quid in vtroque dimidio intelligebat non enim est, si non diuisa sit, nisi potentia. Seorsum autem vtrumque intelligens dimidiorum, diuidit & tempus simul: tunc autem, vt longitudines. Si vero vt ex vtrisque, & in tempore quod in vtrisque est. Tex.23.

¶ Duas esse operationes intellectus prædixerat, simplicia intelligere, & illa componere, & adunare aut secernere: quanquam Ioannes Grammaticus non hæc vnius possibilis intellectus voluit operationes, sed primam agentis, postremã possibilis, quem ipse cogitandi vocat, hicque vsurpatam vocem intellectus, qui propriè agens est, vt significet possibilẽ, & abusum fuisse voce intellectus Arist. concedit. Mihi tamen magis arridet Themistus, cui & Latini suffragãtur intellectum possibilem intelligere simplicia, & indiuisibilia: quod necessaria ratione demonstratur. Etenim cum composita propositio ex simplicibus conflectur, extremis: fieri non potest compositionem, aut diuisionem intelligere intellectũ, nisi etiã extrema intelligat, veluti vt si cogitat (vt ipse ait) hominem esse substantiam intelliget, & hominem, & animal: quæ sunt simplicia: iam ergo intellectus seu possibilis, seu agens, intelligentes, indiuisibilia in instanti intelligunt. Nam hoc loco vox hæc tempus in diuisibile instans significat: etiam si instans non sit tempus neque diuisibile neque indiuisibile. Sed sermo hic est secundum abusum vocis sumendus. Discernit autem indiuisibile Aristoteles triplex. Quoddã est indiuisibile actu, & indiuisibile potentia, vt continuũ (quod vocat longitudinẽ) quia quoduis continuum siue linea siue superficies, siue corpus est indiuisibile actu. Nã si diuideretur periret continuum: nõ enim esset vnum, sed plura, est tamẽ diuisibile potestate, quia diuidi potest in plura frustra, aut partes, vt linea superficies, &c. Est aliud indiuisibile, quod potentia est indiuisibile, vt punctus spiritualis. Et tertium indiuisibile, quod secundum speciem indiuisibile, vt homo qui est species atoma, id est indiuisibilis. Ait igitur, quæ sunt in sectilia, actu vt longitudo, seu cõtinuum hæc intelliguntur in instanti, quod vocat tempus indiuisibile. Nã tempus est diuisibile, vt hora, dies, annus, & est indisibile, vt nunc. Sed quod vnum est indiuisibile est: potest ergo intellectus intelligere continuum vt lineã, aut diuisibili tempore, partes lineæ numerãdo primo, dimidium, & sic intelliget in tempore diuisibili. Et quod intelligit, intelliget, vt diuisum & vt plures lineas non vt vnam totam actu indiuisam, Et quanquã intelligendo totum partes itidẽ intelligat: tamen, si intelligit vt totũ vnũ sunt, intelligit lineã in instãti, quia partes illæ sic intellectæ nõ sunt actu, nisi potentia. *Nõ igitur est dicere.* Obiectio suppressa resoluitur Dicat aliquis intelligẽdo totã longitudinẽ, duo dimidia intelligit intellectus vt si longitudo est decupedanea, intelliget vt quinque pedes, & alios quinque, non ergo in instanti. Responsio est illa dimidia non intelligit seorsum, sed vt vna linea sunt indiuisa actu: etiam si potentia diuisibilia. Quòd si seorsum vtranque mediam partem intelligat, vt actu diuisa, vt primo hoc, dein illud, tunc deniquè diuidet tempus: idest, in tempore diuisibili, erit hæc successio intellectionis. Et tunc sanè non vnam longitudinem, sed duas diuisas cogitat intellectus. Philoponus autem affirmatiue legit sic efferens. *Dici ergo potest* nos verò legimus. *Non igitur est dicere.* Et ita Græcus codex, sed sensus non variat. *Si vero ex vtrisque.* Quod dicit tale est. Si lineam intelligat intellectus, vt vnum totum expartibus coallitum, tunc rursum & tempus in quo intelliget, erit vt vnum totum ex partibus coallitum, quasi si apertius dixisset: vnam lineam in vno tempore intelliget. Aut locum alia intelligentia donare possumus. Si vero intellectus intelligit magnitudinem vnam vt compositam ex duabus dimidijs partibus, quia intelligit vt compositam, & vnam, intelliget in tempore indiuisibili, subaudi, idest, instanti, & hoc instans est in vtrisque partibus temporis scilicet preterita, & futura: quia instans est initium futuri, & terminus præteriti temporis. Aduertẽdum autem Diuum Thomam aduertisse, hæc omnia pronuntiata in Platonem, qui credit intellectum esse magnitudinem, quem cępit reprehendere Aristote. libro primo de anima text. 47. Erat autem consectarium Platoni si intellectus magnitudo est, ergo intellectus intelliget in tempore diuisibili: nam magnitudo nõ potest suũ exercere opus nisi tractim & morose. Quamobrem modo ait intellectum intelligere

Quid tẽpus in diuisibile.

Varia lectio loci.

postremo modis, præsens est vnitas, quæ facit indiuisionẽ. Et hæc vnitas insepara bilis est à re vna. Sed facit tempus vnum & continuum vnum, & longitudinẽ seu lineam vnam. Et hæc vnitas similiter est in omni continuo, & tempore .&c. quia hæc cohibet ne res soluatur, à quo sensu ego non dissentirẽ si ipse, quid esset hæc vnitas in cunctis diffusa reb⁹, edocuisset, num accidens? num substantia? Scimus namq; vnitatẽ esse in rebus singulis quia vnum & ens conuertuntur. Hæc igitur vnitas est eadem, rei. Neq; de hac vnitate trascendẽtali, Aristoteles hæsitasset dicens. *Forte non separabile*. Quippe quæ dubio procul est idem, quod res ipsa vni tas ipsa, vt bonitas est res quæ bona. Idcirco nostram expositionem tene.

Tex.25. ¶Punctum autem, & omnis diuisio, & sic indiuisibile, mõstratur sicut priuatio. & similis ratio in alijs est. vt, quomodo malum cognoscit, aut nigrũ? contrario enim quodammodo, cognoscit. Oportet autem potentia esse quod cognoscit & inesse in ipso. Si verò alicui non inest contrarium, ipsum cognoscit seipsũ: & actu est: vt separabile.

¶Docuerat hactenus, Aristo. vt cognoscuntur indiuisibilia, vt punctus, vnitas, momentum, & id genus, hæc dixit indiuisibiliter cognosci, nũc addit hæc cognosci p accidens, vt ait Themi. & non per se diximus supra sensum sentire quædam per se, alia per accidẽs: per se illa quę mouent, vt color, & magnitudo, sonus acutus, & grauis: illa autem per accidẽs, quæ non mouent vt tenebra, silentium, & id genus. Ita apud intellectum quędam per se intelliguntur, vt ea quæ non sunt priuationes, sed habent propriam naturã. Alia autem, quæ sunt velut priuationes, vt punctum, quod est priuatio continui. Nam finit lineam, & nihil est iam lineæ vltra finem, illudq; signamus pũcto. Itẽ de momẽto tẽporis. Hæc sanè, quia sunt negationes quędã, & priuationes, vt definitiones illorum manifestant. Punctus est, cuius pars non est, habens situm in cõtinuo. Momentum est cuius pars non est habens esse in continuo successiuo: hac sane ratione hæc intelliguntur per negationem quod hæc intelligere per accidẽs est. tale est quod ait. *Punctũ autem, & omnis diuisio*. Punctum vocitat diuisionẽ, quia est, quo partes lineæ diuisæ signantur. Et momẽtum, quod interdistinguit partes præteritas, & futuras. Hæc porro indiuisibilia monstrantur & intelliguntur sicut priuatio: quippe cognoscuntur per negationem diuisionis. Nam quòd in linea est, & non sectile, pũctus est, &c. quẽritum etiam in alijs negationẽ concludẽtibus mens obseruat nostra. Malum intelligit boni priuatione, velut negatione, oppositi, & per album nigrum. At si obstiterit aliquis. Ecquid nigrum est forma positiua, vt igitur per negationẽ intelligitur? Philo ponus respondet, hîc album & nigrum lucem candidam fuscasque tenebras fortasis esse significata: verum quia forma imperfecta absolutiori collata priuationis nomen sortitur, nihil mirum si nunc dixerit Aristo. per album nigrum intelligendum. Si tamen subaudias nigrum, non vt formam positiuam, sed vt imperfecta est forma non tãta luce fruens, quanta album. *oportet autem potẽtia esse*. Colligit intellectũ q cognoscit hæc priuatiua esse intellectum possibilem, qui est in potentia, qui cognoscit duo opposita, idest, habitum possibilem qui est in potentia, & vnum oppositum per alterum, namq; si semper actu esset: non ita se haberet. Vt neq; visus, si actu semper videret lucẽ, nusquam tenebras aduerteret: sed quia aliquando à videndo destitit, hac ratione vtrumque, & tenebras, & lucem sentit: ita intellectus si semper bona intelligeret, nunquam mala. Cæterum quia aliquando cessat notitia boni: quippe est intellectus hic in potentia, ideo malum poterit cognoscere alterum oppositorum per formam alterius oppositi. Quod si sit intellectus, qui non est in potentia in duo opposita, neque vnius oppositorum suscipit speciem vt est diuinus intellectus, qui à rebus species non colligit (vt prędiximus) hic vere se intelliget per suam essentiam, & cætera alia. Et nullius contrarij suscepta forma: quia contraria non capit: quippe qui

Pũctus quid.

Momentum quid.

Diuinus in[tel]lectus n[on] suscip[it spe]ciẽ à rebus

qui est purissimus act⁹ & separabilis est. idest separatus est, vt dixit Philoponus. Themistius non solum intellectum qui est princeps vniuersorum intellectuum vt est diuinus, sed & agētem tradidit hîc intelligendum. Agens enim exolutus est à potentia: quare negationes & materiā non nouit, sed solum quod vere est intelligibile, & hoc forma est. Verum Themisti⁹ suam sectatur de intellectu agēte sententiā, quā nos iā explosimus. Quidquid autem sit, de intellectu tamen diuino mala illum intelligere te docebunt testimonia Iob. 11. ipse nouit hominum vanitatem: & videns iniquitatē non ne cōsiderat? & Psaltes delicta mea à te nō sunt abscondita. & sæpe alibi diuinę musę commemorant. Mala ergo liberi arbitrij peccata sunt. Mala naturę priuationes sunt vt morb⁹, cęcitas, surditas, mors, hęc De⁹ nouit, non per accidens, vt nos, qui hæc per opposita intelligimus. De⁹ verò per se ipsum & bona & mala nouit: quia est purissimus actus. & hæc est Theologorū confessio. S. Tho. in. 1. par. q. 14. ar. 10. & in primo contra gentes cap. 72. & in. 1. Sen. ten. d. 38. est tractationis huius locus.

Diuina mens mala intelligit per se.

Tex. 26. ¶Est autem dictio quidē, aliquid de aliquo: sicut affirmatio. atq; vera est aut falsa, omnis. Intellectus autē non omnis, sed qui est ipsius quid est secūdū ipsum, quod quid erat esse: verus est, & non aliquid de aliquo. Sed vt visio proprij vera est: si autem album homo aut non, non verum semper est, sic se habēt quæcūq; sine materia sunt.

¶Discrimen docet inter intellectum versantē simplicia, idest, simplices essentias rerum intelligentem, & inter intellectū, versantem composita, discrimē verò hoc est. Nam qui versat intellectus simplicē essentiā, nō fallitur: sed est semper verus, vt intellect⁹ humanus hominis essentiam intelligēs (animal rationale) est verus. Est autem duplex veritas. Altera veritas naturæ qua vnūquodq; verè est, qđ est, vt hō est hō: equus est equus: quā alij dixerūt veritatē substātiuā. Alia est, quæ

Duplex veritas.

est in cōpositione, idest, complexione veritas, vt Sol lucet. Intellectus igitur, qui versat essentias rerum est verus: quia intelligit veram rei essentiam veritate primi modi, non tamen secundi: quia definitio rei non est propositio. Intellectus autem qui componit, hic est verus veritate posteriori, quando vt iudicat, ita est. Et hic sępe falsus est: quia corruptè iudicat. Vt ergo sensus versans obiectū propriū non fallitur, at cum proprias sensibilis metas transgreditur, tunc errore obducitur, vt si Cleonis esse filium crediderit, qui non est filius, sed pater. In his enim, quæ per accidens sunt, magna fallentia sensus afficitur: ita & intellectus, qui versat essentiā simpliciter, est vt sensus propria versans. Quamobrem intelligens essentiam verus est. Quando verò per discursus & proprias motiones in singularia, & alia quę non sunt essentia rei, intellectus vagatur, vt sensus per accidens errore perstringitur. ¶Notādum autem intellectum per accidens de essentijs rerū turbatam nōnunquam gerere notitiam, quando ceperit essentiam non propriā rei, sed alienā: vt si definitio circuli triangulo tribuatur, aut definitio hominis animal insensibile credatur. Sed si iustam accipit essentiam, falsus neutiquam erit. Nā sensus circa ꝓpria aliquādo errat: qñ nō ea adsunt, quæ sibi necessaria sunt, ne fallacē proferat notitiā: vt in secūdo commeminimus. Hinc exēpde ipsum, quod quid esse propriū obiectū intellectus vt color visus. *Sic se habent quecunq; sine materia.* Vt ergo nos, nos ipsos gerimus in intelligendis essentijs rerum: ita & substantiæ separatæ se habent intelligendo intelligibilia. Illæ non errant in proprijs iudicijs & notitijs rerū, vt neq; nos erramus versantes essentias rerum. Cōstructio autem hæc est literę. *Est autem dictio.* Idest, enuntiatio aliquid de aliquo: tunc enim intellectus dicit quando enūtiat aliquid de aliquo, & oīs enuntiatio est vera, aut falsa. *Intellectus autem non omnis.* Sed is solū, qui simplicium est, vt agens intellectus est ipsum, qđ quid, seu essentiā rei contemplatur. Et hic semper verus: quia non fert iudiciū alicuius de aliquo, quia eius non est componere affirmando, aut negādo, sed vt visus de proprio vera narrat

Circa ꝓpriū obiectum errat intellectus.

Quando dicit mens.

rat obiecto, ita proprium est essentia obiectum, huius intellectus. Et visus per accidens sibi imponit sępe, vt si album est hō aut nō sic quoq; intellectus quæ per accidēs: & quæ extra essentiā sūt cōsiderās fallitur. Quin & agēs intellectus per accidēs etiā in intellectione essentiæ fallitur. Substātiæ aūt separatæ per se vere, sunt, & per accidens non falluntur: quia exolutæ sunt ab omni sensu & phantasia quę erroris væna sunt. *Sic habent*. Idest hęc est traditio vera de intellectu & intelligibilibus quæ sine materia sunt. Sunt autem adnotatione & pensitatione digna hæc, quæ ad calcē Aristo. scribit intellectum per contraria intelligere, idest positiua per negationes & priuatiōes. Vnde manifestum est intellectum nostrum esse aliquid animæ nostræ. Nam substantiæ separatæ non intelligunt per opposita, siquidem non suscipiunt formas à rebus. Et Auerroes hoc præcauens vt illud quod machinā suæ cogitationis pessundabat, dixit intellectum nostrum per se suapte natura, neq; componere, neq; diuidere, neq; discurrere: sed hæc omnia sibi per accidens competere, quia socius erat cogitatiuæ animæ aut cogitatricis facultatis. Cui vni discursum concedit & componendi & diuidendi functiones. & .2. libro de anima Commen .63. cogitatricē facultatē cognoscere ait formas diuiduas omnium decem prædicamentorum, vt hunc hominē, hanc lineam & id genus &. 3, de anima tex. Commen. 20. rationis titulo cogitatricē vim illustrat, nisi quæ solū est ratio particularis. Etenim cum intellectus noster, Auerroi sit æternus, ita agens vt possibilis, secundum se nihil habet nouę notitiæ: quia æternis contingere nihil potest nouitatis vt ipse ait in disputationibus suis contra Algazellum. Quare omne quod sciuit intellectus æterno sciuit. Nō ergo discurrit per se, aut cōponit per se: sed hoc habet per accidēs sic Commētator proprio applaudit errori. Cęterum, quam sit hæc opinio lōngè à veritate, præcedentia satis demōstrant. Quamobrem nos asserimus intellectum nostrum suapte natura componere & diuidere, & discurrere. Nā cogitatiua singularia capit solū. At verò nos per vniuersales notionęs discurrim⁹, vt quā

Intellectus per cōtraria intelligit.

Cogitatiua facultas ratio Auerroi est particularis.

do omnē triangulum habere tres demonstramus. Id quod non est officium cogitatiuæ & D. Thomas in .1. parte Theolo. Summę. q. 85. articulo .5. contulit intellectum nostrum generabilibus, rebus, quæ non expromuntur in actum: nisi per intercedentes agentiū motus. Vini copia non fiet, nisi vuas in torcularia detuleris & calcantium pedibus botrus exprimatur in mustum. Quod tandem à proprio feruore, cum deferbuerit vini suauitate letificat. Sic noster intellectus neutiquā exit in rectum de rebus iudicium nisi per varios labatur discursus. Intellect⁹ enim quando discurrit velut se agitat, vt formet se, atq; perficiat. Intelligentiæ autē, quæ sunt mole corporea non impeditæ non egent ambage discursus, neq; motu vt perfectæ sint. Cæterum nostra intelligentia: quia sensib⁹ ligata est, motu eget & discursione, vt naturales perfectiones consequatur vt Aristo. tradidit primum orbem vnica agitatione se totum perficere, quæ est diurnus illius orbis motus ceteri orbes multis egēt motibus vt Aristo. 2. de cælo tex. 66. autor est primū cælum optimum adsequi vnico motu finē, quē alij multis motibus consequuntur. Sic angelicæ mentes paucissimis operationibus consequuntur quæ nos multis discursibus adipiscimur.

Intellectus humanus generabilibus confertur.

Prima quæstio quæ sit animæ post corporis obitum functio.



MORIS pristini memores cōsentaneum rationi duximus, quædam, quæ inter exponendum cap. 5. & .6. intermisimus prudentes, nunc inserere, disputatione differentes primo locum illum: *Non reminiscimur autem*. Et disputatio hæc erit cū anima post mortem sit superstes, quæ est eius functio & operatio? Nam illam vacātem concedere ordo naturæ non sinit, qui formas amat propter actiones. At verò operosa quæstio hæc & plena latebrarum. Nam anima corpore deposito phātasmatibus non vtitur, neque sensibus adminiculatorijs. Vt ergo poterit intelligere quidquam? nisi fortè velis illā citra phantasmata intelligere. *1. Argumē.*

Atqui hic modus intelligendi angelicus non

2. Argume. non humanus est. ¶ Adde quoq; si intelligit, vel vniuersalia solum, aut etiam singularia. Si singularia. Hęc autem non intelliguntur, quia materialia sunt, nisi abstrahat intellectus agens species intelligibiles à rebus sensibilibus: verum abstractio tunc cessabit, quia sensibus carebit, si solum vniuersalia intelligit quia secum ab hac vita species vniuersales conuexit. Quid dicemus de animabus puerorum qui ex hac decedentes vita, species intelligibiles non secum detulerunt?

3. argumen. ¶ Accedit istis Arist. hic tradidisse post mortem nos non meminisse consentientibus Gręcis & Latinis excepto Alberto Magno. Et Aristo. 1. de anima tex. 66. intelligere ait, & reminisci corrumpi intimo aliquo corrupto: ergo corrupto animali tunc sanè corrumpuntur vniuersa intima: quia phantasia, & sensus: ergo perit intellectio.

4. argumen. ¶ Et in libro de longitudine vitæ cap. primo modos quibus cõtingit corruptio denarrans, ait, sciẽtiã corrumpi corrupto animali. Scientia autẽ est vniuersalium: ergo species vniuersales pereunt, defuncto animali. Quasi dixeris species infundi animæ simulatque exuerit corpus, hæc infusio dogmati peripatetico non videtur cõsentiens: quia nusquã huius infusionis meminit.

5. argumen. Et adde: aut sũt infusæ species vniuersales, aut singulares: si vniuersales, erit confusa notio animę post mortem, quia vniuersalia sunt confusa. Si singulares, iã ergo habebit infinitas species: singularia .n. infinita sunt. Atqui vtrunq; falsum est: nam notio animarum separatarũ, si est, est purior quã nostra. Et est determinata & nõ vagans, & incerta. Præter hæc si anima-

6. argumen. rum separatarum notionẽ concedit: erit ergo in anima defuncto corpore, agens & possibilis intellectus sed isti nõ necessarij sunt à morte. Nam tunc sensus cessat, ergo abstractio nõ est necessaria. Quî ergo agẽs, intellectus erit, cuius primus est scopus abstrahere formas intelligibiles à sensilibus phantasmatib⁹? quia alia quæ illi datur operatio illuminare possibilem intellectum apud Aristote. non legimus.

7. argumen. ¶ Accedit quoq; quòd in angelis non est hæc diuersitas agentis & possibilis, vt multi Theologorum credunt: ergo neque in anima separata, quę est angeli instar: quia corporea mole non grauatur. Plura argumenta producere animus non est in partem hanc, quam protulim⁹. Diuersum agũt alia. Anima post mortẽ viuit non vita vegetali: non sensiua: ergo intellectiua: ergo intelligit, aut infinito ocio torpebit, & inertem & desidem trahet vitam.

In diuersum argumen. 1.

Decisio quæstionis. Huius quæstionis profundiores sunt tenebræ, quàm quòd lux peripatetica illas illustrare queat. Arist. enim ex motibus & operationib⁹, quas sensus cõcipit intelligibilia exquirebat. Animarum autẽ defunctorum nullam operationem ille neq; nos aduertimus. Quare via philosophicaq; methodus nobis occluditur, vt animarum istarum modum operandi discernamus. Siquidem quod narrat Themisti. in paraphrastico de insomnijs libro, de quodam interempto, qui socio per quietem, vt corpus suũ sepulturæ mandaret dixit. Et est Plato autor in. 10. de republica. Et quod Plato scripsit, animas defunctorum, quæ voluptuose vixerunt: non continuo in ethera superferri: sed ad propria sepulchra immorari. Vbi credit Plato illarum locum esse lustratorium: istud non probat animas aliquid intelligere post funera, nisi primum probetur veras illas apparitiones animarum esse. Nam fortassis aliquas magorum præstigijs dabit. Itaq; experientię istę modicum suffragantur. Vnde & Beatus Augustinus satis dubiã traxit sententiam, si Samuel apparẽs Sauli fuisset aĩa Samuelis an dæmonis præstigium deludens Saulem. 26. q. 5. ca. nec mirũ & in libro quæstio. ad Simplicianũ quæst. 3. est primitiuus locus. Iã ergo si operatio, quę ductrix est philosophici anĩmi, non constat quę sit animarum separatarum, destituti prorsus videmur in hac quæst. lumine nobis proprio. ¶ Cęterũ veluti reptãtes per arduos hui⁹ quæstionis scopulos, contendemus nonnihil veritatis retegere. Fuerunt ergo Sarraceni philosophi, quos Auicena retulit in compendio de anima cap. vltimo qui animam immortalem ducentes, simul crediderunt: quasdam ipsius vires immortales sensitiuas, imaginariã, & cogitatricẽ. Colligũt isti has duas esse immortales, qa agunt

agũt sine corpore. Namq; melancholici præuident futura per has virtutes, hoc autẽ vaticinium non fit medio corpore: quia res nunquam sensatas sæpe vaticinantur. Verum hæc doctrina abhorrẽs est à veritate. Imaginaria enim habet sibi sedem in corpore destinatã & item & cogitatiua. Et quanquã vaticinentur melancholici, qui imaginatrice vigent, non colligit esse sine corpore quãdo illorũ vaticinia sũt de reb⁹ & gestis aut gerẽdis ꝑ corpus, vt de bello aut pacis statu, &c.

Sarraceni eliduntur.

¶ Auicena verò eodem libro & ca. credidit animas rationales corporibus solutis purissime simpliciterq; intelligere omnes res: quia iam se se præsentes omnib⁹ locis facere possunt, libertate spirit⁹ fruẽtes. Cognoscunt autem omnium rerum formis potitę. Ipse autẽ nihil docuit, vnde sibi conciliant has species omniũ rerum, nisi quòd suus interpres credidit esse à rebus animæ impressas. Sed si hoc ad miseris promptum est aduersari. Namq; singularia materialia non poterunt in animam separatam species has imprimere, aut infigere. Etenim cum habeat statum spiritualiorem, quã animæ coniunctæ: coniunctæ autem non recipiunt cõtinuò speciebus à rebus materialibus nisi per sensus, veluti per quædam collatoria repurgentur: ergo cùm separata anima non sit istis specierum collatorijs donata, species crassas & rudes singulariũ non poterit excipere. Plato cuius iam frequentissimè meminimus alijs disputionibus, facilem duceret quæstionẽ hãc qui credidit species rerum nobiscũ à primordio congenitas. Quare anima rationalis à morte corporis istis specieb⁹ gaudebit, sed errauit in hipothesi, qua ruẽte cętera corruũt. Pythagoras autẽ, qui credidit metãpsicosin nihil laboris haberet in enodanda quæstione hac. Nam defuncto hoc corpore, aliud subintrabat, vbi proprijs functionibus fungebatur. Verũ hæc Pythagorea fabula in schola philosophorum, vt ipsa præfert non est audiẽda, vt secũdus liber de anima docuit. Sed neq; fabulamentum Auerroisticum, & aliorum recipiendum est, pereũte homine, manere agentem intellectum, & passibilem, vt iam reiecimus. Sed neq; apud Theologos est in re hac consensus, quibus cum confessa fide sit animas esse superstites, non sibi conueniunt in modo intelligendi harum animarum. D. Tho. quæstione de veritate quæst. 19. articulo primo & secundo animas fatetur intelligere in statu separationis bifariã: & per species infusas à Deo simulatq; corpore exoluuntur: & speciebus quoq; proprio marte comparatis. Quasdum hic degerũt sibi conciliarunt. Animæ autem paruulorum intelligunt tunc temporis per species cælitus infusas, & hoc rationabile, censuit. Nam si animæ eo statu sunt quo angelicis spiritibus sunt similes: fruetur ergo specieb⁹ concreatis, vt angeli. Quas corpori immersa anima nondesiderabat quia tunc non potiebatur statu spirituali onerata corpore. Et rursum corpus esset sibi violentum si haberet has species. Impedimẽto enim esset notionibus proprijs edendis. Quare est necesse tãtisper dum anima corpus voluit, per corpus sibi accedat notio per famulatumque sensuum sibi notitia præparetur. At verò simul atq; corpus deposuerit velut iã sui iuris & in numero separatarum substãtiarũ relata cõsentientissimũ videtur æquitati rationis, illam formas assequi infusas, quibus res omnes intelligat. Q̃d se duriusculum hoc quispiã causetur, dãnatas animas & æterno carceri addictas tanto frui munere vt speciebus nouis à deo donatis intelligat durities tota molescet has species si consideres omnibus animis infũdi, quia ordo naturæ hoc poscit eoq; damnatę atq; perditissimæ animæ hanc perfectionem ad cognoscendũ assequentur. Sibiq; cõsensit, & cõstat in prima parte summæ theologicæ quæstio 89. arti. primo sequutus in ea re Magistri sui autoritatem in summa de homine tractatu de possibili intellectu quæst. 4. in quo loco hæc habet. Anima separata intelligit post mortem per formam ordinis vniuersi, vt intelligentia separata vocans speciem creatam à Deo post mortẽ formã ordinis vniuersi: quia speciei illa infusio ordini vniuersi cõgruit. Hæc aũt cõgruentia est, vt aïæ defunctorũ, siquidem statum habent spiritualiũ substantiarũ species, & notiones à fluxis rebus & caducis nõ mẽdicent. Sed nouo noscẽdi vtãtur modo per species infusas. Scotus

Auicenã nõ auditur.

Plato & Pythagoras reijciuntur.

Theologica varietas.

Albertus et Tho. consentiunt in speciebus indi̇tis.

tus autē in.4.d.45.q.3.& sæpe alibi inimicus infusarum specierū aliter Theologizat animas illas quæ corpora exuerunt capere notitiam à rebus singularibus memoriamque rerum singularium secum ex hoc seculo conuehere in alteram vitā quia hic autor intellectui nō solum vniuersales species sed singulares concessit, quas superesse à morte corporis fatetur. Itaq; Iudas proditor meminit modo se Dominum Iesum vēdidisse. Et Aristo. se sub Platone ferulā subduxisse: propter hæc species infusas negat. ¶ Ante hos verò Sanctissimus Augustinus torquebatur viuens disputatione hac de animarū defunctorum notione, si illę conscię erāt eorum, quæ apud nos versabantur in libro de cura pro mortuis agenda. Cuius verba volumen decretorū recipit.24.q.1. cap.fatendum. Et ait respondens animas illas latere, quæ apud nos gerantur, nisi illa relatione eorum, qui recens defuncti sunt nostra rescis cant, aut angelorum instructione qui nostra illis memorantur secundum Dei dispensationē. Quæ sententia malè sanè conuenit cum speciebus infusis, nam si species infusæ donantur animabus. Sciunt ergo animæ non ex angelica commonitione referente, quæ apud nos gerantur aut ex relatione aliarū animarum, quæ viuorum gesta, quæ dudum nouerant animabus alijs enunciant. Sed Augustini hic locus fauet Scoto & dicentibus, memoriam esse partem intellectiuæ animæ, & quòd anima singularia quę viuens in corpore nouit corpore reposito seruat. Et cum Augustino facit locus ille sacer apud Esaiam.63. Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos. Quæ sunt verba loquentis populi Iudaici & diuinum precantis auxilium: quia priores patres defuncti Abrahā, & Iacob nō poterant iam scire quantis aduersis casibus discriminabantur Iudei. Et Ecclesiaste.9.cap. Neq; ratio, neq; scientia, neque sapientia erunt apud inferos, quod si essent species infusę esset sanè sapientia, & scientia apud inferos.

Augustinus de notione animarum in seculo altero

¶ Atqui in hac quæstione, si censura & Theologica sententia desideratur, hæc certa est, animas nosse, quæ apud nos gerātur, non omnia, sed quædam secūdum Dei dispensationem. Lucas enim.16.epulonis diuitis commeminit precantis obnixè Abraham patrē, vt nuntiaret fratribus in seculo superstitibus, quantis torqueantur penis animæ perditæ, ne illò detrudantur, quò ipse epulo se dolebat detrusum esse: id quod non precaretur, nisi memoraretur fratrum suorum. Et B. Propheta Esaias cap. vltimo statum dānatarum animarum sub typo rerum sensibilium tradens, ait vermis eorum non morietur, & ignis nō extinguetur. Quòd si vermis non moritur eò est, quò scientia gestorum præteritorum, illas constringit, & cruciat incredibili pena. Et quanq quidam sacri autores narrationem diuitis epulonis credant parabolicam, cæterum maior autorum pars illam historicā putant, & non parabolē. Quibus ego cōsētio, & sufficiat impresentia. D. Irenæū loco supra indicato historiam esse credidisse. Loci autem indicati aduersum hoc non tollūt quę diximus. Nam quod de Abraham dixit Esaias nescire Iudeorū calamitates & mala, quæ patiebātur nō tollit memoriam Abrahæ, sed solùm quòd ignorabat cōtingentia populo viuenti tempore Esaiæ. Id quod facile si daretur nihil pugnat cum memoria, quam retinebat Abraham eorum, quę suo seculo acciderant, quorum ipse notitiam conceperat. Quid quòd nescire in scripturis sanctis, non est penitus nihil scire, sed negligere, & non curare? Et sensus hic est, Tu pater omnipotens flecte pietatis viscera in populum iam vndiq; obsitū malis quē neq; patres illi præcellētes Abraham & Iacob iam curant sed pro delictis nostris nos destituunt. Peccata enim illi⁹ gentis intantum se auxerant numerum, vt indigni redderentur precibus sanctorum. Hoc sibi vult Abrahā nesciuit nos impenitētes & facinorosos homines, nō tamē illud significat sermo hic vt credamus Abrahę animam calamitates ignorare Iudęorum. Id quod locus alter sacer satis admonet Scribitur.2. lib. de Machabeorum gestis ca.15. cū Iudas ille gentis Heb. àduce Hicanore esset in arctissimas belli angustias coactus noctu per quietē vidit ille Oniam sacerdotem manibus in cælum porrectis & Hieremiam prophetam precantes vt dominus populi illius leuaret miserias & victorię palmā aduer

Theologorum censura de notione post mortem

In quæst. animarum mortalitate.

ſum gentes cōcederet. anima ergo Oniæ & Hieremiæ bella Machabeorum & populi caſus nouerat. Alter locus Salomonis. Non eſt ratio, neque ſcientia apud inferos, ſatis concinit cum Ariſt. ſi verba ſolum obſeruas, non reminiſcimur poſt mortem, &c. Verùm ſenſus eſt, quem docet Iob. 3. omnia à morte, quæ ſunt vitæ commertia ceſſare, ibi impij ceſſauerunt (ait) à tumultu & requieuerunt feſsi robore: habent ergo animæ defunctorum memoriā eorum, quæ cognouerunt tantiſper dū viuebant. Si tamen omnia comminiſcūtur, quæ in omni vita geſſerunt, latet nos. Hæc autem memoria eſt, quia ſpecies ſecum detulerūt ſingulares rerū: quia practicus intellectus has habet, aut ſpecies vniuerſales, adiutas ſpeciebꝰ infuſis à Deo, vtcunque res hæc ſit habent memoriā. An verò, quæ apud nos geruntur nouerint, & quomodo, Auguſtinus, iā docuit illas noſtra noſſe, vt intulimus. Neq; dubitare conueniens eſt, quod illę noſtra noſcant. Alioqui aīæ ſanctæ ignaræ eſſent noſtrarum precum, quas fundimus, neq; poſſent annuere votis noſtris ſi ignaræ ſunt. Mihi tamē eſt admodum credibile animas ſcire noſtra per ſpecies infuſas quas habent non omnium ſingularium, ſed aliquorum, vt Deus ſuo mirabili conſilio temperauerit. Neq; vt dixi ſupra (hoc. 3. lib.) video cauſam, quæ acriter pungat intellectum meū, quo minus iudicē ſpecies has infuſas defunctorum animis non infundi, neque peripatetico dogmati cur repugnet ſcire poſsū. Quando ipſe à recto dixit intellectū noſtrum accedere de foris, ecquid mirū eſt etiam ſpecies deforis intellectui concedere, quando exuerit corpus? quia quando in corpore agitur non eſt quod egeat illis: quia per ſenſus adminiculatorios capit rerum notionē. Et quāquam D. Auguſt. inſinuet animas non per ſpecies infuſas cognoſcere, ſimulatq; exolutæ ſunt corporibus, non ſubinde illas negat, vt alibi oſtendimus. Et theologis multò facilius eſt de animabus ſeparatis Chriſtianam philoſophiā tradere, quam peripateticis, peripateticam: illi enim credunt animas aliquando huc cōmigraſſe ab altero ſeculo, vt de anima. Moiſi in Dñi transfiguratiōe. Matthæo. 17. tradēte & Marco. 9. & Luca. 9. indubitatum habēt. quæ in corpore aſſumpto cū Domino Ieſu colloquebatur de exceſſu eius. Et quā quam hæſitabundus eſt Auguſti. de anima Samuelis loco indicato: tamen in libro de cura pro mortuis agenda eccleſiaſticum librum recipiens in canonem dubium deponit, & animam Samuelis ad incantationes Phitoniſſæ huc remeaſſe concedit. c. 15. quia in eccleſiaſtico libro legebat verba hæc. ca. 46. de Samuele. Et poſt hoc dormiuit & notum fecit regi, & oſtendit illi finem vitæ ſuæ. Animam autem Samuelis memoria tenuiſſe regē Saulem ex hoc loco facile conuincitur. Siquidem ad preces Phitoniſſæ Deo permittente illa in noſtrū remeauit orbem. Sunt præterea pleræq; animarū aliæ apparitiones, quas D. Grego. 4. lib. dialogorum & legendæ ſanctorum referunt, quę facilè indicant, vt animæ de functorū noſtra nouerint. Quæ omnia prudēs mitto. ¶At verò ſecūdū phyſica dogmata vnū ego dicam, quod mihi certiſsimū eſt, aīæ defunctorum etiam ſi nihil memorarentur præteritorum factorum etiā ſi nihil nouerint noſtrorū geſtorum, non tamen propterea neganda eſt immortalitas animorum, neque ipſæ ſunt ocioſæ. Nam ſe ipſas puriſsimè intelligunt, & angelos etiam ſincerè cognoſcunt & Deū ipſum cognoſcent lōgè exactius quàm nos, qui veſtigamus eius naturā, operoſo diſcurſu, multa conuoluētes: illæ verò nihil horum, ſed ſimpliciter illum cognoſcēt per ſe ipſas, vt angeli. ¶Sic ergo aīæ iſtæ cū ſecum deferant ſpecies rerum vniuerſales, (ſi ſingulares negaueris illis ſpecies cum B. Tho.) intelligunt per ſpecies has ſuas ſcibilia, quæ viuētes in corpore noſcebāt. Et præter hæc angelos & ſe ipſas atq; Deum. Quare animæ paruulorum decedentes non ſunt ocioſæ, etiam ſi nullam infuſam ſpeciem illis concedamus. Nam cognoſcūt ſe, & reliquas animas, & angelicas ſubſtantias, atq; diuinā. Quòd ſi noſtra beatitudo Ariſto. eſt in contemplatione ſpiritualiū, hæc autem vix modicoq; tempore tātiſper dum viuitur nobis conceditur, tunc hac fruemur liberè, quando conuulſus à corporibus animus ſua natura potietur. Vides vt nō cogitur phyſicus concedere ſpecies, illic nouas quanquam

Locus ſacer alter alterū exponit.

Anima Samuelis non fuit ab inferis reuocata.

quanquã, vt prædixi absurdũ non cõcederet qui illas infusas species peripatetico diceret conuenire, quas habentes animæ Dei opera, accomodant rebus singularibus, & per accomodationẽ quandã singularia repręsentant illæ species. Vt enim diuinæ essentiæ ideas credimus repręsentare singularia, hæc quoq; species singularia ostendet: quia sunt similitudines quædam idearũ, quæ sunt diuinæ essentiæ diuinęq; illius atq; supremæ notionis participationes. ¶ Argumẽta soluta sunt, si aduertisti hæc, quæ hactenus diximus. Primo enim dicendum anima eo tempore: quo corpus deponit, nõ egere phantasmate: quia sensum non habet neq; imaginariam, at cogitatricẽ facultatẽ, sed intelligit nouo modo, vt habet essendi iam nouum modum. Vt enim intellectus, qui in potentia est, eget doctore, à quo discat: iam verò in habitum ductus nouo modo res intelliget, quia non opera vtens magistri, sed apud se habens conditum scientiæ thesaurum: ita quoque anima statu spirituali potita, sine phantasmatis opera intelliget, per species vniuersales intelligens, quas secum ex corpore conuexit, aut per seipsã se, & alia spiritualia intelligens. Et quanq̃ hic modus intelligendi sit angelicus non subinde ipsa anima angelus redditur, quia nusq̃ angelus vsus est phãtasmate, vt anima vsa est, verum etsi ipsa anima nõ redditur angelus, at angelis est quam simillima defuncto corpore, vt Auicena dixit in cõpendio de anima. ¶ Quòd verò Aristo. dixit nos nõ cõminisci, & quod intelligere corrumpitur, id quod argumen. 2. inculcabat, sensum hunc habet, nobis nõ adesse memoriam pendentem ab idolis & rerũ sensibilibus spectris, vt modo pẽdet: non tamen negat omnino non intelligere: alioqui fateretur animas rationales inerti ocio torpere. Quod fieri non potest: sicut neq; Ecclesiasticus, dicens non esse rationem neq; scientiam, neque sapientiã apud inferos, negat animas illas nihil intelligere: sed quod non intelligunt eo modo, quo nos intelligimus, sed longè diuerso, & propter statum neque curant animæ post corporis obitum diuitias congregare, aut iniurias reponere aut viuorum cõmercia, vt modo curatur. Sed perinde se gerunt, ac si nihil nouissent horũ etiam si plura horum meminerint. ¶ Argumento tertio dico species infusas concedere secundum Aristo. nõ cogimur, tamẽ illas nõ improbabiles decernimus: quæquidem sunt vniuersales tamen sua virtute continentes singularium repræsentationem: & sunt alterius rationis, quã acquisitæ species vniuersales, quæ confusam pariunt notitiam singularium, sed non illæ confusam ingenerant notionem: sed distinctè, quando volet anima per illas singularia cognoscet. Baratrũ disputationũ scio aperuisse me: sed nihil opus facto duximus de huiusmodi specieb⁹ differere lõgiùs donec locum proprium Deus concedat. Quod verò argumentum conducit secum, si apud animas separatas est agens, & possibilis, facile concedimus, & aduertere oportet intellectum agentem non vno potiri munere abstrahendi species intelligibiles, sed actum quoq; intelligendi producit, & donat possibili. Neq; puto cũ Scoto intellectum possibilem sibi proferre notionem, sed solum ab agente credo vt peripatetici concedunt, donari species intelligibiles, & actum intelligendi possibili, qui actus intellectus est vtriusq;: illius vt agentis: istius verò, vt possibilis, vt prædiximus. Iam ergo in seculo altero agens intellectus donat notiones possibili, & ambo coëunt ad intelligendum, & intellectio, est profecta ab agẽte, & in possibili suscipitur. Neq; cessabit penitus abstractio id temporis. Est enim abstractio duplex, alia à phantasmate, alia verò superioris, ab inferiori, vt animalis ab homine, vt Commẽ. docuit tertio de anima Commen. 18. quanquã igitur cessent abstractiones à phãtasmatibus, non tñ cessabit hæc, quæ est vniuersaliũ superiorum ab vniuersalibus. Cui exercẽdę agens incũbit: quia ergo (autore Themistio) agẽs intellectus est perfectio possibilis: si possibilis esset sine agente in animabus separatis, re vera esset nõ exactus, neq; absolutus. Quod verò quispiã obloqui poterit, iam ergo in angelis intellectus hæc quoq; erit partitio in possibilẽ & agentem: nam animabus separatis, hæc est partitio: intellectus ergo & illis: quia iam eodem statu fruuntur. ¶ Et

Species infusæ diuinæ essentiæ similitudines.

Arg. 1. solu.

Arg. 2. solu.

Ad argu. 3.

Animis separatis intellectus agens & possibilis perseuerat.

Gemina abstractio.

hæc sanè res apud theologos controuersa est. Nanq; Diuus Thomas. q. 54. arti. 4. primæ partis. negat intellectus agentis, & possibilis appellationes angelicæ mēti congruere: quia agentis operatio est in phantasmatibus illustrandis, vt exposuimus superiore sermone. At angeli nō capiunt notiones à phantasmatibus: ergo non egent agēte. Albertus aūt contra S. Thomam rem istam cōtrouertit lib. de quatuor coæquæuis. Et nihil ambigit esse in angelis bifidum hunc intellectum, vt in nobis, tamen longè diuersa ratione: illis enim possibilis non est sub priuatione pressus vt noster, qui aliquando, vt tabula sine picto charectere fuit: non item angelicus, qui semper fuit in actu intelligēdi. Scotus verò hoc sapit in. 2. Senten. dist. 3. q. vltima: nā agens intellectus est perfectio nobis, ergo & angelis. ¶Secundò angelus capit species à rebus: ergo habet agentem intellectū, qui hoc præstet. Et re vera adhærere qui voluerit dogmati huius autoris, ita cogitur fateri. Nam hic negat species & formas angelis inditas à creatione: sed angelos propria opera species captare à sensibilibus rebus affirmat, & hæc mouere immediatè mentē angelicā. Diuus porrò Tho. sibi constās negat hāc intellectus partitionē: nā si habet species angelus à primordio inditas, quo ergo intellectus agēs? Verū mihi Alberto adhærere placet esse sanè agētem angelis & possibilē, sed alia ratione, atq; in nobis. Nanq; intellectio angeli accidens est, & profertur ab intellectu angelico, quod est agentis intellectus & in eodem suscipitur, quod est possibilis. Neq; vna sola est operatio agētis, vt diximus.

Angeli duplici præditi intellectu & agēte & possibili.

¶Porrò autem secundum Arist. hæreo si agens, & possibilis, separatis illis substātiis sint concedendi: quia ipse solū in natura dixit esse agēs & passum: angeli autem transcēdunt naturam omnem, & ita videtur eos excepisse huius cap. principio: quanquam librata ratione hoc non est necessarium: nāq; etiam anima rationalis non est natura, sed supra naturam. quæ tamen illis duabus differētijs agentis & possibilis insignita est. Cæterùm cùm Cōm. dixerit. 3. de anima tex. Cōm. 5. & 14. in omnibus intelligentiis esse potentiam excepto primo intellectu, quid vetat dicere angelicam mentem habere possibilem? Atqui cùm Auerroes noluerit angelos per actum diuersum aut speciē intelligere, sed p essentias pprias necessaria concessio est, scdm eum angelos nō habere agentē & possibilē: ego tn̄ nō recepi superiore sermone hoc, vt peripateticum. Quare crediderim esse agentem & possibilem in illis, sed nō vt in nobis, vt priora manifestāt. Habes iam quid agens, quid ve possibilis intellectus, quid intellectus in habitu, quid ve intellectus actu, quem adeptum intellectum appellitant antiqui philosophantes, & recentiores illorum sequūtur morem, quādo intellectus ꝑ actu intelligit, adeptū dicere intellectū: quia adipiscitur suū obiectū.

Intellectus agens. *Intellectus possibilis.* *Intellectus in habitu.* *Intellectus actu qui adeptus.*

Disputatio secunda an species intelligibiles sint ipsum intelligibile.



DVbiū alterum adiūgamus; an agentis sit illustrare phātasmata illa reddēdo vniuersalia intelligibilia? an præter hoc sit necesse species intelligibiles diuersas ab intelligibili obiecto concedere? Credunt enim pleriq; multi, solam esse speciem intelligibilē, quæ sit intelligibile ipsum: & quādo intellectus agens phātasmata illustrat, tūc abstrahit formas intelligibiles, quæ sunt ipsa intelligibilia, secundum rem, nisi ꝙ ratione differunt: quando. n. obiectiuæ præsentātur, vt similitudo hominis vniuersalis, est quoddam intelligibile: quādo verò reponuntur in possibili dicūtur species rei intelligibilis. Et D. Tho. huius placiti est, quantum præferunt eius verba in quodlib. 8. ar. 4. ait, speciem intelligibilem esse ipsam rei quiditatem, atq; naturam, non secūdum esse naturæ, sed secūdum esse intelligibile. Quare cū quiditas sit ipsū intelligibile, & hoc (autore Thoma) sit species nō est distinguēda species ab intelligibili, sed sunt idē. Accedit eōdē si in sensu secernimus speciem & rem sensibilem, eò est quò sensilia nō capiūtur abstracta à sensu, sed intellectus capit res abstractas à materia: quippe res, vt materiæ iungūtur nō sunt scibiles vt Cōm. ait disp. 5. dubio secūdo. Non ergo oportet distinguere speciē intelligibilē ab intelligibili. Tertio. Nam si spe-

Argumē. 1. *Argumē. 2.* *Argum...*

si species intelligibiles sunt diuersæ ab intelligibili, vt species hominis ab homine intellecto, non ergo agens intellectus abstrahit species has, sed intelligibile formatũ ab intellectu illas producit in possibilẽ intellectum. Neq; ad has species reponendas est necessarius agens sed satis est possibilis suscipiens, & intelligibile iam actu existens. ¶ In diuersum verò est, ꝙ res intellecta non est sua similitudo, neque obiectum potentiæ est similitudo, sed res ipsa: ergo intelligibile est aliud, quàm species intelligibilis. De re hac latentissima, variant sententiæ sunt enim quidam, qui intelligibile secernũt ab specie intelligibili: sic qui rem intelligunt istã, agentem suo lumine intellectui possibili ostendere vniuersale quod conditum est sub velamine sensibili (quod vulgo appellamus phantasma) illud vniuersale intellectum est ipsum intelligibile actu. Hoc verò iam ostẽsum vt vniuersale effundit sub lumine agentis intellectus suas similitudines, quas vocamꝰ species, aut formas intelligibiles, & intellectus potentia istis instructus parit cum agente notionem vniuersalẽ. Vnde hęc intelligibile, species intelligibilis, & notio seu actus intelligendi, in anima realiter distinguantur, vt D. Tho. distinguit lib. 1. contra gentes cap. 54. & 1. par. q. 79. art. 2. in fine ait. Oporter igitur in anima ponere aliquam virtutem ex parte intellectus, quę faciat intelligibilia in actu per abstractionẽ, specierum intelligibilium quo loco secernuntur hæc duo intelligibile & species intelligibilis. Huicque assertioni adhæsit Caietanus Commẽtario eiusdem loci. ¶ Alijs verò aliud collibitum est intelligibile esse speciem intelligibilẽ: solaq; differre rationis operatiõe, & aliud esse in negocio sensus atque intellectus: nã visibile est actu priùs illustratum, perfusumque lumine, quam species sibi similẽ in visum immittat. At verò intelligibile nunquam est actu intellectum, aut intelligibile, quousq; abstrahantur species, & ordine naturę priores sunt species abstrahẽdę quã sit intelligibile actu. Neq; .n. alio modo intelligimus rẽ actu, quã per abstractionẽ specierum. Abstractis porrò speciebꝰ, id quod intelligit mẽs est ipsa rei similitudo, estq; ipsa res quodãmodo, vt species hõis est ipse homo, qui in re subsidet, sed sub altiori modo quã subsistat: quia subsistit materię obuolutus: sed ipsa species intelligibilis hominis, est homo ipse, citra materiæ concretionẽ, vt species coloris est color quodammodo, vt dixit Aristot. in hoc tertio. ¶ Ego autẽ facile crediderim, intelligibile & speciẽ intelligibilẽ rõnis interuallo disiungi: etenim intelligibile dicitur res ipsa, vt habet esse obiectũ animę vt homo obiectus intellectui sine mole, & concretione materiæ, est ipsa res intellecta, seu intelligibile, & hac ratione nõ est species. Vt verò hoc ipsum in possibili intellectu reponitur, species est elaborata ab intelligente vtente phantasmate, veluti instrumento. Alioqui si primũ sit intelligibile actu intelligibile & hoc mãdat species possibili, nulla prorsus esset abstractio specierũ intelligibiliũ à phantasmate. Quod cum peripatetica doctrina pugnat. ¶ Et ꝑter hæc quid sibi vult Aristo. aliud dicens hoc tertio, intellectus actu est intelligibile actu, nisi quod intellectus actu, & species intelligibilis suscepta sunt vnum subiecto? Quod si intellectus aliquam rem intelligit, non abstrahẽdo, vt singularia: facile concederẽ intelligibile, & speciem esse duo diuersa. Me etenim intelligente Petrum, species Petri, non est Petrus: vt neque in sensu species albi, est albũ. In speciebus verò abstractis: mihi verisimilius est & vt multô certius speciẽ intelligibilẽ esse ipsam rem intellectam abstractam à cõditionibus materię. ¶ Obstrepit scio aliquis: me intelligẽte hominẽ, notio hęc habet obiectum intelligibile, & hoc nõ est species hominis. Nam species est forma intellectus, quæ peperit notionẽ illam. ¶ Respõdeo me intelligente hominem, illud intelligibile nõ est aliud quã ipsa species intelligibilis, vt habet non esse formale sed obiectiuum quod vocãt. Aduertas tamen quod etiam si sępicule res intellecta, & intelligibile actu, cõfundantur, tamen in proprio sermone non sunt permiscenda, nam intelligibile actu tantum habet esse per operationem agentis intellectus nundantis vniuersalẽ à conditionibus materiæ: & voco in præsentia intelligibile actu quod est scibile

In diuersum

Intelligibile species intelligendi notio mẽtis distinguntur.

Species intelligibilis & actu intelligibile ratione discrepãt.

Si singulare est intelligibile species intelligibilis diuersa est ab intelligibili.

intelligibile & res intellecta non idẽ.

bile est actu. Nam singularia etiam si intelligantur nesciũtur. Res autem intellecta est quæ natura subsistit, sicq; species intelligibilis nõ est res intellecta, vt species bouis, non hic, & ille, bos sed ipsum intelligibile actu. Hoc caue intelligas sinistrè. Dicimus enim hæc secerni ratione nõ re. Et argumẽto, quod feci in fauorem D. Tho. dico speciẽ intelligibilem esse accidẽtariam formam mẽtis, & intelligibile ipsum bifariam cõsidero. Aut vt in rebus subsistit, sic sanè substãtiã est vt homo: vt in mente autem habet esse, accidens est: qa in mẽte non res, sed rei species est vt ait Arist. Et quẽadmodũ quælibet res in natiuum locũ magno impetu fertur, ita quoq; ipsum actu intelligibile simulatq; est verè atq; actu intelligibile, fertur sine motu locali, sed quadam intelligibili latione in possibilem intellectũ, qui ob hoc dictus est (præter alia) locus specierũ. Et vt simulatq, ligno admoueris potẽtem ignem, emicãt scintillę, quæ in sublime ferũtur: & originẽ dimittunt: (id est lignũ) ita phantasma est velut lignum, agens intellectus, vt ignis quidam intelligibilis, scintillæ micantes à phãtasmate, species abstractę sunt, quę cùm primũ micant, phantasma linquũt, & in sublimẽ intellectus possibilis locũ conscẽdunt. Hoc exemplum multis abũdat dissensionibus ab ipsa veritate, sed quò intellectum tardũ introducamus ad secreta hæc rimãda naturæ satis est accõmodum. Alioqui nulla forma vna numero transit à phãtasmate in possibilem intellectũ, atq de loco in locũ qs putet hìc esse motũ vt S. Tho. cautè scripsit. q. 85. ar. 3. 1. par. sed abstractio fit nõ per separationẽ alicuius ab aliquo realẽ, sed solũ per cõsideratiõnẽ vnius sine alio. Et de quæstiũcula hac satis. Quãtũ verò attinet ad D. Tho. ipse. 3. par. q. 11. ar. 2. primũ quæst. argumentum soluens, ait intellectum apprehendere species intelligibiles à phantasmatibus, & in phantasmatibus, secundum statum præsentis vitæ: ergo species intelligibilis est ipsum obiectum intellectus. Quare intelligibile actu est species ipsa intelligibilis. Et quia per abstractionẽ speciei, redditur phantasma intelligibile actu: nam prior est secundum naturam, hæc abstractio, quàm sit aliquod intelligibile actu, ideò dixit in parte prima loco ostẽso per abstractionẽ specierũ fiunt actu intelligibilia: non quia credebat hæc esse secundum rem diuersa.

Bella collatio.

Tertia disputatio quod est nostræ mentis tantisper dum viuitur hoc mortali seculo obiectum.



HVIC dubio occasionem offerunt verba Arist. in. c. 6. dicentis, ipsum quod quid esse obiectum propriũ, vt visus proprium obiectũ est color. Qui locus præfert essentiã, siue definitionem esse illud, quod primum obiectum est intellectus. Cùm autẽ intellectus non solùm, quod quid est. i. essentiã rei, sed etiã multa alia quę sunt extra essentiam intelligat, vt accidẽtia, de quib⁹ in. 1. c. lib. 1. de anima tulit testimoniũ, magnam partem cõferre ad discernẽdas naturas rerũ. Vnde cõfici videtur, accidentia esse prioris notionis, quàm substãtia apud intellectũ: quippe per accidentia scrutamur substantiã rei, vt loco illato opulenter, pro viribus nostris expressimus. ¶Quid ꝙ ipsum quod quid est, aũt est definitio essentiæ rei, vt animal ratiõale hominis, aut est ipsa substantia cuiuslibet rei, siue ea accidens sit, aut per se subsistens, vt tradidit. libr. 7. 1. philosophiæ text. 20. Quod si definitio est essentialis rei, hæc cùm partes habeat ex quibus conflatur genus, scilicet, & differentiam vltimã, priùs notæ erunt partes, quàm definitio tota. i. prius intellectus concipiet notionem generis, & differentiæ, quàm apud se rationem diffinitionis reponat. Non ergo prior notio est ipsius, quod quid est, sed prior erit notio generum, & differentiarum. Et cùm genera sint vniuersalia, itidemq; differentiæ. Vniuersaliũ autem notio ex singulariũ notionib⁹ colligitur vt Themisti⁹ in para. ad primum de anima accepit ab Aristo. dicente vniuersale animal nihil est, aut posterius singularibus: cõsectarium erit singularia esse quæ primum veniunt in notionem intellectus. ¶In partem autem diuersam est illud primum notum apud intellectũ, quod est sibi proprium & germanũ intelligibile. Hoc autem est quo secernitur ab omni sensu intellect⁹. Tale autem est vniuersale: quippe singularia nouit sensus, nõ autem vniuersalia ergo

1. Argum.

2. Argum.

In diuersum

ergo primũ, quod nouit intellectus vniuersale est. In q. hac vt paucis rem absol-
Triplex gen⁹ intelligibiliũ
uamus: quippe. q. hęc admodum litigiosa est. In primis oportebit distinguere, & intellectũ & intelligibile. intelligibilia enim vt cap. 6. huius lib. insinuat. 3. sunt apud intellectum nostrum. Quędam simplicia, quę per simplices voces expromũtur, qualia sunt homo, angelus, lapis & id genus incomplexa. Alia verò intelligibilia sunt, quæ in complexione aut cõpositione quadam vocum locantur & hæc dispartita sunt. Alia enim habent solum complexionem, quæ in definitionibus est: alia verò complexionem enuntiationis, quale est hoc intelligibile, homo disputat, aut homo ambulat. Tertij ordinis intelligibilia sunt quæ secundũ oppositionem intelliguntur. Cæcitas enim per visionem intelligitur: tenebra per lucem, & id genus multa. Atque in tãta intelligibiliũ diuersitate differẽtias horũ percipere non est admodum difficile. Etenim quæ sunt primo loco numerata intelligibilia, simplicia sũt & actu vnũ atq; potentia: quippe vox illa lapis vt lapidẽ significat, neq; partitur, neq; partibilis est. Est enim significationis indiuisibilis, etiamsi in syllabas dispartitur duas. Cæterum vt vox significans est, indiuisibilis est. Nulla enim suarum partium significantiam habet, vt pars inquã illius vocis est. Hæc ergo sũt intelligibilia simplicia, & indiuisibilia, quorum notio similiter indiuisibilis est, & sine temporis mora. Quapropter notio vocum harũ neq; vera, neq; falsa est: quia simplex est. Quæ verò secũdo loco enarrata sunt intelligibilia (si de definitionibus sermo habeatur) sunt quoque suomodo indiuisibilia intelligibilia, quanquã non tãta simplicitate gaudeant quanta priora: quippe definitio hæc, animal rationale partes habet significantes & componentes genus & differentiam. Porrò aũt simplicia hæc dicuntur: quia non cõponunt prædicatum cũ subiecto. Vnde definitio nõ miscet in sua compositione tẽpus est aut erit, aut fuit. Quamobrem definitio ipsa sine tempore intelligitur. ¶ Quæ postremo autem sunt relata loco, verè sunt intelligibilia composita & diuisibilia, in quibus & verum est & falsum. quę necessario cum tempore intelliguntur, quia ꝓpositio omnis verbo copulatur, quod tempus secum conuehit. Iam verò quæ tertium subeunt ordinem illa sunt simplicia intelligibilia, quadam ratione, & quadam ratione sunt diuisibilia, vt enim cęcitas & visus referũtur in vnũ subiectũ habẽt quodãmodo simplicitatẽ & vnitatem, vt inuicem sunt opposita, sunt plura, diuisa. Rursum de intellectu distinguere est necessarium, aut est intellectus de quo. q. instituitur, contẽplatiuus seu speculatiuus, aut actiu⁹ aut factiuus. His iactis certa proponamus, & subinde in-
Decisio quęst.
certa excutiemus. Atq; certum est in tertio ordine intelligibiliũ quæ primò nota sũt intellectui, habit⁹ sunt. Prius .n. in intellectum venit lux, quam tenebræ, & videns quàm cæcum vt Aristote. hoc cap. dixit & demum in contrarijs omnibus si alterum sumatur, vt priuatio alterius, quod priuationis subit locum posterius cognoscitur, vt in Comm. satis expressim⁹. In. 2. verò ordine intelligibiliũ itidem certum est prius reponi in intellectu notiones subiecti atq; prędicati, quã totius enuntiationis. Fieri enim non potest intellectum iudicare hominẽ disputare, nisi primo nouerit quid sibi velit homo & disputans. Sub hæc quoq; definitionis notio non erit apud intellectum, quousque generis, & differẽtiæ notitias exploratas habuerit. Siquidẽ definitionis notio distincta exacta atq; absoluta est: vt animal rationale exacta est notio hõis. Exactam autem notionem intellectus noster assequi nõ põt alicuius toti⁹, nisi primũ quę sint ptes hauserit, vt ternarius nõ asseqtur quid sit, nisi vnitates primũ libemus. Necessarũ igitur est vt genens notio atq; differentiæ primo veniant in intellectũ quam definitio hominis ipsius. Vnde colligas quãtũ ad exactã & perfectã notionẽ quę vniuersaliora sunt hęc prius nota sunt quam vniuersalia quæ sub illis cõtinẽtur, & in vniuersum quæ definitionem constituũt, notiora sunt definito secundum rationem hanc. Verum si de intelligibilibus. 1. ordinis disputatio hæc agitetur, sic laboris est maioris discutere, an illa simpliciter sint intelligibilia. 1. quę vniuersalia sunt, voceq; cõmune significãtur, an illa potius sint primo

intelligibilia, quæ vocibus singularibus significatur, vt Petrus, & Paulus, albedo hæc, nigredo illa. Et de hac re est summa concertatio autorum. Quidam enim, cõtendunt vehementerq; asserunt, singularia simpliciter esse intelligibilia prima: quã sententiã amplexus est Grego. Arimi. 1. Senten. dist. 3. q. 3. ar. 2. Etenim vniuersalia. 12. meta. tradẽte Cõmentatore. Cõm. 4. sunt collecta ex particularibus. & 1. physi. Comm. 5. singulare ait, etsi non sit principium in scientia demostratiua est principium acquisitionis vniuersalis. Primum ergo quam vniuersalia colligantur, singularia intellectus cognoscit, alioquin notio singularium superuacanea esset: quippe vel intellectus cognoscit singularia, ante concepta vniuersalia aut post cõcepta. Si primum, hoc est quod Gregorius amat, si alterum nullius igitur gratia seruit singulariũ notio. Præter hæc intellectus prius imponit nomina singularibus, quàm vniuersalibus ergo & prius nouit singulare, quam vniuersalia. Collectio hæc stabilimentum suum habet in. 4. lib. 1. philoso. tex. 10. Nemo nominat, nisi quæ nouit. Hæc & huius generis alia plura. Hic autor colligit, vt suam assertionem stabiliat. Scotus autem in primo. dist. 3. q. 2. alium excogitauit modũ philosophandi primũ cognitũ esse atomam speciẽ vt homo, bos, leo: illud enim esse dixit cognitũ primũ apud intellectum, quod habet singulare efficacioris motionis. At verò singularia, quę correspondent speciebus atomis, vt hic homo, hæc albedo, illa sanè fortissimè mouent sensum: quia sunt magis cõpleta & determinati actus entia, quam cætera singularia. Nam hic homo actualior vt sic loquamur, & completioris formæ est, quã hoc animal: vt hæc albedo cõplectior est, quam hic color. ¶ Quam sententiam vniuersa concrepat schola peripatetica celebri voce dicens nihil est in intellectu quod prius nõ fuerit in sensu. Illud igitur prius erit intellectu, cuius singulare prius in sensu. Sensus autem priorem habet sensionẽ huius albedinis, quã huius coloris: qa fortius mouet sensum, hæc albedo, vt hæc albedo, quã vt hic color, aut hæc qualitas: quia quo cõmuniora sunt debilioris sunt motionis & debilioris sunt sensionis. Hoc per se loquendo, quia si distãs sit albedo, mouet hic color & non hæc albedo, quod hæc albedo non est proxima, quo fortiter posset sensum excitare, vt ipsa nata est excitare. Diuus Thomas in. q. 75. 1. par. art. 3. non speciẽ specialissimam, sed genus esse primo notũ intellectui tradidit. Nanq; potẽtia, quæ exit de statu potẽtiæ in actum, per medias ducitur formas quousq; in vltimum complemẽtum formę prouehatur. ¶ Vnde natura semen primum viuificat, dein sensificat tandemque in animæ rationalis participium deducit. Intellectus igitur noster, qui tribus statibus distinguitur primus est in potentia, à qua deinde promouetur in speciem, à qua in actũ. Hic autem actus est eius notio, quã de rebus assequitur. Quæ notio gemina est & imperfecta, vt quãdo rem cognoscimus notione confusa, vt hominem, & bouem, cognoscimus in animalis cõceptu, alia verò est notio exacta, vt notio, quæ habetur speciei. Nõ ergo poterit intellectus promoueri in notionẽ speciei, quæ est vltima, nisi primũ afficiatur notionibus imperfectis, quæ sunt genericæ: ergo primum intelligibile est genus, & continuò quæ sunt magis vniuersalia. Postremum aũt intelligibile est species atoma, vt ea quæ postulat exactam notionem. ¶ Sensus quoq; istis notionum gradibus potitur: etenim ipse de potentia profertur in actum. Quare nequaquã fieri poterit primam notionẽ esse perfectam, imò confusam magis. Id quod & ratione loci, & temporis, prõptum est iudicare. Nam quæ à longè spectãtur primum cõfusam quãdam obũbrant cognitionẽ, videtur hoc animal procul. Neq; discernitur, ꝙ animal, an homo, an equus. Rursumq; & ratione tẽporis. Nam primo physi. tex. 5. pueros ait Arist. oẽs homines appellare patres. Dein verò, accidẽte ætatis profectu secernũt, quos vocẽt patres ab alijs. Quapropter si sensus: est, vnde intellect⁹ initium sibi facit in concipiẽdis rerũ notionibus. Quandoquidẽ sensus primum obumbratur confusis notitijs, dein exactioribus absoluitur. Itidẽ quoq; & intellectus vestigia sensus sectans primũ magis vniuersalia, q̃ alia quæ minus sunt vniuersalia cognoscet. At verò cũ duplex sit

Gregorio singularia primo nota.

Scoto. 1. notũ species vltima est.

D. Tho. genus 1. notum.

Confusa ante prius nota.

sit ordo & temporis, & cognitionis, seu naturæ, hæc quæ. s. doctor docuit facilè illi darētur, si ordo naturæ solū spectaretur. Scimus.n. ordinē esse naturæ, vt imperfecta sint, vnde gradus fiat ad perfectiora. Vnde illud processit peripateticum verbū, hominem prius viuere vita plantæ, deinde vita sensus, tandēq; vita intellectus: nō ꝙ hæc temporis interuallo sint separanda, vt somniū quorūdam tulit, credētium embrionē.1. plātam successu tēporis bestiā postremò hominē esse. Id qđ Metamorphoseo figmento bellissimè cōuenit. At cùm sint simul in embrione ista. 3. ratio vitæ, tamen ordine naturæ intelligim⁹ vixisse prius embrionem vita plātali, dein sensuali, &c. Et qđ num materia quando animā rationalem suo excipit gremio, recipit primo formā corporeitatis, quā formam substantiæ & hanc antequā formā animalis? non sanè: sed simulatq; animatur, hæc omnia habet. At ordine quodam naturæ primum intelligimus esse substātiam, deinde corpus, &c. Quare dicere facile intellectus cognoscēdo hominē, cognoscit simul & cætera alia superiora, & primāq; notionem speciei esse atomæ. Et secūdum tempus hæc primū venit in intellectum, tamen ordine naturæ cætera priorē notionē habent. Fac enim te cognoscere hominem, cognoscis simul animal, & corpus, & substātiam, & ens, non ꝙ istorum habeas singulas notiones, sed quia secundum ordinē naturæ notio superioris inferiori prǣexigitur. Hic autem ordo hoc modo intelligēdus, vt hæc notio videlicet hominis (quę Scoto prima est mētis) cum significet animal, & corpus, substātiam, & ens, prius secūdum considerationem nostram perficiat hæc notio intellectum, qua representat ens, dein, qua substātiam, post hæc qua corpus, tādem qua hominem, vt forma hominis, primū perficit materiam, vt dat esse, deinde vt dat esse corporis, &c. Et quantum adhoc est verum, quod dixit Thomas potētia, quæ exit de potētia ad actum prius habet actum imperfectum, quam perfectiorem. Alioqui à veritate abhorret. Quā obcausam diceremus Scotū & Thomā non discrepare, si hoc modo intelligātur S. Th. ait vniuersalia esse prioris notionis, quā

Conciliātur. S. Thom. & Scotus.

Obserua hæc diligenter.

minus vniuersalia: quod verum est ordine naturæ, nō temporis. Scotus dixit speciem atomā esse primum obiectū intellectus, quippe quę tēporis obseruata ratione prima est quæ offertur intellectui. Et oportebit intelligere Scotū, non ꝙ semp hæc sit prima notio speciei atomæ: quia manifestus esset lapsus. Nobis.n. à longè rem prospectātibus primū cognitū intellectus non est homo, aut equus, sed aīal, aut corpus. Sed sanius Scotū audiemus, si intelligatur, qñ nullū sit impedimētū, quod primū immittit in mētem notionē suam, est species atoma.i. si singulare habeat legitimā distātiam à potētia, vt discerni posset hic hō, aut hæc albedo, &c. Quid ꝙ D. Th. in.1. part. q.12. ar.4. quiditatem rei materialis esse propriū obiectū intellectus secđm statū nostrū fatetur? Qđ verò est propriū obiectū, priorem habet notionem, vt color est prioris notionis ꝙ magnitudo. Nō ergo quę cōfusioris sunt notitiæ, prius veniunt cognoscendā.

Scotus expēditur.

¶ Iuniores philosophi rē istam absoluisse crediderūt distinctionem obiectorum infarcientes obiectum primū adæquationis nostri intellectus, est ens. nā nil intelligimus nisi sub ratione entis, Obiectum aliud primum perfectione, Deus est: nil est quod magis cupiat mens scire nostra quam Deū. Obiectum autē immediationis primum est quiditas rei materialis, id est, natura speciei materialis rei. Hæc.n. est prima, id est, quā primo suo impetu, aut notione assequitur intellectus. Primum obiectū primitate determinatiōis est singulare phantasma. Nam quod intellectus intelligat hominē, & non equū à phātasmate determinatur, quod est velut agens particulare. Sic philosophatur Paulus. Venetus in Commentario.11. huius tertij, cui refragantur multa. Siquidē phantasma nō est, obiectum intellectus. Nam si obiectum est cognosceret singulare intellectus, recto aspectu, qđ ducunt incōmodū seuerissimi philosophi sequētes Albertū Magnum, qui in quæst.1. (in summa de homine) intellectū prima notione vniuersalia tradit cognoscere. At verò referendo se in notionem vniuersalis, referendo nempe vniuersale ad res exteriores, cognoscit singulare. Aduertens enim intellectus illud vniuersale,

Iuniorū calculus.
Obiectū adequationis.
obiectū perfectionis.
Obiectū immediationis.
obiectū determinationis.

vt hominē de aliquo prædicari & quod non est singulare hoc sanè modo singulare adnotauit. Vnde vt visus videt colorē pomi, non tamē saporē, ita intellectus aduertit ad vniuersale, quod est in phantasmate, & nō ad singulare ipsum phantasma. ¶Quod si dicat aliqs, intellectus se cōuertit in phātasma: ergo cognoscit phātasma, facilè fatētur mentem cognoscere phātasma: sed reflexione quadam, & non per speciem singularem. ¶Ego verò de hac re supra memini, & quid mihi verò similius videbatur deprōpsi. Quare misso Alberto ad priora regrediamur, & de quęst. sit hęc. 1. cōclusio. Si ordo doctrinę obseruetur vniuersaliora nō sunt semper prioris notionis. Hāc colligā aperto argumēto. Siquidem Arist. primū egit in hoc. 3. lib. de intellectu, quā de intelligibili, vt in Cōmentario adnotauimus. At verò intellectus non est ita vniuersalis, vt intelligibile. Siquidem multa sunt intelligibilia quæ non sunt intellectus: etiam si omnis intellectus est intelligibilis. Et Philoponus, & Simplicius sic adnotauerunt, vt notatū est. ¶Rursum Arist. prius de visu, quam de tactu fecit mentionem in. 2. lib. & tactus est vniuersalior visu, nō ergo magis vniuersalia secūdum doctrinæ ordinem, sunt prioris notionis, quippe, vt rectè Philoponus expendit: sæpe minus vniuersalia sunt notiora, vt intellectus est notior, nobis q̄ intelligibile, & visus certior tactu. Quod verò Arist. scripsit. 1. Physi. vniuersalia esse initium doctrinarū, hoc sanè verū est, esse vniuersaliores ꝓpositiōes, vnde incipit demōstratio cōclusionum: non tamen semper doctrina capit initium à magis vniuersali, vt in exemplo ostendunt. Secūda cōclusio est hæc, non est secūdum naturam necessarius ordo, vt magis vniuersalia primum veniant in notionem nostrę mētis, & dein minus vniuersalia. Hāc colligo: nā si esset necessarius hic ordo, sequitur nos nō posse cognoscere speciem atomā, vt hominē, & leonē, nisi omnia vniuersalia genera priora essent nobis nota. Id quod falsum est. Nam pleraq; multa genera sunt nobis occulta vt. 7. metaphysi. liber tex. 28. docuit: quia equus, & homo plus, sibi consentiūt, quā homo & asinus habent ergo vnum sibi proximū genus, quo carēt hō & asinus, vt patet in innumeris alijs. Non est ergo descendere gradatim ꝑ vniuersaliora omnia ad minus vniuersalia, & per omnes notiōes imperfectas, ad perfectā speciei notionē. Quia oīa genera nō constāt, ideò citra notitiā pluriū generū assequitur notio speciei. Tertia conclusio species atoma est notior suapte natura intellectui, quā genera. Hæc non habet difficilē suasionē, nisi apud hominem affectū in diuersam sententiam. Siquidē sensus illa melius capit, quæ plus actu sunt sensibilia (nisi in modica sint & facultatē visus excedētia,) qa actus sensibilis plus habent, & rationem obiecti magis obtinent. Ergo similiter cum species sit actualior quā genus: erit suapte natura intelligibilior. Vnde Aristo. 9. metaphy. tex. 20. quæ magis in actu sunt, illa dixit notiora. Et Porphirius in cap. de differentia speciem dixit abundare à genere sola differentia. Quarta sit cōclusio secundum ordinē doctrinæ magis vniuersalia sunt notiora. Hæc est Aristo. 1. physi. in prooemio iubentis, doctrinas ab cōmunioribus ordiendas. subindeq; ad minus cōmunia. Quinta sit conclusio hūc ordinem aliquādo obseruamus nos in notionibus nostris, & aliquādo violamus. Hæc patēs est ex prima cōclusione & nouo illā iuuo argumēto: quia origo intellectionis à sensu est, aliquādo verò nobis notiora sunt accidentia specierū, quam generum. Etenim equi, & asini, nobis accidentia sunt manifesta, tamen accidentia generis occulti quo ista magis essentia cōsentiunt sibi, q̄ equus, & vermis, nobis nō constāt. Quare manifestiora sunt, quæ species, quam quæ generis illius. Vnde & ignis notio multis est hominibus prompta, elementi autem latet. Rogites rusticū de igne, nihil hęsitat qualis sit ignis. At verò, si elementi vertatur quæstio hærebit totus: quia elementorū ipse non accepit notiones, vt ignis cuius accidētia sunt sibi aperta per sensum. Et facilius est noscere hominē esse hominē, q̄ vel ꝙ sit animal, aut corpus. At verò nonnunquam generis ratio est notior, quam speciei, vt qn̄ accidētia speciei sensata non sunt: quippe notius est mihi, Nilū amnē nutrire pisces q̄ cocodrilos. Et rursum promptius est nobis Indiam nutrire

Prima conclusio decidens quæ.

Secunda collectio.

2. Conclusio.

3. Conclusio

4. Conclusio

5. Conclusio

nutrire fructus, quosdã q̃ qui sint fructus illi quos illi Barbara voce pattatas aut mayz vocitant, & cuilibet magis est ad manũ scire in Phisõ fluuio nasci lapillos nonnullos preciosos, quam si velit, qui sint lapides illi cognoscere. Etenim si dixerim bdelliũ inbi innasci illa scriptura sacra cõmemorat. Genes.c.1. Et sic de arborib⁹, lapidib⁹, aliisq; aĩalib⁹ exẽpla ꝓferre valebis. & q̃a maxima pars specierũ est nobis abditissima, hac rõne, ꝙ frequentius est, genera sunt prioris notionis, q̃ species atomæ. Neq; tantus labor est in assequẽdo genere, quantus in assequẽda specie. Vnde D.Tho. Sentẽtia secũdum quãdam rationẽ vera est vniuersaliora prius venire in humanæ mẽtis notionem, q̃ ea quæ sunt nõ sic vniuersalia. Hoc enim verũ est vt in plurimum: quippe vt diximus faciliores sunt notiões generum, quàm specierũ: & promptius est res omnes nominare nominibus genericis, q̃ specificis, vt promptius est proferre maria alere pisces plerosq; q̃ si speciatim dicere pisces conemur. Quippe specierũ harũ magna pars latet humanũ ingeniũ, vt facilius rursũ nobis adest notio generalis stellarũ cæli q̃ specialis. Tamẽ hoc ideo est, quia operationes, figuræ, & accidentia harum specierũ sensibus nostris occulitur. Vnde sæpe accidit species & minus vniuersalia notionis prioris esse, quam quæ vniuersaliora sunt vt prædiximus, intellectum nostrũ esse nobis notiorẽ, quàm intelligibilia. Et bos & equus, notiora sunt, quàm genera occulta horum. Nam si velimus exquirere genera hæc per species nobis notiores oportebit illud exq̃rere. Atq; iuxta hãc rationẽ prudenter sensit Scotus speciem specialissimam esse prioris notionis, quã genera. Id quod si intelligatur, quando singulare contentum sub specie illa præsens, adesset sensui, quod primum mens conciperet ex singulari, esset notio speciei specialissimæ. Mea sententia hoc placitum Scoticũ probabili suffultũ est argumẽto. Etenim si mentis humanæ notio ex sensu capit originẽ, & sublato sensu vires mentis suspendũtur, tãtisper dũ mens agit in corpore. Vniuersalia ergo quæ sunt viciniora sensui, & sensibilib⁹, illa prõptiora erunt intellectui, quàm ea

Commendatio Scoti.

quæ sunt distantiora à sensibilibus. Iam verò homo vel equus exẽpli gratia propinquiora sunt singularibus, quàm animal, Etenim quę minùs vniuersalia sunt, viciniora sunt singularib⁹, quàm ea quæ sunt magis vniuersalia. Quapropter si singularia omnia essent nobis sensata, priùs venirẽt in nostram notionem species quàm genera. Cęterùm quia species plures latent q̃ genera. Hac ratione genera sunt intellectui notiora, q̃ species. Porrò autem D. Tho. assertores & Scoti defensores vniuersalem discordiam volũt esse in sententijs suorum principum, & quod S. Tho. voluerit in vniuersum genera esse notiora speciebus, quia confusiora & quod Scotus species specialissimas notiores: quia sensui ꝓpinquiores. Ego verò si in vniuersum cõtendãt suos principes intelligere, illis nõ subscribo. Si verò secundum priorem censuram velint intellecta, illis meam præsto fidem.

Autoris censura.

¶Grego. autem argumẽta quæ Buridani sunt, & Gandensi suffragantur, facilè est soluere, si aduertam⁹ hîc, vt meminimus in principio huius disputationis, mẽtionem non esse de intelligibilibus vniuersalibus, quę enũtiationes sunt: vt, Omne contrarium corrũpit contrarium suum. Quidquid fit ex aliquo fit: & id genus. Hæc enim vniuersalia nõ sunt primò cognita apud intellectum, sed priores sunt notiones singulares vt Aristo. tradit in proœmio meta. & in proœmio posterioris asserens doctrinam & disciplinam ex præexistenti fieri cognitione, id est, vniuersalia principia scientiarum & artium à singularibus ꝓpositionibus sensui expertis fiunt nota. Et hoc modo intelligẽda sunt testimonia illata, quæ cum Grægo. faciebãt. Cærerũ ille præter rem egit. Siquidẽ nos de vniuersali incomplexo, quod est intelligibile indiuisibile vertimus dubium. De quo ipse colligit, nihil. Et de huiusmodi adhuc notãdum duxi hoc vniuersale incõplexum duplicis esse notionis. Altera quidem est absoluta, vt si intelligas hominem, aut bouẽ. Alia verò est relatiua, vt si intelligas hominem eatenus, quatenus vniuersalis. est. Hæc autem secunda notio, quæ relatiua est citra singularia haberi non potest. Quin imò per singularia, quid vniuersale

Soluuntur argumẽta Grego.

Omnis doctrina ex præexistenti fit notione.

Duplex vniuersalis notio.

ſale ſit aſſequimur. Et demũ cũ vniuerſale & ſingulare hac rõne ſint oppoſita relatiuè inanis eſt.q.vtrùm prius veniat in mẽtem vniuerſale,an ſingulare,vt temerè,quęſiſſet vter priùs cognoſcitur pater an filius, quippe relatiua ſimul cognoſcuntur tradente Ariſt. in Prædi. ad aliqd. Id autẽ quod nos hactenus quæſiuimus,eſt de vniuerſali ſecũdum abſolutã notionem. Sciſcitabitur autẽ quiſpiam, intellectus cognoſcẽs vniuerſale neceſſario illud abſtrahit à ſingularibus: ergo nunquã cognoſcet vniuerſale,niſi ſingularia,alioq,vt abſtrahet? Et rurſum phãtaſma mouet intellectum poſsibilẽ, ſed ſi mouet, cognoſcet ergo ſingulare. Et Ariſt.in lib.de memoria dixit, vt geometra vtitur quantitate:ita intellectus vtitur phãtaſmate. Nũquã ergo accidet nobis notio abſoluta vniuerſalis, ſed ſemper relatiua. ¶Reſpõdeo abſtractionẽ intellectus non eſſe aliud q̃ conſiderationẽ intellectus, qui conſiderat hominẽ ſine materiæ mole & appendicijs vt peripateticè dixit S.Tho.q.85.art.1.primæ partis.Quare nihil durũ eſt, credere intellectum primã notionem vniuerſalis habere ſine notione ſingularium, & phantaſma mouens intellectum agentem, aut poſsibilem: non mouet,vt eſt materiale, aut ſingulare, ſed mouet poſsibilẽ, vt illuminatum iam ab intellectu agente. Id quod lucido ſermone expreſsit S. Tho. loco indicato geminã operationẽ donãs intellectui agẽti.Alia eſt illuminare phãtaſmata,quę illuminatio nõ eſt qđ aliqd imprimat virtutis, aut luminis in phãtaſmate, vt cogitat Capreolus in ſecundo diſt.3.quæſt.2. ſed quia pars ſenſitiua cõiunctione intellectus plura poteſt, quæ ſeparata nõ poteſt,vt hominis imaginaria vis multa cõponit monſtra, quæ imaginaria vis bruti nequit cõponere, id eſt, fingere.Sic ergo, quia ſub lumine agẽtis intellectus phantaſma verbi gratia hominis,nõ oſtẽdit ſingulares materiæ conditiones, ſed nudũ hominem in communi, quem continebat phantaſma in potẽtia. Ideo illuminatur ſub hac ratione. Quòd verò operis ſequitur poſt illuminationem hãc,eſt operatio ſecunda,quæ eſt abſtractio ſpeciei intelligibilis, quia nudatũ phãtaſmate, eſt iam quod reſtat

Notanda obiectio.

Duplex operatio intellectus agentis.

Capreolus reprehenditur.

Secunda operatio.

intelligibile,& ſpecies intelligibilis: qa eſt ſimilitudo hominis in communi ſine materia. Hoc autem intelligibile immittit ſpeciẽ intelligibilẽ in intellectu poſſibili qui inſtructus hac ſpecie, notionẽ ſimilẽ ſpeciei parit.quæ hominẽ vniuerſalem oſtendit. Quòd verò illa collectio ſit infirma,abſtrahit à ſingulari:ergo cognoſcit etiam ſingulare cognoſcẽdo vniuerſale(quã tamẽ Paulus Venetus multi fecit.) Vide facillimo exẽplo.Mathematicus abſtrahit à motu, & tempore,& materia, phyſica. Colligas ſi placet, abſtrahit ab iſtis:ergo mathematicus conſiderat materiam,motũ,&c.nihil valet collectio,ſed ſolum dicitur abſtrahere quia magnitudinẽ cõſiderat ſine materia.Sic agens intellectus abſtrahit,quia conſiderat in phãtaſmate hominis, hominẽ ſine materia,at verò poſtq̃ abſtraxerit, & cognouerit ſic hominẽ,ſecũdum quandam reflexionem conuertitur in rem intellectam,& aduertit quod homo intellectus habet in re aliquid, de quo prædicatur: & tũc demum cognoſcit hominẽ,vt vniuerſalem & cognoſcit ſingularia. Et propterea mentẽ antiqui dixerũt ſingulariũ reflexã notionẽ habere, imò potuiſſent dicere vniuerſale, vt vniuerſale & ſingulare ſecundũ quandam reflexionẽ intelliguntur.Et propter hanc cauſam vniuerſalis intellectus notio abſoluta eſt intentio prima(quã vocãt dialectici)hominis.Secũda notio relatiua vero dicitur intẽtio ſecũda: quia fundatur in prima notione:aduertẽs. n. intellectus in propriũ opus,illi nomen imponit vniuerſalis. ¶Adhuc perſiſtet aliquis mecũ hæſitãs, ſi fit abſtractio à materia per intellectũ agentem: ergo homo ille intellectus eſt. ſine materia, aut ſic conſideratur? Ergo quãdo compoſuerit intellectus propoſitionem hanc Petrus eſt homo, falſa eſt compoſitio: quia Petrus habet materiã & homo cõmunis abſtrahit ab illa. Præter hæc abſtractio triplex eſt, aut phyſica,aut mathematica, aut metaphyſica. Verùm homo cũ ſit ens phyſicum,nõ poterit abſtrahi à materia,qa phyſicus materiã vocat in ſuas definitiones. Aduertẽdum in gratiã huius eſt materiam eſſe duplicem. Quædam eſt,quam dicunt ſubiectiuam, vt Petrus eſt hominis materia, quia

Singulare vt reflexe cognoſcitur.

Intẽtio.1.& 2.

Materia gemina. quia homo de Petro prædicatur. Alia est materia, quæ est materia physica, & est pars rei essentialis. Hæc distinctio est vetusta apud physicos homines: & Albert⁹ loco iā citato huius meminit distinctionis. Iam ergo intellectus agens abstrahit hominem non à materia physica, quia ille homo intellectus compositus intelligitur etiam ex materia & forma: quanq̃ non ex hac vel illa materia, sed ex materia in communi. At verò abstrahitur à materia subiectiua, id est, ab omnibus indiuiduis. Iā verò summatim dicimus quædam breuiculè colligentes. *Summa colligens decisa.* Primum in omni scientia, quæ est per demonstrationē, propter quid quæ est per causam propriam rei. *1. Resolutio.* Vniuersaliora sunt primo nota intellectui: quia præmissæ sunt vniuersaliores, conclusione. Et à præmissis proficiscitur mens nostra in conclusiones. *2. Resolutio.* In scientia autem, quæ diuersum habet processum, quæ ab effectibus particularib⁹ in causas prouehitur, minùs vniuersalia sunt notiora. Rursum in progressu intellectus resolutionis ab effectu in causas simpliciores itidem minus vniuersalia sunt notiora. In progressu aūt compositionis, qui est à simplicioribus in cōpositiora, vt ab ente in substātiā, & à substantia in corpus, &c. magis vniuersalia sunt prioris notionis. *3. Resolutio.* ¶ Tertiò dicamus. Vniuersalia autem quæ sunt incomplexa sunt notiora, q̃ singularia si sit sermo de notione absoluta, & de intellectu cōtemplatiuo, siue scientifico non de practico. *4. Resolutio.* ¶ Quarto dicam⁹. Si de notione relatiua vertatur sermo, ęquè notū est vnū atq; alterum: quia sunt opposita. *5. Resolutio.* ¶ Quinto dicam⁹, si de intellectu factiuo & actiuo, qui (autore Philopono) non est propriè intellectus, etiā si non sit sensus, hic primò & maximè singularia cognoscit: Nam hic intellectus non abstrahit à materia, neq; à singularibus: imò quia actio tota huius circa singularia insudat, ideò ab illis non abstrahit, vt sciētificus intellectus, qui abstractiuus est: nam scientia est abstractorū, & quando Arist. & Cōm. intellectum agentem abstrahere dicunt intelligibilia, de huiusmodi intelligibilibus, quæ sunt scibilia & contemplabilia intellectum voluerunt. Nam alia intelligibilia, quæ sunt ad actionem, non egēt abstractiōe illa. Quòd si arguis, ergo hic practicus intellectus, nō est intellectus: sed sensus, negamus collectionem: quia hic practicus intellectus altiorem habet notionem de singularibus, quam sensus: quia dirigit actiones humanę vitæ in finem suum. Quod non potest sensus, &c. ¶ Sexto dicamus. Nō est necessarium intellectum exeuntē de potentia in actum primò habere notiones imperfectas generum, dein speciei. *6. Resolutio.* Patet, quia neq; sensus hūc ordinē habet inuiolabilem. Probatur: quia si legitimū, situm habet albedo, statim cognoscitur hæc albedo & nō prius color, vt experiētia testatur. Neq; experimur in nobis primò nobis adesse conceptum entis, dein substantiæ &c. Alioq̃ quiuis rusticus cathegorias Aristote. intelligat, est necesse, vt sibi adsit hominis conceptus.

Quarta disputatio quid velit Aristo. dicens ipsum quod quid est obiectum intellectus.



Vltimum dubium sit cur Arist. dicat ipsum qđ quid esse obiectū intellectus: & insinuat esse propriū & primū mentis obiectum. Siquidē confert ipsum, quod quid est sensibili proprio. Opportunè hæsitat aliquis definitio rei per varias diuisiones assequitur, & methodus inuestigandæ definitionis nō est exigui negocij (vt prædiximus in primo huius) vt ergo est primum obiectū ipsum quod quid.? Rursum conceptus ipsius quod quid est, est perfectus & exactus de re conceptus, sed intellectus sensim promouetur in scientiæ perfectionem, vt discipulorum mora in addiscendo huius rei testimonium habet, non ergo est primum intelligibile. ¶ Respōdetur ipsum quod quid, esse propriū obiectum, nō eò dicitur, quo intelligamus primo congressu notas esse definitiones rerum, quæ sunt operosissimæ, vt sciātur: sed eò primū & proprium obiectum, proprium quidem quod intellectus hoc sibi vendicat nosse rerū essentias, quæ omnem sensum latent: primùm verò, quia quæcunq; intelligit contemplatiuus intellectus eò tendunt, vt sciat ipsum quod quid. Hæc est illi tota cura, quo explorato, ꝓprietates rerum explorare satagit. Est enim principium sciētiæ

ipsum

ipsum quod quid est vt Arist.tradidit.c. 4.quarti libri physi.non tamen intelligamus primam notionem esse ipsius definitionis,etiam si S.Tho.in.1. part. summæ theo.q.85.art.5. illud facilè afferat primũ apprehensum esse ipsum quod quid est, & proprium mentis obiectum:qui tamẽ art.3.prædixerat eiusdẽ quæst. vniuersaliores notiones esse priores.Atqui notio quiditatis nõ est vniuersalior, notio, sed exacta est naturæ rei cognitio. Sed iam diximus vt oporteat hæc intelligere. Iã postremò adnotabis circa compositionem,vt duplex in rebus ipsis extat compositio.Est enim compositio materiæ cũ forma, & accidentis cum subiecto.Prior harum substantiæ est,alia verò accidentaria.in quem modũ, quando intellectus vnit prædicata subiectis superiora prædicando de inferioribus, homo est animal, compositio similis est cõpositioni, quæ in rebus materiæ cum forma substãtiali est. Quando verò accidentia intellectus prædicãt de subiectis, alterã rerum compositionem fabricant vt (quæ in rebus est) vt quando albũ prædicat de homine,sed vtraq; compositio apud intellectum longè sublimior est, quam extat in rebus. Nam materia iungitur formæ, non tamen sunt idem materia, atq; forma.Sed in intellectu homo & animal vnum sunt per se, sicut vnum sunt homo & albus:in re verò non idem homo,& albedo: & hoc ideò qa res materiales istæ altiori potiuntur essendi modo apud intellectum,q̃ in rebus extra animã sortiantur.Et hinc planè intelliges, quod dixerat Arist.hoc. c. intellectus est, qui facit vnum in rebus. Cæterum res immateriales vt Deus, & angeli simpliciores sunt in se ipsis quam in nobis, vel nostris notionibus. Etenim illa non cognoscimus per species proprias: sed vestigamus per creaturas componẽdo, & diuidendo & per negationem,& causalitatem,illa exquirimus. Quapropter essentiæ purè spiritualis nõ est nobis notio absoluta, quæ sit propria illi.Sed adest nobis notio cõnotatiua, vt quod Deus sit ens maximũ aut optimum, quod angeli sint motores orbium,& id genus:& in Deo idem sunt sapientia,bonitas, iustitia. Et hoc genus alia attributa,quæ tamẽ nos notionibus

Collisio in B. Thom.

Gemina mentis compositio.

Intellectus quo simplicior perfectius vnit in se qua diuersa sunt.

multis assequimur.Atq; ex nimia simplicitate intellectus dimanauit illud, quod Aris.aiebat, intellectũ in actu esse ipsum intelligibile actu:quippe,quo res simplicior,eò est plura alia.Vnde Deus,qui est simplicissimus, vniuersa est per eminentiam, quæ autem sunt nimis compositæ & concretæ naturæ,sunt solum ipsa quæ sunt vt lapis est. Quæ verò mediũ occupant locũ,sunt cognitiua prædita facultate,vt sensus atq; intellectus:sensus, qa simplicioris est naturæ,id est, spiritualioris,quã non sentientia,est alia à se,id est, sensibilia:quia omniũ materialium excipit& imbibit formas.Intellectus verò,q longè spiritualior est omnia,non secundum eminentiam,vt Deus, sed secũdum similitudinem & notionem, & quæ sunt diuersa in re ipse vnit in se ipso,vt formã & materiam.Nãq; genus, quod materiæ habet vicem & formę differentiã,vt vnũ prædicat de homine dicẽs,homo est animal rationale.

In simplicissimus idem in[tellectus] & intelligib[ile] Composit[a] ma non a[...] sunt quan[...] sunt me[dio] medio se [...] runt modo.

Quinta disputatio citra strepitum argumẽtorum planè quærit an intellectus actu sit idem, quod actu intelligibile.



SCIO propositionem hãc intellectum actu esse intelligibile actu,ingenia pręclara torsisse, vt Albertus refert Alpharabium,qui vnũ esse intelligibile, & intellectum exponebat: vt si cera tota penetraretur sigillo, tunc figura esset cera, & cera sigilli figura.Ita species intelligibilis totum penetrat intellectum: quare dicuntur vnum.Hunc autorem citat Albertus libro de intellectu.2.Albertus verò Magnus non hac contentus sentẽtia, aliam inuexit verbi peripatetici expositionem,postulans primum sibi concedi, substantiam coloris esse lumen, tunc sanè visus est ipsum visibile:quippe, q̃ videtur est lumen, & quo videtur lumen, & quod videt est luminis quædã ratio. Ita quoq; quodlibet intelligibile quiddam lumẽ est: habet autem intelligibile tres gradus.Et primus est quando ipsum intelligibile adhuc in materiæ gremio residet,vt lapis extra animam,& hoc intelligibile fuscedine obducitur materię: tamen quia potest intelligi est sanè intelligibilis.¶Est gradus sublimior,quando à re

Tres grad[us] intelligibil[is]

à re transit in phātasiam, iam quidam luce maiori perfunditur: quia iam sublata est anima à materiæ cōcretione, & ad sedes spiritualiores promotus est: vt est phantasia coniuncta menti.

¶Tertiò gradus est vt intelligibile iā in intellectu est, vt in ꝓprio loco. Nā intellectus donat formā intelligibilibus, vt locus forma est locati, & vt locus improprius figuratur à locato vt cera à figura. Sic quoq; figuratur intellectus à speciebus intelligibilibus. Iā ergo illud intelligibile actu, est ipsum lumē intellect⁹ illu strātis ipsum phātasma, & de sinu phātasmatis exprom ētis. Alij verò vt Caieta. in Cōm. 1. par. q. 14. ar. 1. & q. 79. ar. 2. hæc dixit vnū, quia sunt vnum operans intellectus actu, & intelligibile actu, qa ambo vnius notionis sunt causa, sed nullus horum (mihi ignoscant) omnino rem hanc attigit. Quare secus colligo huius peripatetici sermonis intelligentiam, præterea quæ iam non semel diximus. Verba autē Augustini in lib. de Trini. 10. cap. 5. subscribā vnde sensum Arist. eruā Anima ait quia secū nō potest introrsus tanq in regione incorporeæ naturæ, ipsa corpora inferre, imagines eorū quærit, & rapit factas in semetipsa, dat enim eis formādis quiddā substantiæ suæ. Seruat autem aliquid quo libere de specie talium imaginum iudicet: & hoc est magis mēs, id est, rationalis intelligentia. Quæ verba hūc amāt sensum. animam rationalem gemino potiri lumine & sensario ad sensa, & intellectili, ad intelligibilia. vtrūq; hoc est sibi substantiale lumen. Illud primū, anima ipsa dat speciebus sensilibus formandis: secūdum verò intelligibilibus. quia igitur species sensiles aliquid substantiale sibi capiūt ex anima; hac ratione vnum sunt sensile actu & sensus actu. Sic quoq; & intelligibilia, quia à lumine illo substātiali fiunt intelligibilia dicuntur vnum, & intelligibile, actu & intellectus actu: quia glutinum animæ & obiecti est per medium lumē, quod est in animæ substantia. Iam mihi collige, si attendis, quid velit peripateticus sermo. Sanctus Tho. quæ, de veritate. 19. art. 1. aliter August. intellexit atq; nos. At etsi voce differamus idē retinemus. Hæsitat aliqs cur philosophus nō dixerit appetitus & appetibile sunt vnū actu, vt dixit de sensu atq; intellectu causa huius est, intellectus enim & sensus sigillātur à rebus nō tamen volūtas, quæ fertur potiùs in rem quam res in ipsam. de quo alibi. Eiusdem loci quem exponere curamus S. Thom. 1. part. q. 55. art. 1. aliū eruit sensum, intellectus actu & intelligibile actu sunt vnū secundum similitudinem: quippe intellectus actu impressam habet speciem intelligibilis, quæ expositio nobis probabata fuit supra: sed hæc recens nostra, est generalior: nam intellectus agens non recipit species, est tamen vnus cum intelligibili.

Censura autoris.

CAP VII.

Intellectus actu est idē atq; res, quæ intelligitur & intellectus in potentia etiā si præcedat tempore secundum quid intellectum actu, at simpliciter quæ actu, sunt priora ijs quæ potentia. Sentire rursum non est propriè motus, anima quoq; sine phantasmate nunquam intelligit.



IDem autē est quæ secundū actū scientia, quod res ipsa. quæ verò secūdum potentiam, tempore prior est, in vno. omnino autē, neq; tempore. sunt enim ex actu existente, omnia quæ fiunt. Tex. 27.

¶Non parua. q. est apud Simpliciū, quid est quod Aristo. modò rursum inculcat, quæ exactè docuerat intellectum in actu esse intelligibile in actu. Et respōsio qđ supra de intellectu agente & posibili dixerat: nunc autem de intellectu in actu. At verò, quia Aristo. superiori sermone etiā de intellectu in actu meminit, hæc responsio non est multi faciēda. Arridet magis Philoponi interpretatio. Postquā ostendit inquit Arist. ꝗ est ternus intellectus, & ꝗ à sensu differt, & quomodo intelligere fit secundum differētiam intelligibilium, non prius ab intellectu recedit, quàm absolutè dicat quo modo discernatur, & distingatur. Secūdum hunc igitur interpretem Arist. hic discernit

Simplicius reijcitur.

nit intellectum, qui est citra simplicia & eum,qui cōponit atq; diuidit, quem pos sibilem supradiximus. Secūda discernit intellectum,qui in potētia est ab eo, qui actū est assequutus.Postremò discrimen statuit inter intellectum cōtemplatiuū. Et prima quidem discretio inter simplicem intellectum componētem, atq; diuidentem hæc est. Nam ille semper verus, nusquam falsus:hic verò,iam verus, iam falsus. Est autem intellectus simplex verus:quia illius est apprehēdere essentias & naturas rerum,essentia autem,non potest non congruere rei, cuius est essentia propterea verus est intellectus veritate ista essentiæ quæ est naturæ nō veritate enunciationis,vt supra exposuimus. Altera discretio intellectus eius, qui in potentia & qui in actu est, intellectum qui actu est, esse ipsum intelligibile actu. Is verò qui in potētia est,non est ipsum intelligibile. Et isti duo adhuc differunt, quippe intellectus qui in potētia in vno homine est,prior tempore, q̄ qui in actu: quāquam simpliciter intellectus in actu prior est,q̄ qui in potentia: nā potētia fit formata actu videlicet ab agente, qđ est in actu.Intellectus verò contēplatiuus& actiuus hoc differunt.primò, ꝙ ille vniuersalium est,hic verò particularium.Secūdo actiuus semper imaginatiōe vtitur, contemplatiuus autem non semper.Postremò differūt contemplatiuus veri & falsi est. Actiuus verò boni & mali. hæc ex illo autore desumpta sunt. facileverò dicemus Arist.resumpsisse quædam,quę prædixerat de intellectu,atque sensu,vt ad intellectum practicū sibi faceret gradum,vt.n. supra acturus de intellectu cōmuniones & differētias tradidit,vtriusq; & sensus & intellectusvt à sensu,q nobis notior est,ad intellectū occultiorē ꝓmoueret doctrinā. Item modò cōmunionis sensus & intellect⁹ meminit,vt in intellectum practicū nos institueret. Ait ergo idem autem est qui secūdum actum sciētia,quod res ipsa:vocatq; scientiā ipsum intellectum actu,considerantem & scientem,quem ritum supra obseruarat. Rem autem ipsam nō audias rem extra in mūdo hoc sensibili:sed rem vocat ipsum intelligibile ex sensibilibus in intellectū: vt in locum proprium translatum. Quæ

3. Intellectus discretiones.

1. Discretio.

2. Discretio.

3. Discretio.

vt sint intelligēda vberrimè in prioribus sermonibus demonstrauimus. Et quod sequitur:qui vere secundū potentiam relatiuum hoc,quæ sciētiam refert.Et sensus est intellectus qui in potentia in vno verbi gratia puero,prior tēpore est, quā intellectus actu considerās. *Omnino autem* seu *simpliciter*. Vtraq; nanq; lectio apud Philoponum est, neq; tempore potētia, quā actus:imò cōtra,actus est prior tempore potētia,& causam exponit: sunt. n. ex actu existēti omnia quæ fiunt. i. agēs deducit potētiam in actum quapropter est prior actus potētia.Philopo.contendit locum hunc de diuino intellectu intelligere colligens suam intelligentiam, quia Arist.dicit. *Ex actu existenti omnia fiūt.* nihil autem est à quo omnia fiūt nisi ab opifice Deo. Verum locus nihil cogit,vt de Deo intelligatur,neq; nos de Deo supra intelleximus, sed qa pulchra est expositio permittatur. Alioquin omnia fiunt ab actu quia omnes formæ ab agentibus eduntur.

¶Videtur autem sensibile,ex sensitiuo quod potentia est,sensitiuum actu facere. nō enim patitur,neq; alteratur. Vnde alia est hęc species motus.motus .n. actus est imperfecti. simpliciter autē actus qui perfecti est,alius est.Sentire igitur, simile est ipsi dicere solū, & intelligere. Cum autē delectabile aut triste, vt affirmans aut negans, persequitur aut fugit. Text.28

¶De sensu immiscet sermonē, & ait sensibile sensum seu sensitiuū promouere de potētia in actū,vt visibile visum.Secūdo inquit, hanc promotionē sine alteratione & transmutatione celebrari. nō enim sensus propriè patitur,neq; alteratur, neq; mouetur per aliquam propriam transmutationem. Quod intelligas quatenus sensus est, quippe quatenus in organo residet, propriè alteretur:excellens nāq; sensibile sensum corrumpit. Quamobrē neq; tactus ipse alteratur, qui alterari videtur, vt sensus est. Sed si quis contēdat sensum

Sensus alt... tur vt sens...

sensum moueri aut alterari, nos illi cōcedimus si sermo habeatur de alteratione impropria: quippe motus proprius est actus imperfecti: operatio autem sensus non actus imperfect⁹ sed actus absolutus & perficiens ipsū sensum. Etenim sensus non sentit, nisi instructus sit semper sensibili. Quapropter sentire est à sensu iam perfecto. Quod siquis obiiciat sensū propriè moueri, & paulatim sentire sensibilia, vt visibile, quod à longè est paulatim discernitur, vt sonantia à remotis sucesiuè distinguimus. Dicendum sensibile, vt sensibile est esse mouens immotū: quod verò à remotis imperfectè sentiatur, hoc per accidēs est, quod quia sensus paulatim proficiat in aduertēdo sensibili, hoc item per accidens est: sufficit enim sibi si legitimo interuallo sensibile sit proprium subito & veluti de repente sensuum imagine rerum fecūdari de qua re in.2.lib. de anima abunde dissertū est. *Sentire igitur simile est.* Communionem sensus intellectus verba hæc ostendunt. Sentire aut est simile. *Dicere.* Quod est in intellectu atq; intelligere.i. duæ sunt sensus operationes, quæ referunt operationes duas intellectus contemplatiui. Altera est simpliciter apprehendere sensibilia. Alia verò de sensibilibus, iudicare. Totidem in intellectu cōtemplatiuo, est enim apud ipsum apprehēsio, quam hic vocat. *Intelligere.* Et est iudicium, quod hic vocat. *Dicere.* Nam iudicando intellectus apud se loquitur. Vnde profluxit apud theologos verbum celebre de verbo mentali. Cæterum sensus quoniam delectabile aut triste iudicauerit hoc iudiciū tristiū sibi pariet fugā, voluptuosum verò prosequutionem. Et expēde verbum Aristo. vt affirmans aut negans: sensus enim quid affirmatio sit aut negatio nescit & propriè neq; affirmat, neq; negat, sed quasi affirmans est & negans tantisper, dum iudicat aut triste aliquid aut voluptuosū. Porrò apertus est locus dās sensibus iudicium, etiam si ignari sunt se iudicare, etiam si Diuus Augustinus lib. 10. de trinit. cap. 5. totum iudicium menti tribuerit sed intelligit tribunal iudicij residere apud mentem.

Verbū mētale

Collisio inter Aristot. & August.

Tex. ¶ Et est delectari & dolere, agere sensitiua medietate ad bonū aut malū, inquātū talia & fuga aūt & appetitus qui est scđum actum, hoc sunt & non aliud est appetiuum & fugitiuum, neque ab inuicem, neque à sensitiuo, sed esse aliud est. Cogitatiuæ autem animæ, phantasmata vt sensibilia sunt. Cum autem bonum aut malum affirmauerit aut negauerit, tunc fugit aut persequitur. Quapropter, nunquam sine phantasmate intelligit anima.

¶ Dixerat intellectum affirmando, aut negando delectabilia assequi, aut tristiū fugam arripere: subdit modo vt delectatio & tristitia conueniant sensum. Et ait delectationem fieri sensitiua medietate ad bonum: tristitiam autem sensitiua medietate ad malum.i. delectatio cōcipitur ex iudicio, quod profert communis sensus, quem vocat sensitiuā medietatē. Vt enim centrum medium est in orbe: ita communis sensus, medius est in circunferentia.5. sensuum hacq; causa vocat medietatem seu mediū. Ex huiusmodi igitur iudicio, de conuenienti sensui delectatio fit. De nociuo verò tristitia. Conueniens igitur sensum, hoc delectabile & bonum est sensui. Contra verò noxium, quod verò ait. *Inquātū talia.* Hoc modo audias sensum ferri in bonum nō simpliciter, vt bonum est, sed vt sibi consentiens itidēq; de malo amabile enim bonum, sed quilibet sibi propria amat. *Et fuga autem & appetitus.* Collegimus iam sensum apprehēdere & iudicare. Ex iudicio autem delectationem & tristitiam dissultare tertiam operationem proponit.i. fugam & prosequutionem quam nomine appetitus nominat. Ait autem ab eodē principio procedere fugā & prosequutionē eundemq; appetitū prosequi, & fugere idem dicit. *Hoc sunt fuga & appetitus secundum actum.* Idest ab eodem principio profiūcictur isti duo actus. Sed vnicam sunt principium, & idem cum sensitiuo.

Appetitus nō constituit gradum.

Appetitiuũ non cõstituit gradum. Vnde & nos diximus semper appetitiuũ viuentiũ gradum, nõ cõstituere & quod ait esse, id est, alia ratio est appetitus excitãtis ad fugam, sic enim discedit à tristi: & propellentis in prosequutionem. Sic enim, se prouocat in delectabile, vt lapis motu violento mouetur à centro mundi motu naturali in centrũ, & si idem lapis sit ita vna anima habet vires, & apprehẽdendi, & appetẽdi, quanquam hæ re differunt & subiecto idem.

Tex. 30. ¶ Cogitatiuæ autem animæ, phãtasmata vt sensibilia sunt. cũ autẽ bonũ aut malũ affirmauerit, aut negauerit, tũc fugit aut persequit.

Abusus vocis apud Arist. ¶ Philopo. iuxta contẽplationem suam, quã nos in introductiõe huius cap. enarrauimus, hunc locũ censuit differentiam tradere contemplatiui & actiui intellectus. Et sermonẽ hunc Arist. ait esse abusiuum: quia cogitatiuam animã vocat cõtemplatiuum intellectũ. Est autem discrimẽ hoc, contẽplatiuum intelligere citra phantasmata, aut si phantasma sibi sciscit illa intuetur, vt visa quædã, vt is qui in tapete pictas intuetur imagines. Quare nil iudicat de bono, aut malo, siue vero, & falso: subindeq; contẽplatiuus seu theoricus intellectus neq; prouitat in fugam, neq; in persequutionẽ rei. Actiuus autem intellectus cum phantasmate intelligit: quia intellectus actiuus particulariũ est: ideò huius est mouere in fugã, & in comprehensionẽ rei. Themistius verò. cap. 47. paraphrasis cogitatiuam animam intellectiuam vocat. Et quantũ ex sermonis serie assequimur, hunc sensum attulit huic loco quoties intellectus in phãtasmate bonum, aut malum aduerterit, toties persequutio, aut fuga succedit. Persequutio simillima est affirmationi: & queadmodum non potest sensus sine sensibilibus pelli: ita neq; intellectus, is qui animę congenitus est, sine phantasmatibus à visis cieri & in eundem quoq; modum D. Tho. hunc locum exposuit. Literam autẽ sic accipe. *Cogitatiuæ autem animæ.* Idest, intellectui phantasmata, seu simulachra rerũ sic offerũtur, vt sensibilia mouent sensum: ita phantasmata intellectũ: & sicut sensus apprehẽdens voluptifica. aut tristifica persequitur, aut fugit: ita intellectus iudicãs bonum, vel malum fugit, aut persequitur, nisi quod duplex discrimen inuenies. Intellectus enim, bonũ vniuersaliter apprehẽdit, & iudicat: & qd est bonum secũdum rationem, aut malum: Sensus autem bona particularia, quæ delectãt, aut mala, quæ cõtristant, amat aut odit. Quãobrem, quod sensus amplectitur, vt bonũ, intellectus refugit vt malum, & cõtra. Alterũ discrimen est, intellectum propriè affirmare, aut negare. propriũq; ferre iudicium de rebus, proprioq; iudicio se agere in reb⁹ versandis. Sensus verò non tanto gaudet iudicio. Quare, quod sibi deficit naturæ instinctus supplet: vnde rectè sensus agitur potiùs, q̃ agat. Hæc germana est philosophia, & non est corrupta, vt illa quæ docet bruta carere sensu, & iudicio, vt enim fugerent, aut persequentur, si non iudicarent? *Duplex discrimen sensus & intellectus.*

¶ Quapropter, nũquã sine phãtasmate intelligit anima. Sicut. n. aër pupillam huiusmodi fecit, ipsa autem aliud. & auditus similiter. vltimum aũt, vnũ est, & vna medietas. esse aũt ipsi, plura. Quo autem discernit quo differt dulce & calidum, dictum est quidem & prius, discẽdum autem & hic. est enim vnũ quid, sic autem vt terminus. Text. 31.

¶ Credit hoc Ioãnes Philoponus de actiuo intellectu dictũ, qui solus versat phãtasmata: quippe circa singularia se totũ occupat. At verò intellectus contemplatiuus, non est huiusmodi, sed vniuersalia cum contẽpletur phãtasmate non eget. Sed quomodo vera erũt, quæ supradiximus phantasmata mouere intellectum agentem, esseq; veluti instrumẽtum eius ipsum sensibile simulachrum? Et quare agens intellectus magis abstrahit speciẽ hominis, q̃ speciẽ equi, nisi ab ipso simulachro moueretur? Nanq; vt cõmemoratum est, agẽs intellectus est, vt causa vniuersalis, quæ limitatur ad abstractionẽ huius speciei, & nõ illius ab obiecto particulari, quod est phantasma. Neq; mirũ, si plan-

ſi phantaſma materiale moueat vniuerſalem cauſam, & ſpirituale͂, vt phãtaſma intellectiuus agente͂, imò & poſsibile͂: quippe rem ſi accuratè expe͂dis phantaſma non mouet agentem, ſed ipſius operationem termino & limite donat. Poſsibilem autem mouet imaginale ſimulachrum, quia ſub luce intellectus agentis vires ſpirituales ſibi vegetiores conciliat non quòd aliquã vim impreſſam ego cogite͂ in phantaſmate quod optimo iure vicio dat Durã. quibuſdã id tp̃is philoſophis, ſed quòd phantaſma per conſiderationem agentis intellectus deponit materiæ viſcoſas concretiones & ſub hac cõſideratione, agit in poſsibilem intellectũ inſtillando illi ſpecie͂ intelligibilem: quę relata ad poſsibilem intellectum, eſt ſpecies intelligibilis: vt forma eius, ſecundũ verò ſe ipſam eſt ipſum intelligibile, vt iã re͂ egimus exactis queſtionibus. Quãobrem dicamus intellectum ſimpliciter ſine phantaſmate non intelligere. At verò Plato credens ſcientiam eſſe reminiſcentiam credidit nos egere phantaſmate vt excitãte rerum rationes, quas primus opifex Deus ab initio indiderat humanæ menti. Nos verò dicimus phantaſma eſſe neceſſarium non excitationis gratia ſolum, verum vt poſsibilem intellectum de potentiæ ſtatu promoueat in actũ, & intellectus ſcopum habeat in que͂ ſuam (vt agens) illuſtrandi actionem figat. *Sicut enim aer pupillam fecit.* Admonuerat Ariſt. intellectum ſic ſe ſe gerere circa phãtaſma, vt ſenſum circa ſenſibilia, admonet modô vt eſt vnus ſenſus, qui communis appellatione͂ habet: qui in omnia ſenſibilia ſe fundit: nam particulares ſenſus particulare tractãt ſenſibile, & quod eſt vni⁹ generis, vt viſus alba, & nigra. At verò viſus non poteſt falcem ſuam mittere in meſſem aliorum ſenſuum, neq; inter alba, & dulcia differe͂tiam percipere: cõmunis verò ſenſus in omnia vagatur ſenſibilia. Sic quoq; intellect⁹ in omnia phãtaſmata rerum, & deniq; in vniuerſa intelligibilia ſe fundit. Vt verò communis ſenſus etiam ſi vnus ſit ſecundum naturam ſuam, tamen diuerſas ſortitur rationes, ſecundũ quod vtitur alio & alio ſenſu particulari, alterius eſt rõnis, vt per viſum alba nouit. & p̃ guſtũ dulcia: ſic quoque intellectus etiam ſi vnus ſit qui vniuerſa capit intelligibilia, tame͂ non vnã agnoſcas ratione͂ in ipſo. Alia ratio eſt intellectus vt cognoſcit contemplanda, alia qua ſe immiſcet agendis & in contãplandis, alia eſt ratio phyſicæ cõtemplationis, quæ motũ & materiam amat. Alia eſt, matheſeos, quæ hæc duo reſpuit quãtitate͂ amplectens: alia metaphyſicorũ quępuriſsima & illabatiſsima cõte͂platio eſt. Quod ait ergo hoc eſt, aër affect⁹ ſpecie aut habe͂s ſpecie͂ viſibile͂q; aer nõ afficitur ſpecie ſed illã trãſuehit in pupillã. At pupilla illam transfert in ſpiritum viſiuum, & hic in humorem glaciale͂, & itide͂ in auditu & alijs. Itaq; vnũ quodq; ſenſibile habet ſuum terminum propriũ in que͂ conferãtur. Oe͂s colores in chriſtalinum humore͂, omnes ſoni in peliculã illam timpanilem, quæ in auditu eſt. Pręter hæc autem habent vnum communem terminum, qui ſenſus communis eſt, in quem cæteri ſenſus, vt in commune͂ metropolitanum iudicem confluunt. Sic quoq; & varia ſunt phantaſmata rerum vt phãtaſmata quæ ad actionem, & quæ ad contemplationem tamen omnia terminãtur in vnũ intellectum qui omnibus præſidet vt ſummum pontificatũ in ſpirituali animę prouincia tenens, & quãquam quædam ſciamus, alia credamus alia opinemur, vnus eſt intellectus, in quem omnia termine͂tur. Vt ergo aer pupillam afficit, & pupilla ſpiritũ viſiuũ chriſtalinum humorem, & aer quoq; ſpiritũ auditiuum, & hic meringam. &c. Vltimum aute͂, in quod hæc coëunt omnia, vt cõmune conſiſtorium, quod vniuerſa particularia ſenſibilia diſcernit, eſt veluti mediũ quoddam, & ce͂trum in quod finiũt alij ſenſus particulares, & hoc vnũ habet eſſe plura, ideſt, rationes diuerſas &. *Quo autem diſcernit.* Hic communis ſenſus album, & dulce. dictum iam in exordio huius tertij, quod quia habet ſpecies albi, & dulcis, hæc diſcernere poterit, & album & dulce. Nunc autem hoc de illo vnum commemorandum eſt, eſſe hũc ſenſum, vt terminus & finis ſenſuũ particularium: hic autem terminus eſt vnus. Tex. 32.

¶Et hoc proportione: aut numero exiſtens vnum habet ſe ad vtrũ

Cur egemus phãtaſmate.

Viſionis ordo

Summũ tribunal apud intellectum.

que vt illa ad inuicē. Quid enim refert addubitare, quomodo non homogenea iudicat, aut cōtraria vt albū & nigrū? Sit igitur vt, A, quid est albū, ad B, qđ est nigrū, sic C, ad D, quare & permutatim. Si igit, C, D, vni insint, sic habebunt sicut & A B, idem quidē & vnū, esse aūt non idē. & illud similiter. Eadē aūt rō est, & si A, quidē dulce sit, B, verò albū. Intellectiuū igit species in phātasmatib⁹ intelligit.

¶ *Proportione* sanè, vt enim centrum se habet ad lineas ita & cōmunis sensus se gerit in sensus particulares, *numero* verò, vt vnum centrum est & lineæ plures: ita & vnus communis sensus est, & plures sunt exteriores sensus. *Quid .n. refert addubitare.* Id est, nihil est, quod quis controuertat, ut erit sensus cōmunis vnus iudicando, homogenea? Id est, quæ non sunt vnius generis, vt album & dulce, quæ non continētur sub vno genere proximo, vt colore, vt album & nigrū. Nihil est quod hęsitet quispiā, vt vnus est sensus iudicādo quædam adeò diuersa, quæ sub eodē genere non cōtinentur? quia vtcunq; iudicet vnus est, quippe non est potētia particularis, sed cōmunis. Non ꝙ vniuersalia callere valeat, sed quod in sensibilia exteriora aduertit omnia. *Sit igitur vt, A, quid est album.* Obduxit sermonem suum Arist. densa caligine, vt nescias quid velit, aut suspiceris literā hanc corruptam. Et primum quod literæ est, correctiùs legit illam Philoponus. *Sit, A, quidē album,* Et vetustiores codices Latini sic habent. Nam mendum videtur, si legatur. *Sit, A, quid est album.* Quia hic de sensu cū sit Aristo. audiēdus, sensus nescit, quid est albū sed solū apprehēdit album. Nulla enim animæ facultas nouit rei essentiam, nisi sola mens, quæ potest in suam propriam essentiam regredi per actionē, quam vocant reflexiuam, hancq; sequētes lectionē de intelligētia loci huius variāt Græci & Latini: illi. n. per A, & B, albū & nigrum intellexerūt, vt Arist. sed per, C, & D, rationes albi & nigri, vt ille edatur sensus. Vt sensus communis sensibilia hęc album & nigrum seu dulce, & nigrū, iudicat: ita intellectus omnium rationes quanquam quidam intellectus rationes contemplabilium. Alter verò agibilium tamen est vnus intellectus, qui hæc vniuersa comprehēdit: quia cōtemplatiuus & actiuus intellectus sunt vnius naturæ intellectualis, non sic sensus cōmunis est eiusdem naturæ cū cæteris sensibus, ita Ioannes Grammaticus. Latini aūt Auerroē sectātes per, C, & D, nō rationes rerū, sed phātasmata intellecta volūt, vt sic C, phantasmata alibi D, verò phātasma nigri: & collectio hæc sit, vt se habet albū & nigrū ad sensum cōmunem, sic quoq; & phantasma albi, & nigri, ad intellectū & permutando, vt se habet ad phātasma albi, albū, sic quod & nigrū, ad phantasma nigri: ex albo enim colligitur imago quædam albi, quam seruat phātasia, etiā absente albo: & ex nigro nigri phātasma seu imaginem colligit. Quare vt album ad phantasma albi. quod est A, ad C, ita quoq; & nigrū ad phātasma nigri, quod est B, ad D. Vnde si album & nigrum habent vnū communem sensum, (& per album, & nigrum cætera sensibilia audiamus) horum phātasmata, quæ habent cū sensibilibus referentur ad vnum intellectum. Intelligit ergo intellectus phantasmate vtens eadem verò erit ratio, si loco A, quod album præferebat, dulce capias. Nam sensus cōmunis, & alba, & nigra, & dulcia, & nigra discernit. Colligit iam intellectiuū ergo species in phantasmate intelligit. Aduertas pensiculatè, vt ipsa intelligibilia species dixit. *Intellectus ait species in phantasmate intelligit.* Et ideò nō ab re prædiximus species esse intelligibilia, ipsa quāquam ratio varia sit.

Litera corrupta.

Sensus implexus.

Obscurissimus locus exprimitur.

Notandus locus.

¶ Et sicut in illis determinatū est ipsi persequibile & fugibile, sic extra sensum cū in phantasmatibus fuerit, mouetur. vt sentiēs signum face datū, quod ignis, cōmuni cognoscit vidēdo eū, qui se mouet, ꝙ hostis est. aliquādo aūt ijs quæ sūt in anima phātasmatibus, aut intel Text. 33.

ligentijs

ligẽtijs tanquã vidẽs, ratiocinatur, & deliberat futura ad præsentia.

¶ Quod dicit tale est, actiuus intellectus bifariam mouetur in opus, iam sensibili pręsente, iam verò. *Extra sensum*. Idest sensili non pręsente: quippe in phantasmatibus decreta sunt: quæ bona & conferentia, & quæ mala atq; repellenda. Namq; vt prædocuerat, vt sensilia inuicem se gerunt, ita phãtasmata se habent.

Practicus. ¶ Quare Practicus intellectus in ipsis phantasmatibus aduertit, quę persequẽda, & quę fugienda. Et per visa secum cõsultat & ratiocinatur, quid tandem operis sit expromendum. Vnde milites consilia ferunt de bellorum euentibus de hostili incursione fuga aut victoria, nõ vtẽtes sensibus, sed visis, & rerũ spectris. Sensus præsens aliquando intellectum actiuum stimulat in opus, vt quando flammas videt & accẽsas faces per hoc cognoscit intellectus hostes propiores fieri. Et hoc. *Communi cognoscit*. Idest à communiter accidentibus sibi colligit actiuus intellectus, quod hostis propior sit quãdo flãmas propius corruscare cernit vel. *Communi cognoscit*. Idest, vtens communi sensu, Ioannes Grammaticus interpretatur.

Aliquando ijs quæ sunt in anima phantasmatibus aut intelligentijs. Vocat intelligentias species & formas intelligibiles, vt hinc rideas Auicenæ placitum & Okami negantes species in anima intellectiua conditas esse, quos nos non risimus solũ sed reiecimus prioribus Commentarijs. Et nunc Aristote. ait intellectum actiuum sine opera sensibilium præsentium, sed per phantasmata aut per intelligentias pristinas, quas habent apud se conditas ex antiquis sensionibus ratiocinari & deliberare de futuris disponendis. Quod si peripaticus est hic locus arbitror rectam esse meam sentẽtiam, actiuum intellectũ species habere intelligibiles rerum par-

Notandus locus. ticularium: nam hic Aristo. actiuum intellectum tribus operari modis tradidit,

Actiuus intellectus trifariam operatur. aut sensibili præsenti, aut phantasmate, aut ꝑ species intelligibiles quas secreuit à phãtasmatibus, imò videtur colligẽdũ practico suffecisse ex phãtasmate, quod adfuit, speciem singularẽ intelligibilem & repositam in intellectu practico sufficere, vt intellectus consultet, & deliberet etiã si phantasma non adsit, vt dixit Auicena de contemplatiuo intellectu, in cõpendio de anima non esse illi opus phãtasma præsens, sed sat illi si antiquum habuisset: quod ego nõ diffinio quia Arist. infra Auicenæ non consentit tex. 39. dicens intelligentem phantasma contemplari necessario.

¶ Et cum dixerit quod ibi lætum aut triste, tum fugit aut persequitur: & omnino in actiõe est. Et qđ sine actione est & verũ & falsum, in eodem genere est cum bono & malo: sed ipso simplicite r & aliquo differt. Tex. 34.

¶ Idest iudicante intellectu ibi, aut alibi esse lætum aut triste: arripiet fugam, aut persequetur, quanquam lęta non viderit ad hos motus nihil refert. Nam satis est intellectui etiam in absentia læti, aut iucundi ibi, aut illic, lætum esse opinari vt persequatur illud itidem de tristi vt fugiat. *Et omnino in actione est*. Idest practicus intellectus penitus actiões versat. *Et quod sine actione*. Conferuntur verum & falsum, vt sunt in contemplatione mentis ad bonum & malum, vt sunt in actiuo intellectu, & ait esse in eodẽ genere, qui locus non est lucidus, namq; bonum, & malum sunt alterius generis, quam verũ & falsum, hæc mentis sunt, illa voluntatis seu appetitus. Quare hoc modo Aristo. est audiẽdus, sunt in eodẽ genere vel quia in eisdem fundãtur rebus, aut quod sibi correspõdent quadam similitudine, vt verum enim ad contemplatiuum, ita bonum in actiuum. Et vt falsum in contẽplatiuum: ita quoq; & malum in appetitum. Quod verò non sint illa idem, verba hæc ostendunt. *sed ipso simpliciter & aliquo differunt*. Simpliciter ait verum contẽplatiuæ mentis & falsum, à bono & malo actiui intellectus differunt nam vera scibilia eadem sunt semper, neq; vnquam variant suam veritatem, neq; falsa falsitatem, vt hæ propositiones contrarijs se destruunt, triangulus habet tres & hoc genus alia, vera semper sunt, & quę cum istis pugnant semper falsa sunt. At verò

bonum non tantæ constantiæ est. Nam quod hoc tẽpore, vt bonũ amamus, alio vt malum odio nobis est, vt frigida quæ æstate reficiũt, hyeme lædũt, & qđ vni salubre est modico vti cibo, alij non salubre, sed salutis est offensio. Itaq; nequimus frigida, aut calida simpliciter appellare bona, idest, conuenietia, nisi tempora distinguamus, & personas: id quod verum & falsum apud mentem contemplatiuam non patiuntur.

Text. 35. ¶ Quæ vero abstractione dicuntur, intelligit. vt. n. simũ secũdum q̃ simũ non separatim, in quantũ autẽ cauũ si quis intelligeret actu sine carne vtiq; intelligeret in qua cauum est, sic mathematica.

Tria intelligibilia Philopono. ¶ Philoponus tria discreuit intelligibilia suprema, & hæc sunt spirituales formę. alia infima, vt formę physicæ: alia media, vt mathemata. Ait igitur Arist. duplicia intelligibilia absoluisse & materialia, & immaterialia. Nunc verò de medijs texuisse sermonẽ. Germanius cõmittem⁹ hũc locũ priori si sic efferam⁹. Docuerat Arist. intellectũ vti phãtasmate, ne qs insultet mathematica nõ phantasmate intelligẽda, quippe abstracta sunt materia & motu, hãc cogitationem euertens ait. *Quæ vero abstractione.* Idest, mathemata, quę abstrahunt à materia, & motu, intelligit intellectus, non vt physicus, qui simum intelligit in materia nasi, definiens simum esse nasum cauum, nõ hoc sanè pacto: sed vt cauum intelligitur sine naso: ita mathematicus.

Tex. 36. ¶ Nõ separata tanq̃ separata intelligit, cũ intelligit illa. Omnino aũt intellectus qui secũdum actũ, res ipsæ est. Vtrũ aũt cõtingat aliquid separatorũ intelligere ipsum existentẽ nõ separatũ à magnitudine an nõ, considerãdũ est posterius.

¶ Idest, mathematicus phãtasmate eget: nam formæ quas intelligit non sunt spirituales, sed materia conditæ. Nam circulus, aut triangulus ligneus, aut ęreus est, quamobrem imaginatio has imaginatur formas & intellectus secernit. Quod si hæsitas si intellectus coniũcta separat, vt Arist. hic admonet, est ergo abstrahẽs intellectus falsus reclamãte. 2. de physica auscultati. lib. text. 18. & 13. meta. ca. 3. abstrahẽtium non esse mẽdacium: defensio est abstractionem quandam esse falsam, quando ratio rei à re separatur, vt triangulus à figura. At verò mathematicus rationes rerũ non separat à rebus, quæ autem extra rationem sunt figurarũ & linearum, &c. illa separatim & seorsum intelligit, vt circulum separat à ligno & lapide non iudicando circulum non esse in ligno, aut lapide aut quouis alio. Sic cõsiderat ac si non esset, in quauis physica materia. *Omnino autem intellectus.* Quod dicit tale, intellectus ita accipit res, vt ipsæ sunt. si res in suam rationem vocat materiam, vt physica, intellectus quoq; capit cum materia: sin sine materia sit ratio rei, intellectus qui est in actu, rationẽ sine materia habet. *Vtrum autem aliquid separatorum.* Hoc est si ideas, quas Plato fingebat separatas à materia, & motu, &c. admitteremus, vrgebat nos quæstio: vt ergo intellectus noster qui coniunctus est materiæ poterit intelligere formas separatas illas? Atqui dicet aliquis cur apparet difficile Aristoteli idæas nos intelligere, si illæ essent, quandoquidem nos separata à materia intelligimus, vt angelos, & Deum? Alioqui non dixisset Arist. felicẽ hominis statum esse, qui separatas illas substantias nouerit, neque tã anxius esset in exquirẽdo motore primo & motoribus alijs. Respõsio hæc sit. Aristo. acutè etiã si latẽter reprehendisse Platonẽ: equidẽ noster intellect⁹ exactè nouit, quid homo, si verò hõ idæalis est, iã ergo separatus à materia esset, vt Plato nunquã non prędicat: at vero substãtiæ separatæ non patent nobis secundũ essentiam, sed solũ secũdum esse scimus Deum esse & angelos esse: latet tamen quid sint horũ substantiæ: quia egemus phãtasmate. Quãobrem nesciemus qđ sit homo, si homo esset omnino à materia semotus, (vt Plato ait) verum hoc considerãdum est posterius: est. n. negocij metaphysici idæas tradere, aut reijcere. Porrò hic locus aliter est ab interpretib⁹ in-

Duplex abstractio,

intellectus

tellectus vt de angelis & Deo sit quęstio, vt hæc intelligantur à nobis, quod non scripsit aperte Aristo. nisi, 2. meta. dicens vt oculus noctuę, &c. & 9. meta. nos non esse, vt cęcos in intelligendis illis. & sicubi scripsit lucidè liber non extat, neque cogitandum Aristo. sibi non constare hoc loco, vocantem intellectum non separatum, quē supra separatū dixerat: modo enim coniunctum intellexit corpori supra separatum ab organo corporeo, quę duo simul constant.

Prima disputatio si delectatio & tristitia necessario iudicium requirāt.



PRima verò morem nostrum sequentes quam instituimus quęstionem circa initia huius cap. est, an delectatio & tristitia iudicium conferentis, aut noxij, consequātur. Cū enim hoc certa ratione Aristo. & interpretes dixerint, non defuerūt autores etiā magni nominis, qui auderēt scriptis diuersam mandare sententiā iudicium inq̄ nihil esse necessariū, vt delectemur, aut tristemur: sed apprehēsionē simplicēque rei notitiā, abunde sufficere vt vel delectatio nos afficiat, aut tristitia nos premat: idem de alijs affectibus sapiēt. Defensio huius placiti petēda est ab Sco. in. 2. d. 6. q. 1. credenti angelos malos appetiuisse Deo ęqualitatem ex sola apprehēsione, cui suus Gabr. astipulatur cū Marsilio in. 2. lib. Senten. q. 16. ar. 1. etenim si brutis damus iudicia, vt iudicent hoc iucundū, illud molestū, quidni rationalia erūt? Id quod mouit quendā huius æui scriptorē, vt bruta sēsu orbaret & stupida crederet vniuersa animantia vno excepto homine. Huius hominis furorē ipsa experientia compescat, vt melius sapiat si voluerit. Rursum conchæ & spongiæ maris non iudicāt: nā solo tactu sunt donata, & non sensu interiori. Adde pueros nihil iudicare, & tn̄ delectari vbere matris. ¶At verò quā ipsi abhorreāt à peripaticis documentis superest ostendere: namq; toties audiuimus sensum cōmunem esse iudicē & arbitrū sensuū particulariū, vt pigeat referre si communis sensus iudicat, & hic est brutorū vt hominū: bruta ergo iudicāt. Et quid est qđ Auerroes. 3. de anima Com. 6 cogitatiuā dixit esse discursiuā. Verum ꝙ sit iudicium necessariū, & non sola apprehensio, ex Aristo. colligamus intellectū cōtemplatiuū non mouere dixit, qui etiā si iudicet, nō tamen de persequendis, aut fugiēdis, sed illa versat, quæ neq; fugæ sunt aut persequutionis: practicū aūt quia de huiusmodi iudicat, hac ratione delectatur, & tristitiam patitur. Subindeq; vel fuga exoritur, aut persequutio. Si ergo intellectus contēplatiuus etiam iudicādo non mouet affectum, & appetitum, vt qui considerat triangulū habere tres multò, minus intellectus actiuus solum apprehendens illud præstabit. Nā solū apprehendēs, contemplāti similis est magis, quam agenti. ¶Rursum si apprehensio sufficit præter sensus externos & memoriā, nulla esset alia facultas necessaria. Namq; cōmunis sensus eò traditur, quò iudicet sensilia omnia, submoto iudicio, quî est necessarius sensus hic iudex? ¶Rursum si apprehensio potens est mouere membra in motum, quæuis apprehensio hoc posset: cū tn̄ multa apprehendamus etiam terribilia, quæ non terrent vt mortē sępe apprehēdimus sine terrore, & multa voluptuosa sine voluptatis affectu. Et hui⁹ ratio alia non extat quā abesse iudiciū: quia quando iudicamus mala imminere si longè ea esse credimus, non horremus: neq; enim quoduis iudiciū sat est ad motum: quippe iudiciū est vniuersale, quo credimus nos morituros, sed tātisper dū viuitur lōgè esse hoc malū cogitatur: quare nō timetur. ¶Accedit istis aīalia ferri in cōmoda, & auferre se ab incōmodis ergo necesse est vt appetit⁹ à iudicio moueatur conuenientis: nāq; non satis est si aprehendat cibū, qui conueniēs est secūdū se, nisi iudicet cibū modo, & loco hoc cōducere: nā cibus qui vna hora cōgruit alia hora nocet: hæc autē vt fiant non interueniente iudicio, ignorabit, qui sapit Aristo. Ioan. Gram. simplicium, Themistiū, Thomā Aegidiū, Albertum, & alios hui⁹ doctissimæ classis, viros. Neq; quia bruta iudicāt, hac ratione cōpellimur rationalia appellare quia iudicāt de singularib⁹ bonis, & malis. Neq; credam⁹ Gregorio qui. 1. Sententia. d. 3. q. 1. placiti humani esse duxit si illa vocemus rationa- *Argumēta diluuntur.* *Greg. refellitur.*

 lia

lia,sed placiti quoq; humani esset homines vocare irratiōales,scio nomina significare ex humana positiōe,sed vocibus iā cōstitutis & significātiis vocum receptis illas turbare non licet.Cōchis verò,spōgijsque marinis sensum tactus damus & phātasiam.incertam tñ,quę illis sufficit, vt iudicēt de præsentib⁹ si cōducunt,aut non conducūt vitæ propriæ, indēnitatiq; consulētes. Neq; te moueat quod Aristo.in calce.c.8. scripsit.in cōplexione intellectuū esse verū & falsum, vt hinc colligas brutis non esse iudiciū verū,aut falsum:oportet.n.meminisse.c.7. tradidisse Arist.sensum quasi affirmare,vel negare: affirmat igitur,sed nō exactè, vt intellectus qui nouit quid sit affirmatio,aut negatio,quid verum, quid ve falsum.Id qđ sensus nescit,Colligas hinc neq; primos, quos vocāt theologi motus procedere à simplici apprehēsione,sed à iudicio. Qđ verò à culpa criminis careant, sit causa hęc,ꝙ iudiciū illud est,naturale,neq; deliberatiōis est,aut libertatis humanę,sed de repente nos inuadens.

Significātijs vocum constitutis illas turbare nō licet

Motus primi qui.

Secunda disputatio,vt mens nostra seiunctas illas à materia substantias noscat.



E huiusmodi quęst.Arist.paucula memoriæ prodidit, etiā si huius.cap. calce dicat se de hoc inquisiturum negocio.9. metaphysicorū tex.vltimo dixit nos in cognoscendis angelis & Deo nō esse vt cęci &.2.lib.meta. nostrū intellectū oculo vespertilionis cōtulit & libro de mundo diuinā notionē ex sensis reb⁹ assequēdā tradidit. At verò cū Deus sit spiritus & angeli spirituales & per imaginariam vim nō sint imaginabilia,vt illa quæ rubiginē materiæ nesciūt,intelligātur,non est peruia res, si indogmate peripatetico pedem figimus quod solēni doctrina tradit necesse est intellectū phātasmata speculari. At verò dicēdū arbitramur aliud esse intelligere in imaginali phātasmate aliud ꝑ phātasmata. Deus ergo & angeli à nobis nō in phātasmate aduertūtur: qa in phātasmate lucet solū concreta ex materia quiditas, qualis nō est angelica aut diuina.At verò nil incōcinè sapiesſi affirmaueris illa suprema, scrutāda per phātasmata creaturarū sensiliū vt Paulus ait inuisibilia Dei,per ea quæ facta sunt intellecta cōspiciuntur ad Rom.1.Vnde vt scite Cōmen. aduertit illa supramūdana egerrimè vestigamus. Ex his sumito argumētum non negligēdum, quod colligat, animas nostras esse incorporeas, & immortales. Nā si intellectus noster separat formas à corpore,vt mathematicas formas, & formas illas incorporeas nouit:est ergo nostra mēs incorporea,quod si incorporea, ergo immortalis.

CAP. VIII.

Anima vt intelligit est vniuersa intelligibilia, vt sentit est vniuersa sensilia,est tamen anima vniuersa,non secundum substantiam,sed quia vniuersorū formatur imaginibus. Sunt autē imagines sensilium menti ita necessariæ vt illarum opera mens destituta nihil discere possit.



VNC aūt quæ de aīa dicta sunt recapitulātes, dicamus iterū & oīa ea quæ sunt, quodāmodo est anima. aut. n. sunt sensibilia ea quæ sunt,aut intelligibilia. Est autem scientia quidem, scibilia quodāmodo,sensus autem,sensibilia. Tex. 37.

¶In promptu sunt quæ modo ait Aristo. quippe recapitulatio est præteritorum. Anima est quodāmodo omnia, non simpliciter omnia : quia aīa habet naturam differētem à rebus omnibus aliis, sed est quodāmodo:quia omniū rerum suscipit formas. Etenim aut intellect⁹ est aut sensus,& aut res sunt intelligibiles aut solū sensibiles. Si intellect⁹,est omnia intelligibilia,si sensus omnia sensilia: quia formæ rerum recipiūtur in anima, secūdum animę naturā,intelligibiles in intellectu & sensiles in sensu.Est aūt scientia,idest, sciens intellectus,scibilia quodammodo & sensus sensibilia.

¶Quomodo autē hoc sit, oportet inquirere. Secatur igitur sciētia & sensus,in res. ꝗ quidē potentia est, Text.38.

in eas

in eas quæ sunt potentia, qui vero actu, in eas quæ sunt actu. Animę aūt sensitiuū, & id qđ scire pōt, potētia hæc sunt. hoc quidē, scibile, illud verò, sensibile. Necesse est autē, aut ipsa, aut species esse. ipsa igitur nō. nō. n. lapis in aīa est, sed species. Quare anima, sicut manus est. manus enim, organū est organorū. & intellectus, species specierum. & sensus, species sensibiliū.

¶ Dixerat intellectū esse intelligibilia, & sensū sensibilia, quomō aūt sit hoc superest inquirere. Est aūt intellectus quidam actu, alter potētia, & res quoq; quædā actu intelligibiles, aliæ potētia. Et sensus iam actu, iam potētia, & res quoque quædā sensibiles actu, alię verò potentia sensibiles, nā intellectus & sensus secantur queadmodū & res. In habitu quoq; est intellectus, sed sub voce actus, intelligas actū primū, & scđm habitū. s. & operationē: potētia igitur distribuitur scđm rationē obiecti. Iste est locus, vnde colligūt philosophi, si diuersa est rō obiecti, diuersus est habit⁹. At Arist. hoc etiā si insinuet nō tradit: sed statum potētiæ esse scđm statū obiecti. Si intelligibile actu est & intellectus, nā per sciētiā malè hic subaudiūt isti habitū sciētificū, sed p sciētiā intellectū in actū ꝓmotū significant. quo more & supra illā appellauit. *Animæ autē.* Intellectiuū & sensitiuum potentiæ sunt & aīæ vires. At verò scibile & sensibile obiecta sunt. Necesse est autē animā aut esse ipsas res, aut illarum species. Nō est ipsa res: nanq; lapis non est in aīa, sed lapidis forma. Nam aīa non est locus rerum physicus: quare in ipsa non sunt res ipsæ, nisi secundum esse spirituale atque simplex, qđ est esse speciei, quæ est quædam rei similitudo, & non res ipsa. *Quare anima.* Vt manus nobis seruit in omnē vsum, ita anima sibi arripere potest omnē formā, & secum conuoluere: & vt manus est organū organorū, qa omnibus organis & instrumētis vtens est, sic aīa forma formarū: quia omnibus formis vti potēs est, hæc expositio est hui⁹ loci vulgatior.

¶ Quoniā aūt neq; res vlla est præter magnitudines, vt vidētur sensibilia, separata, in speciebus sensibilibus intelligibilia sunt & quæ in abstractione dicūtur, & quæcūq; sensibiliū habitus & pasiōes sunt. Et ob hoc qui nō sentit aliquid, nil vtique addiscet, aut intelliget. Sed cū speculat̃, necesse est simul phātasma aliquod speculari. phantasmata aūt, velut sensibilia sunt, prę terq̃ ꝙ sunt sine materia. est autē phātasia, aliud à dictiōe et negatione. cōplexio. n. intellectionum est. verū aut falsum. Primæ aūt intellectiones, quo differēt vt nō phātasmata sint? An neq; hę phantasmata sunt, sed nō sine phātasmatib⁹. Tex. 39.

¶ Quòd si qs sciscitetur, vnde colligit aīa has intelligibiles formas? quippe vniuersa, quæ cernuntur, quāta sunt & separata mutuò ꝓprijs magnitudinibus, vt lapis, hō, lignū & id gen⁹ alia, quæ nō sunt præter magnitudinē, sed ꝓprijs quātitatibus omnia sunt separata, atq; diuisa. Huic sciscitationi Arist. respōdet intellectū intelligibiles formas à phātasmate excipere: quia intelligibilia sunt in sensibilib⁹ potestate, vt prædixim⁹. Nā petrus sensilis est, & Petrus homo est. & homo in cōmuni intelligibilis est. Quæ ergo in abstractione sunt, id est, mathemata, vt circulus, triangulus, & quæ physica sunt horū habitus, id est, formæ & pasiōes (subaudi proprietates) quæ omnia sunt intelligibilia, formæ. s. physicæ & proprietates harū formarū. Formæ ergo mathematicę sunt sensiles & formæ physicæ, vt forma aquæ, & ignis, & horū quoq; ꝓprietates. Hæc tria vidētur numerari hic à Ioanne Grāmatico sensibilia, quorū accipit intellectus notionē per species sensibiles in quibus ostendūtur intelligibilia. Quādo verò audimus Arist. loquētem nullā esse rem præter magnitudinē, ne sit offen

Mathematica physica horum proprietates sensibilia sunt.

ſio in verbo, vt inde ducamus in mẽtem nullam rẽ eſſe exceptis ſenſibilibus: quã doquidem Ariſt. aperto ſermone ſit iam cõfeſſus ſubſtantias ſeparatas. Cæterùm quod ait hoc eſt nullã eſſe rẽ a nobis intellectam, cuius inquam nobis ſit notio propriæ eſſentię, niſi ſit ſenſilis: qa vt intelligãtur ſeparata noluit hoc libro diſſerere, vt paulò antè dixerat. Et egregiè hoc cõuenit prioribus: dixerat.n.intellectum eſſe ſpeciẽ ſpecierũ & ſenſum circa ſenſibilia eſſe ſpeciẽ ſpecierũ, nunc autẽ quãdo intellectus corpori coniũctus eſt angelorũ, aut Dei ſpeciẽ propriã non habet. Verũ illarũ rerũ ſibi cõciliat ſpecies proprias quæ ſunt ſenſibiles, vt mathematicarũ & phyſicarum rerũ, quanq̃ formæ ſubſtãtiales phyſicæ vt forma ignis, ſentitur per accidẽs, intelligitur ꝑ ſe, etiã ſi Cõmentator formas ſubſtantiales has vel illas cogitatiuæ virtutis voluit eſſe, & ab hac vi per ſe cogitari etiã ſi ab alijs ſenſibus per accidẽs. *Et ob hoc qui non ſentit aliquid.* Legitima collectione hoc duxit à prioribus. Si.n.quidquid intelligimus, & ſcimus in ſenſibilib⁹ inuenimus, vtiq; qui orbatur ſenſu à natiuitate, nil addiſcet, aut intelliget, vt ipſe quoque libro poſte.2.c.vltimo. dixerat: ſed cũ ſpeculatur neceſſe eſt phãtaſma ſpeculari: phantaſma verò eſt velut ſenſibile, excepto quod eſt ſine materia. *Eſt autem phantaſia.* quãtum mutuò diſcrepẽt phãtaſia, & intellectus, hæc verba oſtẽdunt, aut repetunt. Nã in phãtaſia non eſt dictio, & negatio: quæ ſunt in intellectu. Quare & definitur veritas eſt adęquatio rei ad mentem, quãdo vt res eſt ita intelligitur tũc eſt veritas. Hæc aũt verba non detrahũt iudiciũ à phãtaſia, qa ſi ſenſus cõmunis iudicat, qui inferior eſt, & phãtaſia iudicabit, quę ſuperior. Sed phãtaſia etiam ſi iudicet, neſcit ſe iudicare: & phãtaſia dicit ſanè affirmãdo. Et proximo.c. Ariſto. dixit ſenſum & apprehẽdere & dicere, id qđ modo nõ negat, ſed audire hũc ſermonẽ oportet: phãtaſiã nõ dicere: quia ipſa neſcit qd dicat neq; de quibus affirmet. Sic Thomas locũ hunc intellexit, Themiſtius verò ꝑ phãtaſiã ipſa viſa intellexit, non vim, quã diximus imaginariam. In ipſis quoq; viſis & ſpectris rerũ nõ eſt verum & falſum. Siquidẽ imago Petri ſimplex eſt, & Pauli & aliorũ, hæc non ſunt cõplexio, nã complexio eſt varia, Petrus eſt aut non eſt, petrus dormit ſeu Petrus vigilat. Sed ipſum phãtaſma nil variat à ſua ſimplicitate, neq; ſenſus vllus tantas & tot varietates cõponere põt in rebus, quot & quãtas intellectus. *Primum aũt intellectiones.* Vertit in dubiũ de primis notionibus intellectus quæ ſimplices ſunt, vt notio hominis bouis, &c. hæ cùm ſint ſimplices, nihil veri aut falſi enuntiationis habẽt, vt ergo hæ primæ notiones à ſimplicibus phãtaſmatibus diſtinguentur? Reſpõſio eſt primas notiones mẽtis non eſſe phãtaſma, ſed non ſine phantaſmate. Suppreſsit cauſam differẽtiæ Ariſto, quã Themiſtius docet phãtaſmata à rebus imprimũtur, & inurũtur phãtaſiæ ſpecies, vt vibices ex verbere, citra læſionem tñ. Atqui notio mẽtis non imprimitur à re, ſed ipſius mentis eſt actus & operatio eſt, quã ipſa mẽs ſecũ abſoluit. Adde quoq; primas notiones eſſe vniuerſales, ſed phantaſmata eſſe particularia. Philoponus vniuerſa hæc noluit intellecta ſecũdum viuerſalẽ traditionẽ, vt intellectus noſter nihil ſine phantaſmatis opera intelligere queat: ſed ſolum phyſica intelligibilia, atq; mathematica, egẽt opera phãtaſmatis. Cæterũ prima intelligibilia, vt Deũ & intelligentias ſine phãtaſmatis adiutorio à nobis intelligenda concedit. Et hoc quidẽ per ſe verum eſt, illa ſuapte natura phãtaſmate nõ egere, quia ſunt à materiæ cõcretione abhorrẽtia: tamen qđ nos illa intelligamus citra phãtaſmata, neq; ipſe probat cõuincẽti argumẽto, neq; Ariſt. tradidit. Alioq cũ audiamus hominem orbatũ ſenſu, non eſſe diſciplinę capacẽ, nulla aderit nobis notio, niſi phãtaſmatis opera. Paulus Venetus Deum & ſpirituales ſubſtãtias ab humano intellectu docuit intelligibilia ꝑ abſtractionẽ.6. quã deductiõis appellare ſibi placuit. Diſcreuit.n.6. abſtractiones actuationis, ſeparationis, depurationis ſpecificationis, cõpoſitionis, & deductiõis. Actuatiõis eſt illa abſtractio intelligibilis à phãtaſmate. Separationis verò eſt quã à notiõe ſingulari intellectus cõmunẽ ſibi accipit, vt à cõceptu Petri hominis conceptũ. Depurationis eſt, qñ ab intelligibili lucente in phãtaſmate ſpecies

Sex abſtractionum genera.

cies intelligibilis profertur: specificationis est, quādo sibi format intentiones secūdas. Quinta est quādo ex simplicibus notionibus cōstruit cōpositiones & enūciationes: postrema quādo per effecta in causas scandimus, vt per motum assequimur motorē. Ego tamē non tātam abstractionis turbā recipere volo. Abstractionem.n.actuationis, & separationis, & depurationis, cur distinguat, me latet. Nā ipsa actuatio, est quædam separatio intelligibilis à phātasmate: & à cōcretione materiæ, quędam repurgatio. Abstractio quarta in concione vocatur specificationis. Nam non omnis secūda intentio est species. Alia.n.genus, alia indiuiduū alia nomen, alia verbū. Quando verò componit non abstrahit intellectus, sed vtitur abstractis. Illā verò, quę est deductionis vocet vt libet: mihi.n.in confesso, si propriè vocis significātia ad peripateticam methodū est obseruāda diuina nō per abstractionem, intelligi à nobis sed per discursum. Nam illa solū abstractione cognoscūtur, quæ cū phātasmata immittāt in nobis, phātasmata illa intellect⁹ quasi excoquens & ad purum velut resecans inuenit ibi intelligibilia, vt Arist. hoc. c. docuit. Diuina verò phātasmatibus suis non inurunt nostrā phātasiam. Cæterū, vt separata intelligantur supra disseruimus nisi negationē per quam diuina cognoscuntur velis abstractionem vocare: sed vt dixi nō est hęc abstractio peripatetico. Sufficiant nobis in vniuersum tria genera abstractiōis physi. alterū, alterū mathema. alterū metaphysicū. formæ tñ metaphysicę ipsæ suapte natura sunt abstractæ & à nobis, non abstrahuntur, vt Paulus cēsuit per abstractionē nostram illa intelligi. Cæterum physicæ & mathematicæ formæ hæ cū sint visco materiæ inuiscata per nostrā abstractionē illuminantur, & ostendūtur. Lapsus rursum est Paulus Venetus nō solū in abstractione, sed in modo abstractionis, plurimū discessit à tramite peripatetico. Credidit agentem intellectū effundere lumen spirituale extra se, & illud phātasmati imprimere. Et hoc lumine illustratū phantasma producit speciē intelligibilē. Duxit hoc in mētem quibusdam, vt ipse ait euidētijs: prima si phantasma non est de se intelligibile, sed per accidēs, ergo aliquid extrarium sibi accedit, quo intelligit. Hoc verò lumen spirituale est. ❡Secunda, mediū diaphanū, vt aër est potentia perspicuus & infuso lumine fit actu perspicuus. Phātasma est potētia intelligibile: erit igitur actu intelligibile lumine spirituali infuso. ❡Tertia, quod trāsit de potētia in actū per mediam formam progreditur: tale est phātasma, ergo nouam aliquā formā excipiet. ❡Postrema, intellectus est vniuersalis causa, & phantasma particularis, intellectionū: particulare aūt agens ab vniuersali aliqd sibi conciliat, vt secū coagat. 8. physi. text. 35. Ego verò hanc sententiam quorundam Arabum esse dixi superius in hoc tertio, illāq; reieci. certissimeq; mihi sum persuasus agentē intellectū, nil lucis influere in phātasmata. Sed qđ frequēti sermone circūferimus agētem illustrare phantasma, non aliud significat, quam ꝙ sæpe diximus agētis intellectus consideratione, conditiones singulares non expendi. quas primo congressu offert phātasma: sed solum ipsum vniuersale, quod sub illis cōditionibus latebat sub consideratione venire intellectus. Et hoc est illustrare. Est sanè verū, quod primū ipse accipit, phantasma non esse per se intelligibile: sed per accidēs, quia in natura phātasmatis nihil est actu vniuersale, sed omnia actu sunt singularia. Cæterū à cōsideratione intellectus est intelligibile, nō denominatione intrinseca: vt color est lucidus suscepto lumine, aut diaphanū, sed ab extrinseco est intelligibile phantasma: quia intellectus potēs est cōsiderare Petrū non vt Petrus, sed vt homo solum. Progreditur ergo de potētia in actū phantasma, nō per aliquā intrinsecā mutationē, quia nouam formā spiritualem excipiat, vt Paulus philosophatur: quia huius formæ non est capax phātasia: qa hęc forma est intellectualis, quæ pugnat cū sensu. Sed de potentia. i. quia poterat cōsiderari phātasma Petri sine cōsiderationibus indidui promouetur in actum, quia iam consideratur. Sed hæc omnia ab extrinseco sunt. Aër verò de potentia, transit in actum intrinsecus forma suscepta: non enim aër est illuminatus appellatione forinseca, vt phantasma dicitur

Pauli lapsus

Lapsus Pauli.

Pauli fundele.

Agens nihil influit intellectus in phātasma.

tur intelligibile,& hæc fuit hallucinatio nis & offensionis occasio. ¶Vnde tertiũ argumentum resolutas habet vires: non enim phantasma transmutatur de poten tia in actũ propriè, nisi quadã appellatio ne extrinseca. Est autem agens particula re, nõ per lucem spiritualem illi à mente inditam, sed quia consideratione illa in- tellectus mouet possibilẽ intellectũ. Et quanquã ipse reprehẽdat philosophiam tradentem phantasma esse velut instru- mentum agẽtis, nos illam non reprehen dimus. At cũ sit agens intellectus ab Ari sto. dictus, ars instrumentum huius artis phantasma putamus, vt supra prædixi- mus. Et vt instrumẽtum nulla qualitate suscepta, sed quia vtitur illo ars formam artis inducit, ita & phãtasma motum, id est, consideratum ab agente in intelle- ctu: hic. n. alium non desideres motũ spe ciem intelligibilẽ proferre potest. Quæ- rat aliquis illud phantasma, sic conside- ratum num est in phantasia, aut quẽ lo- cũ habet quietis? Dico neutiq̃ est in phã tasia, vt est sub consideratione, & abstra ctione illa, quã sibi donat agens intelle- ctus: sed nullibi est subiectiuè, quod di- cunt philosophi. At obiectum habet es- se in intellectu agẽte, quod illi oblatum est secundum rationem abstractionis.

CAP. IX.

Quæ sit motiua vis disseritur illam neq; imagina riam vim esse aut altricem neq; appetitum so- lum aut intellectum actiuum solum apertis ar gumentis traditur.

Tex.40. VONIAM autẽ ani- maliũ aĩa secundũ duas diffinita est potentias, & discre tiuo quod intelligẽ tiæ op⁹ est & sensus, & adhuc mo- uendo motu secũdum locum, de sensu quidẽ & intellectu determi nata sint tot. De mouẽte aũt quid nam sit animæ, speculandum est, vtrũ vna quædam pars ipsius sit se parabilis, aut magnitudine, aut ra tione, an tota anima? & si pars ali- qua, vtrum propria quædã sit præ ter consuetas dici & dictas, an ha- rum vna aliqua?

¶De vi motiua instituit nũc sermonem, quæ cùm vniuersalior sit, q̃ vis intelligẽ- di: pluribus. n. cõpetit motus, quã intel- ligendi actio, secũdum præceptiones pe ripateticas, videbatur primum instituen dum sermonẽ, de vi mouente q̃ de intel- ligente. Et cõtra fecit Arist. pergit tracta tum de intellectu, quo absoluto ad vim motiuã manũ admouet. Sed nos satis di- ximus in disputationibus, quæ sunt ad cap. 6. huius libri ordinem nõ esse rigidè ab Arist. obseruatum, vt quę vniuersalio ra ducebat illa præmitteret, & cui priora non faciũt fidem, vel hoc faciat est neces se, quod in manibus adest de intellectu, & vi motiua. Cæterum quia Arist. erat di sputaturus, quæ hæc vis motiua, an intel lectus, an sensus, an appetitus, hac ratio ne de intellectu præmisit tractatũ, & nõ eo ordine disseruit de gradibus animato rum, quo illos numeratos dedit. Nam in numero postremus est intellectiuũ. Ait ergo quoniã autem animaliũ anima se- cũdũ duas definita est potẽtias: imò plu- res duabus definita est, ait aliquis: plu- res. n. quam duas vires supra denarraui- mus. Respõsio est, hoc nõ de ꝓpria depro mere sentẽtia Arist. Sed de antiquorum placitis, qui duobus distinguebãt anima tum ab inanimato, & motu & cognitio- ne. Duos tãtum gradus animę conceden tes & discretiuũ, quod sensus est, & intel lect⁹: vterq;. n. discernit, sed hic vniuersa lem facit discretionem: ille verò particu larẽ: alter gradus motiuũ est. De discreti uo cum absolutus sit tractatus, de vi mo uendi instituenda est inquisitio. *Ordo peripateticus inuersus.*

¶Et primùm de motiuo est inquirẽdum, an sit vna pars animæ, vna potentia, seu vis separata ab alijs aĩæ viribus magni- tudine, seu loco, an fortassis ratiõis sit di scretio non loci separatio: an demũ ipsa motiua sit tota anima, & nõ animæ pars. ¶Atq; tertia quæstio est, si animæ partẽ dixeris, an sit vna illarum, quas cõmunis consue- *Tres quæstiones de vi motiua.*

consuetudo illius temporis dicebat partes animæ. Nam Academici omnes tres dicebant animæ partes, rationem, irascibilẽ, & cupiditatem. Hæc tria sunt, quæ proponit de vi motrice dubia.

Text. 41. ¶ Habet autẽ dubitationem mox quomõ oporteat partes aïæ dicere & quot? quodã. n. modo infinitæ vidẽtur, & nõ eæ solũ quas dicunt quidã determinantes ratiocinatiuã, & irascitiuã, & cõcupiscitiuã. alij aũt, eam quæ rationẽ habet, & eam quæ rõne caret. Secũdum. n. differẽtias per quas has separant, & aliæ vidẽtur esse partes, maiorẽ his distãtiã habẽtes, de quibus, & nũc quidẽ dictũ est. Vegetatiua. s. quę & plãtis inest, & omnibus animalibus. Et sensitiua, quã neq; vt irrationabilẽ, neq; vt rationem habentem ponet quis vtique facile. Adhuc autẽ & phantastica, quæ ipso esse quidẽ ab omnib⁹ alia est,

¶Et quæ proposita sunt dubia ex altiore pendent principio: quot videlicet sint animæ partes, & quomodo illas appellare liceat: nanq; prima fronte illas infinitas, idest, citra numerum certum dicet aliquis. *Plato de numero potentiarum.* Quoniam multi audientes esse potentiam operationis principium secundum varietatem operationũ æstimabũt potentiarum numerũ: sunt. n. numeri operationum multi, quos certis limitibus assequi nõ possumus. Nã motus progressiuus multus est, iã sursum, iã deorsum, iã ante & retrò & id gen⁹, si numerãdæ sunt potẽtiæ numero horũ motuũ. Nõ est ille Platonicus numerus cert⁹ tres discernẽs potẽtias ratiocinatiuũ, irascitiuum, & cõcupiscitiuũ. Neq; ille breuior probãdus est numerus, quo alij Stoici potentias cõ- *Stoici de numero potẽtiarum.* cludebant. Quædã est rationalis potentia alia verò irrationalis. *Secundũ enim differentias.* Orditur reprehẽsionem vtriusq; sententiæ & Academicæ atq; Stoicæ & est argumentum primũ in Platonẽ. Plus differunt altrix potestas ab irascibili, q̃ irascibilis & concupiscens. Nam hæ duę partes sunt animę sensitiuæ, & innitũtur appetentiæ animalis: Quare magis sibi consentiũt. Si ergo vires, quæ magis sibi consentiũt numerãtur, vt discretę animę vires, cur vis altrix nõ recensebitur inter animæ vires? *Et sensitiua.* Colligit secũdò de sensaria vi, quæ neq; rationalis, neq; irrationalis primo aspectu videtur: etenim quatenus per sensariã vim rationis est ascensus, & humanus intellectus illa vtitur ad rimandum intelligibilia, rationalis censebitur: quippe quę rationis ministra. At verò quatenus brutorũ hęc vis est, brutalis & ratiõis asimbola videtur. Hæc ergo vis, quæ in coliminio videtur rationis & irrationalium virium, erat numeranda cum reliquis. *Adhuc autem.* Tertiò colligit, cur Plato nõ meminit virtutis imaginariæ, quæ secũdum suam rationem ab omnibus discrepãs est, est. n. status & terminus sensibilium, vt pręcedentia cõmentaria docuerunt.

¶ Cui autem harum eadem vel alia sit, habet multam dubitationem, si quis ponat separatas partes animæ. Adhæc autem appetitiua, quæ & ratione & potẽtia, alia videbitur vtiq; esse ab omnibus. Et incõueniẽs autẽ est, hãc sequestrare. in ratiocinatiua enim, voluntas fit, & in irrationabili, cõcupiscẽtia & ira. Si autẽ tria sit anima, in vnoquoq; erit appetitus. Text. 42.

¶*Cui aũt.* Idest, exqrere an sit eadẽ phãtasia, quæ rõ, an quæ cupiditas, an quæ irascibilis, nõ facile est. Aut si aliena est ab istis, si quis dixerit partes omnes animæ esse re differẽtes & separatas. *Ad hæc aũt.* ¶Quartum expromit argumentum, cur Plato nihil meminit appetitiuæ animæ facultatis, quæ origo est & fundamẽtum irascendi, & cupiẽdi. Nam ira & cupido ab appetitu profluũt: est. n. ira vindictæ appetitus: & appetentia genus est adhęc omnia: appetitiua ergo potẽtia videtur, alia

alia ratione sanè, q̃a appetitiua habet rationem potẽtiæ genericæ, cæteræ speciales habent rationes, irascibilis inq̃ & concupiscibilis, & vis appetẽdi est potentia. Est.n. principiũ appetẽdi: quãobrẽ esset quoq; separãda vis hæc appetẽdi ab alijs trib⁹ viribus, quas Platonici collegerũt. At verò quãq̃ Platonici appetitiuã vim ab alijs tribus recẽsitis distrahant: quia plantis dederunt appetitum, non tñ hoc recta pendunt lãce. Siquidem appetitus in illis trimembri illa partitione potentiarum continetur necessariò: in ratione est voluntas, quæ est quidam appetitus rationalis. Cupiditas autẽ & ira sine appetitu non sunt vt prædiximus. Sinistra igitur causa appetitum non cõnumerarunt inter animæ potẽtias illas tres, quas Plato probat. Quare si tria sint in anima vt Platonici probatissimũ recipiunt, appetitus non est distrahendus à trimẽbri hac partitione.

Tex. 43. ¶Et etiã de quo nũc sermo instabat, quid est mouẽs scd̃m locũ animal? motũ .n. secũdum augmentũ & decrementum qui omnibus inest, qđ omnibus inest videbitur vtiq; mouere, generatiuũ & vegetatiuũ. De respiratione aũt & expiratione, & somno & vigilia, posterius perspiciendum. habent enim & hæc, dubitationem multam.

¶Quinta hæc est Platonicorũ offensio, si solum tribus viribus distinxerũt animã, vbi collocabunt motiuã vim, & cur hanc intermiserũt? Nam etiam si vim causantem accretionẽ, & decretionẽ, & generationẽ, quæve sit vis altrix non retulerũt, & vim causantem somnũ, & vigiliam reticuerũt. Itidẽq; vim expirãtem & respirantem neglexerũt: quia non peruiũ est, quod sit harum operationum principiũ, propriaq; potẽtia. Hæc ergo genera motuum, vnde proficiscũtur Platonici non dixerunt, quæ tamen sunt animæ operatiões, vt ratiocinari irasci, & cõcupiscere.

Tex. 44. ¶Sed de motu scd̃m locũ quid sit mouens animal scd̃m progressiuũ motũ, cõsiderãdum est. Quod igitur non sit vegetatiua potentia, manifestũ est. semper. n. propter aliquid, motus hic fit. & aut cum phãtasia aut appetitu est. nil. n. nõ appetens aut fugiens, mouet, nisi violentia. Amplius, & plãtæ vtiq; motiuæ essent, & haberent aliquã partem organicã ad motum hũc.

¶Depulsa trimẽbri partione Platonis; qua reiecta reijcitur, & alia bimembris: quia vt dixit sensaria vis media videtur inter rationales, & irrationales: quãquã Arist. hac partitione sit vsus libro Ethi. 1. cap. fina. ibi enim agens de moribus solũ considerabat partes animæ, nõ vt animę sunt, sed vt morib⁹ aptãtur: & ideo quasdam dixit animæ partes rationales, quæ rationem aut habent, aut sequuntur. Vnde voluntas, quia rationem sequitur, rationalis est animæ pars, & appetitus quoq; sensualis, quia nonnũquam rationi paret rationalis est: Sed quando non paret, irrationalis & brutus est affectus. Alias autem partes, quæ capaces non sunt rationis imperio, omnino irrationales dixit, vt nutritiua, generatiua, respiratiua, & id genus. Quare tẽperãtia est in appetitu fortitudo quoq; in appetitu sensitiuo, iustitia in volũtate: prudẽtia in intellectu: q̃a istæ potẽtiæ rationales sunt. Sed in nutritiua nulla virtus ethica, aut pollitica est. Hîc verò nõ de partibus animæ hac ratione agimus, sed secũdum rationes obiectorũ, quæ cùm sint plures, q̃ duæ distingũtur in plures, q̃ sint rationalis, atq; irrationalis. Referamus iam nos in Arist. præsentem locũ: demõstrat vim motiuã non esse animæ vegetatiuæ vim. Siquidem vis motiua de qua nunc sermo est, est ad locũ gratia alicuius, aut consequendi, aut fugiendi: quare cum imaginatione & appetitu. Nunquam enim animal mouetur, nisi appetẽs aut fugiẽs aliquid, nisi violẽtia pellatur. Tũc enim neq; appetẽdo, neq; fugiẽdo motum violentũ cõplet: potius enim mouetur tunc quã se moueat. At verò vis altrix neque appetitu, neque phantasia regitur (appetitu,

Conclusio Aristo.

Quæ ratio partium aïæ in hoc libro apud Arist. & quæ ratio in Ethicorũ libro.

titu subaudi annimali) qui sequitur formam apprehensam: nam anima in apprehensas formas se mouet, amplius plantæ essent hac vita prędite: quippe sunt altricis facultatis compotes. Id quod falsum est: nam nullo organo sunt donatæ, quo progrediātur. si carent organo, & vi animæ vtiq; carebunt: quia vis iners est citra organum.

Tex. 45. ¶Similiter autē: neq; sensitiuum. multa. n. sunt animaliū quæ sensum quidem habēt, manentia autem & immobilia sunt assidue. Si igitur natura neq; facit frustra quicq̄, neq; deficit in necessarijs, nisi in orbatis & imperfectis, huiusmodi aūt animalium perfecta & nō orbata sunt, signum aūt est, ꝙ generatiua sunt & augmētum habent & decrementum fit vt haberent vtique & partes organicas progressionis.

Vis sensaria nō est motrix ¶Secūdum addit vim sensitiuam, nō esse vim motiuam motus processiui de loco in locum. Nam conchæ, & spōgiæ marinæ, quæ terris defixę degūt litoribusque cohærent immobiliter, hęc sanè vim sensariā habent, & vi motiua sunt destituta, dilatant se sanè in cibaria, & noxia refugiunt, quo se animalia esse indicāt: verū processiuūm motū non habent. Quòd si dixeris ex natura sua esse mot⁹ ꝓgressiui capacia, sed aliūde impediūtur, vt claudus homo, aut vtroq; orbatus pede. Responsio fit hec, animalia quæ aliquo impedimento detenta suapte natura diximus quātum sui est generis ꝑfecta sunt. Neque sunt orbata, aut imperfecta, aut mutilla, sed spongiæ, in suo genere sunt absoluta animalia. Siquidem perfectionis in animalibus hæc sunt signa, quod se augent, & generant sibi simile quibus spongiæ marinæ præditæ sunt. Quamobrem cum natura nunquam in necessariis desit: neq; in non necessariis superfluit, si huiusmodi animalcula haberent vim motiuam, & instrumentis peragendo motui essent donata. Id quod nō cernimus. Et expēde nos non dixisse esse hec animalia simpliciter perfecta at solū in suo genere.

¶At vero neq; ratiocinatiuum, et vocatus intellect⁹, est mouēs. Speculatiuus enim, nihil speculatur agibile, neque dicit de fugibili & persequibili quicquā. semper autem motus, aut fugientis aut persequentis aliquid est. Sed neq; cum speculatur aliquid huiusmodi, iā præcipit aut persequi aut fugere, queadmodum sæpe intelligit terribile aliquid, non iubet autem timere, sed cor mouetur, si autem delectabile, pars aliqua alia. Tex. 46.

¶Tertiam assertionem addit vis motiua non est ratiocinatiuū. Id quod vocamus intellectū contēplatiuum. Namq; contēplatiuus intellectus etiam si secum multa agitet contēplando, ostendendo vera, atq; falsa, motus non consequitur: hic. n. intellectus nō refugiendo, aut persequēdo, meditatur, vt cum triangulum habere tres considerat. & quanquā aliquādo de persequendo, aut fugiēdo secum voluat, theoricè duntaxat id præstat, vt ꝙ bonum est pauperibus subuenire, nihil tamen præcipiens, cui, & quādo, & quomodo, quod ad motum exhibendum est illi dictare opportunū. *Non iubet autem timere.* Et sistit in eo quod dixerat intellectum theoricum non esse causam aut persecutionis, aut fugæ, quia theoricus intellectus vniuersalium est, vniuersalia verò iudicia parum aut nil mouent. Cæterum aliquando contingit intellectu theorico vniuersalia cogitāte, partes aliquot corporis moueri, vt cor timeat, aut alia pars delectetur, vt cogitātibus nobis venerea etiam in vniuersali non nihil titilationis accidat. Eæ autem affectiones accedentes (nobis dissentientibus, imò repugnantibus) quas theologi motus primo primos vocant, non contingunt ex imperio intellectus deliberantis, quippe nihil tunc intellectus deliberat. Vniuerlia *Vis motiua non est mēs.* *Motus primi*

salia enim contẽplatur, & non particularia. Verùm coniũctione appetitus ad intellectum huiusmodi affectiones dissultãt. ¶Aduertẽdum autem Arist. Platonicis exemplis vti modo. Plato siquidem in corde dixit irascibilem, iacere potestatem. Cuius est sperare, & timere. In iecore verò cupiditatẽ statuit, cuius delectari, hoc est quod ait. *si autem delectabile pars aliqua alia.* Id est, iecur his verbis quãtum fert mea sententia, nouum insinuat argumentum Aristo. aduersus Platonẽ. Si cor aut iecur haberent in seipsis vim motricem, affectus cordis, aut iecoris, motum exteriorẽ proferret. Id quod falsum est, nonnunquam enim timente corde nihil extra mutamur. & quanquã delectemur aliquando. interna voluptate exterioris motus nihil experimur, vt neq; iudicante intellectu theorico exterius mouetur, Quapropter neq; intellectus est vis motiua, neq; reliqua aliarum partium Platonicarum. Reprehẽdit Ioannes Grammaticus hæc Aristoteles exẽpla: quia cũ de motu totius animalis esset differendũ quia ita. Arist. instituit differere in principio. c. huius ad motum particularium dilapsus est, cordis, aut iecoris. Cæterũ locus hic vacat à reprehẽsione immo collectio est in Platonem vt prædixi.

Vis irascibilis concupiscibilis nõ habent vim motiuam.

Non assaquitur Philoponus Aristo.

Tex. 47. ¶Amplius & præcipiente intellectu, & dicente mente fugere aliquid aut persequi, non mouetur, sed secũdũ cõcupiscentiã agit, vt in continẽs. Et omnino aũt videmus, ꝙ qui medẽdi artem habet, & nõ sanat. tanq̃ aliud quidpiam principatũ obtineat, agẽdi secundum scientiam, sed non scientia.

Actiua mẽs non sufficit motui præstando.

¶Quod admonet tex. hic est intellectum actiuum ad motum non sufficere: quia etsi intellectus iudicet deliberando, à cõcubina recedẽdum esse modò, non continuò receditur, sed præualescente cõcupiscentia, & superante intellectus imperiũ non receditur, vt hi qui sunt cõtinentes satis indicãt. idem quoq; est de intellectu iudicãte castitatem modò esse persequendam, quam incontinentes presi propria cupiditate non persequũtur. Et exemplo quodam rem totã manifestat. Medendi ars tota practica est, tota remedia salutis pręcipit, quę præceptio ægrotum nõ sanat, neq; sola mouet medicum vt remedia admoueat morbo expellendo, aliud ergo principium est in medico quod ipsum mouet secundum artem, vt morbis prouideat & non est ars sola.

¶At verò neque appetitus, huius motus dominus est. continentes enim, appetentes & concupiscentes, nõ operantur ea quorũ appetitũ habẽt, sed sequũtur intellectũ. Tex. 48.

¶Tale est. Appetitum nõ esse principiũ sufficiens motui peragendo. Siquidem appetitus sensitiuus, sæpe cupit venerea & retrahitur castigante intellectu à cupidine vt continentes ostendunt, qui etsi illecebris sensus titilentur: tamen titilationibus non consentiunt, imperio rationis libidinem vetãtis magis adhærẽtes. Quinq; ergo sunt quæ hactenus retulit Arist. quæ singula non sufficiunt ad motum processiuũ animalis, altricem vim, sensariam, theoricum intellectum, actiuum intellectũ & appetitũ sensitiuum.

Appetitus nũ sat motui

Prima disputatio quid & qualis vis est motiua.



CITRA tradita in cap. isto primũ quod vertimus in dubiũ est, quid est quod Arist. primũ de apprehensiuis potentijs: nunc verò de motiuis discusserit. Siquidem vis motiua intellectiua, saltẽ est generalior. Responsio est motus animalis de quo nunc instruitur disputatio, sequitur apprehensionem: quare quia apprehensionis, sequela est motus, hac ratione præmisit tractatũ de apprehensiuis viribus, & appetitiuis & subinde vis motiuę adorsus est negocium. Est autẽ aduertendum, vt de vi motiua nõnihil pãdamus, in animali esse vim motiuam quandam naturalẽ, aliã verò animalẽ dixit Damascenus lib. 2. de fide. c. 16. Naturalis ea est, quæ apprehẽsionẽ non præexigit. Vt vis pulsatilis, quæ viget in arterijs, qb⁹ multum spiritus conditur, exiguus verò sanguis. Hæc vis est in corde qua se agitat irrequieto motu. Vnde & respirãdi vis est quoq;

quoq; naturalis quædã mouendi vis animalibus solum concessa. Mitto vires attractiuas & expulsiuas, quæ sub idem genus veniunt computãdę. De huiusmodi vi nihil differitur modo: quia huius motus principium, neq; est apprehensio, neque animalis appetitus: est autẽ alia vis motiua, quæ apprehensionis est & hanc præexigit. Hæc autem vis distribuitur in vim dirigentem motum progressiuum, & in imperantem, & exequentem motũ. vt Auicena dixit libro suorum naturalium etiã si dirigentem vim supprimat. Vis dirigens est apprehensiua vis imaginaria, & æstimatiua. Illa enim dirigit acceptis à rebus formis, secundum quas dirigit animal: in motum verò mouet secũdum intentiones à rebus acceptas, vt ęstimatiua ouis fugit lupum: quia intentionẽ cõcepti noxij & offensiui, & sectatur vestigia matris, vt sibi commoda & proficua. Vis autem irascibilis & concupiscibilis vires sunt motrices imperando. Nam concupiscibilis imperat motum in rem voluptificam, & discessum à re tristifica. Hui⁹ enim facultatis est delectabilia & tristia versare. Irascibilis verò est imperans motum & repulsam noxiorum, & obuersantium cupidini, vt leo per irascibilẽ catulos defendit suos & gallina pullos à rapaci miluo protegit. Hui⁹ itaq; vis est & mala ardua repellere, & bona, quæ sunt multi sudoris appetere. Vis vero motiua exequens hæc in musculis cordis, neruis, & lacertis residens est. Vnde hæc vis postrema exterior est, aliæ verò interiores. Colligas vim hanc motiuã & priorẽ non esse in vniuersis animalib⁹ sed solũ perfectis. Quibus est perfecta cõpositio. Nam vt diximus in conchis, & spongijs, quæ Græci zoophita appellãt, vis hæc non est neq; prior est, quãquam priorẽ vim motiuã, quam naturalẽ diximus, vtcũq; impressit vestigia incũctis amalibus etiam si nõ semper sit cor est aliquid cordis imaginẽ referens mot⁹ causa. Quare illud cũ egeat refrigerio, nõ nihil motus quo refrigeretur concedere oportet. In postremo & optimo gradu est vis motiua hominis, qua homo est quę rationalis & intellectiua vocatur & hæc gemina est iudicatiua quæ est intellect⁹ dirigẽs & imperans. Alia verò est appetitiua

Vis dirigens

Vis imperãs.

Vis exequens.

Vis pulsatilis

quã cõsueto nomine volũtatẽ vocitam⁹ intellectiua secernitur in agentẽ intellectũ cui⁹ est facere formas & à visco materię repurgare phantasmata, & possibilẽ cuius est repurgatas & intelligibiles excipere formas quæ nos supra in tres gradus distinximus, vt potentia est, & vt habitus est compos (. Quẽ Alexãder vocat speculatiuum intellectum) & vt actui incumbit, qui intellectus adeptus aut actu vocatur. Alij verò distinxerunt hunc in intellestum quendam similitudinarium, vt capit diuina per creata simbola quæ summi creatoris sunt vestigia, aut imagines: & in intellectum dispositum. Ipse enim intellectus anteq̃ scientias hauriat libat quædam scientiarum initia, quib⁹ principijs collibutus dispositus intellectus appellatur. Id quod recipit D. Tho. in opusculo. 43. ca. 6. Cæterum nos tres gradus diximus supra intellectus possibilis sequuti Ioannẽ Grammaticũ, imò Aristo. qui horum meminit solum. Nam principia per habitum capiuntur, qui dicitur intellect⁹. Quare intellectus dispositus est in secundo gradu. Quamobrem fortè hoc aduertens D. Tho. correxit sententiam in .1. pa. q. 79. art. 10. tres gradus solũ referẽs possibilis intellectus, dispositum non commemorãs in gradum: possibilis verò iam contẽplatiuus, iam actiuus est, actiuus verò est vis motiua, vt dirigens motum hominis. Præter hanc dirigentem vim apprehensiuam est voluntas, quæ duplicem habet rationem, aut vt est naturalis, aut vt deliberãs, namq; voluntas, quædam amat aut odit, vt natura, alia vt rationis est potentia: quãdo mouet vt natura mala fugiẽs, & bona in communi amans, non sequitur apprehẽsionẽ intellectus deliberãtis: sed vt quælibet natura habet naturalẽ propensionem sibi propriam. Sic quoq; voluntas habet suum naturalẽ motum, quãquam hoc differat ab alijs naturalib⁹ motibus grauiũ & leuium, &c. Quod hi nullã prorsus apprehensionem propriã præexigũt. voluntas autẽ nõ potest ferri in incognitum. Quare eius motus naturalis eò dicitur quò citra deliberationem adest voluntati. Hic autem rationalis appetitus hòc differt ab sensitiuo appetitu, quòd hic nihil versat vniuersalia aut bona aut

Tres gradus intellectus.

Intellectus similitudinarius.

Intellectus dispositus.

Intellectus formatus.

Voluntas duplex vt ratio & vt natura

mala, totus circa singularia insudat: hæc amat, aut odit, voluntas verò quia immaterialis potentia in vniuersalia fertur amat virtutẽ vniuersali amore, odit peccata non hæc solum aut illa, sed peccata secundum generalem rationem. Quærat aliquis quid sit causæ vegetatricem esse repulsam causam motus, quandoquidẽ hæc sit vitalis vis, & quod viuit omne se mouet. Respondetur viuentium motus in.5. diduci gradus, sunt quædam quæ se mouent quantũ ad executionẽ finis nõ tamen quantum ad formam, alia verò quæ quo ad formam & finem, sed imperfectè, alia verò perfectè quantum ad formam, sed imperfectè quantum ad finem: demum alia absolutissimè quantum ad hæc vniuersa. Plantæ siquidem non se mouent quantum ad formas. Plãtæ etenim non excipiunt formas sensibiles: qa nihil apprehendunt, vt secundo libro discussum est, tamen etiam si formas, quæ principia sunt motus nõ suscipiãt per se ipsas, sed solũ illas alias habẽt quas à generantis beneficio sibi ab initio natiuitatis conciliarunt; verũ quia calore vtũtur vernaculo, & instrumenta habent propriarum operationum vt se augeãt & nutriãt, inde se mouẽt: quia per se ipsas motum proprium exercent, quo fines à natura illis præstitutos consequãtur. Et hoc est se mouere quantũ ad executionẽ nõ quoad formam. Conchæ autem & quæ litoribus infixas habent sedes, hæc quantum ad formam se mouent & finem. Quãdo quidem species suscipiũt forinsecas: habent nãq; sensum tactus & phantasiã etiam si incertam: vt ergo hæc se augent & nutriũt cum plantis & germinibus cõsentiunt: vt autem formas sensibiles à rebus captãt, & per has fugiunt mala sibi coniuncta, & bona apprehensa complectuntur, hac causa se supra plantas attollunt. Cæterũ, quia formas sensibiles solũ præsentium assequũtur, hac ratione non habẽt vim motiuã perfectã quę verò formas præsentium, & absentium à rebus sibi conciliant, hæc sanè secundum formã perfectè se se mouent: quia formam, quæ est principium motus assequuntur. Vt sunt bruta perfecta, quæ habent perfectè motũ progressiuũ quia formã, idest, species delectabilis aut tristis motus perfectè sibi cõparãt ex rebus ipsis. Hæc verò quia in fines à natura perscriptos se agitant, neq; vltra progrediuntur, hac ratione nõ ita absoluta perfectione se mouent, vt homines, quibus præstituere finem quẽ volent in arbitrio est. Quare rationalia sunt quæ secundũ perfectissimã rationẽ se se mouẽt tũ ex parte finis, quẽ exequũtur pro sua voluntate, tũ ex parte formæ: quia intellectualia non habẽt formã sui motus à natura decretam, sed illam sibi capiũt à rebus vt libet, & ideò variè mouentur homines: quia varias sibi concipiunt apprehensionis formas & fines. Cæterum quia hæc intellectualia determinata sunt à Deo quantum ad prima vera, & prima bona, quia primis veris non potest creatus intellectus dissentire neq; vltimo bono non acquiescere, quia non potest non amare bonum, vt bonũ: si tamen aliquam operationem habuerit: quia suspendere potest, & reprimere se se, ne amet, aut odiat, verum si amat necessario bonum amat. Qua ratione intellectualia se nõ mouent, sed potius mouẽtur à deo secũdũ rationem primi veri, & boni. Vltimus gradus eorum qui se mouent diuinus, Deus enim à nullo habet præscriptam formam, vel finem sed ipse à se ipso cuncta operatur. Quamobrem & ipse est vita prima: quia per se ipsum omnia potest operari, & à nullo mouetur, aut formatur: sed ipse motor est omnium. Hos.5. gradus se se mouentium colligit D. Thom. in.1. par. Summæ Theo. quæst.18 art.3. iam ergo argumentũ quo istis omnibus occasionem præstitit nõ est difficile diluere. Plantæ habent vim motiuã sed inabsolutã: quia habent formã à natura decretã vt aĩam altricẽ, ideo que nõ habẽt propria facultate vim mouendi, quæ est à forma, sed à natura, item & finem motus habẽt præscriptum à natura. s. augmentum roburq; propriũ, &c. At verò, quia propria opera attrahunt nutrimentum & exsugunt à visceribus terræ, & in proprium locum condunt, & per quasi venas distribuũt, in ramos, ideò dicuntur se mouere exequendo natiuas, aut vitales operationes: tamẽ nõ de hac vi motiua est hic sermo, sed de vi motiua ad locum, quam progressiuam appellamus. ¶ Similiter autẽ & animalcula, quæ

Cur vegetalis nõ mouet

Quinque viuentium motus.

zoophita,

zoophita, plãtisq; simillima, illa etiã si si bi acquirãt formas, quia species capiũt à rebus: tamen hęc obscure prestant motũ & diminute: ideò quia dilatant se & constringunt, quod plantis negatur tamen locum mouẽdo se non mutant, quia sensus sunt imperfecti. Quamobrem solum est sermo de vi motiua, quæ perfectis animalibus obtigit, quæ quia formas rerũ capiunt perfectè, & habent quoque à se ipsis motus proprij principium, ideò se mouent in loca. Quæ verò sunt omnino spiritualia vt angeli, & Deus, hæc de viribus motiuis solum habent intellectũ & voluntatẽ, vt tradidit Aristo. 11. metaphysi. tex. 36. sunt ergo motiuę vires quędam rationales, vt intellectus, & voluntas, aliæ irrationales, vt quas dixit Damascenus vitales, secundo de fide capitulo. 16. vt pulsatiua vis, quæ arterijs viget, & respirãdi vis & attrahendi cibaria vis & depellẽdi, & id genus. Aliæ mediæ, vt sensariæ imaginaria æstimatiua, irascibilis, & concupiscibilis. Quapropter Arist. non ab re depulit diductionem illã, partes animæ aliæ rationales, aliæ irrationales: quia hæc diductio mediam animæ facultatẽ sensariã (inquam) mittebat, quæ non est irrationalis, vt vitalis: quia vitalis rationis directionem non suscipit, neque ratione moderatur, vt sensaria, quã censura rationis sæpe temperat, vt concupiscamus & irascamur in pondere, numero, atque mensura. Neque est rationalis vis, quia sensaria in brutis est, & sensilium solum est, voluntatẽ verò puram dixeris rationalẽ partem, quam solum intellectulia assequuntur.

Secunda disputatio, an imaginariã vis sit motiua.



Equa re aduertendum duxi, id quod Auicena. 4. parte sexti naturalium capitulo. 4. tradidit, formas quò materiæ propiores, eò minus vim motiuam assequi. At verò quò eleuatiores sunt à materia, vim motiuam abundantius habent magisque, se mouent, quia materia mobilis est nõ motrix. Vnde si forma admodum est obruta materiæ cõditionem materiæ subibit. Sed quantò extricatior à materia sit, tanto rationem formæ purius assequetur: formæ verò cũ ratio sit motus & operatio huiuscemodi, firma valde operatorię erũt & se mouẽtes. Sunt ergo formæ quædã eleuatissimæ, & à materiæ fæculentia longè absistentes, vt intelligentiæ, aliæ verò in gremio materię penitus immersæ vt elementariæ formæ, & inanimatorum. Sunt aliæ mediæ, vt animatorum. Intelligentis igitur hæc admodum vim motiuam habent: nam vniuersa inferna hęc dirigũt & formas reb⁹ istis, aut materiæ caducæ donant, & maximè motor primus. Quæ verò sunt formæ, alterũ extremum occupantes, hæ habent esse immobile in materia: quia non se mouẽt sed ab alio mouentur: quando à proprijs locis abiguntur, aut in propria deferuntur vt lapis. Quæ verò mediam obtinuere sedẽ longo interuallo discrepant: quędam enim ipsarum formarũ à primis intelligentijs nimia intercapedine distãt, vt animæ plantarum, quæ ob iam commemoratam causam non se mouent de loco in locum, neque opera propria dirigunt. Cæterum se mouere dicuntur quia proprijs instrumentis, operationibus exercendis incumbunt, quæ naturalibus rebus negantur, vt se se alunt, &c. humana autẽ aĩa, quia inter sublunares formas est, maximè sapiens intelligẽtias supralunares, ideò ipsa est multi & varij motus, & variæ operationis, & se agit, & mouet proprioque regitur arbitrio. Animæ autem brutorum inter plantales animas, atque humanas intercedunt, quæ etiam si se suo non regant arbitrio, tamẽ sua se regunt phãtasia: & ideò se mouẽt. & hæc vniuersa pulchrè sunt dicta & fortè hunc locum suum fecit Sanct. Thom. loco citato. Vnum tamen non est silẽtio pretereundum, quod malè nos habuit, & habet modò in verbis Auicenæ. Credidit hic Arabs loco illato animam humana aliquando adeò eleuari supra corporis naturam, vt sola voluntate operetur, & corpus quodlibet inferius transmutare posse sine instrumento admoto, sed solo nutu: ita vt cogitãs vehementer calorẽ, calescat homo & frigescat, sola frigiditatis imaginatione, & aliorũ præterea imaginatio corpora afficiat & transmutet, vt fascinationes, ostendũt: solo intuitu operante imaginatione malefica mulier

Egregiũ de formis documentum.

Formarũ gradus.

Censura de Auicena.

lier afficit pueros & interimit sæpe,& nõ solũ hões lędit hõis fascinatio, sed fructeta,&germina& boues&oues,id qđ aīę dicit esse admodũ separatæ à materia,quæ sic nata est, vt hæc pręstet.Etenim vt intelligentiæ operãtur multa, & Deus omnia potest citra instrumenti operã,sed solo nutu, ita quoque & humana anima quò magis à materiæ concretione se abstraxerit, hæc & alia operationũ genera expromet solo nutu.Vnde& processit illud tritum, imaginationẽ facere casum.

Imaginatio facit casum.

Adiecit insaniora,animã huiusmodi posse solo nutu leuare nubes,& stillare pluuias, ignesque coruscantes de repente facere. Subscripsit huic errato Algazellus credens itidem animam sola apprehensione posse suum alterare corpus ad frigus,& calorẽ & cætera quoq; corpora, vt fascinantes faciunt:& demũ veneficia omnia animæ potentiæ tribuit, & operationes imaginũ astronomicarum etiam animæ potentiæ esse non astrorum concedit.

Imagines astrologorũ.

Venenare enim potest anima sua potentia, & demum præstigia omnia adiecit animæ esse eleuatæ imperiũ.Et prophetiam itidem,quã naturalẽ dixit,non supernę illuminationis, sed animæ naturalis esse vigoris. Et alia quæ ipse persequitur lib.4.de anima.c.4.versus finem. Et summa argumẽti est, quòd anima est superior corpore, ergo subiecta cum pareant superioribu s corpora non solum propria, sed aliena corpora cedent animabus humanis, quando à natura quædam aīæ habent eleuatiorem essendi statũ,quam cæteræ animæ humanæ. Quòd si talis sit medici alicuius anima, poterit mouere corpus morbidum in salutem, & elementorum alterare naturas sine aliquo medio intercedente instrumẽto.Inde colligit tremulos pedes esse, si superpinaculũ ascẽdim⁹: qa imaginatio casus mouet pedes,& si de repẽte serpẽtẽ offendimus impalescimus,& turbamur imaginatione imperante motum,& si alios oscitantes videmus,aut mingentes,nos itidẽ patimur.Qui oẽs motus imaginatiõis dicit solius.Et re vera hæc sententia Auicenæ multã habuit occasionem erroris. Etenim in natura,quędã cernimus, quæ satis illi astipulantur.Vnde accidit vt dẽtes nostri rigeant, & obstupeant, si cernimus alios acerba cõmedẽtes.Vnde tãta ad infirmos sępe compassio,vt eodem morbo quidam ligantur correpti quo alij afficiuntur? Vnde interfecti cadauer recens ad pręsentiam interfectoris erumpit sanguinẽ. Vnde dixit Galen⁹ in principio pronosticorum confidentiam conceptã de medico mirum in modum iuuare ægrotũ vt à morbo citius leuetur:quæ omnia non habent causam vt videtur nisi imaginationem.Aristot.7 sectione problematũ probleme. 8.quæst. mouit cur dentes obstupeant cùm alios accida cõmedẽtes intuemur? Itidem cur horrorẽ incutiant sonantia quædam, vt quando serra exacuitur? & cur, pleriq; defecerũt cùm alios suspendi, aut strangulari viderint? Quorũ omniũ causam non retulit in imaginationem, vt Auicena paulò antè referebat.Neq; credidit animas rationales quasdam esse spiritualiores alijs,& à corpulentia & fecibus materiæ repurgatiores secundum naturam suam: quippe natura rationalis animę vna est.Neq; credidit animam rationalem quidquam extra se agere posse,citra instrumentalia adminicula, quinimò excepta intelligẽdi actione quæ instrumentaria non est, cæteras vniuersas actiones per instrumẽta operatur,etiã internas. Digerit enim cibum vernaculo calore,sentit spiritu,& organo intercedentibus, ꝙ si intimas sibi operatiões per officiarias partes exercet,exteriores igitur intercedẽte instrumento necessario exercebit. Imaginatio ergo sola caloris aut frigiditatis non poterit calefacere aut frigefacere.Etenim imaginatio calidi nõ est forma calidi,sed similitudo quædam caloris: à similitudine autem non procedit calefactio,sed à forma ipsa,neq; calidum habet esse reale in imaginatione, sed solum intentionale. Rursum ars fortior est imaginatione,& certior:imaginatio enim vagatur sępe incerta, ars aũt nihil exercere poterit nisi per instrumẽta sibi apta. Adde sentẽtiã hanc Auicẽ. aīas facere creatrices. Ait enim animam rationalem posse nutu solo excitare nubes ignesque & flammãtes coruscatiões generare, qđ solius creatoris est, vt August. 12.de ciuita. Dei capit.25. aduersus Platonem colligit. Et vniuersa theologorũ schola huic occinit pla-

Angeli & aīæ non sunt creatores.

placito firmissima credens fide angelos nō posse transmutare substantiam corpoream alterando aut generando, nisi per medias causas naturales vt agrorum cultores semina mandando terris, ad fructuum productionem concurrere dicuntur. De qua re extat decretum concilij Acquirēsis quod transcripsit insuum volumen Gratianus decretorum rapsodus 26. q .5. capitulo . Episcopi. quod opera hæc naturæ non aīæ, aut angelis, sed vni Deo tribuit. Quib⁹ cōcinit perip. schola operationib⁹ naturalib⁹ & proprijs, proprias tribuens causas: quia sol, & homo generant hominem. 2. physi. tex. 26. Quapropter anima non poterit calefacere, nisi applicando calida neq; frigefacere, nisi applicando frigida. ¶ Argumentis Auicenæ & Algazeli sēsim oportebit respōdere. Primū enim, quod de fascinatione inuoluūt. Respōdetur fascinationē, quā physici cum Arist. sectione. 7. problemate. 7. confitētur, hic enim oculos fatetur lippitudine affici aut turbari si in perturbatos oculos aspexerint & in lib. de somno oculos menstruosos specula maculare tradidit: ergo non erit dura confessio, si oculus lippiēs inficit oculū sanū, oculum etiā venenosum inficere posse pueros molesq; herbas teneraq; alia: id quod fascinatio est: etenim oculus nobilissim⁹ sensuum est, quapropter facillime patitur: patimur quidem per auditum, sed lōgè facilius visu, vt Aristo. inquit loco illato. Vnde cū oculus sit vænosus facile expirat venenatam qualitatē quę in quibusdam hominibus est: quibus complexio venenosa adest. Vnde ꝓcessit quod Alexander Aphrodisęus dixit in problematibus suis, veneficorum esse documentum, vt venenēt alios, fortiter illos intuēdo carmine prolato. Hinc illud virgilianum processit.

fascinatio colligitur,

Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.

Et Pau. ad Ga. 3. fascinationis meminit. O insensati Gallatæ qs vos fascinauit? &c. Qui locus etsi nō cōuincat fascinationē esse credēdam, quia trāslatitius est, & trāslatio proprietatem sermonis nō colligit. Verū experientia, quæ multis seculis recepta est, & multis autoribus probatur, fascinationem probat. Hæc autem non procedit à sola imaginatione, & intentione nocendi, vt Auicc. philosophatur, sed ab spiritib⁹ venenatis per oculos effusos & in materiam dispositam incidentes fit fascinatio hæc: etenim à calido resoluuntur fumi & vapores, qui nimia subtilitate extenuati caput versus ascendunt ibique aranea tunica detenti per oculos, vt porosissimos vt lachrimarū stillicidia ostendūt elabūtur, qui etiā venulēti sunt satis: quapropter ꝑ hos sedāt extra fumi isti. Et quia à complexione venenosa originem cœperunt, veneno inficiunt pueros maxime, & recentia olera, aliaque recenter viuētia, quia hęc molliora sunt. Vnde etiā si nō esset nocēdi intētio, neq; lędēdi imaginatio esset fortis aspect⁹ hominis venenosi venenaret: quia qualitas illa venenata naturaliter ꝑ oculos labitur, etiam si imaginatio absit: quanquam imaginatio & intētio iuuamenta sint nocumento, quia fortiorem intendunt aspectum in rem visam: fateor tamen imaginationem vehementem alicuius motus interioris, vt delectatiōis & tristitię causam esse: vt fortis imaginatio delectabilium delectat, & vehemens apprehensio, terribilium exterrefacit: quippe cū corpus sit subditum animæ, vehementibus animæ apprehensionibus corpus cedit. Quinimò nonsolum quantum ad passiones has, quas prædiximus, quin etiam & quātum ad motum localem, vt vehemēs imaginatio cadendi, quę homini accidit ardua & sublimia petēti trahit in casum corpus. Etenim forti impressioni animæ cedit. Vnde Aristote. in libro physionomiæ animas ait affici à corporibus, & corpora ab animabus. Primū cernimus: corpore enim ingurgitato cibo animam obruit, & lucem mentis caligine vaporum obducit. Secundū verò experimur: quia timente anima corpus inhorrescit, & delectatio corpus dilatat. Quid quod & colorem corporis immutat animæ passio? Timore pallescimius, pudore erubescimus. Quamobrem Galenus in libro de motibus liquidis membrorum corporis dixit: immutario animæ sapit corporis mutationem non in motibus solum sed in colore. Et scripsit Plutarchus fœminā quandam in feruore coitus intendentē in oblatum in tapete oppositū ętiopem, ætiopem puerum ex homine cādido genuisse.

Afficitur anima ex corpore & cōtra.

nuisse. Et Iacob huius rei nõ ignarus maculosos fœtus ex variatis ad canales aquarũ virgis accepit, vt legimus in Genesi. c. 31. & Augustin. 12. de ciuita. cap. 25. Ait animam prægnãtis sic vel sic affectam valere aliquibus velut induere qualitatib⁹ fœtum. Hęc ergo & his similia a b imaginatione apprehendente posse prouenire Auicenæ concedimus. Nam si imaginatio terribilis timorem causans vultũ humanum pallore suffundit: quia sanguinem ad intima trahit timor, quid mirum si imaginatio Aetiopis in hora cõceptionis fœtum nigredine tingat? Verum quãquã imaginatio sit principiũ motuũ causa istorũ, non sola satis est, quia ipsa est, simul cum passione excitata, vt imaginatio terribilis cum timore, & tremorẽ mẽbrorum & palledinẽ vultus causant. Et in hac re imaginatio vehemens similis arti est. Ars enim in materiam subditã propriam similitudinem incutit. Quare, & fœmina illa apprehẽdens Aetiopem, Aetiopem cõcepit. At imaginatio quãlibet fortissima in alienũ corpus efficit nihil, vt iam probatum est, nisi aliæ causæ intercedãt vt in fascinatione. Præstigia igitur, & veneficia & lamiarũ operationes nõ sunt imaginationis opera, sed dæmonis vt Theologi catholice philosophantur. Nulla enim harum operationũ causa est naturalis aut humana: eaq; de causa Aristo. scitè dixit imaginatricẽ vim nõ esse causam motus, vt supra docuimus. Confidentia autem, quam ægrotus concepit de medico non sanat per se, sed per accidens: quia ille qui optimam spem de medico concepit: facilius exibita ab ipso remedia capit. Siquidem imaginatio sanitatis non est contraria morbo. Hæc n. simul se admittũt & morbus & imaginatio sanitatis si nõ est cõtraria: nõ ergo expellit morbũ imaginatio illa. Per hæc patet quid de quæst. dicẽdum sit, an imaginatio sit vis motiua. De maleficis autẽ mulieribus, quas Romano sermone lamias appellamus, Hispano verò bruxas aut xorguinas quæ referuntur intempestę noctis silentio propria deserere cubilia, & in longa terrarũ pernicissimo motu ferri spacia, si hoc sit soli⁹ imaginationis opus, an etiam dæmonis, nõ est huius loci disserere. Si physica ratio sola audiẽda esset imaginationi vehementi illa daremus: & illas non verè destituere cubilia, sed ficta cogitatione, vt Arist. 1. c. 1. de anima dixit melancholicos terreri nulla extante causa. At ecclesiasticum decretũ. 26. q. 5. c. Epis. illusioni dęmonis dedit. Et si veri sunt hui⁹ rei testes & digni quibus habeatur fides, hęc quę maleficę istæ mulierculę faciunt, non imaginationi solum, quin & dæmonis fallaci astutiæ tribuenda credo, verum de istis aptior erit alibi disputandi locus.

CAP. X.

Homines mouentur secundum locum à duobus à ct: principijs & intellectu practico & appetitu: bruta vero imaginatione & appetitu.



Identur autem duo hæc mouentia: aut appetitus: aut intellectus: siquis phantasiã ponat vt intellectionem quandam. multa enim, præter scientiam: sequuntur phantasias. & in alijs animalibus, non intellectio neq; ratio est: sed phantasia. Vtraque ergo hæc, motiua sunt, secundum locum intellectus & appetitus. Intellectus autẽ, qui propter aliquid ratiocinat᷑: & qui practicus est: differt autẽ à speculatiuo, fine. Et appetitus, propter aliquid: omnis est. cuius enim appetitus hic, id principium practici intellectus. vltimum autem principium actionis est. Quare rationabiliter hæc duo videntur mouẽtia, appetitus & intelligentia practica. appetibile enim, mouet. & propter hoc intelligentia mouet, Tex. 49.

quia

quia appetibile: principium ipsius est.

¶ Differuerat capite proximo Aristote. quod sit principium motus, & multis reiectis, quæ præferebant motus principatum, nunc certam sententiam de principio motus statuit docere cap. hoc. Ait ergo intellectum, & appetitum esse motus progressiui principium, modò sub voce intellectus phantasiam velimus intellectam, quæ non ab re intellectus appellatur: quia homines verũ dimittentes rationis iudicium phãtasia vel imaginatione ducuntur. & hoc est quod ait. *Multa enim præter scientiam phantasiam sequuntur*. Idest plerique hominum veram negligentes rerum scientiam fictione quadam phantastica ducti operantur & in alijs animalibus, quæ bruta sunt, quibus neque adest ratio, neque rerum intellectio, imaginatiua hęc vis veluti vicaria est intellectus in illis: quia phantasia diriguntur motus progressiui brutorum. Vtraque ergo hęc appetitus & intellectus progressiuũ motum pariunt. *Intellectus autem*. Subdit intellectũ esse mouẽs principiũ nõ quẽlibet, sed actiuum: qui propter aliquid ratiocinatur. Theoricus enim intellectus, non propter aliquid cõtemplatur (quod subintellige) propter aliquid aliud citra cõtemplationẽ: quia theoricus contemplatur gratia contemplationis. Actiuus autem propter aliquid aliud, idest, propter opus ratiocinatur. 2. metaphy. tex. 9. Quamobrem isti duo intellectus differũt fine, & non secundũ rem: vterq; enim in intelligibile fertur, sed practicus dirigit intelligibile in opus. Opus, autem cum sit præter essentiam intelligibilis, nõ variat essentiam obiecti intellectus. Vnde isti duo intellectus sunt idem, secundum substantiam & essentiam. *Et appetitus propter aliquid omnis est*. Idest appetitus est gratia alicuius appetibilis: quia appetitus non est sui sed alterius. Hoc autem appetibile, cuius est hic appetitus, est principium practici intellectus *Vltimum autem principium actionis est*. Et quod dicit tale est Est medicus appetens sanare sibi cõmissum infirmum: appetibile est infirmi sanitas, hinc practicus intellectus medici dictare incipit de cura infirmi, vt sanitatẽ obtineat. Et quod fuit sibi principium dictãdi de cura sanitatis fuit sanitas, quã appetebat procurare infirmo, & hoc ipsum, quod fuit principiũ meditationis & solicitudinis, est vltimũ in executione: quia postremo remedijs adhibitis sanitatem consequitur laborans. *Quare rationabiliter hæc duo*. Repetit quod dixerat appetitũ & intellectum practicũ esse principia mot⁹ progressiui, etsi appetibile est principium primum mouens: quippe practicus intellectus mouetur ab appetitu. Appetitus verò ab appetibili principiũ motus accipit.

¶ Et phãtasia autem cum mouet, non mouet sine appetitu. Vnum igitur mouẽs, ipsum appetitiuum si enim duo, intellectus & appetitus, mouerẽt, secundum communem vtiq; aliquam speciem mouerent, nunc autem intellectus nõ videtur mouere sine appetitu. voluntas enim, appetitus est. Cum autem secũdum rationem mouetur, & secũdum voluntatem mouetur. Appetitus autem, mouet præter rationem, concupiscentia enim, appetitus quidam est. Tex. 50.

¶ *Et phantasia autẽ cũ mouet nõ mouet sine appetitu*. Idest vt homines mouentur intellectu & appetitu, ita & bruta animalia ad motum excitantur phantasia, & appetitu. Hæc autem duo reducũtur in vnum mouens. Siquidem motus progressiuus alicuius causæ est effectus proprius. Quam obrẽ si intellectus & appetitus, aut phãtasia, & appetitus causa sunt motus sub aliqua ratione communi, sunt causa motus. Et hęc ratio est appetibilis: quia qđ appetit appetitus, hoc ipsum dictat intellectus assequendum, & de medijs quibus appetibile. Ita D. Thomas locum hunc interpretatur. At verò Themistius & hũc sequens Philoponus hoc modo. *Vnum igitur*

tur mouens ipsum appetitiuum. Si enim duo mouentia essent appetitus & intellectus singulum horum per se moueret animal. Quòd si singulum horum mouens esset animalia, esset signanda cõmunis causa ratio ve, amborum: vt quia bipedia mouentur, & quadrupedia, mouentur non quatenus sunt bipedia, aut quadrupedia: sed, vt sunt pedes habentia. Nunc verò non est hæc communis ratio amborum intellectus, & appetitus. Siquidem intellectus si mouet, est ratione appetitus, appetitus autem mouere potest sine intellectu. Quod si essent duo mouentia, ambo simul mouerent, & necessario motus ab istis duobus ortum haberet. Quod verò appetitus siue intellectus hominẽ moueat, incontinentes ostendunt, qui calcata ratione proprium cupiditatis sequuntur affectũ. Et addit Themistius speciem non esse contra genus diuidendam, vt si dixeris animalium aliud animal, aliud homo: iam appetitus est velut species intellectus: nam voluntas est rationalis & intellectualis appetitus. Quamobrem non rectè dixeris, mouentia hominem duo sunt, & intellectus & appetitus. Hoc autem, nisi benigno sermone interpretemur, abhorret à vero. Nõ enim sunt duo hæc, vt genus, & species, intellectus, & appetitus, imò genere discrepant. Nam intellectus verorum est, & appetitus bonorum. Sed verũ & bonum: etiam si habeant quãdam proportionẽ vt supra diximus: nam verũ est bonum intellectus contemplatiui Ethico. sexto, capitulo secundo, tamen genere discrepant, quare sensus est in liquido Arist. hæc duo appetitus, & intellectus non sunt mouentia: quorum quodlibet habet vim propriã, quæ impellat in motum. Nam si hoc dixeris, tunc sibi consentirent in ratione vna, quam hic vocat. *Speciem communem*. Et hæc species esset ratio vis motiuæ, quæ esset in ambobus, vt si homo & sol conueniunt in generando homine, aliquod vnum commune habent, &c. At verò intellectus, & appetitus non habent hanc rationẽ communem: quia sæpe mouent vnum citra alterum; vt quando appetitus incontinentis ratione spreta mouet ad inhonesta. Intellectus autem non potest mouere sine appetitu: quia practicus intellectus nihil agit, nisi cooperante appetitu: nono enim metaphysi. textu tertio docuit sciẽtiam practicam esse in opposita, vt ergo præscribatur alterum oppositorum est necessarius appetitus. Putat autem Philoponus intellectum & appetitum sub vna ratione communi mouere, & est deliberatiuum: vt enim intellectus, & voluntas, simul deliberant mouent. Verum Aristoteles hic magis insinuat, quod non sit communis horum ratio, vel si est, est appetibile, ratio communis intellectus & appetitus: quia quod mouet animal appetibile & non intelligibile est.

Species cõtra genus non diuiditur.

Notanda propositio.

Species pro ratione.

Appetitus mouet sine intellectu.

¶Intellectus igitur omnis, rectus est: appetitus autem & phantasia, recta & nõ recta. Vnde, semper quidẽ mouet appetibile, sed hoc, aut est bonum, aut apparens bonum, non omne autem, sed agibile bonũ. Agibile autẽ est, quod potest & aliter se habere. Tex. 51.

¶Hoc est argumentum secundum, quod probat quod assumpserat. Si hæc duo essent mouentia necessaria, intellectus, & appetitus, semper homo quod rectum, est amaret. Nam intellectus rectus est. Id quod de intellectu principiorum practicorum est verũ qualia hæc. Mala sunt fugienda. Nulli insidiandum. Honestè viuẽdum, horum intellectus rectus est. At verò appetitus non semper rectus, neq; phantasia recta semper: non ergo hæc duo sunt semper necessaria ad motum intellectus & appetitus. Sed quia etiam appetitus est rectus collatus ad vltimum bonum: nam voluntas amando vltimum bonum, mala nõ potest esse, idcirco non secundum hoc esse argumentum puto vt interpretes affirmant sed explicationẽ eius, quod dixerat intellectum esse mouentẽ aliquãdo: nõ enim hoc est verum de omni intellectu, etiam practico, quia quidam practicus vniuersalium est, vt nulli facienda est iniuria, & hic non mouet

uet: quia si sufficeret ad motum, cum sit semper rectus, & rectè homines operarētur, & tantis non miscerentur erroribus. Quare intellectus hic vniuersalium non satis est ad motum: quoniam rectus semper est.

Altera loci expositio. ¶Vel aliter locum hūc exponamus, tacitam hic Aristote. soluere quæsti. Intellectus principiorum semper rectus est. Vnde ergo tantus error in humanis operibus? Et respōsio sit, hic error in humanis operib⁹ nō accidit ab errore intellectus, qui rectus est: sed ab errore consultationis, quæ de medijs tractat. Et quia per cōsultationē, & deliberationē non capimus bona, quæ sunt verè bona, sed quæ fucatam habent bonitatis faciem, vt iucunda, & delectabilia sensui & quę aduersantur rationi, sæpe hęc credimus bona. Vtique semper mouet appetibile intellectū & appetitum. At verò hoc non semper est bonum verum: sed apparens bonum, vt vsurario vsura videtur bona & libidinoso lasciuia, non tamen omne bonum mouet, quia vniuersalia bona non mouent, vt infra tex. 58. tradet Aristote. Sed bona particularia, quæ agibilia sunt, hęc sunt quæ mouent. Sunt autem bona agibilia contingentia, quæ sic vel aliter se se habere possunt: vt committere bellū, & non committere: subuenire pauperi aut: non subuenire. ¶Sed ait aliquis.

Obiectio. Quid est, quòd Aristote. ait appetitum mouere sine intellectu homines, vt concupiscentia mouet incōtinentes? Etenim incontinens aut iudicat per intellectum venerea esse amanda, aut solum sensu. Si intellectu, mouetur per intellectum. Si solum sensu, nondū incontinens, quia in sensu sine ordine ad rationem non est incōtinētia vt neq; cōtinentia. Respōdetur Arist. mouisse dubiū de incōtinētib⁹ an habentes rationē rectam peccare possint, Ethicor. septimo, capitulo septimo. quam ipse agitat in vtrãque partem. Et nunc locus non admonet eam desserere. Sed hoc vnum aduertamus Aristote. tradente infra textu. 58. practicus intellectus duplicem habet rationem, vniuersalem aliā, vt turpe non est admittendum & alia in particularē hoc turpe nō est admittendum. Ratio illa vniuersalis non est efficax ad motum: quia actu in singularibus est: & hæc est recta semper, quanlibet homo sit incontines. Ratio autem particularis aliquando digreditur à recto tramite rationis veræ, & vt multi ex schola theologorum autumant, etiam si ratio particularis sit recta, illam incontinens deserere potest, & incōtinentia vti. Itaque nullo errore obducto intellectu voluntas culpari potest. Quibus non nihil suffragatur Aristote. hoc loco appetitum dicens in hominibus mouere in opera incontinentiæ, videlicet spreto intellectus iudicio, & quod plerunque homines suis seruiunt imaginationibus non agentes secundum scientiam practicā: ita in principio huius capitis docuit. Et si hæc est peripatetica sententia, nihil dubij est in argumento. Incontinens enim poterit habere rationem rectam, & vniuersalē & particularem. Est autem incontinens, quia voluntas libertate vtens non est obediēs rationi, sed sensum præponit rationis imperio. *Incontinentis motus.* Qui verò credunt errorem esse necessarium in intellectu, vt delictum sit in appetitu, difficilius premuntur verbis Aristote. Qui dixerat incontinentem ratione retro habita imaginatione & appetitu duci: sed oportebit respondere Aristot. non dixisse incontinentem moueri citra omnem rationē, sed solum citra rationē rectam. Etenim rationē particularem hāc incontinens, hoc turpe iucundum est mihi, aut aliam huiusmodi, quam ipse sequitur. Quia ergo ratio recta non imperat motus incontinentiæ, sed ratio errans, quæ eò labitur, quo imaginationi voluptatis consentit.

¶Propterea Aristot. dixit, incontinentes non duci ratione sed appetitu. Vnde omnis humanus motus necessario proficiscitur ab istis duobus principijs, & ratione, & appetitu. Sunt tamen alij motus hominis non tamen humani, qui procedunt ab appetitu, & imaginatione vt quę in somnijs accidunt operationes, &, qui motus dicuntur primoprimi apud Theologos, qui præueniunt rem, & & ab ipsa apprehensione, & appetitu citra deliberationem subrepunt. Inter has autem sententias nihil discerno modo:

quanquam posteriorem iudicaui semper probabiliorē. ¶Vetus tamē querela est mittenda in presentiarum, nec huius loci est de ea longam disputationem instituere.

Tex.52. ¶Quod igitur huiusmodi potentia animæ, quæ vocatur appetitus, mouet, manifestum est. Diuidētibus autem animæ partes, si secūdum potentias diuidant & separent, valde multæ fiunt, vegetatiuum, sensitiuum, intellectiuum, deliberatiuum, appetitiuum, hæc enim plus differunt abinuicem, quam concupiscitiuum & irascitiuum.

¶Colligit ex prioribus appetitiuam vim esse cōnumerandam inter animæ potentias & non esse distributionem Platonicam recipiendam, animarum in partes tres quas sæpe prædiximus. Sed si anima distri buenda est secundum facultates, & potentias, plures potentiæ sunt enarrandæ, quam tres, sunt enim vegetatiuū, sensitiuum, intellectiuum, deliberatiuū, appetitiuum. Si ergo Plato tres censuit animas: quia tres distinxit potentias rationalem irascibilē, & concupiscibilē, multò plures animæ essent constituendæ: quia sunt in anima potentiæ aliæ magis diuersæ, quā enumeratæ, idest, vegetatiuum sensitiuum, &c. & oportuisset dicere aliam esse animam deliberatiuam, aliā verò appetitiuam: quia deliberatiuum & appetitiuum plus differunt, quàm irascibile, & concupiscibile. Et demum culpandus Plato est, quia plures animæ potentias pretermisit, vt vim appetendi, & vim motricem: & alias de quibus capite superiori abundè satis disputatum est ab Aristotele.

Tex.53. ¶Quoniam autē appetitus fiunt contrarij adinuicem, hoc autem accidit cum ratio & concupiscentia cōtrariæ sunt, fit autem in temporis sensum habentibus (intellectus enim, propter futurum retrahere iubet, concupiscentia autem, propter præsens. videtur enim qđ iam delectabile est, & simpliciter delectabile & bonum simpliciter, propterea quòd non videtur futurum.)

¶Soluit dubium quod priora verba secū conferunt, si intellectus & appetitus mouent: vt ergo continentes non agunt secundum appetitum & concupiscētiam? Sed aduersus illam responsio est, in hominibus diuersos esse appetitus: est enim appetitus, qui est voluntas, & appetitus sensitiuus, qui sæpe contrarij & pugnantes sunt, quando ratio aliud imperat, quod concupiscentia negat. Fit autē hęc repugnantia solum in hominibus, qui temporis habent sensum non solum præsentis, sed futuri: intellectus enim futuris prospiciens honori proprio, consulēsq; famæ retrahit effrænem appetitum, qui presentem solum voluptatem amat, quā solam putat bonum sensus, & propterea in delectabilia præsentia simpliciter, id est, summo impetu fertur, quia futura nō cogitat, nec prospicit, quid scilicet mali sibi imminet, si voluptatibus & delitijs se se dederit.

¶Specie quidē vnum erit mouēs, appetitiuum inquātum appetitiuum, primū autē omnium appetibile (hoc enim mouet & nō mouetur, eo ꝙ sit intellectū aut imaginatum) numero autem plura mouentia. Quoniam autē tria sunt, vnum quidem mouens, secūdum autem quo mouet, & tertiū quod mouetur, mouens autem duplex, aliud quidē immobile, aliud autē mouens & motum, est vtique immobile quidem agibile bonū, mo- Tex.54.

uēs autem & motū appetitiuum) mouetur enim quod appetit, secū dum ꝙ appetit & appetiuus, motus quidā est, aut actus, ꝙ autem mouetur est animal, quo vero mo uet organo appetitus iam hoc corporeum est. Vnde in communibus animę & corporis operibus, considerandum est de ipsis.

¶ Dubium soluit appetitiuum esse mouens, quanquam non semper appetitus sensualis, sed nonnunquā appetitus rationalis, qui voluntas est. Cæterum hæc duo voluntas & sensualis appetitus, specie quidem vnum sunt, id quod explicat Ioannes Grammaticus, idest habent vnā rationē genericam: voluntas enim, & sentiuus appetitus, nō habent vnam specialem rationem appetitus: voluntas enim est vniuersalis boni, sed concupiscentia est particularis & præsentis boni. Sic ergo genere tantum conueniunt, & non ratione specifica. Quanquam autem appetitus sit mouēs, vnū verò est quod primū mouet. Hoc autem est appetibile, seu appetēdum, hoc enim vt intelligitur, volūtatē mouet, vt verò imaginatur sensum: multa ergo sunt mouentia numero. 5. appetibile & appetitū: & adhuc appetitiuū duplex rōnale, & sensitiuū. Qđ si quærat aliquis timor est passio sensus, & spes est itidē passio sensus & hęc sunt futurorū. Hoc verò qđ hæc. q. obiicit diluitur. Cōcedimus sanè, quasdam esse sensus affectiones futurorū, vt timor est futuri mali, & spes futuri boni. Cæterum, vt Arist. tradidit. 2. lib. rethoricorum, malum quod timet sensus, nō est omnino futurū sed quod iam imminet, & veluti præsens est: nam futura mala, quoniā longinquū spectantur non timentur. Itidem de spe dicendum est. Intellectus autem non solū mala vel bona impēdentia, & quę proxima sunt, verùm in futura, quæ procul sunt, spectare potest quia prouidens est & ratione deliberante futura coniectat secundum præterita, & præsentia, quam collationē sensus non pręstat. Quare in brutis non est pugnantia appetituum vt

Vt sensus sit futurorum.

in hominibus iuge bellum est citra inducias inter vtrumque appetitum *Quoniā autem tria sunt.* Summatim colligit, quæ sunt necessaria ad motum processiuū, & tria numerat mouens, mobile, & instrumentum quo mouet. Mouens quidē duplex: aliud immobile, quod est appetibile, seu agibile bonum: mouens autem, & motum appetitiuū est. Etenim mouetur ab appetibili, & appetitus, idest, appetitio ipsa mouet. Est enim actus & perfectio quædam appetitus: mouetur igitur appetitus ab appetibili, & mouet in operationem. Ipsum verò animal est mobile quod mouetur ab appetitu & appetibili. Instrumentum, autem seu organū quo appetitus mouet, est corporeū: est enim cor, de quo considerandum est in libr. de communi animaliū motu, vbi de motu qui est operatio communis corporis, & animæ traditur.

In brutis cur non est intestinum bellū.

Tria ad motū progressiuū.

Nunc autem, vt in summa dicam, mouens organicæ vbi principium & finis idem, vt commissura ossiū: hic enim, gibbosum & cōcauum hoc quidem, finis, illud verò, principium. Vnde, aliud quidē quiescit, aliud vero mouetur. Ratione quidem, diuersa sunt, magnitudine vero, inseparabilia: oīa enim, pulsu & tactu mouētur. Quapropter oportet sicut in circulo, manere aliquid, & hinc incipere motum. Text. 55.

¶ Cōditiones quas organum motus progressiui habet, exequitur litera hæc Aristo. Et quanquam multa sint instrumenta ad motum processiuum, vt sunt nerui & spiritus: tamen vnum est primum organū & veluti machinamētū, quo appetit⁹ aīalis ipsum animal mouet & hoc cor est vt paulò infra disseremus, etiam si Ioan. Gram. per organum spiritum animalem placuit intelligere, & contendit verba Arist. huic intelligētiæ accōmodare, quanq̃ & in cor referēda duxit. Nos tamen Themistio & Latinis interpretibus fidē exibemus: vt locus hic solū de corde sit

sit intelligendus, de quo vbilibet clamat Arist. esse principiũ motus & sensionis. Sunt autem hæc in corde animaduertenda, vt summatim dicamus primũ ipsum esse & principium motus, & finis vt incõmissura osium, quam Græci Gliglimon appellãt, seu vertebrã. In vertebra enim & est principium motus & finis: à vertebra enim motus procedens in ipsã reuertitur, & in vertebris est concauum & cõuexũ, seu gibbosum, vt habet litera hęc. *Quorum alterum.* Id est concauum est finis motus, quia concauitas est secundũ quã corpus est magis compressum. Conuexitas autem est principium motus, quia secundum conuexitatem corpus se dilitat & extendit. Id quod facilius aduertimus in corpore cælesti, inquo cum hæc duo sint & cõuexitas & cõcauitas secũdũ cõuexũ partes superiores trahũt inferiores inferiores cõtra superiores pellũt. Vnde motus cæli ex pulsu & tractu quodãmodo constituitur. Quare cũ pellens sit veluti principium motus: trahens verò veluti finis, quia quod trahit ad se trahit, & quod pellit extra se pellit, in cælo ergo est principiũ, & finis mot⁹ quę duo sunt idem secundũ rẽ, ita & in corde est motus principiũ, & finis: ipsum.n. mediam animalis partẽ occupat. Et quod mediũ occupat locum, est finis prioris & initium posterioris, vt medius punctus lineę, qui ob hanc causã & principiũ & finis est: dispari tamen ratione. Præter hæc incorde hæc duo aduertas & pulsum & tractũ. Cor namque se dilatat circum præcordia & se cõstringit & colligit in se ipsum. Quo se dilatat se pellit, quò secõstringit se trahit. Rursum vt se pellit motum suũ initiat, vr verò se constringit in se ipsum terminus est proprijs motus. *Vnde aliud quidem quiescit aliud vero mouetur* hoc est aliud, quod in motu cordis obseruandũ est, ipsum quiescere atq; moueri. Quiescit sane secundũ totum: quia sedem non mutat, quam primo accepit. Rursum mouetur secundum partes se dilatando & constringendo, se pellendo & trahẽdo: quia omnis mot⁹ localis reducitur in pulsum & in tractum. 7. phy. tex. 10. Et quia omne quod mouetur circa quiescẽs mouetur: vt in motu progressiuo aĩalis vno pede moto alter quiescit, & motus cæli circa quiescens centrum est. Quapropter cor cum moueatur localiter, quietem in eo concedere oportet: motus enim eius circa quiescens centrum quod in ipso consideramus est. Quapropter oportet sicut in circulo moto est pars vna fixa, quam dicimus centrum, circa quam est motus circularis: ita incorde considerare oportet, quatenus partes cordis discedunt, se dilatando ab hoc cẽtro pulsus est. Vt verò se referũt in idem centrum, tractus est. Exposuit igitur Arist. instrumentum primum animalis motus, esse corporeũ, quia in corpore quod mouetur localiter, est pulsio, & est tractio, est principium & finis. Partes autem superiores, velut principium, partes posteriores velut finis: & quia nulla pars est in corpore animalis, quæ ita conspicue ostendat, hæc quæ diximus de motu locali, propterea cor est, primum organum localis motus & patefactũ est in motu animaliũ tria esse, vt in cæteris motib⁹ localibus mouẽs, mobile & instrumentum, quo fit motus. 8. physico. tex. 37.

Cor mot⁹ principium & finis.

mot⁹ cæli ex pulsu & tractu.

pulsus & tractus cordis,

Cor quiescit & mouetur.

Omnino igitur sicut prædictũ est, inquantũ animal appetitiuũ est, sic suiipsius motiuum est. Appetitiuũ autem, non sine phantasia. phantasia autem omnis, aut rationalis est, aut sensitiua, hac igitur, & alia animalia participant. Tex. 56.

¶ Inculcat quod dixerat animal se mouere vt appetitiuum est, appetitiuum autem non sine phantasia: est autem phãtasia duplex: aut rationalis quæ mouet homines: aut sensitiua, quæ bruta.

Disputat. o. 1. an cor motus localis sit instrumentũ.



Q Vod hoc caput disserendum offerebat est controuertere, id quod multã poscit disputationẽ si incorde aut incerebro locandum sit primum instrumentum localis motus. Id quod disserui in principio huius lib. 3. Et habent medici multa, quæ suæ sententiæ suffragantur, quæ probant instrumentum esse in cerebro, secundum partem capitis posteriorem: quia ab illa originem ducũt nerui motiui:

uit: quia stupefactio neruorum & mollitudo, quæ sunt impedimentum motui, à capite descendunt. Rursum quia cadentes vel percussi in parte postrema capitis cõtinuò obrigescũt. Rursum si principium motus cordi daremus, cum cor passionibus & affectibus iræ & timoris inordinatũ sit, motus quoq; animalis ab illo procedens inordinatus esset. Quod argumẽtum Socraticorũ philosophorũ est. His accedit læsionem cordis, vt cardiaca passio: motum animalis non auferre, at verò læsio posterioris partis capitis: vt mediç cellulæ, quam logisticam vocant, motum suspendit. Hanc quoq; afferunt defensionem. Platoni hoc fuisse in sentẽtia in capite esse principiũ motus, ibi enim locabat rationem, cuius est imperiũ motus. Vnde Apulei⁹ in lib. de dogmat. Platonis refert Platonem dixisse totum hominẽ in vultu esse. Id quod significabat omnes vires animalis in cap. habere originem, in primis quippe ratio, quæ rationem imperat in capite est. ¶ Peripatetici verô non capiti, sed cordi principatum organicũ dederunt, quos sequutus Auicena est in. 5. parte. 6. naturalium. capi. 8. Prima defensio horum est: quia primum membrum cor est: ergo ipsum est primũ principium motus, organicum inquam. Secunda defensio: quia animalis motus est ex pulsu, & tractu, quia quando pedẽ vnum pellimus, alterum retrahimus. At verô nulla pars est in animali vna, in qua conspicuæ sint istæ differentiæ motus, nisi in corde: ergo cor est primum organũ motus animalis. Et hoc argumentum insinuauit Aristot. in tex. 55. Tertia defensio: quia timor, delectatio, spes, hæc sunt, quæ animalia mouent, hæc verò à corde sunt. Quarta defensio, quia partes animalis præparantur, & adornantur in motu spiritu, calore & sanguine. Hæc autẽ vt à fonte diriuãtur à corde. Postremo, mot⁹ animalium est à dextro in sinistrum, cor autem cum mediam occupet sedem inter dextrum & sinistrum, optime in eo collocatur principium motus, vt ipsum in medio residens, à dextro moueat in sinistrũ. Pleraq; multa diximus supra de dubio hoc: & cùm duo sint, quæ animalia mouẽt appetitus & phantasia: quantum ad appetitũ principiũ motus in corde est, quia appetit⁹ in corde primo residet quãtum ad phantasiam verò in capite: quia phantasia capitis est. Hoc modo cõciliẽtur variæ istorum philosophorum sententiæ. Sed quale quale hoc fuerit, loco indicato abũdè discussum est. Hoc aũt vnũ scire volo D. Gregoriũ libro de viribus animæ capit. 19. animales virtutes distinxisse à naturalibus. Naturales eas vocãs, quarum operatio non est nostri arbitrij, vt vegetatiua, & auctiua, & pulsatilis. Animales verô sensorias dixit: & motiuas, & motiuam diduxit in respiratiuam & progressiuã. Huius tradidit cerebrũ & spinalem medulã esse principia & instrumenta. Huius vis neruos & ligamina dixit, quæ à cerebro & spinali medula procedunt. Vis autem respirandi habet thoracẽ pro instrumẽtis. Atqui Diu⁹ Gregorius in dogmate isto multum habet de Platonico gusto. Plato enim cerebro dedit vim motiuam vt diximus.

Suasio. 2.

Plato et Apuleius.

Peripatetici eorũ dogma & illius defensiones.

Concordia vtriusque placiti.

Secunda disputatio quid sibi velit phantasia rationalis apud Aristo.



SECVNDO loco disputandum est, etiam si ordine prepostero res agatur, quid velit Aristo. loco isto per phantasiã rationalẽ, quam cum appetitu motricem ait esse hominum: phantasiam verò solã mouere cum appetitu bruta. Non enim res satis patet hæc, quid est phantasia rationalis, nũquid ratio est, an intellectus, vt exposuimus in Commentario? Si ratio est, cur illam vocitat phantasiam? Et cũ ratio sit duplex: alia vniuersalis, quæ per formas vniuersales rerũ syllogizat, & hæc non mouet, vt prædiximus. Rursum quoque ratio particularis etiam si moueat, nõ est causa cur appelletur phãtasia, maximẽ si ratio est intellectus solus, & phantasia sensus: & sensum & intellectum supra disseruit Aristote. non esse idem. Quòd si dicat aliquis, cui in votis est Commentatoris sententiam sectari, per phantasiam rationalẽ vim incogitatricem esse subaudiẽdam, hæc enim vis est quædã ratio particularis, quæ colligit habitudinesc, õuenientias, & differẽtias rerum singulariũ, huius quoq; est tẽpora discernere, & vnumquẽque pro tempore

Ratio duplex vniuersalis et particularis.

tempore moderari. Et hæc est, quæ hominem mouet, & quia sensaria est vis, propter hoc est phantasiæ nomine dotata. Nam vox phantasiæ effundit significātiam suam in potentias multas, & quia participat ab intellectus cōmercio scintillam rationis hac ratione dicta est rationalis. Sed iam egimus contra commētatorem: arduā enim habet concessionē hominē sic orbare intellectu, vt nullum habeat intraneum principium suæ actionis: & solum sensum esse qui hominem ab intrinseco regit cum practicus intellectus & cōtemplatiuus sint eiusdem naturæ, consequens est intellectum practicū, non esse illam cogitatricem, quam dicūt animæ vim propterea videtur Aristotelem hoc loco vocib⁹ istis vsum fuisse ad vsū Platonicū, Plato siquidē dixit rationē quandā esse particularē, quæ particu res substantias cognoscens, colligebat multa de rerum contingentia, habitudine, & proportione. Et hanc dixit esse cogitationem, seu cogitandi vim, & opinādi, sicq; hęc quatuor cōfundebat rationē particularē, cogitādi vim & opinādi, & phātasiā: & promiscuus sermo erat de huius generis animæ facultatibus: quia etsi voces diuersę tamen res vna erat subiecta. Aliā tradidit rationem vniuersalē quæ non sensibilia, aut vmbras sensibilium .i. phantasmata (quę apud illū sunt sensibilia non proprie vt color & sonus, sed secundū quandam rationem) sed circa intelligibilia tota aspirabat. Et huius rationis operatio intelligētia dicebatur ex Platonis dogmate. Hæc ergo disputationibus, idest, demonstrationibus incūbens scientiam consequebatur supra rationē erat mens, seu intellectus in sua puritate regnans, qui non discursu & ratiocinatione, sed simplici notione intelligibilia contēplabatur. Legendus Plato in sexto de republica lib. quo loco sensibile duplex discreuit. Primū corpora physica omnia. Aliud, sensibile est horū corporum imagines, quas vocat vmbras, vt imago hominis & bruti, &c. harū vmbrarum est ratio particularis phātasię cogitatio & opinio. Rursum intelligibile discreuit quoddāquod syncerrimū est hoc est idæa, aliud verò mathematicum, & hæc duo genera intelligibilium in ratio nem atq; mentē retulit. Quapropter quātum Platonica doctrina permittit scrutari nobis de Platonicis secretis, intellect⁹ practicus ipse appellatur phātasia, quia de singularib⁹ & sensibilibus est: est cogitatio, quia per hæc inquirit, quod agendum & respuendum est: est ratio, quia discurrit: est autem opinio, quia actiuus intellectus, qui de contingentibus est, multa opinabitur si cōducit bellum cōmittere aut canere receptui: si ducēda est vxor à cęlibatus est geniali thoro pręferēdus. Hac igitur ratione dictus est phātasia rationalis, actiuus intellectus. ¶Si autē hęsitat aliquis, si practicus intellectus hic sit eiusdem naturę cum speculatiuo? ego Græcis anuens, vnius substātiæ crediderim. Id quod Aristote. insinuat hoc capitulo dicens, actiuum & theoricum intellectū esse discrepātes fine, & nō dixit differunt obiecto, sed fine. Quam rē doctè satis sanctus Tho. in prima parte quæst. 79. articulo. 11. distinxit: diuersitas enim obiecti duplex, quædam per se est, vt sonus & color diuersa sunt, alia secundum accidens, vt albū quod in magna est mole, & quod modicum est. Prior harum facit potentias differre secundum naturā, posterior non nisi solum secundum accidens. Vnus est .n. visus, qui & immodica, cādida & modica cernit. Iāverò theoric⁹ & actiuus intellectus non habent obiecti rationes diuersas, nam quod vnus apprehēdit, & alter: cæterū practicus quod apprehēdit verum, torquet in externas actiones: alter verò sibi seruat, vt theoricus, qui discit gratia veritatis, nō operis faciundi gratia. Sed referre apprehensas veritates in opus, veritatis naturam non tollit, quā vterq; versat intellectus. Vna est enim veritas relata in opus & non relata. Quare vterq; hic intellect⁹ ratione & officio dissentiunt: natura sibi consentiūt, quia vnus & idē est qui contēplatur & qui agenda dirigit. At verò obstrepit alius dicens, hoc duos intellectus natura discrepare, siue differre: quippe contēplatiuus nō agibilia, sed speculabilia cōtuetur: actiuus verò agibilia, quæ duo sunt obiecta diuersa: ecquid non ne practicæ scientiæ re differunt à cōtemplatiuis? ergo & intellectus re quoque subibunt differentiam.

Platonis & Aristo. consensus.

Duplex sensibile apud Platonem.

Intelligibile duplex.

Practicus intellectus phātasia.

Practicus intellectus vis rationalis.

Practic⁹ quoque vis opinādi & cogitādi.

An practicus & Theoricus sint vnū

Mens actiua & theorica vnū sunt.

¶Porro

¶Porro autem si Commenta. esset audiẽda fictio, haud dubium asserẽdum esset, practicum & theoricũ intellectus duas esse vires, non solum munere, sed natura discrepantes. Nam practicus intellectus est cogitatrix ipsa vis, quæ sensaria apud illum est, sed quia hoc suo explosimus loco in ipsa aĩa credim⁹ intellectiuã vim esse cõtẽplãdi & agẽdi. Et arg. horũ primo Respondetur vniuersalia contemplanda, esse & singularia agenda. Vt autẽ idẽ vniuersale est & singulare, vt Petrus est Petrus, & homo: ita vna est animæ vis, quæ & vniuersalia meditatur, & particularia, operatur, idest, dirigit singularium operationes. ¶Argumento secundo nos fatemur scientiam practicã & theoricam seu inspectricẽ differre re ipsa. Etenim finis est de essentia obiecti ipsarum. Nam finis operandi est intrinsecus actiuæ sciẽtiæ, vt philosophiæ morali, quæ tota in opus insudat, non enim discimus illam, vt sapiamus, quid sit virtus. Sed vt illam operi mandemus, & studiosi reddamur. Cæterum operatio non est intrinseca intellectui practico: sed accidit sibi veritatẽ referre in opus. Quapropter appellatione quadam extrinseca practicus vocatur. Scientia verò practica dicitur ab intrinseco siue hoc sit, quod practicum, sit eius essentialis differẽtia siue eius proprietas. Nihil modo mihi curæ hoc est, quod ait Arist. est practic⁹ fine, idest, ab extra sibi conuenit, quòd dicatur practicus. ¶Vt verò agens & possibilis intellectus secernantur in quæstione de potentijs aĩæ absoluimus. Locus autẽ Aristot. ex libro Ethicorum solum colligit intellectum, vt scientẽ, & vt opinantẽ, differre genere: nõ tamen quòd simpliciter sit alius intellectus substantiæ rõne, vt quæstio. dudum indicata diximus. & qui in potentia est intellectus & qui in habitu est, & qui adeptus est, sola ratione distinguntur, vt actiuus atq; theoricus intellectus vt prediximus. Placet tamen adhuc amplius practicum, & speculatiuum intellectum discernere. Sunt autem tres differẽtiæ ipsorum. Prima quidem est, theoricum intellectum à forma rei incipere. Nã demõstrationis principiũ est ipsum quod quid est quod totius rei forma est. At verò actiuus intellectus, non à forma orditur, sed à fine. Quare Aristo. audiuimus loquentẽ, quod est principiũ in speculatiuis esse vltimũ in practicis: quippe medicus postremũ quod sua arte præstat, est formam inducere sanitatis, & artifex vt domificator, idest formam donare domui. Quanquam cõsentiant vterq; & theoricus & actiuus intellectus: nã horum quilibet à primo quodam initiũ sibi faciunt. Nam vt speculatiua demonstratio, quæ est propter quid, ab ipsa forma & essentia rei gradum sibi facit, in conclusiones, sic & actiuus intellectus à fine sibi facit initium consultationis, & operationis. ¶Secundo discriminantur: principia enim in speculabilib⁹ sunt semper necessaria, at verò in actiuis nõ semper. Etenim aliquando principium est necessarium, vt gerẽdæ vitæ finis est vnus necessarius, qui est scopus actionis humanę beatitudo scilicet, & hominis fœlicitas. Iam verò finis alius non est necessarius, vt domum construere. Tertiò differunt, in speculatiuis posteriora priorib⁹ sunt necessariò cõnexa, vt cõclusiones principijs, at verò in actiuis non item: aliquãdo enim posteriora sunt necessariò connexa, iam verò contingentur consequũtur, vt volenti construere domum materia est necessaria, at verò materia cedrina aut abiegna, nõ sunt necessaria. Hæc apud D. Tho. legas si voles in 3. lib. contra gentes cap. 97. Cæterum quia non semel meminimus de ratione quid ipsa sit ratio, quam ve subeat differentiam, ab intellectu, non ab re facturum me duco, si perfunctorie illam exegero. Plato aũt in Theeteto tres dixit ratiõis species. Quarum altera est, ipsa oratio, quæ conceptũ mentis exprimit: altera verò discursus & inquisitio ab vno in alterum: tertiam addit speciem rationẽ esse, quã nos in schola peripatetica diffinitionem rei nuncupamus. & Platoni definitio (quã ipse vocat hoc loco notã differentiæ) ratio est vt animal rationale est hominis ratio: peripatici autem hæc non negant, sed cum Platone cõgruunt. Nã ratio etiam apud illos inquisitionem, & discursum quam ratiocinationem appellant, significat: itidemque, & diffinitionem, definitio enim est causa, quod sit res hæc aut illa: ipsa verò oratio cõ ratio dicẽda quo mẽ-

tis

tis cogitatus exprimit, & oratio vocis est veluti simulachrum mentis. Et quia omnis mentis actus fuso vocabulo ratio est, hac ratione & oratio vocalis, vt concepta exprimit: ratio est: addunt quoq; & membrũ alterum. Ratio est ipsa etiam potentia, vt intellectus qui ratiocinatur. Quod item Platonis est placitum tradẽs intellectum nostrum, vt exquirit rerum naturam rationẽ esse vt verò solum simplicia principia intuetur, vt rerum essentias: non ratio, sed intellectus. Vnde partitio est intellectus in theoricum & actiuum, & ita ratio quædam theorica & demõstratiua. Alia vero est actiua. Quapropter si ratio significat definitionem, aut discursum, aut rationẽ vocalem seu scriptam intellectus & ratio non sunt idem: sed planè sunt diuersa. Sin verò ratio nomen sit potẽtiæ: vnde & homines appellitantur rationales, vtiq; intellectus & ratio nõ sunt diuersæ animæ vires: sed solum appellationes eiusdem rei diuersæ: etenim intellect⁹ appellatur, vt quiescẽs est in principijs, vt verò à principijs sede noluit in conclusiones disserendo: aut à conclusionibus, se refert in principia: sic ratio est. Itaq; ratio est tanquam via, sed intellectus est tanquam principium aut terminus. Eadem autem est natura, quæ quiescit in loco proprio & ad ipsum fertur, quare cũ intellectus sit velut animæ status & ratio velut animæ motus, vna est vis animæ, quæ vtroq; potitur, vt est eadem grauitas, quæ impellit in descensum ad decliuia, & quiescit in centro, loco grauibus opportuno. Ita colligit D. Thom. quæst. 79. 1. par. articulo. 9.

Oratio vocis mentis est simulachrum.

Intellectus et ratio vt differant.

Intellect⁹ est aĩæ status.

Tertia quæstio cui signandus principatus in mouendo intellectui an voluntati.


QVAESTIONEM tertiam admouere non piget si intellectus actiuus, & voluntas hominem mouet, vtrùm horũ principatum teneat in homine mouendo? & de brutis non dissimilis agenda est quæstio. Vtrum prius moueat phantasia, an brutus ipsorum appetitus? Nã quod intellectus, seu phantasia principiũ teneat in mouendo, colliget aliquis. Nam appetitus cùm cæcus sit, & nihil apprehendẽs: an bonum sit an malum, eget ductore aliquo, & hoc est vis cognoscens quæ appetitum ducit, & dirigit in appetenda atq; fugienda. ¶ Rursum voluntas humana est indifferens in operationibus suis: ergo aliud est, quod ipsam mouet, & determinat, vt velit & eligat hoc, & non illud. Et hoc est ipsa ratio, quæ rem apprehendit sub ratione maioris boni. Quare alio spreto bono aliud elegit. ¶ Adde appetibile mouet voluntatem aut vt intellectũ, aut vt imaginatũ, est ergo apprehensio, quæ mouet appetitum. ¶ In partem diuersam est, quod hoc cap. Aristo. scripsit. Enarrans enim mouentia ipsum animal, dixit mouens esse geminum, appetibile & appetitũ: appetibile esse mouens immobile, sed appetitus mouens motum: animal autem motũ & non mouens, cor instrumentũ motus. Quo loco nihil meminit apprehensionis vis ergo apprehẽdens nõ est cõnumerata in ordine mouentiũ, neq; motorũ. ¶ Præter hęc ait appetibile mouet, & propterea intelligentia mouet tex. 49. appetitus est, qui mouet primum, cui succedit in mouẽdo intelligentia, & apprehensio. ¶ Accedit istis. 9. lib. primæ philosophiæ tex. 3. vbi docuit scientiam vnam esse contrariorũ voluntas ergo erit per quam scientię pręscribitur vnum contrarium & aliud submouebitur, vt per sciẽtiã quę est salubris & infirmi: poterit medicus infirmare, & sanare. Sed quod sanare velit electionis voluntatis est. Vnde & pia affectio propendit intellectum, vt assentiat, a, potius quã .b. opinioni, & qđ credat vni præceptori potius, quam alteri, voluntas ergo est, quæ mouet & motionis habet imperiũ. ¶ Et rursum noua ratione hoc ipsum colligamus. Si intellectus, & appetitus mouent quærendũ sub qua ratione mouent. & quærenda est hęc ratio communis intellectus, & appetitus quæ sit? si est immaterialitas vtriusq; potẽtiæ, tam immaterialis est intellectus quàm volũtas. Nulla igitur erit causa, quę motionis primas partes det intellectui potiùs, q̃ volũtati, aut cõtra? Sin verò causa hæc est appetibilitas (vt Aristo. insinuat) nam apprehensio intellectus nõ mouet nisi quia est appetibilis boni, iam tunc principatus motionis dãdus est voluntati, aut appetitui

petitui in brutis animalibus, quæ vt Cicero inquit in lib. de Officiis ferũtur appetitu & non iudicio. ¶Et demum si proportio appetituũ exquiritur, appetitus naturalis est qui mouet naturalia omnia & appetitus brutus bruta mouet: ergo volũtas est, quę sola mouet, & est primũ mouẽs in michro cosmo .i. mundo minori, qui est homo.

Decisio quæstionis. ¶Quæstio hæc nõnihil implexa est, & illam S. Tho. in .1. secundæ .q.17. arti.1. soluit. Eius hæ duæ sunt sententiæ. 1. imperium motus in ratione est: siquidẽ imperare est actus rationis: imperare enim est ordinare agẽda, quæ ordinatio bifariam est: aut per verbum indicatiui modi, vt si dixeris hoc est tibi faciendũ: aut per verbũ imperatiui modi, vt si dixeris hoc facito. *Imperiũ duplex.* At verò vterq; actus intellectus est: ergo imperium est rationis. ¶Altera eius sententia est: mouens ad hoc imperium, est volũtas: ipsa enim est, quæ mouet ad exequutionem alias potentias: vnde infert rationis imperium depẽdere à motu volũtatis: quia hęc est mouens primum. Scotus verò in .2. lib. sent. dist. 6. q.1. & in quodlib. q. 17. contra philosophatur, voluntatis esse imperium: huicq; congruere ordinare agenda, & disponere: credidit enim imperium conuenire potentię, quia immaterialis est. Sed voluntas immaterialis est: ergo ipsa imperat: alioquin quo modo volũtas esset domina sui actus, nisi ipsa potens fuisset & sibi sufficiens, quę disponat de agendis, & operationes suas conferre inuicem vt intellectus facit? ¶Rursum in dubitatione hac, vt Philoponus ait, in huius capitis commentario, & Aristo. & Plato. sibi nõ consentiunt. *Plato & Aristot. de quæstione.* Hic enim rationẽ dixit esse causam motus: ille verò non rationẽ, sed appetitum. Plato enim cùm optimũ hominis crediderit esse rationem eoq; in arce humani corporis eam locauerit .i. in capite, idcirco rationi primas partes dedit imperij. Arist. autem cernẽs rationem nihil mouere posse, nisi appetitus appetat, multa enim iudicamus bona quæ operi non mandamus, quia illa efficaciter nolumus, & quãquam adsit nobis complacentia boni, quam voluntatem dicũt nostrates theologi. Hæc non sufficit, vt moueamur ad bona capessenda, quæ placẽt nobis, nisi adfuerit efficax motio voluntatis, quæ illud voluerit. ¶Rursum iudicium bonorũ, non mouet, nisi quatenus bona sunt volũtati. Nam quanquã amabile sit bonũ, tamen illud solũ mouet bonum, quod est vnicuiq; proprium. 8. ethicorum. Est ergo appetitus, qui primũ mouet: nam si intellectus solus posset mouere citra volũtatem, essent actus humani, qui neq; studiosi, neq; vituperabiles essent: nam vbi voluntas abest, neq; laus, neque vituperiũ est. Naturalia enim laudis & vituperij non sunt digna: intellectus autem potentia naturalis est. *Plato Aristo. conciliatur.* Philoponus Platonem & Arist. conciliat. Plato enim rationẽ dicens motricẽ esse causam, non totam causam motionis tradere voluit. Aduertebat enim rationem solam nõ sufficere: sed solùm studuit remotiorem causam docere. Arist. autem non remotam, sed proximã causam dedit motus. Et hæc est appetitus rationalis hominibus: brutus verò brutis. *Tria actionis principia.* Et hoc modo illos reduxit in cõcordiã. Aris. aũt. li. Ethico. 6. c. 2. tria dixit in aĩa agẽdi veritatisq; principia sensus, intellectus, appetitus, & corrigens se dixit sensum nõ esse principium agendi: quia bruta nõ agunt, sed agũtur. Reduxit igitur in duo principia, quæ tria numerat .i. intellectum & apetitum. Intellectus aũt inquit nõ omnis est motiuus, sed is solùm qui est actiuus. Verùm hic de principiis humanæ actionis sermo est. Cuius duo asserit esse principia. ¶Sed superest quærẽdum vtrùm horum priorẽ habeat rationẽ principij, & quãtum pręfert Ethi. locus dudum indicatus, intellectui priores partes videntur concessæ. Ait enim, quòd est prosequutio, atque fuga appetitus .i. affirmatio & negatio intellectus: *Collatio locorũ Aristo.* prius ergo intellectus affirmat, vel negat, quàm volũtas persequatur, aut fugiat. Deinde velut rem suspensam relinquẽs inquit, electio, vel intellectus est appetitiuus, vel appetitus intellectiuus, vel rationẽ tandem cum appetitu, vel appetitũ cum ratione mouere hominẽ in opera exteriora. In .c. verò hoc .10. huius tertij appetitũ primum esse mouẽs docuit, & veluti insinuat: quanquam practicus intellectus & appetitus moueant: tamen intellectus mouet sub ratione appetitus .i. quæ iudi-

cat actiua mens. Propterea mouet: quia appetitus illa vult aut non vult. ¶Et rursum, quia si volūtas quidquam voluerit operi mandare, intellectū mouet, vt illa cogitet, & disponat modum, quo operi mandetur. ¶Accedit istis cū prima causarum sit finis, hic enim mouet agens & hoc materiā mouet ad formā: ipsius autē finis voluntas est, voluntas ergo est primum mouens, & potētiæ cæteræ mouentur ab ipsa. Quapropter ipsa volendo finem cęteras potētias mouet ordine quodam fini cōsequendo. Est autē ordo, quia primo intellectum mouet: quia sibi germanior & propinquior est. Deinde verò apperitum sensitiuū, & potētias exequutiuas. In re hac fortassis. q. de nomine est si voluntas imperat, aut non imperat. Et enim Auicena. 7. naturaliū suorum concessit irascibilem & cōcupiscibilem esse imperatrices motuū. Quod si huiusmodi vires sensitiuæ sunt imperatrices, quid quod ipsa voluntas, quæ appetitus rationalis imperet motū hominis? & sanctus Tho. opusculo. 43. quanquam Auicenā, non indicet cum ipso philosophatur, dicens in anima quasdā esse partes diligentes progressiuum motuum: & istæ sunt apprehensiuæ, alias verò imperantes, quæ sunt appetitiuæ, alias exequentes, quæ sunt corporales virtutes in chordis, & in neruis Appetitus ergo imperans est. Quapropter Scotica doctrina non vacat autoritate: neq; Scoticus sermo dicēs voluntatem imperare, reiiciendus. Nam vt collegimus si concupiscibilis & irascibilis imperant, multò vehementius voluntas. Cæterum hæc vox imperium bifariā secundū hæc accipiēda est. Altero modo ipsa motio, quæ à superiori potentia inferioribus imprimitur. Alio verò modo imperium est ordinatio faciendorum, quæ consultationē sequitur. Et hoc est imperium simpliciter. Alterum verò est imperium secundum quandā rationem, iuxta particionem hanc. ¶Prima sit sententia. Voluntatis est imperium primum. Hæc est manifesta: quia ipsa est mouens primum, vt disputatum est. Itidem & appetitus brut⁹ hoc modo imperat. Et adhūc sensum verba Auicenæ sunt intelligēda. ¶Secunda sententia. Ratio sola est quæ habet imperium proprium, quod est secundi modi. Hæc ex terminis est nota. Nam rationis est ferre leges, ordinationes facere, & cuncta disponere. Lex autem & ordinatio imperij sunt certa indicia. Vnde Albertus Magnus summa de homine tracta. de virtute concupiscibili q. 1. ait imperium duplex: quoddam est imperium primum simpliciter, & hoc in homine est, in quo ratio imperat. Aliud est imperium in genere sensibilis, in quo genere concupiscibilis & irascibilis imperāt. Secundùm has duas sententias, nō est arduum Scotum, & S. Tho. in vnū redigere. D. enim Tho. de imperio proprio intellexit: ille verò fusiùs cepit imperij nomen. Verùm si adhuc contendis, non vnū sapere, magis adhæreo Alberto Magno, & D Tho. quàm Scoto in hac re. Voluntas etenim Ethi. 1. cap. vltim. est rationalis per participationē quandam rationis: participat ergo ordinē rationis & imperium: ipsa enim cęca cum sit nihil ordinare poterit suapte natura. Sic ergo hūc stabiliamus ordinem. Primum mētis est apprehēsio boni vel mali: deinde voluntas mouet mentem, vt discernat de agendis. Postquam verò mens discreuerit, voluntas mouet rationem, vt illa imperet, & ordinet. Post ordinationem verò voluntas mouet potētias alias sensitiuas & corporales ad motus exercitium. In quo ordine cernis voluntatem esse mouens primū in omnibus motibus excepta apprehēsione mentis, quæ præcedit voluntatem: quia voluntas non fertur in incognitum. ¶Tertia sententia etiā si voluntas inter animæ potētias sit mouens primum, itidéq; appetitus brutus extra animæ potētias est aliud primum mouens. Hæc est Arist. c. hoc: quanquam de hoc mouente exteriore magna fuerit olim cōtrouersia. Quidam enim vt. S. Thomæ. q. de veritate. 5. art. 10. citat, dixerunt nullum esse mouēs extra nos, sed cuncta humana opera esse humanæ prouidētiæ & non diuinę, neq; alicuius alterius. Et qui hoc dogma receperūt fuerūt Tullius Epicurus, & alij quorum meminit Aug. 5. de ciuitate Dei. cap. 9. Hij verò redarguuntur verbo Arist. qui dixit extra nos esse aliquod mouēs immobile, quod nos mouet. Verùm hic locus nō admodum colligit, quem tamen indicat S. Tho. eo loco quippe

Ordo in mouendo homine.

Vires animæ dirigentes aliæ imperantes motus aliæ exequētes

Scoti placitū recipitur.

Hæc vox imperiū dupliciter accipitur.

Auicenæ intellectus.

Ordo in motu potentiarum.

Quis mortē voluntatis extrinsecus.

quippe hoc mouens immobile appetibile est, quod mouet volũtatem. Alij verò cælum primum mouens nostræ voluntatis & appetitus dixerunt. Quorum sententia satis reiicitur per ea, quæ de immortalitate animæ collegimus. Etenim si anima humana spiritualis est: id quod vera philosophia cõplectitur, dignior est orbibus cælestibus. Vnde cælestis orbis nõ est primum mouens animam: nam quod mouens prestabilius est moto in 3. de anima. c. 5. & demum sententia hæc quæ Alkindi, Homeri & Empedoclis, & omniũ credentium sensum esse intellectũ quos supra retulimus est, arbitrij libertatẽ euertit & cum fide pugnat, nedũ cum philosophia naturali. Vnde August. libro. 5. de ciuitate. cap. 9. & in secũdo super Genesi ad literã ad finem, & demũ omnes sancti sacraq; concilia illam dãnant, vt est conciliũ Martini Pappæ, cuius sermo decretorius refertur in volumine decretorum. 26. q. 5. cap. nõ licet. Quo loco alia cum re hac facietia legere poteris, planè negantia cælestes globos cogere posse humanam voluntatem. Nam cum hęc spiritualis sit, corporibus illis cęlestibus dignitate præstat, vt ergo à cælestibus spheris cogetur? Qui verò malè sapiunt animam intellectiuã non esse aliud quam sensus, vt Homero & aliis Aristo. ascripsit, hi vtiq; cælos habẽt in dominos. Consultiùs Ptolomeus in Centiloquio rem hanc aduertit, dicens vir sapiẽs dominabitur astris: quæ catholica sententia nedum physica est, & est. 4. propositio centiloquij. Cælũ porrò si quid habet potestatis in animos nostros solũ est per accidens: nã afficiẽs sensum, cælũ volũtatem nõnunquã afficit, quia volũtas & sensus fędere quoddã naturali sociãtur. Non tamen necessario appetitus sensitiuus afficit, aut mouet voluntatẽ: alioqui cogeretur arbitrium nostrũ à sensu, quod est impossibile. Quòd si colligas, intellectus necessario mouetur à phantasmate, & perturbato phantasmate mentis notio tota turbatur, vt stulti, phrenetici que ostendunt, quod si mens agitatur à sensu nõne mouebit sensus necessario voluntatem? Tanta enim est spiritualitas mentis, quanta & voluntatis. Respõsio sit huius dubij, aliud esse de intellectu, atq; voluntate. Intellectus

Cælũ non est motor voluntatis contra alkindum.

enim habet in notionibus suis ædendis necessarium ordinem ad sensum: quia vt docuit Peripateticus, necesse est intelligentem phantasmata speculari. Qua propter obturbato phantasmate, & mentis notio peruertitur: at volũtas, non habet in suis actionibus necessariam depẽdentiam ab appetitu sensitiuo. Quare nõ est necesse, vt ab appetitu moueatur: imo frequenter volũtas mouet contrario motu, quam appetitus sensitiuus, vt de continentibus Aristo. dixit primo ethicorum & 2. cap. 1. & sæpe alibi. Quod verò in incontinẽtibus appetitus inferior superet voluntatẽ, illud non est necessariò, sed secundũ quandã cõplacentiã liberã voluntatis, ad sensibilia. Est enim voluntas primum mouens, vt Arist. ait hoc tertio, esse veluti superiorem spheram, & cæteras vires animæ, vt spheras inferiores: nõ ergo appetitus sensitiuus mouet necessario voluntatem: quia mouens est inferius. Cæterum vt diximus cum rationalis anima sit actus corporis physici: quia huius corporis actus est, & forma inde anima aliquando sequitur temperaturam proprij corporis, vt omnis forma sapit conditionem propriæ materiæ, proinde, & voluntas & sensum appetitiuum sequitur. Et hoc debuissent aduertere, qui animã motorem extrinsecum dixerunt. Nam si hoc, vt ergo sequitur plerũq; proprij corporis temperaturas. Ait aliquis, si nobilius est, quod agit patiẽte: vt ergo phantasma necessario mouet intellectũ, & nõnunquam appetitus inferior qui sensualis est superiorem. i. rationalẽ? Dicẽdum phãtasma mouere intellectum: sub luce tamẽ intellectus agẽtis, vt nos in superioribus frequẽter prædiximus. At verò appetitus sensualis mouet rationalem non sub virtute alicuius agentis superioris, sed suapte natura hoc habet: propterea quod ambo appetitus sunt vnius hominis appetitus: veruntamen multò secus agit appetitus inferior in superiorẽ, quã phãtasma in intellectum. Hoc enim mouet possibilem intellectũ aliquid imprimendo, id est, speciem intelligibilem: appetitus autem sensitiuus mouens voluntatem, nihil in eam imprimit, sed solum mouet secundũ quandã redundantiam, vt quãdo irascitur irascibilis: hæc passio

Cõtra Auerroem.

irascibilis excitant voluntatem, vt velit vindictã: itidemq; concupiscentia. Quia igitur quod habet sensualis appetitus in obiectũ, hoc sibi capit in obiectum volũtas, propterea inferior dicitur mouere superiorem, vt D. Tho. censuit. 1. 2. q. 9. ar. 2. ¶Argumentum igitur diluamus. Quod mouet prestabilius est moto, verum sanè est, si moueat propria virtute: & si moueat directe, & non per quandã redundãtiã, vt appetitiuus sensitiuus, dicitur mouere intellectiuũ appetitum. Alioqui, vt diximus cælum mouet voluntatem: non tamẽ subinde argumenti firma est collectio: ergo est superius: quia tantum mouet per accidẽs, & secundũ quandam redundantiam, non aliquid imprimendo, vt diximus. ¶Vnde aliter mouet voluntas inferiorem appetitũ, & aliter inferior superiorem. Namq; voluntas inferiores mouet potentias cum officio & necessitate: quia superior est, vt dux exercitus inferiores, & sibi subditos milites suo coërcet imperio: sic voluntas omnes animæ potẽtias, vt aduertit D. Tho. 1. 2. q. 9. arti. 1. Etenim volũtatis obiectum est bonum in cõmuni, & aliarum virium obiecta sunt bona particularia, vt irascibilis concupiscibilis habent quædã bona particularia, imò & intellectus obiectum est verum, quod est bonum quoddã sub cõmuni bono contentũ. Ea propter voluntas est prima, quæ mouet efficaciter potentias inferiores omnes: cæterę verò potentiæ non cum hac necessitate mouent voluntatem: sed intellectus mouet offerendo illi, & prẹsentando obiecta: appetitus verò mouet solum alliciendo, & excitando voluntatem in proprium obiectum sensibile. ¶Sed obiter petit aliquis, cur Aristot. non est vsus partitione voluntatis in agentem & possibilem, vt de intellectu dixerat? Responsio est intellectum agentem esse necessarium abstractionis gratia; volũtas verò fertur in res ipsas secũdum proprias eorum naturas, vt habent esse in rebus. Etenim etiã si velit vniuersale bonum, & odiat vniuersale malum, & hoc suapte natura habeat tamen nunquam se prodit in actum exteriorem, nisi particularia amando, aut odiẽdo. Itaq; volũtas in res ipsas fertur, & non incipit ab vniuersalibus, vt intellectus, sed à singularibus rebus. Quapropter intellectus, qui res trahit quodãmodo ad propriam naturam, quam ipse habet, quæ est natura intelligibilis, eget agẽte intellectu, qui res singulares transferat in vniuersales rationes. At verò voluntas, quę fertur in rerum naturas: quia bonum quod est illius obiectũ in rebus est, non eget voluntate agente: sed est ipsa, quæ mouet cæteras potentias per se ipsam ad sensum priorem. Non igitur cęlum nos mouet, neq; est mouens primũ, quod est extra nos, sed est ipsum bonum, quod in rebus est. Hoc est, quod mouet appetitum brutum per apprehẽsionem, qua iudicatur hoc esse bonũ sibi: & hæc apprehensio est aliquando citra sensum exteriorem, sed per imaginatiuam & ęstimatiuam vim, quæ bruta in absentia sibi cõmoda propellunt. Ipsum quoq; bonum, vt est apprehẹ̃sum & libratũ ratione, mouet volũtatẽ. Theologi verò Deũ gloriosum primũ esse mouens nostræ voluntatis dixissent: quia habet primam rationem boni & postremã rationẽ finis, & nostræ voluntatis autor est, vt enim motus naturalis est à generante sic voluntarius noster motus à Deo. vt S. Tho. in 1. 2. q. 9. art. 6. ait angelos quoq; esse mouentes nostram voluntatem, vt beatissimus Diony. lib. de cælesti Hierar. c. 4. confitetur, quanquã non moueãt angeli, nisi docẽdo & illuminãdo, nõ inferẽdo, aut intimãdo formã, vt Deus. Argumẽta quæ vltrò citroq; iecimus, resoluta sunt, & enervatas habent vires, procedunt enim variis viis. In hac quæstione breuitati studentes diximus sępicule apprehensionẽ mouere, qui sermo nõ est aduersari? prioribus: non enim credimus apprehensionem solã boni sine iudicio motum promere, vt Scotus dixit in 2. d. 6. quęs. supra illata, angelum sine errore appetiuisse Dei æqualitatem: quia sola apprehensione citra iudicium Deum apprehendens æqualem se esse voluit: sed per apprehensionem iudicium subaudimus, si quãdo non expressimus. Quod si D. Tho. q. 9. 1. 2. arti. 1. dixit intellectum mouere voluntatem præsentando illi obiectum, quod concinit in prætextu cum Scoto, nos intellectum volumus de iudicio non de sola apprehensione.

Argumẽti solutio. *Obiectio.* *Theologis Deus primũ mouens.*

¶Super

Dubitatio postrema vt sint in homine contrarij appetitus. ¶Superest sermonē illum peripateticum expendere, contrarios esse in homine appetitus. Namq; nulla videtur contrarietas. Siquidem appetitus sensitiuus, & intellectiuus sunt diuersæ potentiæ animę rationalis, & harū operationes non sunt contrariæ, quia contraria sunt in eodem, sed istæ operationes volo mori, quæ voluntatis erat martyrum Christi, & dissensio à morte, quæ est concupiscibilis, non sunt in eodem: vt ergo hæc contraria? Respondetur, hæc esse contraria non formaliter: sed virtute quadam, quia consensio volūtatis mortem oppetere imperat, dissensio appetitus fugam. Propterea dixit Aristo. hæc contraria, idest, sibi aduersantia. Ait aliquis vtique appetitus habent idem obiectum, rationalis & sensitiuus, sunt ergo vna animæ vis. Dicerem vtiq; etiam si sæpe voluntas & appetitus sibi consentiāt in obiecto, vt voluntas hominis irati vult vindictā reponere: quod itidem irascibilis amat, tamen, in modo appetendi differunt semper: sensitiuus necessario fertur: at verò intellectiuus appetitus liberè versat bonum propriū, & malum. Quid quod voluntas est vniuersalis boni, & mali, appetentia verò sensus, singularis duntaxat? farraginem tibi dictorum facito appetitum naturalē esse, & animale, & rationalē. *Farrago colligens dicta.* Naturalē autem eum dico, qui consequitur rei naturam, aut qui sine ducente est apprehensione. Hæ enim sunt tres significātiæ appetentię naturalis. Iuxta primum modum qui est generalis appellatio appetitus naturalis in omni natura est appetit⁹ naturalis: quælibet enim natura habet natiuas propensiones, at naturalis appetitus vulgato loquētiū ritu is solus est, qui ductricem non habet apprehēsionē, vt D. Tho. in. p. 2. q. 26. arti. 1. tradidit: appetitus (inquit) naturalis, is est, qui nō sequitur apprehensionē: animalis autē qui sequitur apprehensionē necessario, vt fames & sitis: rationalis is est qui sequitur apprehēsionem liberè. Quamobrem si vnquam voluntas amat obiectum apprehensum per intellectū citra deliberationem, hic dicendus esset animalis appetitus. Hic autem naturalis appetitus nō se mouet, se dirigēdo: habet formam tamen qua se moueat in finem suū, vt lapidis forma, lapidem agit in centrum. Cęterum quia ab intelligentia dirigitur opus naturæ hac ratione philosophi moti, appetitum naturalem magis motū, quam mouentē voluerunt. ¶Post hunc est animalis appetitus hic est se mouens: quia habet ab intrinseco dirigentem imaginationem, & æstimatiuam. Postremo loco est intellectiuus, qui à sensitiuo differt, quòd hic sequitur & dirigitur ab imaginatione, & ab apprehēsis formis particularibus: nā apprehensum est, quod mouet: quare secundum diuersas rationes apprehensionis boni, est diuersus appetitus. Intellectiuus autem appetitus dirigitur ab apprehensione & iudicio intellectus, qui ratiocinando & consultando excogitat formas dirigentes volūtatem. *Apprehēsio discriminat appetitum.* Et quia diuersa est apprehensio intellectus, & sensus, alio quoq; modo inclinatur volūtas, quia liberè: & alio appetitus sensitiuus: quia necessario. Quare & isti duo appetitus ex diuersa ratione apprehensi boni, & ex diuerso modo, quo sese referunt in sua obiecta differunt, vt scite D. Thomes colligit in quęstio. de veritate. quæstio. 22. articul. quarto. & prima parte. quæstio. 80. articu. primo.

CAP. XI.

Dubium de animalibus imperfectis resoluit motum illis ab imaginatione imperfecta adesse: at imaginatio est omnibus animalibus cōmunis: deliberatio autem vni homini adfuit quæ nonnunquam à sensus rabida vi rapitur.



CONSIDERANDUM autem, & de imperfectis quid est mouens, quibus sensus solum inest tactus, vtrum cótingat phantasiam

inesse his, aut non, & concupiscentiam. videtur enim, lætitia & tristitia inesse. si autem hæc, & concupiscentiam inesse necesse est. Phantasia autem, quomodo vtique inerit? An sicut mouentur indeterminatæ, & hæc insunt quidem, indeterminatę autē insunt?

¶*Considerandum.* De imperfectis animalibus vt plantanima sunt vertit dubium, quod sit mouens hæc, etenim dixerat bruta duobus agi & imaginatione, & appetitu. At verò hæc imperfecta imaginatione orbantur: quia imaginatio est absentis, hæc verò coniūcta sibi tenet obiecta in absentia nōaspirāt. Rursum istis solū adest tactus sensus, qui nō est phātasia quæ est interna vis & non exterior. Cæterū quod exposuerat dubiū diluit, huiusmodi animalibus adesse phantasiam incertam & imperfectā: quippe illis est delectatio & tristitia, quod sua contractione si pungantur, & dilatatione in sibi cōmoda indicant. Quare illis adest concupiscentia: ergo & imaginatio. Etenim imaginationis est hoc imaginari proficuum, illud noxium esse: vnde subsultat aut voluptas de conueniente, aut tristitia seu dolor de noxiis. Quāobrem hæc animalia delectātur, & indolēt, & imaginantur, sed imperfectè & indeterminatè: quia per illā vim imaginandi non se referunt indecreta quædam loca, vt bruta.

Tex. 57. ¶Sensitiua igirur phantasia, sicut dictum est, & in aliis animalibus inest. Deliberatiua autem, in rationalibus. vtrū .n. eget hoc, an hoc, iam rationis est opus. & necesse est vno mensurare. maius enim persequitur. Quare, potest vnum, ex pluribus phantasmatibus facere. Et causa hæc est quòd opinionem nō videtur habere, quoniam eam quæ est ex syllogismo, non habet. hæc autem, illam. Quapropter, deliberatiuum non habet appetitus. Vincit autem & mouet aliquādo voluntatem, aliquādo autem hæc illum sicut sphæra, appetitus appetitum, cum incontinentia facta est. natura autem semper superior, principalior est mouet. adeo, vt tribus lationibus iam moueatur.

¶Rursum secernit phantasiam in sensitiuā, & rationalem, vel deliberatiuā, quæ hominibus propria est, illa brutorum. Eo verò deliberatiua dicitur quo discernit, quid nam agendum, excogitatque, & consultat de faciundis, & præfigit sibi vnum, vt scopum suæ deliberationis tractandæ. Sicut motus est supra immobile, ita quoq; & motus rationis, qui est cōsultatio, circa vnum fixum est immobile. Vt si deliberandum est, vtrum sanius hostes oppetere, an stationes dimittere? Vnum hoc fixum ratio exponit, scilicet, optabilius est quod reipublicæ cōmodis est conducentius. Vnde super firmamento hoc restat ratiocinari, quod conducentius est reipublicę, illud est expetendum: at bella gerere modo, est reipublicæ commodius, ergo modo gerendum est bellum. Hoc ergo medium est tanquam deliberationis totius mensura, per quam quod censetur melius illud eligitur, & quod putatur deterius abiicitur. Vnde ratio ex pluribus rerū phantasmatibus, poterit vnū facere: quia hic aduertis tria, quod eligitur, quod reiicitur, & medium electionis. Quæ tria in vnum colliguntur. Illud verò est quod præfertur cæteris, vt videlicet gerēdum modo bellū est. ¶Quod verò bruta non habeant phantasiam deliberatiuam, est sanè causa: quia nihil de contingentibus opinantur. Etenim non syllogizant, & vbi non syllogismus, neque opinio quæ medio topico concipitur. *Hæc autem illam* Idest, opinio ratiocinationem, vel syllogismum consequitur. *Vincit autem.* Voluntas est appetitus superior, & est modus suæ

Consultatio ex immobili principio progreditur.

suæ naturæ inferiores sensus subiicere, & ad se trahere vt sphæra prima cæteras suo motu circunuoluit. Nõnunquam autẽ hic naturæ ordo turbatur, & inferior superiorem mouet, vt incõtinentiũ sensualitas illecebris titilans voluntatem ad se pellicit. Cæterum ordo naturæ hoc non fert, quod superiora ab inferioribus rapi, & moueri, vt in globis cælestibus, aduertimus, primũ mobile alios sibi subiectos circũagere à dextro in sinistrum, ab oriẽte in occasum. Verũ etiam si inferni orbes à læuo digrediantur in dextrum idest, ab occasu in ortum, cæterum hoc motu primam sphæram non agitant. In nobis verò superior appetitus mouet & rapit inferiorem aliquando in continentibus: sed incontinentes ordinẽ naturæ violãtes appetitũ inferiorẽ in superiorẽ agere permittũt. Vnde. *Et tribus lationibus mouetur.* Quidam verbum hoc Aristot. ad sphæras cælestes inferiores referunt, quę mouentur motibus sibi propriis, & motu primæ sphæræ, & motu alio firmamẽti. Cæterum hæc interpretatio Aristote. non consentit: quippe Aristoteli octauus orbis, quem nos firmamentum dicimus, est orbis primus. Quare orbes alij à primo, duobus non tribus mouẽtur motibus. Quare Simplicius totam literam hanc sphæras referentem intellectam noluit de globis illis cælestibus: sed de ludẽtibus sphæra, quam pilam vocitamus: in ludo, hoc est contrapugnantia iam alter vincit, iam alius, sic quoq; in incontinentia est. At verò Græci alij de cælestibus corporib⁹ acceperũt hæc verba: vt Themistius capitulo. 47. & Philoponus, & hos Latini sunt sequuti. Et mea sententia rectè: nam in ludentibus pila non est ordo superioris, & inferioris, vt hîc commeminit Aristote. Quam ob causam de superioribus corporibus similitudo hęc intelligenda est. Verum incontinentes tribus aguntur lationibus: alia est, qua voluntas vellet acquiescere rationis imperio. Nam si non habuisset complacentiã incontinens in castimonia nõ essent repugnantia & bellum. Vnde sapiẽs ait piger vult, & non vult proue. 23. vt duplicẽ motũ significet. Et nostrates Theologi vt Diuus Thom. 1. parte quæstio. 19. articulo. 6. voluntatem antecedentem vocat non voluntatem, sed velleitatem: & sæpe alibi. Et iam vulgatus est loquendi motus & 1. 2. quęst. 23. articulo. 5. velleitatem, ait, esse volũtatem incõpletam, qua etiam impossibilia volumus, vt esse immortales, & voluntas completa impossibilia velle non potest, & philosophi morales etiam Theologi volitionẽ hanc inefficacem incontinentis qua vellet castitatem vocitant velleitatem, quam vellet infrænare, nisi appetitus illecebra vehemẽter oppugnaret. Hęc est latio vna boni honesti velleitas. Alia est latio motus, appetitus sensitiui, quæ pellicit rationalem animum, vt sensibilia & voluptifica libidine cõplexetur: & duæ lationes inuicem pugnantes sunt in incontinente. Postrema latio est, quando iam voluntas sensualitatis pugna superata succumbit, & sensui manus tribuit victas. Et Ioãnes Grammaticus Græcis duas esse fatetur voces scilicet acrasiam & acratiam.

Incontinẽtes tribus pulsãtur motibus.

¶Prima, idest, acrasia, pugnam inter vtrumque appetitum significat quando anceps vertitur pugna, & à nulla parte stat victoria: altera verò vox acratia victoriam appetitus sensitiui cõtra intellectiuum præfert: quando non illud, quod vellet bonum incontinens amplectitur, sed quod ratio malum iudicat. Et hanc pugnam & controuersiã Paulus Apostolus diuino afflatus spiritu edocuit in ea epistola, quam Romanis scripsit capite septimo. Inuenio, ait, aliam legem in mẽbris meis repugnantem legi menti meę, & captiuantem me in lege peccati. Et ad Galatas capitulo penultimo Caro concupiscit aduersus spiritum: & spiritus aduersus carnem, spiritum appellans quod philosophi rationem quæ optima precatur: carnẽ verò sensualitatem, quæ quia vtitur organo carneo, æquo nomine caro appellatur. At verò ratio citra organũ ratiocinatur, ideo spũs iusto appellat̃ nomine. Sũt & Aliæ Paulini loci interpretatiões, quas modo istis attexere locus hic nõ poscit. Habes lationes tres velleitatẽ boni & honesti appetẽtiã turpis, & cõsẽsum in turpia. Isti mot⁹ intra aĩæ sin⁹ sũt nam præter hos internos motus, est motus exterior qui ad turpia facinora pergit. Sed hic motus est corporis, non volũtatis, tres ergo motus voluntatis, duo

proprijs sibi velle hõnesta, & consentire in inhonesta. Alter verò est ab impetu sensitiui appetitus. Neq; tamen velocitas illa honesti, & consensus ad turpia sibi pugnat: sed simul se admittũt, nã velleitas illa est actus imperfectus voluntatis. Quare non contrarius est actui perfecto, q est cõsensus in turpia. Etenim velleitas illa est actus quidam cõplacentiæ: quia etiam in continentibus placent honesta secũdum se & in vniuersum expensa. At verò particularia turpia volunt. Iam ergò, cum velleitas sit de vniuersali bono, sed consensus incontinentis sit de particulari malo, non sunt contraria hęc duo. Non. n. sunt de eodẽ obiecto accipe exẽpli causa. Incõtinẽs habet rationem rectã vniuersalẽ turpia nõ sunt admittenda, honesta sunt amãda: & volũtas in hoc dictamine generalẽ habet cõplacẽtiam. Et rursum ratio assumit libidinem fornicariam esse rem turpem, quæ ipse quoq; incontinens credit. Verum in conclusione: ergo libido non est admittenda: hanc item credit incontinens ex vi syllogismi ductus, non tamen illã credit simplici & absoluta fide: sed conditione quadam libidinem nõ esse admittendã, nisi esset titilans caro: quæ ad id videtur impellere, aut sub alia quauis conditione, vt furtũ sanè non esse admittendum, nisi necessitas rei familiaris aut victus indigentia aliud non suasisset. Vnde vides, vt viciosus homo vicium & errorem habet in ratione. Vnde scaturit labes voluntatis, vt rectè sit dictũ, Omnis malus est ignorãs, & malicia excæcauit corda ipsorũ, & fictio decepit animas sap. 2. & 4. fallimurque specie recti. Sic ergo veleitas est illa complacẽtia in bono secundum vniuersalem rationem, quare & incontinentes laudant continentiã & carnis illibatam puritatem & continentiam sese fatentur desiderare. At verò cum velleitate habẽt plenum consensum & deliberatũ in malum, & turpe committendum.

Text. 58. ¶ Scientificum autem, nõ mouet sed manet. Quoniam autem existimatio & ratio hæc quidẽ ipsius vniuersalis est, illa verò ipsius singularis (illa enim dicit, quod oportet talẽ tale agere, hæc aũt, ꝙ hoc tale, & ego quidẽ talis) iã hæc mouet opinio, nõ ea quæ vniuersalis, aut vtraq;. sed illa quidẽ, quiescẽs magis, hæc autem, non.

¶ Sæpe admonuerat, id quod modò admonet, rationem vniuersalem non mouere affectum, vt se expromat in actum. Etenim quantum est actus illius, quem diximus veleitatis, ratio vniuersalis hũc actum mouet: vt si cogites honesta, placent honesta: verùm vniuersalis ratio ad operationem exteriorem non impellit: ideò ait. *Sed manet.* Id est, ratio vniuersalis fixa manet & quiescens, & motum non imperat. Scientificum autem hoc loco rationem comtemplatiuam indicat, quæ de agendis nihil instituit, vt triangulus habet tres. *Hæc manet quoniam autem.* Duplicem rationẽ practicã docet: aliam vniuersalem, quam vocat rationem, aliã particularem, quã dicit existimationem, vt filios honorare oportet parentes, est ratio, à me autem qui filius sum est honorandus & colendus parens meus, est existimatio. Harum hæc postrema, quæ est conclusio, est quę honorem imperat: vniuersalis verò propositio non mouet per se, nisi iungatur particularibus ꝓpositionibus. Mouet autem vt quiescens, id est, rationes vniuersales practicæ sunt velut causa prima, quæ quiescendo, cæteras mouet: ita vniuersalis ratio mediãte particulari existimatione, mouet vt reddendum est debitum: ego autẽ debitor sum ergo, reddere teneor. Rursum teneor quãdo possum: nunc possum, nunc ergo teneor. Quòd si sciscitemur ab Arist. circa prædicta, vnde nobis hęc assidua pugna & tam peruersus ordo, vt appetitus inferior superiorem agat & moueat, quando in omni natura superiora mouẽt, & inferiora mouentur. Vnde nobis tanta labes & tam misera conditio, vt sensus voluntatem ad se pelliciat & inde vorago viciorum & sentina malorum nos obruit. At diceret Aristo. hoc esse, quod ratio futuris prospicit, & nouit res omnes mutuò conferre. Et quid cui conueniat, at appetitus sensitiuus nõ futura præuidet

sed

sed præsentibus oblectatur, si cõmoda sunt, aut dolet si tristia sunt, & noxia sibi. En belli intestini plusquã ciuilis originem & occasionẽ. Brutis verò summa adest pax: qa ratiõe sunt destituta, sicq; humanæ naturæ duceret esse conditionem, quod sic instituti sumus ex ratione & sensu, indę huius pugnę intimę origo. Theologi verò altius quàm Aristo. rem istam repetẽtes originale credunt peccatum huius pugnę causam. Natura autem hominis non fuit instituta, vt controuersijs & assiduis pugnis torqueatur, imò Deus fecit in principio hominẽ rectum, & ipse immiscuit se quæstionibus multis. Vnde primitiui peccati credunt esse noxam, quòd homines sic frequenti laboremus pugna. Nanq; prima hominis conditio iustitia originali hominem obmuniuit, vt calces quos aduersum ratio nẽ iaculatur modo appetitus sensitiuus, ratio non pateretur sed tranquillam administrationem sui corporis gerere posset homo. Cæterum tanti beneficij iniustus æstimator homo primus in creatorẽ suum superbiens, amisit pacis donum, & bellis assiduis se commisit. Huius autẽ misterij Arist. ignarus cernebat pugnã, primam causam ignorabat: quanquam proxima causa ipsum non latuit, quæ iam prædicta est.

Arist. originale peccatũ ignorauit.

Disputatio Vnica an Voluntas animæ Viribus Vniuersis præstet.



R euicula iã est agitanda quæstio. Concessit Aristo. voluntatem esse superiorem appetitu sensitiuo, non ab re rogitabit aliquis, num voluntas est simpliciter superior potentijs vniuersis, quæ hominis sunt? Quæstio etiam si pauco sermone exigatur, non paucas habet concertationes. Hinc est Beatus Tho. q. 82. art. 3. 1. part. docens intellectum esse simpliciorem & altiorem voluntate etiam si secundum quid volũtas melior est intellectu: voluntas enim amans Deum præstat cognitionem fidei. Illinc autem Scotus in 4. Sententiarũ. distin 49. quæst. 4. refragatur & cũ istis principibus multi faciũt. Et sunt multa, quæ voluntati tribuant primatum. ¶Primũ est quod ipsa sit primum mouẽs, & in anima, vt pędiximus: ergo superior est cunctis potentijs: nam quod mouet, superior est vis quam id quod motum, hic docente Aristo. Secundò voluntas est libera & se mouens: at verò cæteræ potentiæ non sunt liberæ. Nanq; intellectus liber non est, qui potentia est necessario ducta rationibus demonstratiuis. Et alię quoq; vires nec mouentur à proprijs obiectis. Sola volũtas est quę etiam si moueatur ab appetibili, non tamen recipit ab appetibili impressiões: sed ipsa liberè se mouet ad hoc, vel illud appetibile pro suo arbitratu. Quare & ipsa sola proclamatur domina propriæ operationis, & libera ab omni penso coactionis, aut violentiæ, &c. Adde voluntas est finis, est autem finis causarũ suprema: quia finis omnes mouet causas, vt prædiximus. ¶Rursum intellectus est gratia voluntatis: eo enim intelligimus, consultamus, deliberamus, vt obsequium voluntati præstetur, ne ipsa erret eligendo, aut approbando, aut refutando. Quòd si intellectus in volũtatem spectat, erit voluntas præstantior intellectu nam priora generatione sunt posteriora perfectione vt. 8. physi. liber, tex. 58. tradidit. Accedat eodem, voluntatis obiectum est bonũ vniuersale, & aliarum animæ virium est bonum contentũ sub hoc bono. ¶In diuersum verò sunt alia, quæ dignitatẽ intellectus & eminentiã supra volũtatem tuentur. Etenim miris præconijs Arist. prosequitur intellectum, neq; vnquã tantis voluntatem ait. 1. de anima text. 66. intellectũ esse, quid diuinum & impassibile. Et text. 82. eiusdem libri esse aliquid anima præstabilius tradidit impossibile. Et adhuc aliquid intellectu præstabilius impossibilius, rationabilissimũq; intellectũ esse antiquissimũ & dominũ scđm naturã tradit. Adde intellectũ tãta gaudere sinceritate, vt phãtasmata nihil agere valeãt, aut quampiam incudere formã in intellectum, nisi primum illustretur lumine intellectus agẽtis, vt. c. 5. huius docuit Arist. At verò voluntas in vniuersa se fert sine repurgatione appetibilis. Sed hoc aut illud bonum appetit pro suo arbitratu.

¶Ecquid supremas illas & semper viuentes substantias, num nomine voluntatis appellamus volentes? Minimè, sed intel-

intelligentias. Quo nomine illarum puritatem, synceritatẽ & sublimitatem naturæ significamus. ¶Quid quòd abstractior videtur intellectus volũtate: voluntas enim se mouet in res, vt sunt extra animã: sic enim sunt agibiles, & bonæ, aut noxiæ. Intellectus autem operatio est à rebus in animam, vnde puriores sunt res apud intellectum, quam extra subsistãt, vt lapis apud intellectum conditionem assequitur spiritualem, quam in rebus assequi non potest. ¶Accedit istis Aristotelem, beatitudinem, contemplationi dedisse, quæ est actus mentis: nõ autem voluntati Ethicorum. 10. libro. Et rursum voluntatis actio est gratia alicuius, & intellectus contemplatio est gratia sui, autore Aristote. hoc libro. cap. 10. Sed certum est, ꝙ gratia sui est, antestare ijs, quę sunt gratia alteri⁹, vt seruus indignior est domino, nam ille est gratia domini, & hic gratia sui. Semper enim finis, quia continet, quæ ad finem sunt, est melior cõtentis sub ipso vt. 4. liber physicæ auditionis docet text. 23. ¶In huius quæstionis gratiam considerandum est, quod sit obiectum intellectus, & quod voluntatis, vt dignitatem obiecti pendentes de dignitate virium istarum rectum valeamus pronunciare iudicium. Verum ergo est obiectum mẽtis, vt supra tradidit Aristo. & libro Ethico. 6. cap. 2. dixit veritatem esse cuiuslibet mentis opus. At verò voluntatis obiectum est bonum. 3. Ethi. ca. 2. & 4. astruente philosopho. Etenim voluntas finis, & ratio finis est ratio boni. Quare. 1. Rheti. ca. 10. definiens Arist. voluntatem dixit, esse appetitum boni cum ratione. ¶Secũdo aduertendum nobis discrimen veri atq; boni verum, scilicet, esse in mente: bonũ verò in rebus, sextus primę philosophię liber tex. 8. te hoc docebit. ¶Tertiò adnotandum voluntatem moueri ab intellectu: nam si non sit apprehensio mentis volũtas non potest quidquam appetere, aut fugere. Vnde secundum varias apprehensiones, & iudicia diuersa intellectus, voluntas diuersis afficitur motibus: & diuersa forma apprehensionis, & rationis varietas diuersas parit species in actibus voluntatis.

Quæstionis decisio.

Quid volun-tas.

Vnde si intellectus iudicat porrigẽdam esse eleemosinam pauperi, propter Deũ: voluntas sic volens actum habuit charitatis. Sin verò ratio dictat esse porrigendam, vt aucupetur homo humanam gloriam, voluntas sic volens inanis gloriæ & elationis habet actum. Quamobrem ratio est, quæ quadã tenus ratione elargitur speciem voluntatis actibus. Quòd si occinis, imò obiectum est, quod hanc speciem elargitur: dixerim obiectum nõ donat speciem actibus voluntatis, nisi quatenus apprehensum est. Vnde secundum diuersam apprehẽsionem est diuersus actus specie voluntatis, vt apprehensio mæchiæ vt mæchia, & apprehensio mæchiæ gratia furti diuersum specie actum volendi constituit. Et Diuus Thomas. quæst. 60. 1. 2. artic. 1. appetibilia ait constituuntur in diuersis speciebus secũdum quod diuersimode se habent ad rationẽ. Hoc intellectũ voluimus, cũ diximus intellectũ elargiri speciem actibus voluntatis, at verò nõ est potens donare speciem actibus intellectus, sed actiones intellectus à proprio fonte speciem suscipiunt, vt demõstratio scientiam facit, & topicum argumentum opinionem. & geometria à medio est geometrico. Et ita excurrendum in alijs. Atqui volũtas mouet intellectum ad exercitium suarũ operationum: ipsa est enim quæ mouet, vt cõtemplemur, aut dictemus de agendis, aut quod suspendamus meditationem. ¶Postremò notandum, intellectum primò assequi finem proprium, quàm volũtas. Etenim operatio intellectus est prior quam sit operatio voluntatis. Quamobrem antequam voluntas perficiatur, perficitur intellectus. Secundum hæc fundamenta quæ iecimus, non est operosum viderem, vtra istarum animæ virium sit dignitate naturæ præstantior.

Ratio donat speciem volũtati vt intelligendum.

¶Et primam accipe sententiam, intellectus est simplicior potentia, & eleuatior voluntate. Hanc colligo: nam obiectum intellectus est intelligibile, at volũtatis est appetibile. Hęc autem si conferas, est præstantius intelligibile quã appetibile. Siquidem intelligibile est abstractioris naturæ appetibili. Res etenim extra animũ appetibilis est, & nõ secũdum esse spirituale. Appetimus panem, aut vestem, etenim panis illa ratione non cibat, neque vestis corpora fouet: sed hoc appeti-

Intellectus est simplicior voluntate.

appetimus secundùm esse, quod in natura ipsa assequũtur. At verò intelligibilis est panis vt repurgatur à conditionibus naturæ, scilicet, ab hic & nunc, &c. ¶Quod si contendas intellectum intelligere singularia, ergo non abstrahit: mihi satis sit intellectum contẽplatiuum illa non intelligere, directa notione, vt supra diximus. Hoc abũdè seruit negocio isto, quod dignitatem intellectus maiorem, quã voluntatis esse cõtendit. Quòd si intelligibilia sunt simpliciora appetibilibus, intellectus est simplicior & eleuatior voluntate. Nam obiectum est veluti coticula, quæ potentiarum & scientiarum magnitudinem, & excellentiam probat. ¶Adde huic, volũtas hoc quod habet dignitatis, est, quod intellectualis naturæ. Hinc enim quilibet illam vocat cum Arist. appetitum boni cum ratione, at verò in genere intellectualis intellectus superior est quam voluntas. Etenim est per essentiam suam intellectualis, voluntas verò secundùm rationem participatã. Et huius rei autor est Aristo. in lib. 1. Ethic. c. postremò: sed quod est per essentiã tale, præstat eò ꝙ participio tantũ gaudet, vt ignis qui per se est calidus calidior est ferro, quod est solum per participationem, & quanquam plerosq; malè hoc habeat, voluntatẽ rationalẽ per participationẽ solum vocare de Arist. querantur, qui ita vocitãdam iussit. Verum isti crediderunt animam rationalem esse volũtatem. Quare consectarium est illis illam credere esse rationalem per essentiam. Qui verò diuersam ab anima credunt voluntatem esse, nihil ducunt durum esse sermonem voluntatem esse rationalem per participationem. Etenim cùm rationis sit ordinare, & disponere, voluntas autem non ordinat, neq; dispo nit, sed ordinationi intellectus est obediens, hac causa, ipsa est participans ordinationem intellectus. Appetitus autem sensitiuus, etiam est rationalis participatione, quanquam non tanta sit participatio rationis in appetitu sensitiuo, quãta in intellectiuo. Etenim sensitiu⁹ ferri nõ potest in spiritualia obiecta, vt voluntas fertur, sed solũ in corporalia agitur. Volũtas verò humana ipsa appetere potest, vnde & appetitus sensitiuus singularium est bonorũ duntaxat, intellectiuus verò etiam est vniuersaliũ, amamus enim virtutem sub cõmuni ratione apprehensam, & odio habemus mala secũdum generalem rationem, vt Aristo. meminit. 2. rethorico. lib. Quapropter voluntas magis est particeps intellectus, quàm appetitus sensitiuus. ¶Tertiò hanc ipsam sententiam colligamus: nam si quę est ratio quæ præferat voluntatem intellectui libertas esset, vt factio diuersa contendit. At verò in causa hac præferendus est intellectus voluntati, quòd enim voluntas liberè se moueat intellect⁹ operatio, in causa est. Etenim, quia discurrit intellectus, ab vno in alterum, inde volũtas liberè vagatur ab vno in alterum. Id quod ni fallor Arist. indicauit. c. hoc voluntatem negans brutis: quia neq; opinantur, neq; syllogizant. Causa ergo voluntatis est intellectualis syllogismus de agendis variaq; mentis opinio. Non quod intellectus sit potẽtia libera, vt voluntas, non enim sapimus cũ Durãdo qui. 2. lib. sent. distinctio. 24. quæstio. 2. dimicat aduersum omnes philosophos colligens intellectum esse liberiorem voluntate. Siquidem libertas voluntatis ab indifferentia intellectus descendit. Etenim si intellectus immobilis esset in cõsilio suo distãs, hoc vel illud esse faciendũ secundum omnẽ rationem esse conueniens vt fiat, voluntas stãte consilio hoc nõ posset aliud velle: sed quàm primum mutatur consilium, tam primum mutatur voluntas.

Rursum se mouere est libertatis operatio. At verò intellectus est, qui se determinare potest colligendo hoc, vel illud. At verò voluntas determinatur ab intellectu, si ergo intellectus plus mouet se quàm voluntas, ipse erit liberior. Vnde sibi probatum habet actum intellectus meliorem esse actu voluntatis. ¶Ego verõ huic placito non præbeo fidem. Sed credo intellectum non esse liberum formaliter, vt voluntas: sed habet libertatem, vt sic loquamur virtualẽ, vt ebrietas est in vino, non ꝙ vinum sit appellandũ ebriũ: ebrietas enim non est forma vini, sed habet ebrietatẽ virtualẽ, quippe multo hausto vino homo ebrius efficitur. Sic quoq;

Obiectum est coticula fabri argẽtarij

Durandus liberũ fecit intellectum.

Autor non prebet fidem Durando.

quoq; intellectus est causa:& radix & veluti seminariã habet rationem libertatis. *Festiua collatio.* Etenim quia vagatur ab vno in alterum discurrēdo in agibilibus ostendens nūc hoc bonum, dein hoc ipsum ostendens non bonum, subinde voluntas, quod volebat vt bonum reiicit vt malum. Cæterum intellectus nō est liber libertate formali, sed est causa necessaria, vnde si adest ratio demōstrãs, ipse necessario assentit. In opinabilibus autē rationibus fortioribus vincitur, modo fortiores eas ducat. Voluntas verò nulli actui est ita addicta, vt intellectus. Siquidem etiã si vltimum bonum nō possit odire, potest tamē non amare, quæ libertas exercitij vocatur. In tellectus autem etiam si posset non intelligere prima principia, hoc est quia auertit considerationem à primis principiis. Hoc sanè est vel imperãte voluntate, vel quauis alia causa. Voluntas verò etiam oblato vltimo bono, se auertere potest sua libertate ab vltimo bono volendo. Sic ergo quanquam radix voluntatis sit in intellectu: tamen intellectus liber non est, sed volūtas ipsa est, quæ libera est secundū essentiam suam. Igitur si libertatem volūtas habuit ab intellectu intellectus nobilior est, quàm voluntas ipsa.

¶Secunda sentētia sit: voluntas sub quadam ratione prȩstabilior est intellectu secundùm ꝙ voluntas mouet intellectum, quantum ad exercitium operis. Et secundum hãc causam est mouens primum in anima, & præstantior potentiis cunctis. Et per hæc argumenta in diuersum agitata soluuntur: quia solum hoc poscebant voluntatem secundùm quid esse, potiorem intellectu, & hactenus de quæstiūcula hac. Hæc si expenderis legitima trutina, facile locum. S. Tho. pri. 2. q. 17. arti. 1. responsio. 2. argumentū intelliges radicem esse libertatis.

CAPVT. XII.

Plantis altrix est vix auctrix quoque & genera trix, sensus porrò nullus, quem vniuersa animalia sunt assequuta:, etiam si non omnibus omnia quorum sensuum tactum, atque gustum esse vitæ credit necessarios alios verò expedientes.



VEGETATIVAM igitur animã, necesse est habere omne quodcūque viuit & animã habet, à generatione vsque ad corruptionem, necesse est enim quod genitum est, augmentum habere, & statum, & decrementum. hæc autem, sine alimento, est impossibile. Necesse est igitur, inesse vegetatiuam potentiam in omnibus quæ augmentantur, & diminuuntur. Text. 59.

¶*Necesse est habere.* De potentiis animæ vegetatiuæ egerat Aristo. hic iam ordinem potentiarum texit, & ait altricem animȩ vim esse cunctis viuentibus ab ortu in interitum vsq;. Et hoc colligit argumento isto: nam omne viuens, quòd genitum est augmētum habet, & statum, & decrementum. At verò si augentur & decrescunt necessariò aluntur: ergo habēt vim altricem.

¶Sensum autem, non est necesse in omnibus viuentibus, neque enim ea quorum corpus simplex est contingit habere tactum, neq; sine hoc possibile est esse vllum animal, neq; quȩcunque non sunt susceptiua specierum sine materia. Animal autem necesse est sensum habere, si nihil frustra facit natura. omnia enim quæ natura fiunt, propter aliquid sunt, aut casus sunt eorum quæ sunt propter aliquid. Si igitur omne progressiuum corpus non habeat sensum, corrumpetur vtique, & ad finem Tex. 60.

non

nō perueniet qui est naturæ opus. Quomodo enim aletur? manentibus ēm̄ inest hoc, vnde nata sunt.

¶Nō est necesse.i. vim sensariā non cōcedimus omnibus viuētibus. Plantis.n.nō adest sensus aliquis: etenim plātæ habēt corpora simplicia,i.nō distincta organis, vt animalia: quanquā enim habeāt organa(quia viuūt illę) tamē organa sunt ad modum similia, vt tumēs radix proptereaque simplices vocat plantas. Rursum. Plantæ etiam si ex quatuor elemētis sint coallitæ, tamen abundant terreno elemento plusquam animalia, terrenāque substantiam ipsarum immobilitas ostendit. Sunt enim semper defixæ terræ. Vnde sensum tactus non possunt habere terrena substantia, qua abūdant, impediente:tactus verò cunctis animalibus adest. Plantę autem cum non sint animalia tactum non habent. Rursumq; tactus suscipit species sine materia:plātæ verò calorem frigiditatem cum materia suscipiūt. *Animal autē necesse est sensum habere.* Reiecto sensu à plātis, quorum sit sensus demonstrat', & omnib⁹ animalibus sensum adesse concludit principio assumpto cuius meminerat.text.45. Natura nihil temerè facit.sed quodcunq; facit gratia alicuius finis facit, vt ossa infulcimentum animalis, pilos verò in ornamentum, & discerdiculum sexus barbam viris dedit. Aut si non faciat alicuiusgratia, ad id quod ipsa facit succedit opus aliud, quod gratia alicuius est, vt quod canescat caput, etiam si non videatur alicuius gratia:tamen hoc succedit capitis pituitatem senectutis amicam. Et huius exūdantia in causa est, vt canescāt pili flaccescente calore ætatis profectu, hoc est quod ait. *Naturam operari gratia alicuius, aut esse casum eorū quæ sunt propter aliquid.* Casum dixit pro succedēte, vel consequente, vt sit sensus naturalia opera sunt gratia finis. Id quod ipse ambitioso sermone tradit.2.physicorum, aut sequūtur opera ea, quę sunt propter aliquid, vt diximus de pilorum capitis albore. Itidem sub alis germināntur pili:quia sub alis vehemens feruet calor,& quod putrescat pomum, etiam si putredo non sit gratia alicuius, verum consequitur & casus eius quod est gratia alicuius, vt commixtionis primarum qualitatum, & id genus natura offert exempla sine numero. Iam accipe cōnexionē, animalia progressiua, seu ambulatoria non temerè sunt ambulatoria: habent ergo vim ambulatoriā gratia alicuius. s. quærendi propria commoda & repellendi incōmoda: sed si orbarentur sensus, quî apprehenderēt, quæ cōmoda, quæ ve incōmoda, & se mouerent persequendo, aut fugiēdo? Temerè vtiq; & sine causa essent ambulatoria, & haberent vim progressiuam, quam operi mandare non possent, & corrūperentur citissimè animalia cuncta: quia sine sensu non possent sibi cibū conquirere. *Manentibus enim inest hoc.* Tacitam soluit dubitationem: promptū enim erat argumentū animalia quædā esse immota quæ plantanima appellitantur, vt spongiæ marinæ, & quæ sunt de genere conchiliorum: hæc habent sensum,& nō sunt ambulatoria. Respondet, his animalibus frustra cōcederetur ambulādi vis, quando cibaria habēt ad manum sibiq; coniuncta habent alimenta, vt nihil sit opus illa exquirere aliunde: quia illa habent in natali solo, vbi nata sunt.

Plantæ terrena substantia abūdant.

Animalia sensum habere probat.

¶Non est autem possibile vt corpus habeat quidē animam & intellectū discretiuum, sensum autem non habeat, non mansiuū existēs, generabile autem. at vero neque ingenerabile. Quare enim nō habebit? aut enim animæ melius rit, aut corpori. Nunc autem, neutrum est, illa enim nō magis intelliget, hoc autem, nihil erit magis propter illud. Text. 61.

¶Quia fortassis diceret aliquis non esse hominibus saltem necessarium sensum, sufficit enim intellectus illis qui cuncta discernit. Quare nō omnia animalia sensu sunt participia. Hoc Arist. refellit verbis istis, tradens intellectū extra sensum in animalibus nusquā reperiri generabilibus. Et locus hic est tenebricosus: non enim prōptū est, quid velit per animalia inge-

Quæ animalia ingenerabilia.

ingenerabilia. Quamobrē græci interpretes non sibi cōsentiunt. Alexander enim peripateticus hunc locum legit non negatiuè sed affirmando, vt hic feratur sensus, Animalia generabilia habent intellectum, & sensum. At cælestia corpora quę ingenerabilia animalia sunt, hæc habent intellectum, qui sensum non requirit. Id quod sequentia verba Aristotelis probant. Ait enim, *Quare enim non habebit.* Quæ verba sunt causam demonstrantia, & non sunt verba interrogationis Alexādro, apud quem sic compone verba. Causa cur cælestia corpora non habeant sensum, hæc est, quia si sensus illis conceditur, aut esset in gratiam corporis, aut animę. neutrū horū: corpus enim cæleste nō meli⁹ habebit, si sentiat, imò peius: quippe sensibilia alterantur & corrūpuntur, quibus affectibus cæleste corpus vacat. Sed neque anima cæli melius habebit, si sensu egeat, sensus quippe intellectiuam animam distrahit, & actionem intelligēdi interturbat, quo minus puritate intelligentiæ fruatur. Et verba illa. *At vero neq; ingenerabile.* Exordium sunt nouæ sententiæ, neq; prioribus sunt cōnumeranda, sed in hunc sensum componēda cum posterioribus, videlicet etiam si generabilia animalia habentia intellectum, sensum requirant, nō hoc de cælestibus illis & immortalibus animalibus dicendum est, quæ intellectu pótita sensus opera non egent: malè enim cū illis ageretur, si sensus pondere premerentur. In hunc quoq; modum Themistius. cap. 73. verba Aris. audiuit animalia mortalia (inquit) simpla corpora non habent: quippe sensus tactus cum simplicitate corporis pugnat. Diuina autem animalia, idest, cælestia corpora, sensum tactus non habent, neq; cæteros sensus: in vanum enim sensibus essent prædita. Sensus enim animalibus datur, vt sibi alimēta conquirant, & vitam tueantur: cæleste autem corpus cum immortale sit, nō eget sensu tactus, ad vitam tuendam: sed, neque aliis sensibus: quia perpetuò & irrequieto motu locum (secundum totum) non mutat. Quòd si quis dixerit cælestia egere sensu, quo singularum rerum concilient sibi noticiam, hæc non est necessaria causa secundum Themistium. Cælestia enim nō

Cæleste corpus sine sensu.

sensu, sed intellectu singularia intelligunt: quia cęlestis ille intellectus opifex rerum est, & quò opifex est eò singularia intelligit. Plutarchus verò philosophus, in diuersum traxit literam Aristo. quam Alexander: credit enim cælestia corpora non solùm intellectu, quin etiam sensu esse prædita, vniuersalem ducens sententiam, nullum prorsus animal siue mortale, siue immortale fuerit, intellectum habet sensu destitutum, & aptat sibi verba Arist. sub interrogatione. *Quare nō habebit?* Subaudi cęleste corp⁹ sensum? Aut quia melius agitur cum corpore, aut cum anima cæli? neutrum horū. Corpora etenim cælestia melius habebunt si sentiant: etenim melius est sentire, quàm non sentire. Neq; animę melius erit: siquidem & si anima intellectiua in mortalibus sensu & phātasia interturbetur: intellectus tamen cælestis, quia in corpore immortali est non turbabitur sensu, sed iuuabitur, & ad intelligenda singularia sibi sensum requirit. Et Ioannes Grāmaticus in commentario huius loci defensiones Platonici dogmatis quale est hoc ꝙ Plutarchus dixit, cęlum habere sensum, astruxit multas aduersus Aristotelicos, Quorū hęc prima est Platonis offensio, si sentiunt cæli ergo alterantur & corrumpuntur. Defensio est negando consequentiam: quippe cælestia illa corpora altiori modò gaudent sensu, quàm mortalia: siquidē si aër & aqua suscipiunt formas sensiles, vt formam coloris citra alterationem, quid mirum cęlestia corpora formas sensiliū suscipere, absq; corruptione & alteratione? ¶Secunda offensio est, si cælū sensum habet, habebit tactum, qui principium est sensuum omniū. Tactus verò pugnat cū cælesti natura. Tactus etenim in corpore simplici non extat: cælestia verò corpora simplicia sunt: quod Platonici diluūt. Ordinem hūc sensuū: vt primus tactus sit, deinde alij sequantur, non esse inuiolabilem, nisi in mortalibus & caducis reb⁹, vbi si meliora sunt, & deteriora quoque erunt. At in cælesti corpore non itidem: sunt enim sensus meliores sine peioribus. Id quod colligunt Aristotelis vtentes doctrina. Nam Aristoteles cælis animam intellectiuam tribuit, In cælis igitur est intellectus, & non est sensus apud

Plutarchus cælestia corpora sensu donat.

Offensiones peripateticorū contra Platonem soluūtur.

apud Aristo. Et quid mirũ, si sensus quosdam damus cœlo, citra sensum tactus? ¶Tertia offensio est, si cęleste corpus sensum habet esset organicũ & instrumẽtarium; at verò cęleste corpus simplex est, non ergo sensum habet. Huius autem argumenti est hæc dilutio, nõ esse varia instrumenta sensui necessaria: nam sensus cõmunis est vnus & vnicũ habens spiritum, & varias functiones administrat. ¶Quartum argumentum est. Nam si sensus est in cælo: ergo & affectus timorẽ. s. cupiditatem, irã & tristitiã habebit: sed neq; hoc Platonici superãtur. Refugiũt enim argumentũ cęlo negantes esse hos affectus, excepta cupiditate, qua affectant summo intellectui obsequi. ¶Cæterum Platonicũ hoc dogma, neutiquam admittendum, cęlos sensus habere. Namque vt Aristo. dixit, nihil temerè natura facit, & nõ gratia alicuius: sed sensus ille esset frustra: etenim, vt collegimus melius est esse cælo sine sensu, quàm cũ sensu, neq; vnquã possibile cogitare possumus esse cæteros sensus citra tactum, qui primus est omniũ sensus primumq; sensitiuũ. Et quanquã à posterioribus priora sciungere fieri potest: tamen priora à posterioribus diuelli non possunt, quando ordo est essentialis inter illa, id quod modò inter sensus est. Nam cęteri sensus à tactu originem ducunt, vt à primo sensitiuo. Intellectus autem etiam si in angelicis substantiis sit, sine sensu, verum anima intellectiua sensum requirit. Quapropter quod Platonici obuertunt Aristot. cælum habere animã intellectiuam citra sensum, aduertant nõ eo dixisse Aristo. modo, cælum esse animatũ, quò mortalia sunt animata: sed longè secus. Neq; anima illa est similis nostrę specie, sed disparis naturæ. Atqui cælum nõ habet tactum. Quamobrẽ neq; alios sensus. Quid tamen de hac re decernendum oporteat, suo proprio loco in libro altero de anima est dissertum, vt hic illa cõmeminisse non iuuet: illô remitto lectorem, inibi leget multa de animatione cælorũ. In verba Aristo. referamus pedem. Latini interpretes quidam, vt D. Tho. Arist. hunc locũ intellexerũt de dæmonibus, quos Plato referente Apuleio definit esse animalia corpore aërea, mente rationali, corpore passiua, tempore sempiterna: hæc ergo animalia censuerunt Platonici esse sanè intellectualia, non tamen sensitiua. Id quod reprehendit Philosophus fieri hoc nõ posse demõstrans: nam si sensum non requirunt, aut esset, quia melius sic animæ consulitur: & hoc non, nam anima rationalis horum dæmonum sensu indigebit, vt cognoscat, neque corpori melius erit: quia sensus corpora animalium à læsione conseruat. Vnde colligit nullum animal progressiuum destitutum esse sensu, siue generabile, siue generabile non sit. Huic tamen interpretamento promptum est obiicere: etenim si Platonici dæmones asserunt esse passiuos, nihil esset laboris itidem & sensaria habere corpora. Quare Aristo. inueheretur gratis in illos, quia etiam hoc concederent dæmones sensarios esse, vt de corporibus cælestib⁹ paulò antè retulimus, cælos sensitiuos esse Platonicis autore Ioãne Grammatico. Quod si in corporibus æthereis, est sensus, quid quod in corporibus dæmonum, quæ aërea sunt Platonicis? Ego verò credere nequeo Platonis fuisse placitum, cælos esse sensarios quando ipsum legerim in Phædone sensus nihil sincerè assequi, sed multis nos irretiri fallentiis sensuum vicio, & philosophis corpus ob eãdem causam ait esse impedimento, ne purã rerũ concipiant philosophiam. Iam ergo si sensus obturbãt mentis notiones, vt ergo in optimis illis animalibus (vt ipsi vocant) quæ tãta puritate intelligentiæ fruũtur, sensus erunt non video. Nisi velint sensum æquiuocè esse illis, atq; nobis. Nam intellectus aliquãdo sensus, & animi quidam vigor dicitur. Accedit eôdem argumentũ Arist. non colligere: dicerent Platonici dæmones non egere sensu, & melius est eos non habere sensum (si tamen quis contendat dæmones carere sensum, sic respõdebit Aristoteli) Quia quod sensus impura efficiũt iudicia: non ergo erunt in dæmonibus sensus. Nam dæmones non eos dixit Plato, quos nos vulgato sermone prauos angelos: est enim nomẽ, quod etiã bonos angelos significat, apud philosophos, vt Michaël Pselus suo de demonibus libello indicat, quanquã in malum vsurpetur à theologis.

Autoris censura.

Demones platonici.

Autoris in gratiam platonis defensio.

Ex

Ex quibus cōfice expoſitionem hāc textui non congruere. Aegidius Romanus, neſcio quod aliud cōmentus eſt cōmentum: credit enim Platonem hîc ab Ariſt. eſſe reprehenſum, aut inſinuatum. Plato enim duo finxit corpora animę, quoddā craſſum, & terrulentum, hoc autem non eſſe animæ capax: quia magno interuallo diſtabat anima, quę eſt purus ſpiritus, & corpus hoc pōderoſum, quod circunferimus. Quare intercedere corpus aliud quod eſt velut ligamētum animæ & corporis, ſubtile, & mortis neſcium, & ortus initium nō capiens. Atqui de huiuſmodi corpore Ariſto. ait hoc ſi eſſet, neceſſario eſſe ſenſu præditum. ¶Ego verò Phędonem Platonis voluēs, quædam de corpore fæculento inueni, & animam, quæ tantiſperdum agebat in corpore, corporeis voluptatibus impenſe dedita, & quę nihil penſi habuiſſet virtutis officia, hæc ſimul ac exuerit, corpus hoc terrenū, ex circūfuſo aëre ſibi nouum aptare corpus hocq; ſimul vt exierit illud ſecum geſtare, vt exponit Proclus Platonicus. Hoc tamen aëreum corpus quod ipſa aptat, etiam ſi ſit longioris æui noſtris, non tamē æternò viuens dixit Plato, ſed in magnam morā, quò anima corpore illo detenta repurgetur ab affectibus corporū, quos ex corpore traxit. Cęterum Animā quæ in corpore degēs repurgare ſeſe ſtuduit, & quam licuit, tam ab illecebris cōcupiſcētiæ ſe abſtinuit, hāc nullū corpus viſibile ſecūtrahere, ſed ſine corporis impedimento, in ętherea agi corpora. Itaq; cōſtituit corporea ætherea & terrena, & hoc aëreum corpus medium, quod nō dixit, ingenerabile, vt Aegidi⁹ putat. Quare cenſeo locum Ariſt. ſic intelligendum aduerſando quod inquit, *At verò neque in generabile*, ideſt, & ſi generabilia, quæ intellectus participia ſunt, illa ſenſum quoque conſequantur. At verò ingenerabilia corpora huius legis non ſubeunt cenſuram: illa enim etiam ſi habeant intellectum diſcretiuum, & ſua particulari ratione animā, non tamen ſenſum. Nam cum illis nō bene ageretur, neque cum corpore, neq; cum anima, vt ſupra cōneximus, quod ergo ait *illa non magis* ideſt, Anima cæli non magis intelligere t ſi ſenſum haberet, quia nō vtitur abſtractione, vt noſtra. *Hoc autē*, i. corpus, *Non erit magis*, ideſt, diutiorē non ducet vitā propter ſenſum.

Autor cōtra Aegidium Platonem defendit.

Autoris expoſitio.

¶Nullū ergo corpus non manens, habet animam ſine ſenſu. At vero ſi habet ſenſum, neceſſe eſt corpus eſſe, aut ſimplex, aut miſtum. Impoſſibile autē eſt, eſſe ſimplex. tactum enim non haberet. Eſt autem neceſſe, hunc habere. Tex. 62.

¶Hoc autem, ex his manifeſtum. Quoniam enim animal corpus animatum eſt, corpus autem omne eſt tangibile, tangibile autem quod ſenſibile tactu, neceſſe eſt & animalis corpus tactiuum eſſe, ſi debeat ſaluari animal. Alij enim ſenſus per alia ſentiunt, vt olfactus, viſus, auditus: tangens autem niſi habeat ſenſum, non poterit hæc quidem fugere, illa autem accipere. Si vero hoc, impoſsibile eſt ſaluari animal. Quapropter & guſtus eſt vt tactus quidam: alimēti enim. alimentum autem, corpus tangibile. Tex. 63.

¶Sunt corpora manentia, quæ habēt animā ſine ſenſu, ſeu plātarum corpora, quę immobilia ſunt, & citra ſenſum. Corpora autē omnia, quæ progreſsiua ſunt, habent animam altricem, atq; ſenſum. Nō defuerūt philoſophi, qui cæleſtibus corporibus ſenſum tribuerunt, etiā tactum, vt ij qui cælum nutriri & alimonias à vaporibus ſurſum latis excipere cōfitebantur. Quorum dānatio iuſta eſt. 2 metheo. cap. 2. Quamobrem non eſt cum illis mo dò litigandum. *At vero ſi habet ſenſum.* Poſt quam docuerat in omnibus animalibus ſenſum adeſſe, nunc proponit animalis corpus nequit eſſe ſimplex. Nā ſimplex corpus, aut æthereum eſt, & hoc non eſt ſenſitiuum, vt prædiximus. Etenim non eſſet ortui & interitui obnoxium, neque corpus elementarium poterit eſſe ſenſitiuum:

tiuũ: quippe cum omne animal habeat tactus sensum: hic a utẽ sensus in simplicitate tanta quanta est elementorum, residere non põt. Nã tact⁹ exigit mediã, & temperatam proportionẽ elemẽtorum: quam temperaturam singula elementa non habent, quæ proprijs excellẽtijs vigent: non ergo animalis corpus simplex est, sed mixtũ. Quod verò omne animal tactum habeat probat, namque corpora sunt tãgibilia vt ignis, aqua, aer. Et quòd animal hęc vt tangat est necesse, alioqui vt se incolume seruaret, si hæc tangere non posset? Alia enim sensibilia sentiuntur per media extranea, sed tactilia per medium, intrinsecũ: si ergo nõ esset, vis hæc discernẽs in animalibus multa læderent nos & interimerent citra nostrũ sensum, & frustra instituta à natura essent animalia si non haberent à natura comparatum sensum, & nocumenti & proficientis sibi ipsis. *Quapropter & gustus.* Idest nõ solum tactus est animalibus necessarius quin & gustus, vt est quidã tactus: est enim gustus sensus alimenti, alimentũ autẽ est tangibile: quia calidis, frigidis, humidis, & siccis vescimur. Hac item ratione & gustus animalib⁹ est necessarius, vt est quidam tactus.

Corpus æthereum non est sensitiuũ neque elementarium.

Tex. 64. Sonus autem & color & odor, nõ alunt, neque faciunt augmentum aut decrementum. Quamobrem & gustum necesse est tactum esse quendam, quia tãgibilis & vegetatiui sensus est. Hi igitur, necessarij sũt animali atque manifestum est, quod non est possibile sine tactu animal esse. Alij autem propter bonum & generi animalium iam non cuicunque, sed cuidam vt progressiuo, necesse est inesse: si enim debeat saluari, nõ solũ oportet tãgẽdo sentire, sed & delonge.

¶ Idest cæteri sensus non tam necessarij sunt animalibus, quam prædicti: nam obiectũ visus color est & hic non alit: & auditus sonusqui non alit: & odor similiter non alit: gustus verò est alimentorũ, quę cùm sint de genere tangibilium, proinde ipse cum tactu animali est necessarius: alij verò conferentes sunt non quos necessario requirat animal. Quamobrem non omnia animalia vniuersa pompa & multitudine sensuum ornata sunt, sed solum ea, quæ ambulatoria sunt: & quæ nata sunt propria opera cibaria exquirere. Hæc enim vt seruent vitam & in lõgum producant, visu, auditu & alijs sensibus egent, vt de longè victum sibi parẽt. Cæterum simpliciter animali necessarius tactus est, & gustus itidem, vt quidam tactus. Etenim cæcos viuere videmus, & surdos & non odorantes, & id genus: tamen tactus si perit, simul & perit animal. Porro duo aduertamus in Aristote. alterum est, alios sensus à tactu & gustu, simpliciter animali non esse necessarios, vt spongię viuũt illis orbatæ. Alterum, animalibus progrediẽtib⁹ esse necessarios alios à tactu, &c. vt sibi victũ quęritẽt. Nã si homo cæcus viuit, est quia cęcitatis defectum alij videntes sufficiunt, quanquã horum sensus est in primis necessarius huic animalium generi. Cæteri verò de conferentibus sunt.

Qui sensus animalib⁹ necessarij quiue expedietes.

Tex. 65. Hoc autem erit, si per medium, sensitiuum fuerit, eo quod illud quidem à sensibili patiatur & moueatur, ipsum autem ab illo. Sicut enim mouens secundum locum vsque ad permutationem facit, & pellens alterum facit vt pellat, & est per medium motus, & primũ quidem mouens pellit & non pellitur, vltimum autem solum pellitur & non pellit, medium autem vtraque, multa autem media, sic in alteratione, præterquam quod manens in eodem loco alterat, vt si quis in ceram tinxerit, vsque ad id mota est, quousque tinxit, lapis autem, nihil, sed aqua, vsque procul. aer autem ad plurimum mo-

uetur,&agit & patitur, si maneat, & vnus, sit. Vnde & de refractioue est melius, quam visum egredientem refrági, aerem pati à colore & figura vsquequo sit vnus in læui autem, est vnus. Quapropter iterũ hic visum mouebit, sicut vtique si ceræ sigillũ, ad finẽ vsq; succederet.

¶Quod dicit tale est, Ordo in sentiendo hic est:sensibile mouet medium, & hoc mouet sensum, & totum hunc ordinem deprõpto exẽplo familiari, exponit. In motu locali est mouẽs, & rẽ prosequitur in impulsione: est ergo pellens, & pulsum, & quod pellitur, simul & pellit: vt si manus pellit lapidem per virgam, est manus pellens, est lapis pulsus, est virga quæ pellitur à manu, & pellit lapidẽ. sic quoq; est sensile vt pellens, est mediũ vt pulsũ, & pellens sensum, est sensus vt pulsus solũ. Et nil refert, si pulsio fiat p multa media: nã in ipsis intermedijs erit necessariò ordo pellentis, & pulsi. Nanque lapis pellitur à virga, & hæc pellitur ab aëre: & hic pellitur à manu. Ita in sensione accidere poterit, vt per multa media, quasi per continuã manuũ traditionem sensibiles formæ in sensum perueniant. Constitue lapidem intra aquam, fac te esse intra aërem, lapis ille aquã mouet imprimendo illi formas sensiles, vt visibiles: & aqua aërem, & aër oculũ. Est autem in exemplo hoc nõnihil dissidij. Autore nanq; Arist. pellens quando pellit, ipsum quoq; mutatur secũdum locũ. At verò sensibile quãdo aërẽ specie sensibili format, non mutatur sensibile, sed immotũ agit. Componas Arist. dictionẽ. *Sicut enim mouens secundum locum.* Ita mouet, vt permutet alia corpora. *& pellens.* Seu trudens alterum corpus. *Facit vt pellat.* Et hæc pulsio per medium corpus fit & *primum quidem.* pellẽs pellit & non pellitur. *Vltimum autem.* Quod pulsum est solũ pellitur: medium autem corpus & pellit & pellitur, diuersa tamẽ ratione ab vno pellitur, & alterũ pellit. Sũt aũt *Multa media,* vt prediximus: nã aër est mediũ, & virga

In exemplo Arist. nonihil dissimilitudinis.

est mediũ, vt instrumentũ pulsionis. *Sic in alteratione.* Alterans est, & alteratũ, &c. vt in motu locali, nisi qđ dissidẽt hi mot⁹: alterans.n. fixũ & immotũ alterat, vt ignis calefacit circunstantes immotus: sed qđ pellit mouetur, secundum locum, vt manus pellens lapidem. Quod verò ait. *Vt si quis ceram tinxerit.* Ioannes Grammaticus differentiam eorum, quæ sigillantur & imprimũtur, dixit verbo hoc Arist. significare. Quædam enim suscipiunt incusas formas imperfectè, & non ad intima vsq; vt cera, quæ sigilli effigiẽ in profundum vsq; nõ excipit: sed superficie tenus ea inquam parte, qua mollis & caloris vigor ipsam liquefecit. Aqua verò in profundum suscipit formas: quia mollior est suapte natura, id est, humidior & magis cedens impressionibus. aër verò adhuc lõgè amplius, qui totus afficitur specie, vt si cera secundum totã profunditatem sigilli characterem conceperet. Lapis verò impressionis est inimicus, duritie oppediente. Est ergo hoc discrimẽ in rebus, quantum attinet ad impressiones formarum. Verùm vt conueniat literæ hæc expositio nõ video: quare vt sit perpetuus orationis ordo, dicamus in alteratione non est necesse alterãs moueri, vt si quis ceram tingendo alteret, quãtum ipsa est tincturæ capax, non subinde tingens mouebitur. Lapis autem huius alterationis, quæ est secundũ alicuius formæ impressiones non est capax: aqua verò in profundum impressionẽ excipit: aër autem, vt qui humidior est, formas sensiles plurimum excipit, & transuehit, modò vnus sit. Etenim si aër nõ sit vnus, neq; formas à rebus profusas integrè suscipiet, vt in sonis experimur. Sonantia enim corpora si non sint plana, & vndecunq; vnius faciei, vt scopulosa, non possunt sonos emittere, nisi asperos & debiles. Itidéq; in visualibus formis, si aer aut aqua non sint in ꝓprijs vnitatibus perstantes, non transuehent formas visuales in visum, vt quãdo aër puluere, aut quouis alio scinditur & obturatur, & aqua limo aut alio obstaculo obturbatur. Hinc iã germane lector mecum expẽde, quam male Arist. sapiant, qui negant species: istis enim negatis perit ordo funditus mouẽtis & moti apud sensus. Et Aristoteles, vt philosophus

Reiecto Philopono autor nouam molitur expositionem.

phus prudentissimus ex motibus manifestis vt ex motu locali, & pulsionis, & alterationis se prouexit ad motum sensuum occultissimũ rimandũ. Ait morosulus inquisitor. Si sensus est tantũ pulsus, nihil igitur habet actionis? Vnde ergo actio sentiendi proficiscitur, nũ à solo obiecto? Cõtra nos asseruimus, imò & à potẽtia. At obserua diligẽter, qui hæc vibras argumenta, Aristote. scopum in pręsentia esse Platonis illam extramicantiam reuellere, quam Galenus libro de placitis recepit. Hoc sibi vult sensus solum est pulsus, idest, nihil exit extra sensum vt supra dictum est. *Vnde & refractionem.* Ioannes Grãm. admonet verba hæc esse mutila & aliquid deesse, quod hanc sententiam complebat. Cæterum quod dicit tale est. Si sensionis ordo est, quem stabilimus, & demonstrauimus, similis ordini mouentium & motorum consentientius est rationi sensionem non per radios ab oculo micantes & in aerem refractos, vt Plato visionem iniri voluit, sed potius ab ipso obiecto visibili radij veluti protũduntur in sensum vsque, vt sit sensibile mouens medium & hoc mouens sensum motum à sensibili: & si sint multa media sit quoque ordo similis, vt quod vnum medium aliud moueat seriatim in potentiam vsque. Aër igitur patitur non à visu sed à colore & figura, quæ sunt sensibilia. Et hic paulisper cõsidera quid est quod ait Aristote. aërem pati à colore, & figura: de colore enim non reuocamus in dubitationem, sed de figura non est res hæc sine scrupulo: quoniam si rectè teneo prædiximus in secundo libro figuram, & communia sensibilia nõ trãsmittere species proprias in sensum sed esse communia propriorum temperamenta, at verò nũc ait à figura pati medium. Iã ergo ait aliquis proprias agunt species: vnde & nostratium philosophorum quidam sic habuerunt in sententijs quorum pater fuit huiusque philosophię dux Mahumet quidam Tolletinus qui ita credidit vt isti, figuram magnitudinẽ & id genus sensibilia proprias agere species in sensum. Contra quẽ nos proprio loco disseruimus de communibus & proprijs sensilibibus disputãtes & quod dicit Aristote. *In leui vnus.* Id est, sonus in leui aëre vnus repercutitur: nam si asperam habeat aër dispositionem, nõ sonat: vt vnus aër, sed vt multiplex. Et hæc verba sunt priorum verborum additamentum, quę de vnitate aëris & medij loquebantur. Quare id quod intermiscuit de refractione visus in lumperbato & suspẽ siue legendum est: alioqui tota sentẽtia, non cõnexa est. *Quapropter iterum hic.* Idest aër vnus visum mouebit, qui motus à figura visum mouet. Mouetur verò aër à sensibili, secundum profundum, non superficie tenus: vt si cera in visceribus, vt ita dixerim & in intimis penetralibus susciperet effigiẽ anuli: sic aër suscipit formas rerum, quia humidissimus cum sit facillimè & intimè impressionem concipit rerum.

Recapitulatio quæstionis de animatione cælestis globi.



QVAESTIONVM esset hic magna proferenda pompa nisi superiora has absoluissent. Animatio enim cælorum quæ sit & si sit, vt Alexander censuit cælos esse animatos habereque animam rationalẽ motricẽ, & intelligentiam dirigentẽ, & sapuit cũ Theophrasto qui cælorum animationem non horruit, imò animatos voluit: alioqui vilissima aĩalcula præstarent cælo: quin & Philoponus certum in hoc Commentario iudicat secundum dogma peripateticum cælos esse animatos, anima rationali: quippe motus cælorum circularis est proprius animæ rationali, quæ se in se recipit reflectẽdo & reciprocando actionem suam. Nã vt autor. 6. principiorum dixit, anima intellectiua redit in essentiam suam reditione completa: quia se cognoscit perfecte quantum est huius status quandiu hic viuitur & fert nostra mortalis conditio. Sensus autem non in se redit: quare eius actio non est orbicularis vt actio intellectus, vt opulenter expressimus supra hoc libro. Propter hoc Ioannes Grãmaticus dixit cælos esse animatos anima rationali, intelligens per animã rationalem, vt reor, animam intellectiuam diuer-

Anima intellectiua redit in essentiã suam reditione perfecta.

sam specie ab animabus nostris, alioqui si eandem sortita est speciē cum nostra, nostra autem est principium sentiendi: ergo & illa esset principium sentiēdi, & vegetandi, formale subaudi, quia effectiuum principium, qui concederet cæli esse animā facile quoq; crederet animam illam cœlestem viuificare hæc inferiora omnia, efficereq; vegetationem horum inferiorū & sensionē & Ammonius philos. definitionem Arist. quā lib. 2. huius præscripserat anima est actus corporis physici, & organici. s. subaudiendam esse censuit: non q anima sit forma quæ corpori formaliter, vt dicunt philosophi sit ratio vitæ sensus & motus, sed efficiēter dūtaxat. Id quod nos non censuimus loco illato peripatetici esse dogmatis sed Platonici potius, vt locus proprius abūdè indicat. Neq; credamus cum Auicena animas rationales scintillas esse huius animæ cælestis: sed si anima illa rationalis est eiusdem rationis cum nostra, indubitatum est animam illam sensariam esse, vt nostra, vnde corpus cæleste sensitiuū esset animal. Quod qui crediderit sciat secundum Arist. non philosophari, imò quantum mea fert sententia, neq; cum Platone: quia vt prædiximus sensus, mētis indicium turbat ex Platonica sententia in Phædone, & Arist. 11. ca. huius appetitum sensitiuum, nonnūquam ad se pellicere voluntatem concessit & ordinem perturbare naturæ, qui est, vt inferiora mouētia pareāt superioribus. Quod si sensus concederetur cælestibus corporib⁹, vt Plutarchus voluit, quid vetat, quo minus dicamus in cælo, esse contra pugnantiam appetituum, vt in nobis est? quod totius ordinem naturæ turbaret: periret enim vniformitas cælestis motus & cælum premeretur contrario motu: quippe motus sensitiuum appetitus sæpe discedit ab appetitu intellectiuum. Quamobrem si animatos anima rationali volumus cælos anima illa alteri⁹ erit naturæ, quàm nostra: eritq́; principium intelligendi, & mouendi solū: ego tamen in. q. prolixa de hac re credidi cælos proprie non esse animatos. Et argumētum planum est, quia Arist. animam cæli nusquā definiuit, vt in. 2. lib. fusius expressimus: idcirco mittendum est in præsentia.

Amonius reijcitur.

Auicenæ animæ nostræ scintille sunt animæ vires.

Recapitulatio quæstionis vt visio fiat?



Lia quæstio sese offerebat tractanda, vt fiat visio? cuius & nos mentionem fecimus in cap. de visu: de qua tamen quæstione doctissimi quique viri decertant, vt Macrobius lib. Saturnal. 7. cap. 17. disputat. Quidam enim qui optici dicuntur visionem credūt per egressum radij visiui hoc modo fieri. Hic egrediens radius ab oculisve emicans, in visibilia cùm offenderit corpora, horum visilium, vt caduceator seu colorum nuntius, in visiuā aciem ipsas rerum formas rectat, quas vt visui indiderit, visio exultat. Cuius placiti Plato inuentor est in libro, quem Phædrum dixit. Et Galenus eiusdem est placiti amator & defensor in libro de philosophorum placitis. 7. & peripateticus Aristoteles in libro. 3. meteororum cap. 4. in eādem iuit sententiam multis colligens radios ab oculis promicantes colores petere, quos deuehunt in visus facultatem: & quendam in medium protulit Antiphontem appellatū, cui ambulanti nonquam non simulachrū hominis obuium & sibi occursans erat. Cuius rei causam esse à radijs ab acie oculorum missis, eo loco credidit. At verò quod Aristotelis est aduertere oportebit in eo libro & locis alijs Platonicam sectari de modo videndi doctrinam: vnde & varietatem cœlestis actus refractioni visus dedit, non quòd Aristoteles sic credidisset, vt abundè hoc loco profitetur, solum passiuum dicens sensum se eò fecisse arbitrandum est, quo in locis indicatis de modo videndi non agebatur. Et visilium apparentiæ causam habent communem siue visio fiat, vt Plato voluit, siue vt Aristo. Apparētia aūt illi⁹ simulachri Antiphōti occursantis non est necessarium argumentum, vt radiorum extramicantias quis credat. Etenim sunt aliæ apparētiæ similes, quę sine radiorum exitu causam aliā habent. Reperias homines, quorū oculos inanes vmbræ veluti volantes muscæ

Opticorū placitum.

Antiphontis simulachrum.

muscæ circum agitant alios aranearum telæ circũcursitat, quæ viciatus pupillæ humor præstat. Ille enim viciatus humor spiritus inficit visiuos, qui infecti vmbras illas & aranearum filamenta præstigiosa ficte ostendit. Sic philosophãdum de simulachro Antiphõtis. Humor enim corpulentus & crassiusculæ materiæ pupillæ infixus illam reddit inæqualẽ. Vnde species rerum illi sigillatæ obturbantur, & humor ille instar simulachri se offert pupillæ. Quæ omnia ficta & præstigiosa sunt, vt D. Tho. in Commentario 3. meteororum tradit. Non est igitur necesse modum Platonis amplecti, quẽ modum Platonici sinaugiam appellant, id est, corradiationem. Hęc autem corradiatio visa est Arist. impossibilis. Quare cõtra censuit, visionem nõ per corradiationem, idest, emissionem raditiorũ sed per internam radiorum visualium cõceptionem. Lactãtius verò ausus fuit nouam inuehere sententiam de operatione visiua, radios & species penitus negans in lib. de opificio Dei cap. 8. Cuius verba sunt, per eas igitur membranas sensus ille, qui dicitur visus, ea quæ sunt foris transpicit ne forte existimes aut imaginum incursione nos cernere (vt philosophi dixerunt) quoniam vidẽdi officium in eo debet esse, quod videt, & non in eo quod videtur, aut intentione aëris cum acie, aut effusione radiorum. Quoniam si ita esset tardiùs quam oculis aduertimus videremus, donec intentus aër cum acie aut effusi radij, ad id quod videndum esset peruenirent. Cum autem videamus eodem momẽto temporis: plerumq; verò aliud agentes, nihilominus tamẽ vniuersa, quę cõtra sunt posita, intueamur verius & manifestius, est, mentem esse: quę per oculos ea quæ sunt opposita transpiciat, quasi per fenestras lucente vitro, aut speculari lapide, obductas. Et horum verborũ hic sensus est visibile non mouere aërem, neque aërẽ mouere aciẽ visus & hoc aduersatur Arist. credenti visibile veluti pellere aerem: aerem verò visum afficere donando visibilem formam. Rursum ait neque visum agere in aerem: aut visibile, & hoc pugnat cum Platone, qui aciem visus credidit extra se agere: & illustrando medium diaphanum & cõuehendo formas visibiles, quas visibile subministrat Plato enim cernens species nõ posse spirituales esse, si tantum à visibili obiecto diffunderẽtur: quippe visibile obiectũ materiale & corpulentum est, vt spirituales redderentur species huiusmodi, & dignæ, quæ in visum transmitterentur? Ob hoc radios quosdam spiritualis luminis ab oculis micare iussit, quorum comercio species visibiles spirituales redderẽtur rationesque videndi efficerentur. Sicque vestigia Platonica q tenuerit, & obiectũ visibile agere concedet, aciemque visiuam itidem actiuam fatebitur Arist. verò vt hanc euerteret sententiã, etiã si obiectũ vbiq; agere fateatur: magno tñ molimine astruxit sẽsum esse passiuũ, nõ vt omnem actionẽ sensui detraheret, vt in secundo de anima diximus, sed vt Platonis dogma reiiceret. Lactantius igitur nec motionem concessit obiectis, neque potẽtijs, sed visum credidit fieri citra motionem aliquam, ductus argumẽto, quia si motio esset alicunde aut quia visus effunderet radios, aut quòd visibile transmitteret formas visiles visio non esset in momẽto. Cæterum (quod pace ipsius dixerim) elegãtius rem istam prosequitur, quam verius: species enim visiles nõ mouent modum alterando alteratione propria: quapropter in momento transferũtur in visum: quia in corpore & immateriales sunt. Porrò quia Lactantius fortassis credebat species esse corpulẽtas, ideò duxit si species concesserimus, visionẽ in tẽpore fieri. Horum omniũ exacta ratio à 2. libro de anima petenda est in. cap. enim de visu multa de ista quæst. egimus. *Platonis persuasio.*

An bene sit actum cum anima illam donando corpori.



POSTREMA disputatio sit, an bene actum sit cum anima rationali, vt sit forma corporis humani, an melius cũ corpore qđ sit huius formæ subiectũ. Hæc quæstio propterea agitur quia Aristote. in c. isto dixit, animali rationali conferens esse sensu esse præditum, & animæ corpore. In partẽ verò diuersam est quod ipsemet ait, appetitum sensitiuum intellectum turbare, & trahere ad impudica. Hoc autẽ non est bonum animæ, sed ma-

lum. ¶Rursum quod sæpe indicauimus ex phædone Platonis, sensus corrumpere iudicium mentis, corporaq; impedimento esse philosophis, quominùs sinceram assequātur philosophiam, quibus cōcinit quod Sapiens scripsit, corpus qd corrumpitur aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantē. Sapiē.9.c. Et Paul9 clamat, infelix ego hō: quis me separabit à corpore mortis huius? in epistola ad Romanos.c. 7. Et argumēto rem hanc complectamur. Si animæ esset bonum vniri corpori, aut esset propter suum esse, aut esset propter actionem intelligendi: at neutrum ratio colligit. Primum enim ipsa à corpore separata meliùs habebit, quā in corpore: quia molestiis corporis non premetur. ¶Rursum neq; propter actionem intelligendi: etenim quandiu deget in corpore tandiu phātasmatibus eget, separata verò citra phātasmatis operā purissimam habet intelligentiam. ¶Rursum, aut anima intelligit secundum naturam suam à phantasmate recipiens speciem intelligibilem, & si sic intelligit, separata non poterit intelligere: quia phātasmatibus nō vtitur, neq; sensibus. Sin verò, ipsius natura phantasmata non poscit, ergo violentiā patitur à corpore: quia trahitur in modum intelligendi sibi non natiuum.

Plato. de quæstio. Hæc quæstio Platonis amanti documenta, nullius est laboris. Ille enim ingenuè fassus est vnionem animæ cum corpore non fuisse in fauorem animæ, sed potius corporis. Nam credebat animas cælo trusas, & in corpora, vt in ergastula, seu gurgustia pulsas, & in corporibus obliuisci præteritorum & nouis stimulis sensibilium proprio merito egere. Malè enim illud antequā in corpora concederet commeruerunt. Si ergo obliuiosas facit animas cum corpore consortiū, malè actum est cum animabus in vnione. Corporibus autem accedit magna nobilitas, quod animis spiritualibus iungātur. Sic que ad dubitationem peripateticam responderet Plato, habere sensum non esse animæ bonum, sed corporis: Aristo verò placitum inuenire, non est peruium: etenim hic clarissimè testari videtur habere sensum, & esse bonū animæ & corporis. Et.2. physicorum. text.14. &. 23. formam non esse gratia materiæ tradidit, sed contra materiam gratia formæ. Ergo corpus est in bonum animæ & anima instituta non est in bonum corporis. Et hoc testimonium vigentem habet persuasionem in schola peripatetica. Nanq; Platonici corpus non animæ materiam, sed animæ instrumentum contendunt esse: sed vtcunq; res cedat, instrumēta itidem sunt in bonum artificis. Erit corpus animæ bono. ¶Porrò autem quāquam peripateticis istis sermonibus mens persuadetur, vt inclinet in eam partem quā ipsi præferunt. *Scoti & D. Tho. controuersia.* Verū cum inter Sanctū Tho. in.1.par.q.89.art.1. & Scotum in.4. Sententiarum volumine dist.45.q.2. respondentem argumento, sint iurgia non modica, neq; quæ quilibet extinguat in re (mea sententia: alioqui manifesta) horū celebrium philosophorum, & theologorū illustriū lites rem turbāt. Scotus siquidem probabilius censuit vnionem Animæ, & corporis esse bono totius cōiuncti, id est, ipsius hominis plusquā bono ipsius animæ. Itaq; anima nō est propter corpus, sed est gratia totius compositi. Quôd verò non sit in bonum animæ colligit: quippe anima ratiōalis nata est intelligere sine phantasmate, & sine specie infusa. Fac enim eam esse separatam illa est potens intelligere lapidem nullo intercedente phantasmate: quādoquidem præsentibus actiuis & passiuis necessario est actio: intellectus autem est passiuus speciei intelligibilis, & lapis illius perductiuus. Ergo consequetur actio intelligendi, etiam omnibus alijs sublatis: esset enim detrahere intellectus dignitati, si ipse non habuisset naturam, quæ posset lapidē intelligere, vt visus habet naturā quæ colorem, & lucē videat, quia ergo hunc modū intelligēdi per conuersionem in ipsa intelligibilia citra phantasmata nō assequitur, tātisper dū viget in corpore, nō est sibi bonum in corpore degere, sed est bonū homini toti: qa sublata aīa, perit & non est homo, qui erat. Beatus autē Thomas non in hunc modū philosophatur, sed lōgè diuersam amplexus est philosophiam. Censuit enim animam intellectiuam duos habere intelligendi modos. Alterum sibi naturalem, per adminiculationem simulachrorum. Et

Et hūc habet in corpore, alium verò habet per conuersionem ad superiores substantias, qui illi conceditur per species à Deo sibi inditas simul ac corpus egreditur. Et hic intelligendi modus non est cōtra animæ naturā, sed præter naturā eius Quia ergo modus naturalis animæ est in simulachris species rerum intelligibiles, & quidditates rerum sensibilium exquirere, & hoc neutiquā habet sine corpore, sed necessario huic operi phantasmata corpus administrat. Nam sensus capit species sensilium externorum, & subinde cohęrent internis sensibus rerum quędam simulachra hac ratione quia corpus seruit propriæ & natiuæ operationi animæ, indubitatum habuit esse corpus in animæ bonum. Anima verò extra corpꝰ purius intelliget, quam corpori mancipata. At verò modus ille est præter naturā suam quæ suapte natura est in corpore & eiꝰ corporis actus & extra corpus in corpus quod deposuit auidā habet propensionem. Aduertis vt dissident autores isti duo, Thomas credit natiuum modum intelligendi esse per conuersionem in phantasmata. Scotus verò illum non probat esse natiuū intelligendi, sed quia in corpore est, quo deposito anima intelliget per se ipsam, sine phantasmatis vehiculo aut specie indita auxilio sed oblatis rebus ipsa rationales anima rerū species intelligibiles apud se condit, & seruat. At Diuus Thomas verba hæc, anima (ait) loco dudum indicato secundum naturam suam cōuertitur in phantasmata, vt intelligēdi functionem assequatur. Qđ verò separata à corpore sine cōuersione ad hæc simulachra suo munere intelligēdi fungatur, hoc est præter naturā suā. At secundum modum magis familiarem substantijs illis separatis intelligit. Quæ cùm non sint corporis actus suapte natura habent modum intelligendi per species cōcreatas, per quas se se referunt in intelligibilia: anima autem intellectiua, quæ est ex propria natura forma corpoporis secundum modum suæ entitatis consequitur rursum & modū intelligendi, vt sicut in essendo est in corpore ex natura sua: ita in intelligendo eget corporeis simulachris. Quod verò separata à corpore in alium intelligendi modū prouehatur hoc sibi accidit, & præter naturam eius est idemque tradidit in 2. libro contra gentes cap. 81.

¶Dere tamen ista pauculas subdam sententias, quarum prima esto. Vnio animę cum corpore non est animæ malum, neque illi impedimento est, hæc parat insidias Platoni, imò aperto marte aduersus dogma Platonis & Origenis pugnat, & colligo illam: nam hæc vnio aut est naturalis, aut violenta si naturalis est, vt ergo est in malum animæ aut sibi oppediens? Namque naturalis vnio formæ cū materia non affert impedimentum alicuius naturalis actionis: vt enim esset naturalis hæc animæ & corporis vnio si impedimentum afferret naturæ animæ? Siquidem natura non sibi sufficeret, si operaretur cum impedimento, & qui natus claudus est, claudicatio illa non est naturalis, sed præter naturam: quanquam huic indiuiduo est naturalis. Quare in pauciorib⁹ claudicatio est hōnibus, at verò corpus est in omnibus natis: non ergo corpus est impedimentum, aut si est non est naturalis vnio. Sin dicat Platonicus est vnio illa violēta (vt fatentur) vt ergo homo erit ens pręter naturam? nā si vnio est violenta vnitum ergo erit violētum. Et cū nos simus omnium finis, si finis est præter naturam, & cætera quoq; præter naturam, & sic vniuersus ordo rerum cōfusus esset. Sunt autem argumenta pleraque alia, quæ Diuus Thomas cōtexuit in hanc sententiam libr. 2. contra gentes capitu. 83. & nos supra in Platonem collegimus nō pauca quādo de origine aīæ agebatur. ¶Secunda sententia, anima rationalis geminā habet considerationem. Est .n. forma in qua re consentit cū cæteris rerum formis. Et est separabilis quo dissidet à formis alijs, ita materiæ addictio vt exit⁹ à materia illis nō pateat. Nāque & in materia generantur, & in materia corrūpuntur: anima rationalis in materia generatur, at in materia non corrūpitur sed superstes est. Vnde colligas oportet sermonē in hac re temperandū esse secundū has duas aīæ rationes. Aliter enim de ipsa est loquēdū, vt forma & vt separabilis: nam vt forma subit legem cōmunem formarum, vt separabilis autem in cōditionem separatarum se transfert.

Quæstionis solutio.

Secunda sententia.

3.*Sententia.* ¶Tertia sententia corpus est propter bonum animæ, vt anima forma est. Hæc testimonio indicato est patens: Materia enim est propter formam, & demũ omnis forma habet esse in materia, & in materia, suam exercet operationem. & itidem anima rationalis in materia producitur, & extra materiam non producitur: neq; assequeretur esse, nisi in corpore. Est ergo corpus in bonum animæ (vt ipsa est forma) vt quælibet materia est in bonũ formæ. 4.*Sententia.* ¶Quarta sit, corpus hoc quod gerimus, non est in melius ipsius animæ, vt separabilis est. Probatio est perspicua: etenim deposito corpore anima rationalis limpidiorẽ & emunctiorem rerum habebit notionem: quia nunc habet notiones, tardis cõparatas molliminib⁹, & corruptas sæpe: & magnis demũ sudoribus veritatem, & rerum causam assequitur. Id quod habet imò patitur, quia est forma corporis. At verò sarcina carnis deposita sine mollimine, citra sudores, per uia erunt omnia, siue intelligat per species a Deo inditas siue per seipsam, vt litigat Scotus, nihil sit curæ. 5.*Sententia.* ¶Quinta sit sententia, ille intelligendi modus, purus & sincerus, citus & non morosus, sine corporis molestijs & grauedinib⁹, est animę rationalis naturalissimus, vt est de ordine substantiarum separatarum: vt verò de ordine est formarum ille intelligendi modus est præter naturam. Nanque anima, tunc etiam si nõ sit actu forma, tamẽ nata est quæ sit forma, & propensa est in corpus quod dimiserat, & vt forma est corporis, ministerio vtens nata est cognoscere. Quare si cessante ministerio, notionem assequitur pereunte corpore, hoc est iam præter naturam & legem formæ, quæ lex est formam operari adiuuante materia. Vnde Aristoteli fuit frequens animam docere egere phantasmate. Plato verò, quia nusquã sibi suasit animam esse formam, phantasmata concessit, non vt obiecta necessaria, sed vt stimulãtia: quia scire erat sibi reminisci, vt colligit in Menone, & alibi sæpe.

¶Ait aliquis hoc sanè quod præscripsit hæc quarta sententia verum esse, modò credamus futuram mortuorum experrefactionem in vitam. Alioqui diceret philosophus rationalem animã non esse formam deposito corpore: neque propendi in corpus: quia hæc propensio esset sibi vana. Vnde Aristo. negans mortuorum resurrectionẽ negaret quoq; aiam defuncto corpore inclinari in corpus. Quanq́ vt diximus, vt sunt separabiles substãtiæ illum modum cognoscendi naturalẽ habẽt sine phantasmate. At verò secundũ peripateticũ dogma, nullo modo dicendum duco, modum suarum notionum quem tunc assequentur esse illis præter naturam ipsorum: quãdoquidem æterno cognoscerent præter naturam: quod philosophus non permitteret. Sed dicerem modum illum cognoscendi esse illis naturalẽ, quia simulatq; corpora exuerũt, exuerunt rationem formæ & dependentiam à materia, & in alium statum sunt translatæ. ¶Argumentis in principio compositis respondeamus. *Argu. solutio.* Primum quod inculcabat appetituum controuersiam, hęc non est per se in malum animę: imò gratia melioris est, vt anima ꝓprio studio se reducat in temperantiam & cæteras virtutes & illecebras appetitus sensitiui compescat. ¶Argumentũm secundũ, corpus dixit Plato impedimẽto esse philosopho: quia credit Plato corpus esse animæ ergastulum, quod nos non credimus, sed esse propriam animæ materiã atq; sedem sibi naturalem. Verbum autẽ sapiẽtis peccatum originalem insinuat. Nam si primeua illa hominis innocẽtia salua consisteret nullæ extitissent animarum aduersus corpora querimonię, neq; hæc quæstio dubia traheretur, vt modo trahitur: quia non Plato dixisset animæ, gurgustiũ & simam esse corporis. *anima corporis sima & gurgustium.* Id quod cùm ignorasset veluti errabundus philosophabatur, & miserias corporis cernens, non domicilium animæ, sed carcerem corpus credidit esse, neq; tunc esset animæ à corpore separatio: sed viui homines raperentur in æthera. Nunc verò, quando mors disiungit animam à corpore quæstio hæc aliã petit solutionem: quam prædiximus. Aristo. verò naturæ inspectu magis quam diuinorum, non carcerem dixit corpus, sed proprium animæ subiectum. Catholici verò, neq; veritatem physicam negantes Aristo. subscribunt, vt in clementina de hæreticis ecclesia confitetur, & nos supra prædiximus

mus & Platonis hũc sermonem recipiũt, corpus hoc quod gerimus post lapsum primi hõis: quia ab immortalitate, & innocētia cecidit, quæ erant humani corporis dotes ex proprio domicilio, veluti carcer animarum redditum est, & Paulus Romanis scribens ca. 7. clamat infœlix ego homo, quis me liberabit à corpore mortis huius? ¶ Argumẽtis duobus sequentibus dicito, animam egere corpore, vt ipsa producat, & vt intelligat quãdiu est in corpore qui intelligẽdi modus phantasmatis eget opera, & hoc est sibi naturale secundum corporis, aut vitæ in corpore statum. At verò defuncto corpore habet alium ordinem intelligendi: qui ordo, si animam libres, vt forma, adhuc est sibi præter naturam vt dixit Diuus Thomas, non tamen est violentus. Namque sunt multa præter naturam sine iniuria violentiæ, vt maris fluxus, & reflexus: motus ignis in propria sphera adq; agitationem lunaris globi. Et quod hic circunducatur ad volutionem primi hæc sanè sunt præter naturam & nõ violenta. Si verò animã cogitamus, vt iam separatam suapteque natuta separabilẽ, modus ille intelligendi, quem tunc assequitur est illi natiuus & germanissim⁹ vt dixit Scotus. Neque te moueat Aristot. locus, qui hoc capitulo inquit esse sensum in bonum animæ, & corporis: quia vt diximus in commentario, non est ille concipiendus sensus quem cortex pręfert, sed alter, si animalia essẽt aliqua ęterna hæc haberent intellectum sine sensu, quia sensus huiusmodi æternis, neque esset in bonum animæ, neq; corporis, quẽ sensum eruimus à Themistio. Vnum superest absoluere argumentũ, quod forsam obiiciet aliquis, colligens animam extra corpus non ita bene habere secundum naturam suam vt in corpore. Quando quidem in corpore sentit, & omnium sensuum muneribus fungitur, videt, audit, olet, imaginatur, & id genus. At verò corpore defuncto, non sentit neque reminiscitur, vt dixit Aristot. perfectior ergo est anima cum corpore quã sine corpore Scotus in quod lib. 9. re hanc quam hoc inuoluit argumentum disputat, si anima citra corpus sit imperfecta, & perfectior in corpore. Et de perfectione quod ego assequor distinguit: est enim quædã perfectio primaria & est hęc totius hominis, quam anima participat tãtisper dum est in homine & tamen homine vita defuncto, hæc participatio perfectionis deest sibi: alia est perfectio propria animæ, & non participata: & hæc perfectio conuenit sibi in corpore, & extra corpus. Et vt summatim dicam, simpliciter credit animam imperfectiorẽ esse corpore deposito: quippe sibi deest totius perfectio quę est perfectio simpliciter, id est, totius, & non partis. Totum enim omnium partium suarum perfectiones comprehendit, tamen secũdum propriam perfectionem, perfectionem non variat separata atque coniuncta. Iam verò quanquam Scotus argumentum nõ proposuit iuxta hæc non est operis multi soluere. Anima separata non sentit, hoc est verissimum: propterea est imperfecta conferendo ipsam ad huiusmodi opera sensionum: quam vocat Scotus perfectionem participatam à toto: habet tamen sibi propriã perfectionem: quæ est intelligere. Nam sentire est perfectio sibi non propria, sed communis cum toto. Est enim sentire operatio totius coniuncti, vt prædiximus sępe ex sententia Aristot. perfectio ergo totius deest sibi, non tamẽ perfectio propria, quæ est vt intelligens, & volens. Et hac propriam perfectionem cogitans dixit Scotus nõ esse gratia melioris quod anima sit in corpore sed secundum participatã perfectionem est in gratiam melioris ipsam esse in corpore, vt dixit in quodlibeto. 9. hoc ad mentem eius quia de veritate indicatum iam est superioribus sermonibus.

Multa præter naturam sine violẽtia.

S. Th. et Sco. cõcordia.

Scot⁹ in quodlibeto.

CAP. XIII.

Nullum animalis corpus simplex est, aut potest esse: quippe tactus in media iacet primarum qualitatum complexione quæ cũ simplicitate pugnat, tandem multa quæ prædixerat repetit.



QVod autem impossibile sit simplex esse animalis corpus manifestum est. dico autem, vt igneũ Tex. 66.

 aut

aut aereum. Sine enim tactu, nullum cõtingit alium sensum habere: corpus enim animatũ omne, tactiuum, sicut dictum est. alia autẽ, prẹter terram, sensoria quidem vtiq; fiẽt. Omnia autem, per aliud sentiendo faciunt sensum, & per medium. tactus autem, est in tangẽdo ipsa. Quapropter, & hoc nomen habet. attamen & alij sensus tactu sentiunt, sed per alia. hic autẽ videtur solus per seipsum. Quare, huiusmodi elementorum nullũ vtiq; erit corpus animalis. Neq; itaq; terrenum. omniũ enim tangibiliũ, tactus est sicut medietas: & susceptiuũ est sensoriũ, nõ solũ differentiarũ quæcunq; terrę sunt, sed & calidi & frigidi, & aliorum omnium tangibilium. Et propter hoc ossibus, & capillis, & huiusmodi partibus nõ sentimus, quia terræ sunt. Et plantę etiam ob hoc nullum habent sensum, quia terræ sunt. Sine autem tactu, nullum possibile est alium esse. hic autem sensus, non est, neq; terræ, neq; vllius alius elementorum.

Animata non sunt simplicia.

¶Quod cap. priore insinuarat & perfunctorie dixerat, opulentius hoc ostendit loco, corpora animata nõ posse elemẽtaria, quæ vocat simplicia corpora: vt neq; ignea, neq; aërea, neq; aquea, aut terrea. & hypotheses quasdã ꝓbationi colligẽdæ præmittit. ¶Prima est aĩal oẽ tactu esse præditum. Hanc superiora demonstrabant: quia omne animal alitur, & habet alimenti sensum. ¶Altera sit alia elementa excepta terra esse sensoria, vt aqua sensorium visus, & aër auditus, vt prædiximus in secundo. ¶Tertia est, cætera sensibilia præter tactilia, & sensus itidẽ excepto tactu per medium extraneum sentire, vt visus, auditus, &c. tactus per mediã carnem, quæ est animalis pars. Quamobrem & hoc sibi indicium est nomẽ tactus: quia tangendo sentit. Quæ autem se tangũt, vltima habẽt simul. ¶Istis iactis hypothesibus, colligit nullum ergo aliorũ elementorũ est corpus animalis. Etenim omne animal tactũ habet: tactus autem non fit per elemẽta, vt cæteri sensus, sed exercetur per carnẽ, quæ est aĩalis pars: ergo si corpus aëreum aut aqueũ sit aut terreum, non est aptũ quod tãgat. Nam hæc elementa sunt media visus, auditus olfactus, cæterum nõ sunt media tactui. Et de terreno, corpore res prõptior est. Nam tactus in medietate est tangibiliũ qualitatum, & mediam quãdam rationẽ sibi poscit, quã nullum elementorum habet. Quorum singula excellentijs tangibilium gaudẽt. Sensorium igitur non est terrenæ cõplexionis, quæ est excellẽter sicca & flacidioris frigiditatis, quia si tale esset sensoriũ tactus, vt sentiret humorem & calorẽ? Vt ergo tactus omnes excellẽtias tactiliũ aduertet? Est sibi necessarium in mediocritate consistentẽ habere rationẽ, vt sit sensoriũ in potẽtia ad omnes tactiles qualitates percipiẽdas. Vñ infert ossa, & pilos quę terrena cõplexione abundant, (pili vt excrementa quædam, quæ sua frigiditate & siccitate nutrimento non seruiũt: ossa verò, quia totius corporis viuẽtis robur sunt & firmitas) hæc inquam non sentiunt. Plantę quoq; non sentiunt: quia immobilitate sua, & defixione, quã terrenam sunt sortita, qualitatem non difficile ostendunt. Quapropter si hęc .i. pili, ossa, plãtæ, quia terrena admodum sunt tactus non sunt participia, æquã ratiõe, imò maiori, neq; alia elemẽta tactus sunt sensorium. Nãq; si quod esset elementum aptandum sensorio, tactus esset terra maximè, vt in .c. de tactu prædictũ est. At verò terra inepta est sensorio tactus, vt collegimus: ergo neq; alia elementa tactorio sensorio accomoda erũt. Qđ verò ait alios sensus tactu sentire, eò dixit, ꝙ sensibilia omnia per media iungũtur cũ potẽtia: vt color per intercedẽs diaphanũ iungitur visui: quia agens & patiens esse simul oportet. Quamobrẽ est quadã ratione tactus me-

Ossa & pili non sentiunt

diatus, vt cælestia tangunt hæc inferiora per media elementa: est tactus hic secũdum virtutem. Non tamen est propriè tactus alijs sensibus excepto tactu.

Tex. 67. ¶ Manifestũ est igitur, ꝙ necesse est hoc solo priuata sensu animalia, mori. neq; enim hunc possibile est habere non animal existens, neq; cum sit animal, alium habere necesse est præter hunc. Et propter hoc quidẽ alia sensibilia excellentijs non corrũpunt animal, vt color, & odor, & sonus, sed solũ sensus, nisi secundum accidẽs. puta si simul cum sono pulsio fiat & ictus, & à visis & odore alia moueãtur quæ tactu corrũpunt. & sapor aũt, secũdum ꝙ accidit simul tactiuum esse, sic corrũpit. Tangibilium autem excellentia, vt calidorum, & frigidorũ, et durorum, corrumpit animal.

¶ Quia ergo sensus tact⁹ in proportione qualitatũ tangibiliũ est, quæ proportio animal cõstituit, manifestũ est læsionem huius mediæ proportionis, esse læsionẽ tactus, & læsio tactus animal lędit, & destructio aĩal destruit. Id qđ in alijs sensibus non cõtingit. Etenim excellẽs visibile visum oblædit: non tñ animal, quia visus non est in media proportione tãgibiliũ consistẽs. imò in excellẽtia quadã aquei humoris. Rursum & auditus si oblæditur ab immodico sono, non tñ animal perit. Rursumq; in olfactu, nisi per accidẽs, vt pestilẽs odor & venenatus suphitus animalia interficit, vt in fodinis metallorũ quilibet cernere põt. Itidẽq; sonus terribilis, & obstrepẽs validissime q; feriens auditũ, nonnunquã aĩal necat. Hoc aũt est per accidẽs, propter vehemẽtem pulsionẽ aëris, qui ictu potenti animal agẽs ipsum perimit, vt & arbores validⁿ fragor scindit. & demũ si visibilia & audibilia corrũpunt, tactus est oblæsio, quod hæc perimãt, vt ictus vehemens aëris pulsi, aut odor pestilẽs, mediam offendens proportionẽ qualitatũ, seu humorũ, quæ animal constituit, in causa est, ꝙ mortem afferãt. Nam si tactus sensorium non tangerẽt, nulla excellẽtia sensibilis ali⁹ à tãgibili animal vita priuaret. Gustabilia autẽ, vt tangibilia sunt si excedant temperaturã, quam animalis vita poscit, etiã corrũpunt animaliũ vitam. Tactus ergo, cũ sit vitæ animalis principiũ, finẽ quoq; in ipso collocat Arist. qa ipso saluo, & vita salua est: ipso sublato & omnis vita perit. Et sicut excellẽs quodlibet aliud sensibile sensum corrũpit: ita & excellens tãgibile corrũpit tactũ: simulque animalis exitiũ affert, hoc est, quod ait in sequenti textu. *Tactus animalis vitæ principium, & finis.*

Tex. 68. ¶ Omnis. n. sensibilis excellentia, corrũpit sensum. Quãobrẽ & tangibile, tactũ. Hoc aũt, determinatũ est ipsum viuere. sine. n. tactu, demõstratũ est ꝙ impossibile est animal esse. Quocirca tangibiliũ excellentia, non solũ corrũpit sensum, sed & animal. quia necesse est, solum habere hunc aĩal. Alios autẽ sensus habet animal, sicut dictum est, non vt sit, sed vt bene sit. Vt visum, quia in aere & aqua, vt videat. omnino autẽ, quia in diaphano. Gustũ autem, propter delectabile atq; triste, vt sentiat id qđ in alimẽto & cõcupiscat et moueatur. Auditũ aũt, vt significetur aliquid ipsi. Linguam autem, vt significet aliquid alteri.

¶ Peruius est sermo. Aliorũ sensibilium excessus corrumpunt sensus, vt summus splendor obducit visum, & terribilis sonus obsurdescere facit auditũ: sed vehemens calor deurẽs, tactum submouet, & simul animal. Itidem vehemens frigiditas animal stupidum facit, & neruos obrigentes, & deniq; si immodica sit & tem

peraturam vitæ superãs animalis, exterminat vitam. Itidẽ philosophare de summo quouis alio tangibili sicco, humido, duro, graui, & id genus. Nanq; hic sensus non datus ad magnificentiam & opulentiam animaliũ: sed ad necessitatem vitę: alij verò sensus sunt ornamenti gratia animalibus beneficio naturæ cõparata, vt visus, vt functione videndi vteretur: quippe in diaphano illis viuẽdum erat, vt aquaticis in aqua & terrestribus in aëre: gustus vt sapores discernat, & comedendo voluptate perfrueretur, atque bibẽdo & voluptate illectum animal cibaria concupiscat. & in illa sese moueat, vt sibi illa cõciliet. Auditum autem Dominus Deus dedit, vt significantias vocum hauriat, quibus quod sibi cõmodũ amet, noxiumq; repellat. Lingua verò, vt mentis cogitatus alijs efferamus. Id quod maximè hominibus Deus elargitus est, qui proprietates vocum nouerunt exactè, & mentis conceptus distinctè proferre possunt. Quæ vniuersa. 2. lib. suis locis absoluta sunt.

Sensuum necessitas.

Postremi cap. disputatio, an simplex aliquod sit animatum.



IAM ad periodum libri stillũ properantes, & supremam imponere manum cupientes, verba quædam Aristo. excutere libet, quæ hoc cap. tradita sunt nullum corpus simplex esse animatum. Cui occinunt plerіq; philosophorum eorũ, quos tulit prisca ætas: Porphirius enim in libro de electorum philosophia, dęmones fatetur esse spiritu & corpore constantes & carnium nidore, quæ sacrificijs adolẽtur, impinguari. Michael quoq; Psellus in libro de dæmonibus, dæmones corporeos dixit: alioqui, vt nobis essent patrocinio, & nostrorum itinerum commites & se mouerent de loco in locum, nisi corpoream gererent substantiam? Et Apuleius in libro de dæmone Socratis dæmones credit esse animalia, corpore aërea, mẽte rationalia, animo passiua, æuo longæua: & hoc esse Platonis placitũ Proclus in libro de elementatione theologica demõstrat, dicẽs, angelos esse materiales, quanq̃ simpliciorẽ gerant materiam, quã alia visibilia & sensibilia. Vñ Platonici discipuli dæmones distribuũt quosdam igneos fatentur, alios aëreos, alios aqueos, & hos (testante Platone) initia malorum fuisse: quia rebus voluptatem miscuerunt: aëreos verò, rationali nõ sensuali (vt aqueos) fauere potentiæ, rationaleq́; horũ dæmonũ beneficio à vegetali & sensuali segregare. igneos verò demones rõnalem potentiã ad sublimiora, & spũalia cõtemplãda homines cõuertere. Et dęmones quosdam ęternos, vt igneos & aëreos: At verò aqueos longæuos esse, omnes tamẽ animo passibiles. Et secundum affectum pati à corporibus. Distingunt autem inter angelos, & dęmones: illos enim Deos inuisibiles vocant, & ęternos, & Deo semper assistentes, illiq; familiarissimos: At dæmones eos dicunt, quibus cura sublunaris mundi credita est. Lege Marsilium Ficinum in epitome ad apologiam Socratis, qui in epitome etiã de Iusto, Platonica dogmata colligẽs dæmones quosdã cælestes ait, alios æthereos, id est, igneos. Cælestes vnitatẽ deorum sequuntur, ignei intelligentiã, aërei dęmones rationem, aquei imaginationẽ, terreni autem naturam, quam vocamus vegetalem. Neq; solum philosophorum fuit istud placitum dæmones esse animalia aërea, ignea, aquea, & cælestia: sed plurimorũ sanctorũ voluminibus legimus confirmatum esse hoc genus animalium igneorum aut aëreorum aduersus doctrinam Aristo. quam hoc loco tradidit, nulla esse animalia corpore simplici concreta. Diuus igitur Dionysius in libro de diuinis nominibus par. 9. cap. 4. dæmones ait esse materiæ infixos, illosq; furere, & concupiscentia affici atq; dementia torqueri. Quæ omnia animalium sunt. Et Diuus Basilius, libro de. 55. contra Eumoniũ. c. 16. angelos vult aëreos esse, substãtiãq; angelicam aut esse aëreũ spũm aut igneũ tradidit, colligens sibi suã traditionẽ ex loco Psalmi qui facit angelos suos spũs, & ministros suos flammã ignis. Sũt ergo vel aëreæ substantię, quam spiritus vocitat scriptura, aut ignei. Et ratio colligẽs hæc erat: alioqui vt se ostẽderẽt nobis, vt sæpe legimus sanctis Patribus apparuisse, in forma visibili: asserit tamen esse angelos immunes à materia nostra, quæ alluuionis seu fluminis gerit speciẽ

Porphirius de electorum philosophia.

Qui angeli initia malorum.

Quid angeli quidue demones Platoni.

Marsilius Ficinus.

Dei vnitas intelligẽtia ratio imaginatio.

Vegetalis natura.

Dionysius Basilius.

Examerō Basilij. in homilia.1.examerō. Vnde & in homilia ad.44. Psalmū, illos simplices cognoscit: quia non sunt ea mixtione concreti, qua nos & mortalia vniuersa. Et Origenes Deum solum fatetur incorporeum, *Origenes.* angelos autē vniuersos substantiam ferre corpoream non veretur fateri: quanq̃ hic autor in libro primo Commētariorū in Iob sanctos angelos, duxit esse spūales substantias itidemque dæmones tractās verba illa, circuiui terram & perambulaui eam: inquit, diabolum non corporali gressu, sed spirituali gressu, terram lustrare subito. Et quod cōiectare licet, dogma Origenicū hoc fuit, sanctos angelos immunes à corpulenta substantia, quęcunque ea sit. Nam & Plato Deos, quos angelos dixit spirituales omnino censuit. At verò dæmones seu mali angeli, similiter substantiam spiritualem Dei creatione assequutos fuisse, tamen iniquitatem & superbā ipsorum mentem corporibus quibusdam tenuibus illos addixisse, quibus delictorū pœnas darēt: vt de anima rationali supra dicebamus, Platonem dixisse, voluptatis quam affatim hausit in corpore, corpore exuto, aëreo corpori obstringi, vbi luat corporis facinora. Diuus Augustinus libro de fide & simbolo cap. 59. anxius est super dubio isto & multa voluit, & agitat in vtranq; partē. Nanq; sacra proferūt eloquia Abrahamium hospicio receptos angelos lauisse, & angelus pugnauit cum Iacob vsq; in aurorā. Verum neq; pedum lotio neq; lucta spirituum est, qui neque pedibus aut manibus constant. Sunt autem loci hæc indicantes Gene.18. & Genes.32.

¶Est autē in diuersum. Nam angelus apparuit insomnijs Ioseph. Matthæi.2. non apparuisset autē, si corporeus esset: nam corporea in vigilia vidētur, non per phātasmata & visa somniorum, neque expectant somnia, quæ sunt corporalia, sed spiritualia, quando sopor irruit in homines & mens à forinsecis negocijs apud se conquiescit, sibiq; tota redditur: est tunc demum opportunum tempus, quo spiritualia appareāt. Angelus igitur spiritualem habet substantiam, quæ insomnijs apparere potest præcipuè. ¶Rursum in Tobiæ volumine cap.12. legimus angelū non victitasse excusantem se cibo inuisibili vti. Sunt ergo & ipsi spirituales. ¶Et rursum August. in.3. super Genesim cap. 10. sententiam apertiùs exponens dæmones putat esse animalia aërea, & in libro de natura dæmonum, Non disserendo, sed proferendo quid velit de hac rescripsit. Sciēdum, ait, hanc esse naturam dæmonum, vt aërei corporis sensu, terrenorum corporum sensum facilè præcedant. Et Verba hęc indicantur.26.quæst. 5. cap. sciendum in decretorum volumine. Quo loco sensus viuacitatē & motus *Decretū de angelorū natura.* pernicitatem dæmonibus tribuit: quippe sunt aërei corporis. Diuus Gregorius in homilia epiphaniæ, angelos appellat animalia rationalia. Et Bernardus homilia.6. ad Cantica, Deum vnum cōfitetur non egere corporis solatio, & Tertulianus in libro de velandis virginibus, primum peccatū angelorum fornicationis concupiscentiam putat fuisse, angelosq; lapsos ignibus libidinis succensos. Vnde ait fœminarum pulchritudinem in cęlum vsq; iaculatam scandala. Sed hunc mittamus, qui Deū, angelos, animas humanas corporales duxit in libro de resurrectione carnis: quanquam Diuus Augustinus in libro de Ecclesiasticis dogma, capitulo.11. tradat vt definitionem fidei solum Deum esse incorporeum angelos verò & oēs cælestes virtutes corporeas esse licet carne non subsistant, & animā humanā corpoream & dæmones definit corporeos: qa terminis loci clauduntur. At quia fortassis liber nō est Augus. sed Genadij, Augu. in opere illo opulētissimo.15. de ciuitate Dei, c.23. tractans verba Psalm. 103. qui facit angelos suos spiritus & ministros suos flammā ignis, ait Deum spiritibus cōtulisse legationis officium, quod verò ait flammam ignis, aut ignem vrentem (vt ipse legit) hęsitat cur hoc dictum sit, an quod angelis corpora sint ignea, an qđ ardore charitatis succensi officia iniuncta exequātur. Quidam verò ex nostratibus theologis, vt Diuus Bonauentura in.2. Sententiarum libro, dist.2. & forsitā Albertus Magnus in libro de quatuor coæquęuis.q.5.art 8. & in libro secundo Sententiarum dist.2. *Theologi scolastici.* corpulentos non credunt angelos, cæterum compositos ex materia & forma. Secernit, porrò sanctus ille de materia, est

Triplex materia. est altera materia quæ est in potentia ad formas substantiales corruptionis & generationis, vt nostra, alia est quæ potentia quædam est ad motũ, vt cæli, postrema materia ad esse & operationem, quæ est angelorũ materia. Albertus temperans sermonem noluit materiam dicere angelicam, sed dixit angelos esse compositos ex fundamẽto essendi, & ipso esse: qa Boëtius dixit in creatis rebus aliud esse, quod est, & quo est in principio hebdomadum, hoc tulit testimonium. Et quantum isti autores iuxta corticem sermonis præferunt, credunt angelos, neq; esse illam suam materiam, neq; suam formam: sed quod est ex vtrisque coalitum. Et Diuus Thomas, quodl.2.quæstio.3. ex diametro pugnat cũ ista angelorum cõpositione, vt angelus ex duobus conflectur, & hoc nomẽ angelus significantiam alicuius cõpositionis habeat: & hoc vetustum Auincebronis figmentum angelos compositos tradentes ex duabus essentialibus partibus, citra tamen corpulentæ substantiæ sarcinã. Quod figmenti genus liquido fumidũ esse demõstrat Diuus Thomas in prima part. quæst. 50. artic.2. Hęc omnia afferre institui, vt excuteremus, vnde Aris. sibi collegit nulla esse animalia aërea, aut ignea, aut aquea quando illi philosophi clarissimi & sancti doctores grauissimi, qui non solum sanctitate doctrinæ & veritate catholicæ fidei sunt suscipiẽdi, sed philosophicis honoribus digni, qui prosequantur: quando ipsi libros philosophorum legerunt & quod orthodoxæ fidei cõferre arbitrati sunt, in suos codices trãsuexerũt. Et quãquam Augustinum excusans magister Petrus Longobardus sentẽtiarum sanctorum rapsodus, dixerit Augustinum disputando rem dixisse: illud sanè verum si semel aut iterum in libro de Genesi ad literam scripsisset. At num in libro de natura dæmonum? Aut num in libris de ciuitate Dei disserendo dixit?

Quæstionis oportunitas.

Boëtius.

Sancti doctores gemino honore prosequendi.

Quid quod doctores alij, quorũ non modicam turbam protulimus, certo rẽ hanc protulerũt. Iam si Augustinum, Basiliũ, Gregorium, Bernardum interpreteris vocasse angelos animalia rationalia, similitudine non proprietate naturæ, dictosq; corporeos non simpliciter, sed referendo eos ad summam & ineffabilem Dei simplicitatem, Cui si conferãtur spirituales non censetur, sed potiùs corporei, id est, à diuina spiritualitate plurimũ degenerantes Ioãne Damasceno tradente libro.2. de fide orthodoxa cap.3. Incorporeus (inquit) angelus est quantum ad nos, nam omne ad Deum collatum, qui solus incorporalis est, crassum & corporale comperitur. Forsitã hoc interpretamentum arridet alicui, & valeat sibi & secum fruatur, qui sic sapuerit: nos nihil moramur, quanquam mea sententia nõ obuerterẽ vicio, si quis diceret rem istam de angelorum natura, si simplex & spiritualis est, antiquis sanctorum illorum seculis non fuisse certam: sed cõtrouersam imò in.7. generali synodo, vt nos retulimus in.2. libro de anima, traditione videtur firmasse omnes angelos esse corporeos, quam nos diximus synodum rem hanc non sub põdere fidei tradidisse angelos corporeos, sed disputantem patrũ sententias. Lege commentaria nostra ad ca.2. secundi de anima. Quare citra periculum fidei in sensu quilibet poterat id seculi abũdare suo. Vnde Basilius & Augustinus in re ista Platonizant: quanquam Dionysius in libro de cælesti Hierarchia, angelos tradidit repurgatos ab omni materia. Et Damascenus loco indicato substantias ait esse spirituales, & intellectuales & incorporeas dixit esse angelos, semper mobiles suæ potestatis, arbitrioque liberas. At verò ætate hac non sic liberum est abundare propria sententia in dubitatione ista: quanquam recentiores quidam theologi ausi fuerunt corporales credere angelos, vt Caietanus in Commentario in epistola ad Ephesios Pauli apostoli: quia Paulus inibi cap.2. dæmonem vocat principẽ potestatis aëris huius. Cui occinit theologorum candidata turba, aduersus quem si alius nõ extitisset locus concilij illius de summa Trini. & fide catholica. c. firmiter, abũdè sufficeret, qui locus manifestè corporale ab angelica secreuit natura, docens Deum condidisse simul & corporalem & spiritualem naturam. Si verò hic locus vt fidei articulus rem istam decernat, non huius libri excutere: sufficiat in pręsentia ecclesiasticam doctrinam modo angelos

angelos dicere incorporeos nisi relatiue corporeos dixeris cum Ioãne Damasceno. Hæc autem fusiùs adiuuante Domino Christo in libris theologicis trademus. Ad physica regrediamur. ¶Primã assero conclusionem secundum Aristo. doctrinã, angeli neq; dæmones sunt corporei. siue illud corpus igneum sit, siue aëreũ qualecũq; illud dixeris. Hæc vtiq; conclusio non ex toto Platoni dissentit: nã Plato, vt diximus, angelos distinxit, à dæmonibus: illos Deo assistentes docuit molemq; corporum non versare: dæmones verò corporibus assistere, corporeas actiones & motus tractare. Angelos ergo spirituales & ab omni materia repurgatos dixit Plato, dæmones verò non itidẽ. Aristo. verò, neq; vocitat, angelos, neq; dæmones: sed intelligentias substãtiasq; separatas. Neq; credidit, quod secularibus istis negocijs angelos misceri, sed illos in supremis sedibus collocat. Quod angelorum igitur est, vel intelligentiarũ non dissident ambo. Superest dæmones conuincere non esse corpulentę substantiæ, & est argumentum ad hominem. Plato censuit dæmones igneos aëreosq; esse immortales. At verò si ignei sunt, mortales sunt aut si aërei, probo collectionem. Quod cõponitur ex corruptibili, est corruptibile, vt homo est corruptibilis: quia corpus gestat corruptioni obnoxiũ: etiã si pars altera mortem non experiatur. Quamobrem si angeli ex ignea concreti sunt substantia: ignis autem est corruptibilis, & aër itidẽ, vt cætera elementa, (nam hæc oppugnatur contrarijs, & quæ contrariorum patiũtur pugnã, sunt corruptibilia) ergo & dæmones omnes sunt corruptibiles. Quod ipse diffitetur. Aquæ igitur elemẽtum ignẽ extinguit, ergo & dæmonẽ extinguere posset aquę elemẽtum. Quod derisioni patet. Et rursum, si aquei sunt corruptibiles: ergo & aërei, & ingnei: nam quantum est elemẽti substãtia ita aqua est corruptibilis, vt aër vt ignis. Et contra, quãquam ignis qa longiùs abscedit à contrariorum oppugnatione, sincerior est: tamen substantiã eius hoc nõ tollit, ipsam esse corruptibilem. ¶Huic adde cõnexionem alteram. Quæramus à Platonicis, cùm materia sit propter formam, & corpus propter animam, si dæmones habent igneam materiam, aut aëream: erit hoc in gratiam angelicæ formæ, quia temerè nihil facit Deus atq; natura. Iam ergo si materia est in gratiam operationis formæ angelicæ, nil vtiq; illis seruiet materia ignea, aut aquea huic operationi, quippe angelorũ & dæmonum operatio est intelligẽdi actio. Cui quæso quid seruiet ignis aut elementa? Nihil sanè dæmonibus aut angelis confert hæc ignea, siue elementaria moles, imò obsistit: siquidem intelligendi actio per abstractionem est a materia. Quid quòd, vt sæpe iam retulimus in Phædone Platonem corpus dicentẽ obstare philosophis, quo minus physicas disciplinas altissimè perdiscant? Quod si humanum corpus, quod est dignitate præstans elementis & tẽperamento complexionis, elemẽta cum humano corpore minime sunt conferenda: hoc (inquã) corpus impedimẽto est philosophis, ad philosophandum, & dæmonibus corporea materia elementaria illa & vilissima & sine temperamento, vtiq; erit impedimento, ne dæmones lucide intelligant. ¶Quod si sensus gratia quis dicat cũ Augustino esse corpora hæc aërea, vt citauimus librum de natura dæmonum, vt sensus sit viuacior, & motus velocior: hac causa esse dęmones aërei corporis, re vera quærendum superest, quis est hic sensus? Num visus? an auditus? qui duo sensus sunt ad sagacẽ notiorem rerũ. Quod si hos habent sensus & tactum dæmonibus concedere necesse est, qui est sensuũ omnium fundamentum & origo. Atqui tactus in elemẽto vno non consistit, sed in temperamento omnium, vt iam ostensionem dedit Aristo. ergo in demonibus nullus sensus est, nam tactum cũ non habeant, quia simplici subsistũt corpore, vt elementario in quo corpore tactus non extat, cæteris quoq; sensibus illos carere est necessariũ. Sed neq; gratia motus localis, vt ocissimè discurrãt per orbẽ corpora hæc aërea illis tribuenda: quia spiritus citra corpus velociùs mouebitur, quam corpore, aër subitò non agitur, vt spiritus dæmonũ etiam subitò mouẽtur. ¶Præter hęc magis distãt forma dęmõis, & materia elemẽtaria, q̃ aĩa rõnalis, & corpus humanũ. At verò aĩa est separabilis à cor-

Consensus & dissensus Plato & Aristo.

à corpore humano: ergo & forma dæmonis à materia elementi separatur. Nam si separabilis est, potest fieri, vt separetur. Fac illam formã esse separatam, num illa forma dęmonis separata, est dęmõ totus, aut pars dęmonis? Si dęmõ totus, corpus ergo elemẽtarium adscitũ est, & affixũ & non est de cõpositione dęmonis, sin verò est pars dęmonis, sunt ergo dęmones oẽs diuisibiles, & mortales. Qđ Plato negat.

Platonis defensio.

¶Quod si honoris quidpiam Platoni tribuẽdum est, dicẽdum est Platoni omnes dæmones esse spirituales & immortales. Quod autẽ quosdã dixit igneos, ab operatione dixit, non à substãtia, vt & theologi seraphinos igneos appellant, ardentissimæq; illos naturæ prædicant esse angelos: quia ergo aduertebat Plato humanas operationes angelorum ministerio despẽsari, angelos illos qui ad operationẽ, sublimẽ, & cęlestium contẽplationẽ, humanas mentes erigebãt, æthereos dæmones vocauit: qui verò non tam vigebant, quam isti, cæterum curabant homines in officijs honestatis & moralis virtutis exercere, hos aëreos. Et quia hæc ducunt homines ad immortalitatẽ æternæ vitæ, & contemplatio diuinorum, & recta humanorũ dispositio, hos dixit dæmones immortales. Sunt autẽ alij, qui ad voluptatem & facinora homines propellunt: hos dixit aquaticos. Nam voluptas rapido nos instar fluminis agitat cursu: & vita hęc, quã degimus etiã sacro probante eloquio, lapsui fluuiorum collata est. 2. libro regũ cap. 14. Omnes morimur (diuinus sermo admonet) & sicut aqua dilabimur super terram. Dæmones ergo qui homines voluptatib⁹ huius fluxæ vitæ infigunt, aqueos dixit Plato & mortales, quia moribundi seculo illecebris humanos affectus inescant: nõ quia ipsi, vel ex aqua cõflentur dæmones, vel quod substãtia ipsorum sit mortalis. Nã si mortalis, ergo & generabilis, ergo esset soboles dæmonum, & perpetua prolis series, vt in hominibus est. Quod ridiculũ esse nemo philosophorum nõ opinatur.

Porphirij insania.

¶Quare insanit Porphirius credens corpora dęmonum nidoribus sacrificiorum impinguari. Si tamen nostra de Plato

Dionysius et Plato concordes.

ne cum veritate concordia vera est, quã credo probabilẽ: siquidem & Diuus Dionysius, quem superiora verba indicauerunt, dæmones quoq; concupiscentes, furentes, infixosq; materiæ, dixit: qui tamẽ omnes angelos putat esse spirituales, neq; infixos docuit esse materiæ quod materiales, vt porphirius delirat egẽtes cibo, & potu, sed quod affectu sunt materiales: spiritualia enim quæ sunt diuinæ celsitudinis honores non cupiunt, sed fastidiunt, proprios tamẽ honores diuinis pręponentes affectant, & nos ad impudica & lasciua & omnia delictorum genera proritare student. Quamobrẽ infixos illos dixit Dionysius materiæ. ¶Hinc autem prudẽtiam Arist. considera. Proritationẽ in facinora appetitui sensuali dedit, non dæmonibus: quia hoc naturali ductus argumento non cõperiebat. Motum autem cælestem angelis dedit: quia non potuit in formam aliquam materialem motum infinito æuo (vt ipse cogitabat) duraturũ referre. ideo formam quandam separatam excogitauit quam intelligẽtiam non angelũ vocitat. Nam angelus est officij nomẽ: intelligentia verò est naturæ appellatio, hancq; motus cælestis credidit autorem. Theologi verò, non quòd demonstratione vrgeãtur malos angelos incentores esse pessimarum cogitationum, & contra bonos bonarum stimulatores: sed quia reuelauit diuina autoritas credũt.

Quod angelus & intelligentia differãt.

Libri epilogie.

¶Iam ergo tempus admonet, vt receptui canam⁹ & vela expansa plicemus & stilum iam condamus, finemque Commentarijs istis & disputationibus donemus, meo iudicio vberrimis in tres libros de anima Arist. ad honorem indiuiduæ Trinitatis, quæ Deus vnus est, qui vita est simplicissima qui primo fabricato homini spiraculum vitæ insuflauit, cũctamq; animam viuentem atq; motabilem in primordio nascẽtis mundi fecit. Cuius omnes animæ propria sunt possessio, vt anima patris, sic anima filij. Huic tanto animarum opifici gratiæ agendæ impensissimæ, qui nostrã nauigationem sua cælesti nobis aspirans aura, iam in portum vsque deduxit, & celeuma quod inter nauigandum in tanti laboris leuamen canebam, iam vberiore gratulatiõe securitate adepta, in diuinas erumpere laudes, suscepta officia admonent. Quibus incorruptæ virginis

Dei

Dei & hominis matris præconia mea iũgo, quæ vota nostra prospera fecit. Deo igitur nostro cunctipotenti candidissimæq; Dei matri Mariç diuisq; omnibus tribuendũ, si quid incorruptum, si quid elegans probabilis doctrinæ à me excogitatum est. Cætera si quæ corrupta, si quę putida, si quę improbabilis philosophiæ, meæ negligentiæ succẽsenda sunt. Tuque bone lector boni æquique consules. Multa quoq; de theologico intermiscui dogmate, quæ obiter non expresso disserui, physica enim agenti mihi leuicalamo illa attingere sat fuit, quæ tamen vniuersa sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ incorrupto iudicio submitto, aut aliorum quorum hoc corrigere interest. Quô d si quidpiam in opere hoc veram Iesu Christi nõ sapit religionem aut sinceram sanctorum fidem atq; doctrinam, illa iam modo retracto, quasso, & nulla esse duco, & perinde illa censeo atque si non essent scriptis mandata.

FINIS.

Castigationes.

In protogo.2.ad lectores vbi immortale lege immortalis. In eodẽ vbi lineã lege limã. Fol.48.col.4.lin.12 ab imo, demat̃ particula eo. Fol.49.col.2.lin.26.ab imo dematur particula non. Fol.57.col.2.lin.ab imo 4.loco in qđ, lege id qđ. Fol.58.col.3.li.ab imo.19.loco cæsera dic cera. Fol.74.co.4.li. 12. à summo demat̃ particula in. Fol.75.col.2.li.ab imo.5.dematur.particula in. Fol.119.2.col.lin.ab imo.20.& .21.loco nil lege aliquod. Fol,122.col.2.lin.25.esse, lege esset, col.3.li.42.rõnes, lege relationes. Fol.123.co.4.li.12.calores lege colores, & lin.27.sensu, lege sensus. Fol.124.col.2.li.20.non sentiri, lege sentiri, col.4.li.10. aduertet lege aduerteret, ibid.lin.17.abundat, dicet alius, & lin.36.versantis, lege versans, & linea, ante p. effectus lege affectus, & lin.penult.ideo quia lege ideoq;. Fol.125. col.1.li.6. & it quod, lege, & quod, & li.11.in visu, lege est in visu, lin.30.alios, lege alio. Fol.126.col.2.li.26.solum, lege sensum, & lin.34.finienda, lege finire.col.4.lin.37.proprium, lege propriorum. Fol.131.col.1.lin.11.rursum, lege sursum, & col.3.li.42.ratione, lege ratio. Fol.135.colum.2.lin.45. & .6. homine pro lumine. Fol. 134. col.4.lin.34. negat, lege ait. Fol.136.col.2 lin.7.taliter, lege totaliter, & col.3.lin.43.tunica oculus, lege tunicis oculi. Fol.137.col.2.li. 24.colorum, lege colore. Fol.138.lin.50.calor, lege color, & col.3.li.14.ipsorum: quia lege ipsorũq;, & col. 4 li.39.calorem; lege colorem. Fol.39.col.3.li.11.14.pro.13. & col.4.li.11.sensu, lege sensus. Fol. 140.col. 4.lin.12.diuisibilis, lege visibilis, & lin.32.agre, lege ægre. Fol.142.col.3.lin.7. pinus, lege pannus. Fol. 144.col.2.lin.40.illum.pro illam. Fol.147.col.2.li.18.abundat cum.col.4. lin.15. porrectum.lege porrecta. Fol.148.col.2.li.31.ab obiecto, lege quam obiectum. Fol.151.col.1.lin.29.partes, lege passa, siue, patientia. Fol.151.col.4 lin.41.colorem, lege calorem. Fol.153.col.1.lin.41.ratione, lege respiratione. Fol.227.col. 3.ibi administrare, lege administratiõe. Fol.232.co.vbi desserebat, lege disserebat. Fol.235.col.1.vbi sensoris lege sensoris.ibi, vbi operati, lege operari. Fol.241. col.3.vbi intelligilia & coallita, lege intelligibilia & coalliata. Fol.251.col.1.in fine vbi inconfessa lege inconfesso. Fol.252.col.3.vbi ermotui & mortui col.4.vbi apostolicis lege apostolicæ. Fol.253.col.1.vbi atquæ, lege atque. Fol.259.in prin.dele huius. Fol.269.col.4. vbi posilis, lege passibilis. Fol.270.col.3.vbi vr, lege vt. Fol.274.col. 4.vbi ꝙ se lege ꝙ si. Fol.276. col.1.vbi at lege aut. Fol.292.col. 2.vbi firma, lege formæ. Fol.196. colum.3.vbi propis, lege proprij. Fol.297.colũ.1. vbi ratione imperat, lege motum.ibi.2.vbi gusto, lege gustu. Fol.296.columna.1.vbi alia lege aliam. Fol. 299.col.2.vbi numerat, lege numerarat.col.3.loco diligentes, lege dirigentes. Fol.300.col.1.vbi nam quod lege namque. Fol.310.col.1.vbi addictio lege additis.col.4.vbi originalem, lege originale. Vbi inspectu lege inspector. Fol.311.col.1.vbi reflexus, lege refluxus.ibi col.2.vbi primaria lege participata. ibi.col. 1.vbi re, lege rem. Fol.303.col.3.vbi rhete, lege rheto.ibi col.4.vbi viderem, lege videre Fol.312.vbi fit, lege sit.in fine col.4.vbi lib.55.lege lib.de Spiritu sancto. Fol.305.col.2.ubi rit, lege erit. Fol.313.col.2.vbi nataris, lege naturis. Fol.314.col.2 notiorem, lege notionem.col.3.vbi despensari, lege dispensari.ibi col.4.vbi inteltia lege intelligentia. Fol.67.col.2.figura.3.muta literas vbi, b, d, & vbi, d. b.



L Licenciado don Pedro Illanes maeſtreſcuela de Ouiedo, y canonigo de Lugo, prouiſor oficial è vicario general, en todo el obiſpado de Salamanca, por el muy Illuſtre y Reuerendiſſimo ſeñor don Franciſco Manrique de Lara Obiſpo de Salamanca del conſejo de ſu Majeſtad: Por quanto otra vez antes de agora ouimos dado, è dimos, licēcia è facultad a qualquier impreſſor de libros para que pudieſſe imprimir, è imprimieſſe vn libro llamado Commentarios y diſputaciones, ſobre los tres libros de Anima de Ariſtotel compueſtos por el Reuerendo maeſtro Miguel de Palacio canonigo de Leon y Ciuda Rodrigo. Sin que por ello incurrieſſen en pena, ni cenſura alguna, y agora de nueuo, ſi neceſſario es, damos y concedemos la dicha licencia y facultad para la dicha impreſsion, por quāto los dichos libros eſtan viſtos y examinados, y aprouados y ſi neceſſario es por la preſente los aprouamos de nueuo. Fecha en Salamanca a quinze dias del mes de Março de. 1557. años.

El Licenciado Illanes.

Por madado del dicho Señor Prouiſor.
Tome de Vergas.

EXCVDEBAT SALMANticæ Ioannes à Canoua typographus longè accuratiſsimus, Anno Domini mille ſimo quingenteſimo quinquageſimo ſeptimo. 14. calendas Iunij.




✠ CONSILIO ET VIRTVTE CHIMÆRAM SVPERARI, ID EST, FORTIORES ET DECEPTORES.
I C
A









colorchecker CLASSIC

calibrite